BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
F
34
NAPOLI

XXX F 35 34

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
OPERA
IV. VOLUMINIBUS COMPREHENSA.

NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
OPERA,

CUM INTEGRIS & EMENDATIORIBUS COMMENTARIIS

SERVII, PHILARGYRII, PIERII.

Accedunt

FULVII URSINI, GEORGII FABRICII, FRANCISCI NANSII, JOH. MUSONII, TANAQUILLI FABRI,
Et Aliorum, ac praecipue

NICOLAI HEINSII

NOTAE NUNC PRIMUM EDITAE:

Quibus & ſuas in omne opus Animadverſiones, & Variantes in SERVIUM *Lectiones addidit*

PETRUS BURMANNUS.

Poſt cujus obitum interruptam Editionis curam ſuſcepit & adornavit

PETRUS BURMANNUS JUNIOR.

Cum indicibus abſolutiſſimis & figuris elegantiſſimis.

TOMUS I.

NAPOLI



AMSTELAEDAMI,
Sumptibus JACOBI WETSTENII.
M. D. CCXLVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMIS ET GRAVISSIMIS
REIPUBLICAE AMSTELAEDAMENSIS
CUM MAXIME CONSULIBUS,

ET

ILLUSTRIS ATHENAEI CURATORIBUS,

GERARDO CORVER, TOPARCHAE
IN VELSEN, &c. &c.

JOHANNI SIX, J. V. D. TOPARCHAE
IN HILLEGOM, VROMADE, &c. &c.
ATHENAEI CURATORI.

JOHANNI SAUTYN, J. V. D.

HERMANNO HENRICO VAN DE POLL,
J. V. D.

NEC NON

DIDERICO TRIP, J. V. D. CONSULARI,
ATHENAEI CURATORI,

ET

GILL. VAN DEN BEMPDEN, J. V. D.
CONSULARI, ET ATHENAEI CURATORI,

VIRIS

Digitized by Google

VIRIS HONORATISSIMIS, ET NATALIUM SPLENDORE, MERITISQUE IN PATRIAM ILLUSTRISSIMIS, BONARUM ARTIUM AC LITERARUM MAECENATIBUS OPTIMIS,

HANC VIRGILII EDITIONEM EO, QUO PAR EST, OBSEQUIO AC VENERATIONE

DICAT SACRATQUE

PETRUS BURMANNUS
JUNIOR.

EX quo me, VIRI ILLUSTRES, ad celebratiſſimi veſtri Athenaei cathedram honorificum & benevolum in modum ex Academia Franequerana evocatum vobis & urbi patriae quaſi poſtliminio adſeruiſtis, id unice

Digitized by Google

unice mihi agendum eſſe arbitratus ſum, ut prolixum hunc tam luculenti de me ſtudiiſque meis judicii honorem ſedula ſtationis mihi demandatae adminiſtratione in civem haud omnino indignum degeneremque a vobis collatum eſſe, probare adniterer; ut gloriam illam ac celebritatem Lycei veſtri, quam doctrinae & eruditionis dotibus ei conciliaverant Deceſſores mei, praeclara certe in Literis nomina, diligentiae ſaltem atque induſtriae laude, quum majoribus id negaretur viribus, illibatam conſervare conarer, Vobiſque oſtenderem, quam gratus mihi ac laetus illuxerit ille dies, quo cariſſimae urbi patriae, in qua lucem primum adſpexeram, amiciſque ac conſanguineis meis non ſine honorata quadam dignitate reddi gaudebam, oblata mihi in Palladio veſtro ſparta, qua ſtudiis illis Literarum, quibus me a puero ſacraveram, excolendis & profitendis haud inutilis civitatis ac juventutis veſtrae, in ſpem Reipublicae creſcentis, commodis procurandis civis eſſe poſſem. Cum vero in provincia hac pro virili exornanda ſtimulos alacritatis non leves addiderint plurima favoris veſtri non proletarii indicia, quibus illam mihi jucundiorem magis ac magis reddere dignati eſtis, eoque nomine vobis debendi me reum probe noverim,

mearum eſſe partium credidi, ut, oblata mihi oportuna ac ſplendidis veſtris nominibus congrua occaſione, publica quadam obſequii & gratae voluntatis ſignificatione animi Vobis obſtricti ac devoti monumentum qualecumque erigerem, & hoc obſervantiae meae ac venerationis pignus ad pedes veſtros deponerem. Nimirum aditum ad vos, me deducente, parat, placidoque vultu admitti confidit Poëtarum veterum Latinorum, quotquot umquam fuerunt, princeps, & ingenii ac divini carminis majeſtate ceteris excellentior Virgilius, conſpirantibus in eo omnis aevi eruditorum ſuffragiis; qua laude quemadmodum ipſe ſua aetate Principum maximo Auguſto, atque ingeniorum & literatorum hominum illius temporis Fautori unico Maecenati, Equeſtris ordinis viro, carus & acceptus eſſe meruit, ita & vobis, viris Illuſtribus & in primaria Reipublicae noſtrae dignatione conſtitutis, eodem hoc nomine, ut artium bonarum literarumque elegantiorum ſtudia patrocinio atque amore fovetis ſingulari, gratum ſe venturum, neque illiberali hoſpitio in ſacraria veſtra admiſſum iri haud dubitat. Hujus autem Poëtae opera, inter praecipua aureae illius aetatis monumenta principe loco numeranda, ad vos, Consules Amplissimi,

MI, defero, non ſordibus aut ſitu vetuſtatis obducta ac foedata, ut olim erant quum e tenebris in lucem primùm eruerentur, ſed eruditorum hominum & magnorum in his literis virorum cura & induſtria à mendis & maculis, quibus injuria temporis inquinata antea & deformata erant, non ſine magno labore purgata atque elimata, quos inter cum plurimi fuerint, qui optime de Virgilio promeriti felicibus auſpiciis ac plaudentibus Muſis id egerint, primas tamen ſibi hac in parte jure ac merito ſuo vindicat vir non tantum ingentibus in rem literariam meritis conſpicuus, ſed &, quo titulo Vobis propius commendabitur, honoribus in patria noſtra & veſtra quidem urbe geſtis, tum ſuſceptis pro Republica Batava in regnum Suecicum Legationibus Illuſtris NICOLAUS HEINSIUS, qui cum maximam vitae partem inſtituendis eruditis in Italiam, Galliam, Germaniam, & Angliam itineribus inpenderit, ſubſidiis undique ex praecipuis Europae Bibliothecis conparatis, ut Poëtis Latii antiquioribus, quibus unicus Soſpitator fuit, & praeſertim Virgilio caſtigando atque emendando opem adferret ſalutarem (exemplo ſane ut inter viros illius ordinis ac loci raro, ita numquam ſatis ad imitationis laudem conmendando) patriis

tandem laribus redditus id praecipue egit, ut inter horas a gravioribus negotiis vacuas labores ſuos Poëtarum maximo inpenſos in ordinem digereret publicaretque, quos tamen interveniente Viri Eximii fato, Muſis valde funeſto, diſperſos tenebrisque damnatos poſteritati periiſſe dudum magno cum dolore metuebant viri eruditi, niſi paucis abhinc annis elapſis felici fortuna ab haeredibus Heinſianis reperti & in lucem protracti incidiſſent in manus Patrui mei venerandi Petri Burmanni, qui theſauro hoc invento exſultans, depoſitis aliis curis, id operam dedit, ut hoc ultimo munere eruditorum laborum, quibus non ſine merita nominis celebritate famam Ultrajectinae ac Leidenſis Academiae, dum viveret, extendit, orbi literato gratificaretur. Sed dum operoſam hanc Virgilii editionem notis Heinſianis, aliorumque virorum doctorum, ac ſuis animadverſionibus digeſtis adornatam typis dimidia fere parte jam deſcripſiſſent operae, oppreſſit virum letalis morbus, qui eum Literis eripuit, quem fatalem metam cum ſe abſolviſſe ſentiret, telam Virgilianae hujus editionis inchoatam mea cura qualicumque pertexi & abſolvi ultima voluntate juſſit, quem laborem, licet taedioſum ſatis humeriſque meis forte inparem,

rem, ne ſubterfugerem tamen aut deprecarer, pietas Manibus optimi Patrui, cui non uno nomine me obſtrictum noveram, & publico literarum bono debita vetabant. Id an ex voto mihi ſucceſſerit, a benignis faventium calculis non eſt cur judicium deſperem propitium, contra malevolos inertis Invidiae dentes tutus ſatis ac ſecurus veſtro, Viri Illustres et optimates magnifici, patrocinio, quod cur mihi circumſpiciendum duxerim, & privatae, quas ſupra memoravimus, inpulerunt cauſſae, & publicus ille, quo literas ac literatos fovere & amplecti ſoletis, amor. Quamquam enim ſollicita temporum, quae nunc vivimus, diſcrimimina omnes cogitationes veſtras ac curas Reipublicae noſtrae a clandeſtinis vel apertis hoſtium, pretioſiſſimae ejus libertati inſidiantium, machinationibus ſtabiliendae atque adſerendae unice vindicent, inter graviſſimos tamen illos, quibus & publicae rei & civitatis veſtrae ſaluti tanta cum gloria conſulitis, labores numquam etiam Literarum & Athenaei veſtri curam deponitis, & hac quoque parte urbis veſtrae atque ingenuae juventutis, vices veſtras in ſumma publici regiminis adminiſtratione aliquando excepturae, commodis ſtrenue proſpicitis, quae ſane non minima pruden-

tiae veſtrae, qua communi civium bono tam feliciter invigilatis, ac virtutum illarum, quibus dignitatis veſtrae ſplendorem tanta cum laude illuſtratis, pars cenſenda eſt; quibus tamen omnibus celebrandis aut ex aequo depraedicandis ſi paginarum harum anguſtias ſufficere exiſtimarem, neque ego aut illarum magnitudinem & numerum, neque facundiae meae tenuitatem ſatis intelligere viderer. Quanta enim auctoritate & ſimul moderatione fortunae veſtrae ac dignitatis faſtigium ſuſtineatis, quam juſto diſciplinae ordine & aequiſſimarum legum ſanctitate cives veſtros, non ut rigidi & minaces Domini, ſed ut Patres mitiſſimi & indulgentes, in fide & officio contineatis, & exemplo veſtro ad juſti & aequi imitationem ſtimuletis, quanto libertatis amore ſervitutis famulantis metum aut dominationis herilis jugum a civium veſtrorum collo prudenter avertatis, quanta etiam ſapientia ſacrorum cultus, bonarum artium & diſciplinarum ſtudia, & florentiſſima mercaturae commercia foveatis ac propagetis, quam invidenda denique aliis felicitate urbis maximae vires & potentiam hinc augeatis, adeo ut Amſtelaedamum ex prima iſta originis ſuae exilitate, ut olim illa terrarum Dea gentiumque Roma, inter ceteras

ras urbes dudum caput ita exſeruerit, ut nihil ei par ſit ac ſecundum; haec, inquam, omnia ſi citra ullam adulationis aut lenociniorum ſuſpicionem commemorare atque operoſius recenſere tentarem, poſt Virgilium certe novam Aeneida, ſi id mearum eſſet virium, cantandam mihi proponerem. Inter illas tamen publicorum negotiorum moles quanta cum cura elegantiores literas, ut ad id revertar quod meum propius ſpectat inſtitutum, & Muſarum atque Athenaei veſtri Antiſtites, quos inter me quoque adſciſcere dignati eſtis, favore proſequamini, vel me tacente, grata cum voluntate non tantum agnoverunt illi, qui benevolentiae veſtrae auram experti, & literas in hac urbe ante nos profeſſi fuerunt, ſed & non vulgares vicinarum Academiarum Profeſſores debita cum laude praedicaverunt. Ut enim liberi veſtri (auditis verba ſummi illius Academiae quondam Ultrajectinae luminis Joh. Georg. Graevii, quum alterum ſplendidi Antiquitatum Rom. Theſauri volumen Conſulibus Amſtelaedamenſibus pro honorifica ad Athenaeum veſtrum evocatione gratus conſecraret.) „Ut, in-„ quam, liberi veſtri a teneris inbuantur recto-„ rum de ſacris ſenſuum diſciplina, & ſcholas,

„ in

„ in quibus rudimenta deponant bonarum ar-
„ tium, & Athenaeum ſublimius, in quo gra-
„ viſſimarum doctrinarum ſtudia colant, magni-
„ fico fovetis inpendio". Nec minori elogio, ſeculo fere ante, Paullus Merula, non ignobile olim Leidenſis Academiae decus, tunc cum Magiſtratibus Amſtelaedamenſibus Willerami Abbatis Mersburgenſis Paraphraſin in Canticum Canticorum offerret, hoc ſtudium veſtrum erga Literas Muſaſque noſtras exornavit:
„ Accedit, inquit, cura veſtra erga literas earum-
„ que aedes publicas, in quibus docentur non ſo-
„ lum, quae ad Artium doctrinam, ſed & quae
„ ad diſciplinam virtutum: ut quum in Acade-
„ miam inde egreſſa fuerit Juventus veſtra, fe-
„ licius ingrediatur vel Theologiae, vel Jurispru-
„ dentiae, vel Medicinae, vel denique univerſae
„ Politiae ſacraria, ſicque tandem in partibus ſi-
„ bi credendis Rempublicam hanc noſtram, ut
„ reipſa fieri videmus, gubernare occipiat. A-
„ morem autem, qui vobis in ſtudia ſingularis,
„ teſtatur etiam inter alia, publica illa, quam an-
„ te annos aliquot inſtituiſtis, Bibliotheca, quam
„ optimis & ſelectiſſimis ſcriptoribus nuper ita
„ ſtipatam vidi, ut cum inſtructiſſimis jure com-

„ mitti

„ mitti poſſit". Quae celebrium virorum verba eo lubentius noſtra hic facimus, quoniam & illuſtrium Deceſſorum veſtrorum erga ſtudia ac literas amorem non ſine jucunda quadam, ut opinor, commemoratione & recordatione Vobis referunt; adeo ut Muſis noſtris gratulandum ſit, quod eximiam hanc nobiliſſimorum Parentum veſtrorum laudem integram conſervetis, & in urbis veſtrae decus utilitatemque perennare ſinatis; quam certe prolixam erga ingenuas artes & optimarum diſciplinarum ſtudia voluntatem ut porro, ſic ut facitis, exſerere, & ad poſteros veſtros producere, noſtrique Athenaei publicaeque ejuſdem Bibliothecae ita exornandae & locupletandae, ut jure cum inſtructiſſimis conmitti ac conparari poſſe praedicari mereatur, curam & tutelam gerere, eoſque, qui commodis literarum & juventutis veſtrae promovendis invigilant, eo, quo hactenus feciſtis, patrocinio fovere non dedignemini, per Muſarum noſtrarum ſacra, eâ qua par eſt veneratione precamur. Deum interim Opt. Max. pro perpetua veſtra veſtrorumque ſalute ſupplices venerabimur, ut vos tam egregios Reipublicae ac civitatis noſtrae Patres & Proceres, bonarumque artium Cuſtodes & Maecenates op-

timos longa annorum ſerie ſoſpites & incolumes tueri velit; ut populo veſtro, quem tam praeclare regitis, diu intereſſe, civitatiſque Amſtelaedamenſis, quam glorioſe adeo adminiſtratis, felicitatem ac ſalutem propriam & perennem confirmare, & ad ultimam poſteritatis veſtrae ſobolem ſeroſque nepotes propagare & tranſmittere poſſitis.

Dabam Amſtelaedami d. xx. Novemb. CIↃIↃCCXLV.

AE-

Digitized by Google

AEQUO ET BENEVOLO

LECTORI

S. P. D.

PETRUS BURMANNUS Junior.

PUblicam tandem lucem felicibus, ut ſperamus, auſpiciis, adſpicit ſplendida haec & luculenta Poëtarum principis Virgilii editio, optimorum Interpretum & eruditiſſimorum Virorum commentariis ac notis inſtructa; quae cum elapſis abhinc quindecim annis a Venerando Patruo meo Petro Burmanno adornari fuerit coepta, eoque adhuc ſuperſtite typis jam magnam partem ante viri obitum conmiſſa, fato tamen ejus paullo poſt interveniente interrupta ſit, conficiendae & abſolvendae hujus telae onus meis humeris inponi paſſus ſum, quam alieni operis curam licet taedioſam nimis ac moleſtam mihi futuram ſatis praeviderem, & re ipſa fuerim expertus, rejicere tamen, ac laborem, quantumvis ingratum, refugere ve-

Digitized by Google

tabant pietas & reverentia tam ultimae ipſius Patrui, cui omnia debebam, voluntati & juſſis ſupremis, quam publicae literarum utilitati debita, ne forte chartae ejus inciderent in manus male auſpicatas, quae in ſcrinia defuncti inportune graſſantes, & de Virgilio ipſo, & Patrui mei Manibus peſſimum in modum mererentur: praeſertim cum propius mihi conſtaret, quo conſilio quibusque copiis inſtructus ad novam hanc Editionem publico exponendam acceſſerit; cujus inſtituti rationem enarrare hac praefatione mihi propoſui, ut pateat Lectori, qua dote ſe prae aliis, quae hactenus circumferuntur & eruditorum manibus verſantur, editionibus haec ſe conmendet, quid non tantum in ipſo Virgilio emendando vel illuſtrando, ſed & in Servii commentariis, mutilis illis valde atque interpolatis, fuerit praeſtitum, quibusque novis & antea ineditis virorum doctiſſimorum notis ornatus Virgilius orbi erudito propinetur: id quod praecipue hic mihi agendum arbitratus ſum; nam ſi de Virgilio ipſo variisque ejus editionibus, & commentatoribus qua vetuſtis qua recentioribus operoſius hic commentari adgrederer, prolixam potius & taedii plenam diſſertationem, quam praefationem, qua hujus novae tantum editionis rationem me reddere par eſt, ſcribendam mihi proponerem, multaque a viris doctis jam toties aut leviter ac ſummatim enumerata, vel ex profeſſo expoſita, recocta inutili & faſtidioſa crambe, denuo repetere, ac ſcrinia illorum compilare cogerer.

Jam dudum poſt fata viri Illuſtris & magni Latinorum Poëtarum Soſpitatoris ac vindicis Nicolai Heinſii, quem Virgilio ad ingentem veterum Codicum manu exaratorum numerum variis per Europam peregrinationibus collatorum caſtigato curas ſuas praecipuas addixiſſe noverat orbis eruditus, ac promulſide nitidiſſimae, quam ſuperſtes dederat, ſed ſine notis, editionis praeguſtata, promiſſos ſaepe & avide exſpectatos in hunc Poëtam commentarios morte viri Eximii inter-

intercidiſſe, & cum nullibi in ſcriniorum ejus theſauro reperirentur, omnem eorum in lucem eruendorum ſpem decolaſſe dolebant viri docti; unde jacturam haud levem elegantiores feciſſe literas deperditis Heinſianis in Virgilium lucubrationibus, cui recenſendo triginta annos inpendiſſe ſcribit, profitetur Auctor Elogii Heinſiani, quod in Ephemeridibus doctorum Gallicis conſpicitur Tom. x. pag. 114. intercidiſſe etiam has notas queritur Cel. Fabricius in Supplem. Biblioth. Lat. lib. 1. cap. 12. *Commentarios vero, quos in Maronem parabat Heinſius, non vidiſſe lucem, dolebunt mecum omnes harum literarum ſtudioſi.* easdemque poſteritati periiſſe ſibi perſuaſerat Broukhuſius in notis ad Tibull. lib. 1. El. 4. 19. & plures noſtro ſeculo homines eruditi, quibus ſalivam moverat, quod notarum ſuarum ſpem non tantum in praefatione minoris Editionis, ſed & in notis ad Valer. Fl. lib. 1. 206. ad Sil. Ital. lib. XVI. 532. & ſaepe alibi in ſcriptis ſuis fecerat Heinſius; ſed qui conſilium illud ſubinde diſtuliſſe videtur, ſive ob publici muneris ac domeſticarum occupationum negotia, ſive quod uberiores adhuc copias ad Maronem ex codicibus antiquis adcuratius emendandum ſibi promiſſas aliunde exſpectaret, ut ipſe ſcribit Iſ. Voſſio in Epiſt. CVI. Tom. III. Sylloges; quam etiam edidit Colomeſius in notis ad Gyrald. de Poëtar. Hiſt. Dial. 2. pag. 63. ubi cauſſam, cur in notis his edendis procraſtinaret, reddit: *Caſtigationes in Maronem noſtrae lentius procedunt quam vellem. Morantur harum editionem, quae ex Gallia ſperare ſum juſſus. Promiſit & Regina ſuos codices, ſed de iis parum mihi blandior, cum rem eſſe plane incertam haud ignorem. Deeſt & amanuenſis, ad cujus opem poſſem confugere.*

Sub finem tamen vitae ſuae, diſcuſſa bellorum nube, quae Belgas aliquamdiu infeſtaverat, cum tranquilla magis Muſiſque propitiora apparebant tempora, publicis ſolutus negotiis cum literario privatae vitae otio ſe tradidiſſet Heinſius, impetum ceperat commentarios Maronianos ſimul cum aliis, quae meditabatur, ſcriptis elaboratos

publicae luci exhibere, ſed quorum ſpem Muſis funeſta viri maximi mors, quae non diu poſt eum literis ſubtraxit, tunc quidem penitus praecidiſſe videbatur. Itaque eas vel poſt viri obitum iniqua conditione interiiſſe, vel in manus ſiniſtras incidiſſe ſuſpicabantur deliciarum harum cupidi. Graevio tamen illas forte Heinſium ipſum inter ultima, quae excepit, mandata commiſiſſe, conjici poſſet ex ejus Epiſtola ad Petrum Francium, qui illas edendas ſibi dari rogaverat, ſcripta paullo poſt Heinſii exceſſum, quae in Collect. Praefat. & Epiſtolar. Graevii a Cel. Fabricio edita exſtat, Epiſt. LXXVIII. pag. 475. ubi ſcribit: *Notae Heinſii in Virgilium non ſatis compoſitae ut tibi dentur edendae, ne intercidant, pro mea facultate providebo.* quibus verbis Graevium puto eumdem innuere codicem, ex quo nunc eduntur, in quem notas ſuas inſerta patris ſui Danielis editione Elzeviriana anni 1636. non valde compoſitas conjecerat Heinſius, & ſub manu, ut fit, auctas ordine ſaepe indigeſto ita illeverat, ut deſcribendi eas atque ita digerendi, ut facile a typographis edi poſſent, laborem vel averſatus vel aliis curis prohibitus Graevius reſtituiſſe eas videatur Heinſianis haeredibus. Et certe, ut dein patuit, haeſerunt poſtea aliquamdiu apud Ampliſſimum Robertum Goeſium, Reipublicae noſtrae apud Daniae Regem Legatum, poſt cujus mortem a Filia ejus unica ſuperſtite anno hujus ſeculi trigeſimo Hagae repertas has Heinſianas obſervationes, ut ſibi committerentur edendae, Patruus meus tandem inpetravit: unde perperam in Novis Literar. Germ. Lipſienſib. anni 1730. pag. 338. adnuntiatum fuit notas Heinſii in Virgilium tamquam Ultrajecti haerentes ſimul cum Adverſariis Ejus Patruum meum reperiſſe; cum ex Admonitione Ejus de Editione Virgilii Maaſviciana ea, quae modo dixi, edoceamur, quibus ſi addantur illa, quae in Praefatione ante Poëtas Latinos Minores, ſub id tempus a Patruo meo editos, de notis his Heinſii in Virgilium a ſe repertis cum publico communicavit; &

quae

quae in Epiſtola ad Celeb. la Crozium d. 4. Jun. 1731. miſſa ſcripſit, quam nuper Tomo I. Theſauri Epiſtolici la Croziani pag. 76. inſeruit Eruditiſſimus Joh. Lud. Uhlius, ſatis, ut puto, Lectori de fortuna inventi hujus theſauri conſtabit. Eo ex tenebris protracto laetatus Senex optimus, ceteris omnibus, quae moliebatur, ſepoſitis, & adhibitis aliis ſubſidiis Heinſianis, quae benignitate Ampliſſimi Leidenſium Conſulis Caroli Crueii poſſidebat, notis his deſcribendis ac diſponendis, parte laboris mecum, dum Leidae literis operarer, diſpenſata, totum ſe dedit; & collectis ſimul Variantibus Lectionibus, quas trium quatuorve exemplarium marginibus e Codd. MSſ. adleverat Heinſius, admixtis ſuis etiam notis & obſervationibus, nihil neglexit, quod ſplendoris dotem novae huic editioni conciliare poſſet. Jamque typis deſcribendum Virgilium tradiderat, & ad VII. Aeneidos librum pervenerant operae, cum in medio operis curſu virum laborioſiſſimum oppreſſit atrox ille & letalis, qui eum nobis eripuit, morbus, quo ingraveſcente cum fatalem ſibi adeſſe horam ſentiret, mihi editionis porro curandae & abſolvendae laborem ultimae voluntatis juſſu impoſuit, quem, licet viribus meis majorem, aliaque meditanti incommodum atque intempeſtivum, lubenti tamen atque alacri animo ſuſcepi, & honori non exiguo hoc ultimum patrui amoris indicium duxi, quod Virgilii ſui, poſtremi Senis optimi in his terris conatus, producendi curam meae qualicumque induſtriae committere haud dedignaretur.

Sed videamus, quibus copiis inſtructus Heinſius Virgilium ad membranarum veterum fidem, quas tanto numero excuſſit, emendandum ſuſceperit. Inter omnes autem Maronis codices, qui venerandae vetuſtatis nomine praedicantur, longe antiquiſſimus & optimus eſt Mediceus ille, quem Florentiae in Bibliotheca Laurentiana, ubi adhuc hodie adſervatur, contulit diligentiſſime poſt Pierium, qui eodem codice fuerat uſus. Eumdem hunc cum editis

etiam

etiam comparavit Marquardus Gudius, ex cujus libro variantes Lectiones diligenter adnotatas poſſediſſe ſe teſtatur Fabric. Suppl. Bibl. Lat. lib. 1. cap. 12. pag. 297. Poſſeſſorem olim habuit hic codex Rudolphum Pium Cardinalem Carpenſem, ut Achilles Statius teſtatur ad Catull. carm. IV. & ex ejus Epigrammate patet, quod fronti codicis ad Eclogam ſextam praefixum habetur, & incipit, *Purpureos ſparge in frontem &c.* Hunc librum ante mille & ducentos annos ſcriptum literis majoribus Romanis, ſeu capitalibus, forma, ut vocant, quarta, laudabili valde inſtituto, ut omnibus ejus uſum largiretur, typis deſcribi eodem charactere, literiſque, quibus exaratus eſt, uncialibus inprimi nuper curavit Petrus Franciſcus Fogginius, Florentiae 1741. quo munere haud parum Muſas noſtras ſibi obſtrinxit, cumulum additurus egregio huic beneficio, ſi Diſſertationem de hoc codice uberiorem, quam in praefatione, ubi de eo agit, editurum ſe promiſit, cujuſque argumenta ibidem exhibet, publico inpertiri dignabitur. Emendatorem nactus eſt hic codex Turcium Rufium Apronianum Aſterium, qui Conſulatum geſſit ſimul cum Praeſidio. A. Chr. 494. qui codicem hunc emendans diſtinxit conſulatus ſui initio, quo magiſtratum hunc auſpicatus ludos Circenſes & Scenicos, venationem, & alia populo, ut ſolebant, exhibuit ſpectacula; quem ritum ipſo Aſterii Epigrammate, quod codici huic poſt Bucolica manu ejus adſcriptum habetur, illuſtrat Henr. Valeſius notis ad Socrat. Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. 29. Sed ut adcuratius lectori integrum ſit de antiquitate codicis hujus Medicei, & Conſulis Aſterii Epigrammate judicare, non abs re facturum me arbitratus ſum, ſi ſpecimen ejus tabulae aereae cura Antonii Cocchii Florentini inciſum, ita ut illud a Celeberrimo D'Orvillio mecum communicatum fuit, praeſertim quia codicis Medicei editio Fogginiana non in omnium manibus verſatur, oculis hic conſpiciendum exhiberem.

Epigram-

Digitized by Google

Epigramma vero ipſum, ut & alterum ejus carmen, quod in Sedulii codice Rhemenſi a Jac. Sirmondo laudato habetur, erudite illuſtravit Nic. Heinſius in Diſſertatione, qua de hoc codice Virgilii Mediceo, & Conſule Aſterio ejus emendatore egit, quam deſumtam ex ejus Epiſtolis ad Thom. Reineſium ſcriptis in Tom. V. Sylloges Epiſtolar. a Patruo meo curatae pag. 193. & ſeqq. hic denuo legendam produxi, ſed auctiorem, & ex ſchedis Heinſii ipſius, quae mihi ad manum fuerunt, ſuppletam & correctam: Ejusdem Aſterii Conſulis operâ emendata fuerunt Sedulii Poëtae Chriſtiani carmina, ut Epigramma illud indicat, quod in Rhemenſi Sedulii codice repertum a Jacobo Sirmondo ibidem producitur & illuſtratur ab Heinſio, quod idem Epigramma legitur etiam in principio antiquiſſimi Sedulii codicis, quem mihi ex ſupellectile Almelooveniana conparavi, quemque in ſua editione Cellarius adhibuit, & Epigrammati praefigitur haec inſcriptio, cum illa, quam Barthius protulit, fere conſentiens: *Hoc opus Sedulius inter cartulas diſperſum reliquit, quod recollectum, adunatum, atque ad omnem elegantiam divulgatum eſt a Turcio Rufo Aſterio Quinto, Viro Clariſſimo, Conſule ordinario atque Patricio.* de hac Sedulianorum codicum inſcriptione & Aſterio prolixius egit Juſtus Fontaninus lib. II. de Antiquitat. Hortae cap. III. § 5. & 6. Ceterum de iisdem his Mediceis Virgilii membranis, & Aſterio Conſule, copioſe diſſeruit eruditiſſimus purpuratorum Antiſtitum Noriſius Comment. ad Cenotaph. Piſan. Diſſ. IV. cap. 2. §. 1. quae etiam leguntur poſt Schursfleiſchii Orthograph. Roman. cap. 2. §. 1. pag. 14--49. Noriſium tamen inſcriptionem Epigrammatis mancam & inemendatam protuliſſe oſtendit vir Celeberrimus Ant. Franc. Gorius, aeternum Florentinae Academiae decus, & inmortalibus eruditionis laborioſiſſimae monumentis honoratiſſimum Muſis nomen, in Tom. II. Inſcript. Florentin. pag. 452. & 453. ubi teſtatur etiam Cl. Antonium Cocchium Medicum & Philoſophiae Naturalis in Flo-

Digitized by Google

rentino Lyceo Profeſſorem, peculiari Diſſertatione de hoc libro Mediceo operoſius commentaturum. Vide etiam de hoc codice Montfaucon. in Biblioth. Bibliothecar. Mſſ. Tom I. p. 318. & Mabillon. lib. v. de Re Diplom. p. 352. & 354. ubi ſpecimen ſcripturae hujus codicis ab Antonio Magliabecquio ſecum communicatum exhibet, ſimul cum carmine Achillis Statii, & Aſterii Conſulis Epigrammate, ſed in cujus inſcriptione vitioſe tamen edidit, CURCIUS RVFIVS APRONIANVS VC ET INL. EXCOMITE DOMESI PROIECI, &c Noviſſime etiam Clariſſimus Muratorius, qui de Aſterio, & Turcio Aproniano ejus patre, egit in Diſſert. 1. ad Paulini Poëm. in Anecdotis Tom. I. pag. 141. & ſeqq. poſt Noriſium Goriumque codicis hujus Inſcriptionem & Epigramma Aſterii produxit in novo Theſaur. Veter. Inſcript. Tom. II. pag. 662. notata lectionis varietate ex Noriſio, qui omnium inemendatiſſime exhibuit, & ex Gorio, cum quo conſentit editio Fogginiana, & apographum Heinſianum, niſi quod operarum incuria verſu primo *Diſtinxi emendavi* pro *emendans* editum apud Gorium videatur. Sed an ex corrupta hac lectione, quae tamen in codice ipſo non conparet, & ex gloſſemate noni verſus juſta Muratorio orta fuerit ſuſpicio, inſcriptionem hanc codicemque ipſum (poſthabito oculatorum teſtium judicio,) non a propria Aſterii manu, ſed a poſteriore librario profluxiſſe, aliis inquirendum relinquimus. Conjecturam porro ejus in verſu tertio, qua pro *penaces* legit *pinaces*, & tabulas ſeu aſſeres intelligit, jam a Reineſio occupatam docemur ex Heinſii Diſſertatione; quamquam Valeſii emendationem *paneces* praeferendam arbitramur, quia *varium ferarum certamen* ſe edidiſſe teſtatur Aſterius, ſive *pancarpum*, ut aliis vocatur. de quo vide Gothofred. ad Juſtinian. Nov. 105. & Salmaſ. ad Capitolini Gordianos cap. 3. Denique quod ultima linea pro *Quiſque legis perlegas*, reclamante carminis lege, recte Muratorius emendet *relegas*, eodem modo in hoc Speci-

ci-

Digitized by Google

cimine Cocchiano aeri inciſo legi, & a Fogginio editum animadverti: nam apud Mabillonium corrupte hoc diſtichon ita profertur:

Quiſque locos relegas felix parcaſque benig.ⁿᵘ
Si qua minus vacuus praet. . . mans.

Mediceum hunc codicem excipit Vaticanus itidem praeſtantiſſimae notae, quem olim Franciſci Petrarchae fuiſſe teſtatur Pierius ad lib. III. Georg. 348. qui hoc etiam codice uſus videtur, & in eo conferendo adjutus eſt a Joh. Bapt. Sanga, cive ſuo, & homine literato, ut monet ad lib. IX. Aen. 20. Hic licet antiquitate ad Mediceum non adſurgat, inter vetuſtiores tamen Virgilii codices cenſendus, atque iconibus & figuris elegantiſſimis ornatus eſt, quae auſpiciis Camilli Cardinalis Maximi olim delineari coeptae, & aeri inciſae a Petro Sancte Bartholo Lucenſi, ſimul cum illis Virgilii carminibus, quae in hoc codice ſuperſunt, capitalibus literis expreſſis, prodierunt Romae 1741. in fol. opere eximio & ſplendidiſſimo, ſub hoc titulo: *Antiquiſſimi Virgiliani codicis Fragmenta & picturae ex Bibliotheca Vaticana ad priſcas imaginum formas a Petro Sancte Bartholi inciſae.* Vide de hac editione Nova Literar. Lipſienſ. menſ. Febr. an. 1743. In hujus libri praefatione a Joh. Dominico Campiglia inſtituitur comparatio codicis Vaticani & Medicei, quos aetate pares facit, & a Pierio hunc non adhibitum, ſed duos alios Vaticanos, Oblongum & Romanum ab eo vocatos, tradit; tum ſubnectit catalogum XLVI. codicum Virgilii Vaticanorum. Hic vero codex, a Fulvio Urſino Bibliothecae Vaticanae donatus, olim illuſtres habuit poſſeſſores, Joh. Jovianum Pontanum, & Petrum Bembum, dein Torquatum Bembum, Petri filium, apud quem codicem antiquiſſimum Virgilianum, quem eumdem eſſe arbitror, ſe Patavii vidiſſe & admiratum eſſe, teſtatur Conſtantius Landus in Explicat. Veter. Numiſm. pag. 9. Eaſdem Vaticani hujus codicis figuras tabulis aeneis expreſſas ſed ſine Virgilii carminibus, complectitur

ctitur alius liber forma oblonga ante paucos annos in Italia editus ſub hoc titulo, *Iconicae figurae, quae in vetuſtiſſimo codice Virgiliano Bibliothecae Vaticanae annum ſupra milleſimum ſcripto & depicto viſuntur.* Sed jam ante easdem tabulis inciſas evulgare voluit Joh. Car. Schottus, Regi Boruſſiae quondam a Bibliotheca & Antiquitatibus, quem in animo habuiſſe Virgilium ex nummis & monumentis antiquis illuſtratum, & his Vaticani codicis figuris ornatum edere refert Celeb. Joh. Fabricius in Biblioth. Lat. Supplem. lib. I. cap. 12. p. 298. Forte & hunc codicem Vaticanum innuit Politianus Miſcellaneor. cap. LXXI. ubi memorat *volumen, quod eſt in intima Vaticana Bibliotheca mire vetuſtum, & grandibus characteribus perſcriptum.* quem laudat etiam lib. IV. Epiſt. 9. Alios Virgilii codices Vaticanos antiquiſſimos, literis rotundis exaratos, recenſet Leo Allatius in Animadv. ad Fragm. Antiq. Etruſc. p. 58. interque eos unum, quem ipſe ſimul cum Bibliotheca Palatina in Vaticanam advexit, eumdemque eſſe teſtatur, ad quem Virgilianam ſuam editionem curavit Hieronymus Commelinus an 1599. 8°. quamquam eum non bona fide ex hoc codice Virgilium expreſſiſſe Allatius illic criminetur. Alios etiam Vaticanos codices literis Longobardicis ſcriptos memorat Ciofan. ad Ovid. VI. Metam. v. 117. ubi alterius codicis Virgiliani fata prolixe enarrat, atque argumenta librorum Virgilii, quae Modeſtino, aut Scholaſtico cuidam poëtae plerumque adtribuuntur, Ovidio adſcribenda eſſe ex Vaticanis aliisque Virgilii codicibus contendit. Cum illo autem antiquiſſimo Vaticano codice, quem Petrarchae olim fuiſſe ſupra ex Pierio notavimus, non confundendus eſt alius, qui in folio membranaceo ſcriptus, adjectis Servii commentariis, & in fronte figuris pictoris celebris Simonis Senenſis exornatus, atque adnotatis gloſſiſque manu Petrarchae ſcriptis valde interpolatus poſſeſſorem nactus eſt Fulvium Urſinum, ac deinde a Cardinali Friderico Borromaeo in Bibliothecam Ambroſianam

Digitized by Google

nam Mediolanenſem advectus eſt; hunc librum recenſet Montfaucon. Diar. Italic. pag. 20. & in Biblioth. Bibliothecar. Mſſ. Tom. I. pag. 530. circa finem. ſed accuratiorem codicis hujus notitiam dedit Jac. Phil. Tomaſin. in Petrarch. Rediv. cap. XV. p. 87.

His adnumerandi ſunt, praeter Gudianum exquiſitae & vetuſtae notae exemplar, tres codices Jacobi Mentelii, Medici quondam Pariſini, tres itidem manu exarati libri Bernardi Rottendorphii, & totidem Leidenſis Bibliothecae membranae, quas a Joh. Fred. Gronovio ſibi ſuppeditatas inter ceteros illos modo memoratos Virgilii codices vetuſtatis nomine laudat Heinſius in fragmento majoris praefationis, quam in chartam conjicere inceperat, ſed non abſolverat; quod cum inter ſchedas ejus ſeſe mihi obtulerit, non abjiciendum, ſed praefationi, quam minori editioni ſuae praemiſerat, ſubjungendum eſſe ratus ſum. Codicem etiam Montalbanium, quem donatum habuit olim Heinſius ab Ovidio Montalbanio, Philoſophiae apud Bononienſes Profeſſore, ante quingentos abhinc annos ſcriptum fuiſſe monet in notis ad lib. V. Aen. 522. duos etiam Menagianos codices ab Aegidio Menagio, exquiſitae inter Gallos eruditionis viro, accepit; ſed quorum unum recentioris fuiſſe notae dicit ad lib V. Aen. v. 620. Pugetiani etiam membranacei codicis, qui Aeneida complectebatur, ex Bibliotheca Gulielmi Pugetii, in Senatu Tholoſano quondam Conſiliarii Regii, variantes Lectiones accepit Heinſius a Bernardo Medonio, qui Mſ. hunc contulit cum Edit. Elzev. 1649. & per literas an. 1664. ſcriptas ad eum miſit; ut ex inedita Medonii Epiſtola ad Heinſium exarata, cui has varias Lectiones adjunxerat, mihi patuit. Eas autem Heinſius quum in notas non retulerit, ſuis inſeruit meus Patruus. His ſi addamus quatuor Balthaſaris Moreti, duos Voſſianos, totidemque Eccleſiae Hamburgenſis, unum Sprotianum, & Schefferianum, ac praeter aliud fragmentum Moretanum & Voſſianum, codicem Venetum, quem a ſe ipſo Venetiis quondam redem-

 tum

tum fuiſſe, & licet recentiorem prae ſe ferret aetatem, optimas tamen ſuggeſſiſſe lectiones teſtatur ad Ecl. I. 17. & Ecl. VII. 56. ne quid de Bigotiano, Hugeniano, aliisque membranis, quas excuſſit, dicamus, patebit inde, Heinſium in emendando Virgilio codices plus quam triginta numero adhibuiſſe, adeoque neminem ex primi ordinis literatis hominibus poſt Pierium Valerianum, cui integra haec debetur laus, quod primus antiquiſſimorum codicum ope medicam Virgilio admoverit manum, majore cum cura ad fidem veterum exemplarium manu exaratorum Maronem caſtigaſſe, vitamque vatum principi reddidiſſe. Poſſedit praeterea & adhibuit etiam Heinſius in Virgilio recenſendo Editionem Juntarum Florentinam ex veterrimo Mſ. caſtigatam, in cujus margine ex iisdem codicibus antiquis, quibus uſus fuerat Pierius, (inter quos Mediceus, Longobardicus, & Oblongus Bibliothecae Vaticanae, ac Romanus, quem in literis corruptiſſimum fuiſſe indicat ad lib. III. Georg 190. facile agmen ducunt,) adnotatae erant lectionum differentiae, quas a viri cujusdam eruditi, vel ipſius potius Pierii manu profluxiſſe ſuſpicatur Heinſius in notis ad Ecl. VII. 19.

Horum omnium codicum varietates tribus diverſis exemplaribus ab Heinſio quotidie verſatis, & conjecturis atque emendationibus Viri praeclari notatis, quum adſcriptas ſimul cum aliquot Servii editionibus cum Mſſ. vetuſtis collatis ac ſuppletis inter reliqua ſcrinia Heinſiana jam poſſideret Patruus meus, antequam ipſum Heinſii Commentarium e tenebris erueret, repertis his notis cum ſuam adornaret editionem, ex iisdem his codicibus adcurate lectionum diverſitates in notis Heinſianis non memoratas excerpſit, ſuiſque inſeruit, ne quid deſideraretur, quod ad Virgilium emendandum ex adparatu Heinſiano conferri poſſet. Sed & praeter haec aliorum codicum manuſcriptorum ope in Virgilio recenſendo uſus eſt, ſive quos ipſe excuſſit, ac cum editis conparavit, vel quorum Excerpta a viris

ris doctis ſuppeditata nactus erat. In primis cenſendus eſt codex Regius, Servii commentario etiam inſtructus, quem inter ſupellectilem Rykianam inventum ad ſuam editionem curandam, ſed negligentiſſime, adhibuit Maaſvicius, antiquus valde & egregius, quem ex Regia Pariſienſi Bibliotheca utendum olim acceperat Heinſius; qui forte codicem hunc paullo ante mortem, quam Hagae obiit, Ryckio in manus tradiderat, ejuſque fidei conmiſerat, quod ſuſpicari licet, quia illic ab Heinſio morti vicino ultima excepit mandata, ut ex Ryckii Dedicatione, Joh. Goeſio inſcripta, ante Diſſert. de primis Italiae incolis poſt Holſten. notas ad Stephan. Byzantin. editam manifeſtum eſt. Ryckio dein defuncto Maaſvicius, qui codicem hunc ſuo loco reſtituendum ſuſceperat, eum tamen apud ſe retinuit, ac poſt fata ſua transmiſit ad filium, a quo codicem illum jure emtionis redemit Ampliſſimus Hulſius, Conſul Haganus, in cujus Bibliothecae ſplendidiſſimae auctione cum publice venalis exponeretur, eum ingenti pretio ſibi addictum vindicarunt Illuſtres Academiae Leidenſis Curatores, ac Bibliothecae ſuae adſeruerunt ſimul cum Parrhaſiano codice, qui ex Bibliotheca Henr. Adr. Marckii, Leurae Dynaſtae (unde Marckianum ab ejus poſſeſſore vocavit Maaſvicius) tranſierat in Hulſianam. Utriusque codicis fata prolixius expoſuit Patruus meus in Admonit. de Edit. Virgil. Maaſvic. quam ex Miſcellan. Obſerv. Vol. VIII. Tom. I. pag 81. & ſeqq. repetitam huic editioni praefigere e re viſum fuit, quia de inſtituto, quod in edendo Virgilio ſecutus fuit, Lectorem adcuratius edocet, & quaſi inſtar prodromi praefationis, quam meditabatur, exhibet. Alterum hunc codicem, qui, licet antiquitate Regio longe inferior, & recentiſſimae notae ſit, ſaniores tamen optimorum & vetuſtiorum codicum ſcripturas ſaepe confirmat, Patruus adpellavit Parrhaſianum, quia poſſeſſorem olim habuit Janum Parrhaſium, qui hoc codice adſidue uſus manu ſua margini paſſim variantes adſcripſerat lectio-

nes,

Digitized by Google

nes, ſed potiſſimam partem ex diverſis codicum, quos in ſuis Caſtigationibus adduxerat Pierius, ſcripturis petitas, aliasque notas libro huic adleverat. vide ad lib. II. Aen. 15. Nonnulla etiam Parrhaſii ad Maronem leguntur poſt Ejus Quaeſtiones Epiſtolicas, ab Henr. Stephano an. 1567. editas, excerpta ex egregio ejus in Claudianum Commentario, ac repetita in Gruteri Fac. Critic. Tom. I. pag. 834. & ſeqq. Alias etiam Parrhaſii notas in Virgilium habuit Joſephus Valletta Neapolitanus, manu ipſius Parrhaſii adſcriptas editioni Mediolan. 1476. fol. per Antonium Zarothum curatae; ut patet ex Vallettae elogio, quod Ephemeridib. Literat. Italiae inſertum legitur, Tom. XXIV. ubi pag. 98. inter alia Parrhaſii anecdota, quae literarum ille fautor egregius ſimul cum pluribus ejusmodi cimeliis poſſedit, hae notae Parrhaſii Maronianae etiam memorantur.

Praeterea Franciani codicis variae Lectiones Patruo ad manus fuerunt, qui codex, inter vetuſtiores etiam reponendus, olim fuit penes Petrum Francium, virum Poëtices & Eloquentiae dote in Athenaei noſtri Amſtelaedamenſis cathedra quondam celebratiſſimi, quem librum ita laudat Broukhuſ. notis ad Propert. lib. II. El. 23. 13. *Ita ſemper ſcribitur in membranaceo codice Virgilii ſic ſatis antiquo, quem adſervat Athenaei patrii non leve decus Petrus Francius.* & ad lib. IV. El. 6. 21. vocat *codicem antiquum, & valde boni commatis, quem ego beneficio Petri Francii, viri praeſtantiſſimi, contendi olim cum vulgatis.* haec codicis Franciani collatio adſcripta erat editioni quae prodiit ex officina Abrah. Commelini an. 1646. in 4°. cui adnotatae etiam erant variantes in Georgica a Jacobo Tollio collectae ex codice papyraceo Bibliothecae Teutoburgenſis. Librum hunc cum Patruo communicavit Celeb D'Orvillius, penes quem etiam eſt alterius codicis Franciani fragmentum, quod incipit a medio lib. I. Aen. uſque ad medium libri VI. & in membrana ſcriptum eſt. tres enim Virgilianos codices MſS. poſſediſſe Francium patet ex Ejus Biblioth.

Digitized by Google

blioth. Catalogo pag. 149. ex quibus tertius, qui totam conplectitur Aeneida, idem forte ac ille, qui nunc in Amſtelaedamenſi Bibliotheca adſervatur, atque aetatem prae ſe fert ſatis vetuſtam, quamquam ab eo diverſum eſſe conjici poſſet ex nota Patrui ad lib. VIII. Aen. 205. Deinde praeter duos Leidenſes, quos ipſe Patruus contulit, Zulichemium, Voſſianum, Graevianum, & Oudartii codices, etiam variantes habuit ex libro Bibliothecae Vratiſlavienſis Eliſabethanae, quas manu Jani Gebhardi ſcriptas ſcrinia Heinſiana ipſi ſuppeditaverunt: Gebhardus autem codicis hujus collationem inſtituerat ad editionem Schrevelianam Lugd. Bat. 1652. Adhibuit etiam codicem Wittianum, quem cum eo communicaverat ex ſua ſupellectile Ampliſſimus Joh. de Witt, Civitatis Amſtelaedamenſis quondam Judex, & Societatis Indicae Orientalis Moderator: codicemque ſuum, quem poſſidet, licet recentioris aetatis, diligenter in gratiam Patrui contulit, ac lectionum diverſitates ultro ei largitus eſt Celeberrimus Jac. Philippus D'Orville, cui elegantiores Muſae earumque cultores tot nominibus ſe obſtrictos agnoſcunt, qui & notas etiam nonnullas ſuis locis inſertas Patruo transmiſit. Walliani etiam codicis fragmentum, quod nunc apud eumdem D'Orvillium eſt, minime ſpernendum, & gloſſis plurimis conſcriptum, quodque a lib. II. Aen. v. 310. incipiebat, & in fine lib. VI. deſinebat, me aliquando ad Maaſvicianam editionem pro Patruo contuliſſe memini, quod acceperat a Reverendo Harmanno van de Wall, viro inter Eccleſiae Amſtelaedamenſis Antiſtites eruditione quondam conſpicuo: quibus acceſſerunt codicis membranacei Claramontani variae Lectiones, collati per Clariſſ. Joh. Arntzenium; quem a Claramontio, Eccleſiae Gallicanae olim miniſtro, utendum habuerat. Plura ipſi ſubſidia aliunde ultro oblata fuerunt, ſed quae tot copiis adjutus comiter repudiare debuit, quia taedioſo & moleſto huic labori aetatem deficientem non ſuffecturam facile augurabatur. Quae cauſſa eſt,

cur gratias egerit humanitati Cl. Richardi Mead, Medicinae Doctoris apud Anglos celeberrimi, qui trium codicum Mſſ. ſuorum uſum Patruo obtulerat, ſpecimenque variarum Lectionum ex Anglia transmiſerat, ſed viro humaniſſimo & occupatiſſimo noluit Patruus inponere laborem, ut Mſſ. illorum differentias porro excerpere pergeret, ut notavit ad lib. 1. Aen. *66*.

Atque haec de codicibus manu exaratis, quos in ipſo Virgilii contextu, ut vocant, caſtigando poſt Heinſium adhibuit Patruus meus: plures autem Virgilii codices Mſſ. alibi quidem in Bibliothecis publicis ſervari noverat, quos ſibi conferri per amicorum commercia literaria haud difficulter, ſi id deſideraſſet, inpetrare potuiſſet. Sed praeter codices Mſſ. etiam conſulendi erant Grammatici antiqui, illi praeſertim, qui in Corpore Putſchiano exſtant, qui cum in Inſtitutionibus ſuis Grammaticis uſum Linguae Latinae maxime probent & firment teſtimoniis e Virgilio petitis, eaque proferant ex codicibus, quibus ipſi ſuo tempore fuerunt uſi, hinc paſſim & ubique deprehendere in iis licet lectionum differentias ab editis hodie Maronis exemplaribus diverſas, unde non tantum codicum manu ſcriptorum vicem praeſtant, ſed & illis majorem merentur ſaepe auctoritatem. vide Pier. ad lib. VI. Aen. v. 33. qui ubivis in notis ſuis Grammaticorum fide & auctoritate ſaniores Virgilio lectiones vindicavit, quod & feliciter praeſtitum fuit ab Heinſio, quorum veſtigiis inſiſtens Patruus veterum Grammaticorum teſtimonia e Virgilio producta non tantum diligenter cum editis conparavit, ſed & ex Donati ad Terentium, Acronis ad Horatium, & Lutatii ad Statium Scholiis plurima in Marone loca vel reſtituit vel intempeſtivas recentiorum conjecturas repudiavit. Praecipue noviſſimorum Virgilii Interpretum expoſitiones, & ſi quid noſtro ſeculo viri docti in Criticis ſuis operibus tentarant novarum emendationum, examinavit, ac prae caeteris Heumanni, Marklandi, aliorumque conjecturas vel laudavit vel refu-

refutavit. Ea enim & praecedentium & noſtri ſeculi conditio eſt, ut ex hominibus literatis multi, licet ab eruditionis dotibus non deſtituti in aliis auctoribus vel explicandis vel emendandis εὐστοχίᾳ haud raro litent, ſaepe tamen infeliciter in Poëtis verſentur & temerariis ac parum oportunis conjecturis vulnera haud raro majora infligant eorum monumentis, quam adfecta ſanent. Mirari certe ſaepe ſubiit Marklandum, eruditis in Statii Sylvas notis celebrem, tot inauſpicatis conjecturis emendare dignatum fuiſſe Virgilianam Aeneida, & ſimul tamen de poëmate hoc, cui omnium ſeculorum judiciis prae ceteris poëtarum monumentis principatus palma delata eſt, faſtidioſum illud nimis adducto ſupercilio pronunciaſſe ſuffragium, in fine praefationis ſuae ad Statii Sylvas: *Plurima ſunt in iſto poëmate, quae, ſi ego (peſſimus omnium poëta) verſus ſcriberem, nollem in meis conſpici: & licet numero infinita ultra humanae imitationis metas in illo emineant, nonnulla tamen ſunt contradictoria, multa languida, exilia, nugatoria, ſpiritu & majeſtate carminis Heroici defecta, quae ſi perfecti operis ſigna ſunt, ſit per me, quantum libet, perfecta Virgilii Aeneis. Et de Georgicis quidem quantum vult concedo, de Aeneide vero renuo negitoque. Non ſolus ita cenſeo: immo hoc ſenſiſſe videtur ipſe Virgilius, optimus certe ſui judex, aut quare flammis aboleri juſſiſſet hoc opus? ſed & ſolus ita cenſebo, donec ſenſus communis & rerum notiones animo haerebunt. Inpudentiam vel dementiam meam miraris? quod dixi praeſtare paratus ſum.* Utramque certe & inpudentiam & dementiam hic mirari liceat, donec rebus ipſis evincat & praeſtet id quod minatur Cenſor vitio creatus, quae ſi in medium protulerit, & languidum, exile, ac nugatorium eſſe Aeneidos Poëma perſuaſerit, fatebimur ſolum hac in parte ſapere Marklandum, ceteros vero omnium ſeculorum homines eruditos a ſenſu communi deſtitutos fuiſſe, qui quaſi agmine facto certarunt in divino hoc poëmate tot laudibus extollendo. Sane de ipſius Marklandi facultate poëtica, nullis carmini-

bus ejus viſis aut lectis, judicare nobis haud integrum eſt; quamquam magna me ſuſpicio moveat, ſi ad Virgilii carmina ejus verſus exigerentur, forte metuendum fore, ne cum Apolline Marſyam contendentem videremus: ſed agnoſcere tamen ſimul debemus viri ingenuitatem, qui ſe ipſe hic *peſſimum omnium* fatetur *poëtam*, & tamen de poëtarum principe tam injurium & cenſorium in modum ſententiam fert. Id tamen adfirmare licet, de Poëtis non niſi poëtam judicare debere. Liceat hic uti verbis Caſparis Barthii in digreſſione illa contra Lud. Vivem, inique etiam de antiquis poëtis judicantem, ex ejus notis ad Statium lib. II. Theb. v. 156. ubi inter alia; *Id examinare noſtrum non eſt, qui tamen natura opus omnino eſſe ad poëſeos arcana penetranda, cuicumque etiam aliarum doctrinarum homini perſpicimus, qui vero hac ſit emunitus, eum ſolum & tum demum de poëtis, eorumque rebus, judicare poſſe, cum illam auream omnium ex ſe pendentium diſciplinarum catenam non alibi quam in adytis Parnaſi acceperit. Cetera poſſe induſtria acquiri, poëtam non fieri niſi divinitus, eorum ſcripta cenſere non poſſe, niſi qui proximae coeleſtibus ſpiritibus naturae in eadem ſcientia ſummam experientiam junxerit.* Licet vero Marklandus de Maronis Aeneide tam iniquam & abjectam tulerit ſententiam, de Georgicorum tamen opere mitius cenſet. Sed forſan cum Harduino Georgica agnovit legitimum ac genuinum Virgilii foetum, Aeneida autem ut partum abortivum vel ſuppoſititium ipſi abjudicavit. Notum eſt Johannem Harduinum, Jeſuitam quidem eruditum, ſed nugis inauditis, & ſingularibus ac fanaticis opinionibus famae, ſed brevi evaneſcentis, nomen captantem, pleriſque Antiquitatis monumentis, favente Societatis Lojoliticae cohorte, controverſiam moviſſe, & ex omnibus priſcorum auctorum, quos hodie ex vetuſtatis eruditae naufragio ſupereſſe Muſis gratulamur, ſolos Tullium Ciceronem, Plinium, Virgilii Georgica, & Horatii Sermones atque Epiſtolas agnoviſſe ſinceros & legitimos Romanae E-

lo-

Digitized by Google

loquentiae foetus, ceteriſque omnibus cenſura temeraria & inaudita νοθείας notam inuſſiſſe, eoſque XII. vel XIII. ſeculo eſſe ſuppoſitos, & ut quaedam tantum commenta in monachorum officinis cuſa rejeciſſe, cujus opinionis ridiculae & ſimul malignae paradoxa eleganti libello refutavit, ac vindicias veterum ſcriptorum ſuſcepit celeberrimus M. V. La Croze, ſcripto eruditiſſimo, & ab Joh. G. Büchnero in Schediaſm. de Vitior. inter Erud. occur. Script. cap. II. Sect. 1. pag. 91. & 92. ex merito laudato. De Virgilii autem Aeneide, opere inſulſo & ſimul impio, ut cenſet, ſingulari certe acumine ſuſpicatur, architectum ejus ſub fabularum involucro hoc ſibi tractandum ſumſiſſe argumentum; victoriam Chriſtianae religionis de Judaica, Chriſtianis ſacris Romae receptis poſt exciſum templum Hieroſolymitanum & civitatem ſanctam incenſam cantaſſe, & proinde pro Hieroſolymis incenſis finxiſſe Trojam crematam, pro Chriſtiana religione Romam inde avecta a Chriſtianis, numina Trojana Deoſque penates ab Aenea poſt incenſam Trojam in Italiam deducta, denique pro Judaiſmo extincto & Synagoga abolita Turnum occiſum, & ſuſpendentem ſe Amatam ex deſperatione. Oportet ſane non in bicipiti Parnaſo ſomniaſſe haec Harduinum, ſed omnem bonae Mentis ſenſum ejuraſſe, e cujus cerebro monſtroſa ejusmodi naſcantur ſententiarum portenta. Et ne videretur tamen temere id adfirmaſſe, obſervationibus in totum opus editis, ſed pleriſque puerilibus & ineptis, quae in Variis Harduini Operibus leguntur, cenſuras ſuas in Pſeudo Virgilii Aeneida exercuit, quibus eam falſitatis convincere tentavit. Ejus vero inpetum & faſtum jam peculiari diſſertatione contudit in Germania doctiſſimus Sachſius in Vindiciis pro Maronis Aeneide contra Harduinum Lipſiae editis. Haec ideo a me hic dicenda erant, ne acerbius in notis ſuis pleraſque Harduini in Virgilium ſtricturas refutaſſe, ejuſque ignorantiam in Linguae Latinae elegantiis, & depravati in poëticis deliciis palati fatuitatem exagitaſſe Patruum meum

nonnulli forſan criminarentur. In quibus tamen omnibus refellendis non nimis operoſum poëtae ſui vindicem egit, ſed in adſerendis Virgilii per male feriatorum Criticorum correctiones vexatis vel corruptis locis brevitati ſtuduit, ne nimia notarum mole vatem ſub commentatorum pondere jam fere gementem obrueret, praeſertim quum praeter Virgilii ipſius contextum alia etiam erant, quae diligentiorem, quam hactenus adhibuerant vulgares Virgilii editores, exigebant induſtriam.

Nimirum auxiliatricem ejus manum praecipue deſiderabant miſere adfecta SERVII, optimi inter veteres Virgilii Interpretes Grammatici, Scholia, *cujus Commentariorum tantum hodie cadaver habemus, monachorum barbarie & ſpurcitia contaminatum*, ut veriſſimum eſt Scaligeri judicium in notis ad Varron. lib. III. de R. R. pag. 252. Hunc tempore Imperatoris Theodoſii ſcripſiſſe, & plus ſemel a Macrobio, qui ſub Honorio & Theodoſio floruit, in Saturnalibus, ut aevi ſui literatorum doctiſſimum, atque inter eruditos convivas confabulatoreſque Praetextati induci conſtat: quamvis eum Valentiniani tempore ſcripſiſſe ſtatuat Joh. Andr. Boſius de Pontif. max. Rom. vet. cap. IX. §. 9. & Ruald. in Anim. ad Plutarch. cap. XXI. eum temere adfirmet ſub Hadriano vixiſſe. Aetatem tamen ſuam ipſe nonnullis in locis reſpicere ac deſignare forte videri poſſet ejusmodi indiciis, quae ad longe inferioris ſeculi tempora, quorum mores & loquendi conſuetudinem deſignat, eum detruderent. Sic ad Ecl. VI. v. 64. notat, *Aones originem ab eo loco ducunt, ubi nunc maritima Venetia eſt.* an ergo poſt Venetiam conditam haec ſcripſit? cujus etiam meminit ad Ecl. VII. v. 12. & 47. Lib. I. Aen. 706. *veteribus non in manus dabantur pocula, ſed menſis apponebantur, ut hodie apud plures pocula in caniſtris argenteis apponuntur.* ad lib. VII. Aen. 152. ubi docet legatos ſeu oratores ex omni qualitate dignitatum mitti ſolere, addit, *quod apud Romanos in legatione*

mit-

Digitized by Google

mittenda hodieque ſervatur. VIII. Aen. 646. *cum per ſublicium pontem, hoc eſt ligneum, qui modo lapideus dicitur, tranſire conaretur.* & paullo poſt, ubi de Cloelia: *cui data eſt ſtatua equeſtris, quam in ſacra via hodieque conſpicimus.* Eod. libro v. 666. *Pilenta ſunt vehicula, ſicut nunc baſternas videmus.* cujus vehiculi non niſi inferioris aevi ſcriptores meminerunt. Ex his forte deſumi poſſe aetatem Servii qui adfirmaret, haud firmiori inniteretur fundamento, quam quo Bodinus ad Oppian. lib. III. Cyneg. 322. colligit ex iis, quae Servius notat ad lib. III. Aen. 141. eum in Graecia ſcripſiſſe, ut illic Patruus meus monuit. Ex laciniis enim ejusmodi & pannis purpurae Servianae adſutis ab recentioris aevi Gloſſatoribus qui judicare de Grammatici hujus aetate tentaret, inepte hariolaretur.

Non enim farraginem tantum habemus Scholiorum ejus ex antiquioribus Interpretibus Aſpro, Capro, Celſo, Hygino, aliisque conpilatam, unde quidam veterum commentarii laudantur in his Servianis ad lib. I. Georg. 147. ſed & ex recentioris aetatis Interpretibus multa adjecta & interpolata ſunt, quae a veris & genuinis Servii verbis diſtinguere ac diſcernere haud ita ſemper in promtu eſt. Quin & multa medii aevi vocabula a librariis monachis Servio paſſim intruſa habentur. Exempli cauſſa e multis ſufficiant pauca. *Plagia* pro ſtatione ſeu aeſtuariis, *ſtatio eſt quam plagiam dicunt* lib. II. Aen. 23. n. 92. ubi vide notas Patrui. *Zema* pro lebete vel pelvi. vid. ad lib. III. Aen. 466. n. 8. *adſignare*, mercaturae verbum, occurrit etiam lib. IV. Aen. 244. *reſignare vetuſte dictum, quod nos adſignare dicimus pro damno.* Aen. VI. v. 606. n. 81. *praevaricatores intelligit, qui patroni ſunt clientum, quos nunc ſuſceptos vocamus.* Aen. VII. 796. n. 85. in MSſ. eſt, *quam Latine amplam vocamus*, quam vocem poſteriori aevo pro anſa uſurpatam docebunt Patrui notae. Plurima quoque a Chriſtianis aetatis inferioris monachis ſuppoſita, quae Eccleſiae Romanenſis ſuperſtitiones olent, ut cum lib. IV. Aen.

201.

201. *excubias ſacrificiorum*, quando ſine intermiſſione excubabant per diem & noctem, explicans addit, *ut dicimus quotidie in officio eſſe.* quae a monacho miſſam, excubias, lectiones, & cantus Eccleſiae Romanenſis, quae omnia *officia* vocantur, cogitantem profluxiſſe recte monet Patruus, qui ad Ejuſd. libri v. 301. ſimilem monachi ineptientis interpolationem deprehendit, ubi *moveri ſacra* poſtquam expoſuiſſet, quando ſollemnibus diebus templa aperiebantur, ſubjungit, *Hoc vulgo apertiones appellant. Apertionis* enim myſterium cerimoniam fuiſſe docet, qua ſacerdos accedentis ad Baptiſmum aures & nares tangens dicebat *Epheta*, ideſt *aperire*. ita ad lib. v. Aen. 725. ubi pro genuinis Servii verbis, *nulla enim eſt vita poſt mortem*, ſententiam illam impiam & Epicuream induxit monachus, & ita mutavit, *ut oſtendat vita fuiſſe chariorem*. ſic ad lib. VIII. Aen. 259. ubi in Servio legitur, *antiquo more locuturus de publicis rebus, ideſt pace & nuptiis.* manus monachi in Regio codice exhibebat, *ideſt paſchae & nuptiis.* Ex his & ſimilibus exemplis, quae numero longe majore colligi & cumulari poſſent, ſi id opus eſſet, ſi quis inferioris aevi Grammaticum Chriſtianum fuiſſe Servium contendere vellet, nae ille ſuaviter nugaretur; quum ea paſſim fortuna antiquiorum auctorum Interpretibus Graecis & Latinis, Lexicographis, Gloſſariis, ſimilibuſque obtigerit, ut a librariis ſciolis, & Chriſtianis monachis ita commentaria eorum fuerint adulterata, ut ipſos ſaepe auctores in operibus illorum, quorum nomina venditant, quaerere neceſſe habeamus. ut egregie id exemplo Heſychii ſui nuper oſtendit Celeberr. Joh. Alberti, Lexicographi illius inſtaurator feliciſſimus, qui eadem de cauſſa docte & ſolide in praefatione ſua diſcedit ab illorum opinione, qui ſimilibus inducti argumentis Heſychium Chriſtianum fuiſſe ſibi perſuaſerant. Id neſcio an vulgo notum, aut ab aliis obſervatum ſit, prius ſcripſiſſe Servium Commentarios in Aeneida, quam in Georgica, ut oſten-

oſtendit Patruus ad lib. I. Georg. 208. n. 74. ubi habentur haec verba, *nam ut ſaepe diximus, obliqui caſus numeri ſingularis* &c. quae reſpiciunt illa, quae obſervaverat ad lib. I. Aen. 156. & 636. ſic ad lib. I. Georg. 488. aperte notat, *ut diximus in Aeneide.* & ad II. Georg. 170. *Haec autem omnia plenius in ſexto Aeneidos memoravimus.* & vſ. 481. *Circulorum hoc efficit ratio, ut etiam in Aeneide diximus.* ad lib. III. Georg. 389. *Re, produxit licenter, ut ſupra diximus (lib.* X. *Aen.)* ad IV. Georg. 126. *nam ut etiam in tertio Aeneidos diximus.* quibus in locis perperam Francius in ſuo exemplari corrigebat *dicimus* vel *dicemus.* his opponi quidem poſſet, quod ad lib. I. Aen. 744. occurrant iſta, *cetera in lib.* I. *Georg. plenius narrata ſunt.* ſed quae a mala manu inſerta nemo dubitabit, qui locum inſpexerit. ne quis etiam id objiciat, quod ad lib. V. Aen. 432. ubi de proceleuſmatico agit, *quem, ut ſupra diximus, ſic ſemper ponit.* ac reſpicere hic Servium ad illa, quae prius notaverat ad lib. I. Georg. 397. ubi de proceleuſmatico in *tenuia.* ſed in animo habuit illa quae obſervaverat ad lib. II. Aen. 16. ubi vide. nam quae ad lib. VI. v. 703. ſcribit, *de quo in Georgicis ſtrictim, hic latius loquitur*, poëtam ipſum non commentarios ſuos innuit. Quin & prius ad Aeneida commentatum eſſe, quam ad Eclogas, patet ex ejus nota ad Ecl. VII. 26. *ſicut etiam in Aeneide dictum eſt.* Scholia tamen ad Georgica compoſuiſſe poſt commentarium ad Bucolica, indicat ad lib. IV. Georg. 101. *ideo ait dulcia mella, quia etiam ſunt amara, ut Corſicana, ſicut in Bucolicis diximus.* Ex quibus manifeſtum eſt, Servium Commentarios ſuos in Aeneida ante Bucolicorum & Georgicorum Expoſitiones ſcripſiſſe.

Servii Commentariorum (hunc enim antiquum & germanum eſſe titulum patet ex Priſciano lib. VI. p. 698. & 711. & lib. X. p. 889.) primas & antiquiſſimas editiones enumerare noſtri non eſt inſtituti, cum id a Fabricio aliiſque ſatis praeſtitum ſit, licet non-

****** nullas

Digitized by Google

nullas ab iis omiſſas addere in proclivi eſſet, ac praeſertim ex Maittairii Annalibus Typographicis earum catalogus confici poſſet paullo adcuratior illo, quem nobis Bibliothecarum Scriptores dederunt. Sed id nunc non agimus. Id ſufficiat monuiſſe, inter omnes Servii editiones vetuſtiſſimas primam eſſe Romanam, quae ſine nota anni per Udalricum Gallum curata eſt, Venetam anni 1471. & Brixienſem an. 1485. fol. quibus addi meretur Servii editio Florentina, Fabricio non memorata, anni 1471. in fol. quia illa ex Mſ. Mediceo maximam partem expreſſa aut reſtituta eſt, &, ut in fine editionis illius teſtatur ſubſcriptio, *a Petro Cennino, Bernardi filio emendata, qui cum antiquiſſimis multis exemplaribus contulit; inprimiſque illi curae fuit, ne quid alienum Servio adſcriberetur, neu quid recideretur aut deeſſet, quod Honorati eſſe pervetuſta exemplaria demonſtrarent.* vide de hac editione Maittair. Annal. Typograph. Tom. I. p. 320. qui eodem volumine pag. 115. 157. 168. 199. 213. 218. 310. 315. 329. & 360. conplures alias ejusdem ſeculi editiones Servianas recenſet, ſua dote ſine dubio ſe commendantes. Sed conſtat inter viros eruditos, omnes ſeculi illius, quo ars Typographica adhiberi coepta eſt, editiones, & quae initio ſequentis prodierunt, valde inter ſe differre & variare uſque ad egregiam illam & optimam, ſed ab aliis antiquioribus valde diverſam, quam plerique hodie ſequuntur, editionem priorem Petri Danielis Aurelianenſis, qui ex membranis codicis Fuldenſis locupletatum Servium edidit Pariſ. apud Nivellium an. 1600. fol. hunc P. Danielis codicem Servii manuſcriptum, & copioſiorem multo, quam qui inpreſſus circumfertur, ex quo hanc concinnavit editionem, Aureliani in Galliis ſe apud ipſum Petr. Danielem vidiſſe teſtatur Merula ad Ennium pag. 100. qui ſaepe in eodem Commentario profert fragmenta Ennii & aliorum ex codice hoc P. Danielis deinceps ſibi transmiſſa beneficio Joſ. Scaligeri. vid. pag. 185. 232. 426.

Digitized by Google

426. & alibi. nonnulla vero P. Daniel non tantum ex ſuo codice dedit, ſed & ex Fulvii Urſini codicibus protulit: cumque ex P. Pithoei libro quaedam Servii ſupplementa forte habuiſſe ſuſpicatur Patruus ad Serv. III. Aen. v. 76. n. 13. quem codicem puto indicari a Pithoeo in notis ad Collat. Leg. Moſaic. & Rom. Tit. I. §. 5. ubi *vetuſtiſſimum exemplar* vocat. Multa tamen deſiderari in hac P. Danielis editione, quae in antiquioribus leguntur, codicemque ſuum non ſatis diligenter excuſſiſſe P. Danielem, ſaepe viri docti queſti ſunt. Ita Barthius ad Stat. lib. IV. Theb. 218. *male haec omittit Servius a Petro Daniele reſtitutus. Sed & alibi nos manifeſtam magnam negligentiam in concinnatione ejus comperimus, neque diſſimulaturi, cum uſus venerit.* & ad Claudian. de Conſul. Mallii v. 42. *Ea autem Servii Virgiliana Commentaria, etiam uti noviſſime edita,* (intelligit editionem P. Danielis) *poſt diuturnam exſpectationem non adeo ſatisfacient eruditionem quaerenti in eruditiſſimo Expoſitorum; niſi veteri more aliquis renovato locis legitimis album, adulterinis nigrum colon praefixerit.* Nec aliter Tanaquillus Faber in Epiſtolis Criticis Ep. LXIII. p. 212. *de Servio Virgilii Interprete, quem nuper PſeudoServium vocavi, res eſt certiſſima, & a neſcio quo* (Beroaldum cogitabat) *olim probata, qui inter Criticos Gruteri reperitur. De Nivelliana Petri Danielis editione idem dictum putato. Lege modo Epiſtolam ad Lectorem, videbis id diſſimulatum non fuiſſe.* & paullo poſt: *Tantum Eclogas ſeu Collectiones tanti operis habemus, & ſaepiſſime ab imperitis hominibus conſarcinatas. idem de Donato ſentio. hoc certe liquido dejeravero, poſſe in utroque ſupra bis mille errores deprehendi.* Et ſane longe diverſam eſſe ab aliis hanc editionem, & a multis mendis minime inmunem norunt illi, qui eam cum Pariſina Roberti Stephani, aut Baſileenſibus Georgii Fabricii, vel praeſtantiſſima illa & ceteris locupletiori Lud. Lucii Baſil. 1613. in fol. excuſa contulerunt. Prioris tamen P. Danielis editionis maculas ingenti numero auxit altera Genevenſis an.

 1636.

1636. quam omnium vitioſiſſimam ſecutos tamen fuiſſe & expreſſiſſe Emmeneſſium & Maaſvicium, ſaepe monuit Patruus in notulis ad Servium, qui proinde corruptas ejus lectiones inter variantes non retulit. vid. ad Ecl. VIII. 92. IV. Georg. 204. n. 34. lib. III. Aen. 73. n. 98. & alibi. Culpa vero, qua vitioſae adeo prodierint hae P. Danielis editiones, adſcribenda eſt negligentiae Typographi, & correctoris inepti ignorantiae, cum ipſe P. Daniel tunc domeſticis negotiis & litibus moleſtis occupatus editionem curate emendare inpediretur, novamque, quam dare cogitaverat, morte praeventus recentare non potuerit. Hinc poſt Danielem alii ſaepe Servium emendatius edere meditati ſunt; ut de Carolo Labbeo & Oudino Fabricius in Bibliotheca ſua tradit. ita Gul. Canterus lib. VI. Novar. Lect. cap. 5. & in fine Dedic. Corn. Valerio inſcriptae ante Ariſtotel. Pepli Fragment. promiſit ſe brevi in lucem daturum Servii Commentaria pluribus in locis ex vetuſtis exemplaribus emendata & aucta. Idem Barthius & alii polliciti ſunt, multoſque Servii codices Mſſ. vel ab editis diverſos aut vulgatis integriores paſſim in ſcriptis ſuis jactant viri docti. ſic Servii codicem Mſ. non pejoris notae, quam illum Petri Danielis, poſſedit Janus Vlitius, ut teſtatur in notis ad Gratii Cyneg v. 35. ita Servium Franciſci Modii ab edito diverſum laudat Schegkius ad Vellej. Paterc. lib. I. cap. 6. & Scioppius lib. III. Suſp. Lect. Ep. 5. gloriatur ſe ſchedas Servii habere triplo locupletiores & emendatiores vulgatis. Hieronym. Columna in Comment. ad Ennium pag. 44. Ed Neapol. ex Servii exemplari pervetuſto, & mutilis noſtris decurtatiſque commentariis magis integro, in IV. libros Georgicon, literis Longobardicis exarato, & ſibi a Fulvio Urſino cum ſex aliis transmiſſo, nonnulla profert; ſed quae tamen nunc non in Servio, ſed in Philargyrio leguntur ad lib. IV. Georg. 59. Urſinus autem ipſe hunc memorat codicem cum tribus aliis Servii exemplaribus,

unum

unum nempe literis Longobardicis, eumdem H. Columnae indicatum, alterum valde vetuſtum, qui olim fuit Franciſci Philelphi, tertium Bembinum, quartumque Angeli quondam Colotii, qui nunc eſt in Bibliotheca Vaticana, in notis ad Ecl. VIII. 44. ſic Servii librum manuſcriptum, quem a viro doctiſſimo Wolfgango Fuſio acceperat, laudat G. Fabric ad lib. IV. Aen. 27. & Commentarios Servii Mſſ. a vulgatis diverſos, ſibi ſuppeditatos eſſe a Petrejo Zanco, juvene utriusque linguae peritiſſimo, notat Pierius ad lib. VII. Aen. 464. cujus etiam cum laude meminit ad lib. II. Georg. 455. Neapoli quoque in Bibliotheca S. Johannis de Carbonaria haberi elegantiſſimum codicem Servii in Virgilium, qui ſcriptus eſt an. 1007. refert Montfaucon. in Diar. Ital. cap. XXI. p. 313. & inter codices aevi quinti decimi, qui in Bibliotheca Feſulana in coenobio Canonicorum Regularium extra urbem Florentiam ſervantur, recenſet Servium Mſ. in Virgilium, in cap. XXVI. p. 393. Alios alii memorarunt, ſed pleroſque ab editis hodie Servii exemplaribus valde diverſos. Neque tantum codices Mſſ. Serviani circumferuntur paſſim in Bibliothecis, qui vulgatis locupletiores ſunt, ſed & in quibus multa deſiderantur, plurima truncata ac mutila habentur, editiſque breviora: immo & in nonnullis tantum agnoſcitur quoddam quaſi Compendium Servii & Epitome. talem Servii Abbreviatorem, ſed Anonymum, poſſedit quondam Joh. Chriſtoph. Wagenſeilius, vir erudititiſſimus, qui codicis ſui Fragmentum ſpeciminis cauſſa aliquando miſerat ad Theodor. Ryckium, novam Servii editionem meditantem. ut didici ex inedita Wagenſeilii ad Ryckium Epiſtola, cui Fragmentum Epitomatoris hujus ad initium lib. III. Aen. adjunctum erat, ſcripta Altorfii Noricor. a. d. 28. Septembr. an. 1680. cujus haec verba ſunt: *Ceterum, ut aliqua ratione cognoſcere poſſis, qualis ſit ille, quem teneo, Servii Epitomator, Fragmentum ejus ad te mittere viſum eſt, ex quo facile de reli-*

quis, tamquam ex ungue de leone, pro mentis tuae ſagacitate facies judicium. Sunt ſane multa prave in eo ſcripta, ſed non ita ut ſenſui aliquid decedat. Quod ſi exiſtimabis aliquod operae pretium in conferendo hoc Epitomatore referre te poſſe, faciam tibi ejus codicis copiam libens, & ſimul Virgiliani Mſ. quod aſſervo, modo commoda occaſio iſta ultro citroque mittendi ſe offerat. ſed nullius fere momenti Grammaticum fuiſſe, & ſine magna literarum jactura nos hoc Epitomatore carere arbitror, quantum quidem ex iſto Fragmento judicare mihi licuit.

Sed facta Ryckii mentione, par eſt, ut dicamus aliquid de ejus in Servium & Donatum laboribus, quos ad fidem membranarum veterum caſtigatos & in integrum reſtitutos edere paraverat, uſus ad id praeter codicem Regium, de quo ſupra egimus, Servio Mſ. Bibliothecae Daventrienſis, & Donati codice editis ampliori, qui in Bibliotheca Harlemenſi adſervatur. ſed cum plurima in ſcriniis ad hoc inſtitutum haberet parata, obſtitit conatibus eruditiſſimi viri egregiis mors, quae editionis hujus ſpem nobis invidit. Poſt ejus fata in auctione ſupellectilis literariae Ryckii, adparatum ejus omnem ſibi vindicavit Maaſvicius, qui his ſpoliis inſtructus novam Virgilii editionem publicae expoſuit luci, pulchram ſane ac luculentam, ſi characterum & chartae nitorem, & ſpecioſum imaguncularum ſplendorem intueamur, ſed quam dextre in hoc opere, & praecipue in Servio emaculando fuerit verſatus, ſatis jam in ſua Admonitione probavit Patruus meus, & paſſim in notis ſuis, ideoque nos ea hic non repetemus. Dignior forte & peritior provinciae huic adminiſtrandae ſucceſſor fuiſſet Th. Janſſon. Almeloovenius, qui in animo etiam habuerat hoc opus poſt Ryckium adgredi, & de Virgilio, ejuſque Interprete Servio bene mereri, inſtigante eum atque adhortante Jano Broukhuſio, qui literis ſuis ad Almeloovenium exaratis, quae apud me ſervantur ineditae, non

de-

Digitized by Google

deſtitit eum inpellere, ut egregium hunc ſuſciperet laborem: ſed praecipue in Epiſtola d. 21. Martii an. 1694. ſcripta, cujus partem; licet prolixiorem, cum bona Lectoris venia hic exhibebo, quia Broukhuſii conſilium de nova Virgilii editione curanda aperit, & de Ryckiana ſimul ſupellectile nos edocet: *De Servio ita habeto: quae mea ſunt, quaeque Francii, uſurpabis quando & quamdiu voles. ſunt & alia, de quibus te monere debeo. Ryckius, quem noviſti haud ita pridem Profeſſorem Leidenſem, a multo jam tempore ſecum moliebatur novam Servii editionem. Ei rei non parvam ſupellectilem paraverat in ſchedis. habebat autem inter alia tres codices Servii impreſſos, ſupplementis, emendationibus & notis egregie refertos. ii codices dicuntur tranſiiſſe ad Tob. Mylium, Correctorem, ut vocant, Leidenſem, pretio an dono non habeo dicere. Nunc vero poſtquam is Mylius diem ſuum clauſit, nuſquam in ejus Catalogo comparent, ſubducti fortaſſe auctioni publicae ab haerede elegantiarum Muſicarum ſtudioſo.* &c. *Formam editionis, qualem ego mihi finxeram, indicabo tibi. Virgilii ipſius, cum adjunctis per tmemata Servii Commentariis, textum, ut loquuntur, dare debebis, ita uti jam pridem dedit Petrus Daniel. Sequentur Auctaria, notato per characteres ſingulo quoque libro, unde fuerunt depromta, ſimplicia prorſus ac nuda, ſine ullo fuco Critico: tum deinceps notae ad Servium, quotquot undequaque poterunt corradi. Agmen claudent Philippi Beroaldi Annotationes in Servium, opus hactenus non ſuo pretio habitum. Hac ratione, opinor, habebimus opus luculentum, & quod nomen tuum cum ſumma laude diffundat in omnem poſteritatem.* Adnotationes illae Beroaldi, quas laudat ibidem Broukhuſius, habentur in Tom. I. Fac. Critic. Gruteri pag. 257. & ſeqq. ſed de iis tamen non tam benigne ſentiunt alii, cenſuraſque in hoc Beroaldi opus dedit Fr. Florid. Sabinus lib. II. Subſec. Lect. cap. VIII. uſque ad XVII. quae cum Beroaldi Adnotationibus conferri merentur. Abjeciſſe vero conſilium de Virgilio edendo Almeloovenium puto, quum provinciam hanc oc-

occupaſſe Maaſvicium audiviſſet, ut patuit mihi ex Ejus Epiſtola Mſſ. ad Maaſvicium, exarata Harderov. d. XVI. Kal. Maji 1712. qua ipſi transmittit Indicem Mſſorum & antiquiſſimarum Virgilii ac Servii editionum, ſimulque optimo conſilio Maaſvicium monet, ut loca auctorum veterum a Servio adducta in ipſis fontibus indagaret, & notaret ex eorum editionibus, ut conſtaret lectionum varietas & ratio; an Servius ex auctoribus, an vero illi ex Servio eſſent emendandi, quod ut exemplis ipſi probaret, exhibet ibidem plurima veterum auctorum loca, quae aliter in vulgatis eorum codicibus, ac in Servio leguntur, ſed quae inveſtigare & accurate, ut decebat, notare neglexit laboris fugiens Maaſvicius.

Videamus igitur, quid in Servio recenſendo Patruus meus praeſtiterit, & quibus copiis adjutus eum emaculare, & adcuratius caſtigare aggreſſus fuerit. Et quidem ante alia egregium ipſi adparatum hic iterum contulerunt ſcrinia Heinſiana, ex quibus tria quatuorve habuit exemplaria editionum Servii, quibus Heinſius manu ſua ex Mſſ. codicibus, quibus fuerat uſus, innumeras emendationes, varias Lectiones, ac ſupplementa plurima adſcripſerat. Inter haec fuerunt Excerpta Cujaciana, e quibus ſe auctiorem Servium habuiſſe teſtatur Heinſius ad Ovid. XIV. Met. 476. tres alios Servii codices vetuſtos memorat in notis ad lib. V. Aen. 620. & duos codices Leidenſes ad Ecl. IX. 31. alium praeterea Scholiaſten Maronis ineditum laudat ad lib. II. Georg. 86. & 197. tum poſſedit etiam Gloſſas Mſſ. ad Virgilium; quas ab Heinſio habuit Thom. Munckerus, qui ex iis profert nonnulla in notis ad Hygin. fab. 2. fin. & fab. 21. ad Fulgent. lib. I. Mythol. p. 20. 31. & lib. II. p. 98. cujuſmodi Gloſſarii Virgiliani ex antiquo codice ſuo, in quo nonnulla etiam Serviana habentur admixta, ſpecimen dedit Barthius lib. XXXIII. cap. 13. & lib. XXXVII. Adverſ. cap. 5. His Heinſianis copiis adjunxit optimum illum Virgilii codicem Regium, litera R notatum, Servii

com-

commentario etiam inſtructum, tum Voſſianum, qui nunc eſt in Bibliotheca Leidenſi, quem in Indice Mſſ. Latinorum, qui fuerunt quondam in Bibliotheca Iſaaci Voſſii, memorat Colomeſ. in Opuſc. pag. 139. & multo ampliorem eſſe Servio P. Danielis refert. hunc indicant literae *Voſſ.* nam Leidenſis ab Heinſio collatus litera L, & alter Leidenſis litera V notatus eſt. Alium etiam codicem longe vetuſtiſſimum, litera B inſignitum, ipſe poſſedit, quem pro Patruo aliquando contuli, qui olim fuit Abbatiae S. Galli, & conplectebatur Servii ſcholia in Eclogas & Georgica. in hoc codice deſiderabantur plurima, quae in vulgatis leguntur editionibus, ſed quae tamen ſub finem libri repetito Commentario Serviano habebantur auctiora, quibus inter ſe collatis conjicere forte liceret, illa quae in utraque exemplaris hujus parte non exſtabant, haud genuina Servii eſſe. Variantes porro ex codice Bibliothecae Senatus Lipſienſis habuit Patruus a viro doctiſſimo Joh. Henr. Leichio, famam nuper auſpicato Animadverſionibus ad Graecas Muratorii Inſcriptiones, editis in Miſcellaneis Lipſienſibus, curiſque novis in eaſdem, quae poſt Carmina Sepulcralia ex Antholog. Mſ. notis ejus illuſtrata Lipſiae anno proxime elapſo prodierunt. Codicem autem hunc noni ſeculi fuiſſe patet ex ſpecimine ejus ſcripturae, quod collationi huic adjunctum habebatur, quodque exacte conveniebat cum forma & ductu literarum Rabani Corbejenſis, cujus ſpecimen inter ſcripturas ſeculi IX. exhibet Mabillon. de Re Diplom. lib. V. pag. 363. Celeberrimus etiam Joh. Chriſtoph. Wolfius per literas Idib. Jan. 1731. ſcriptas, ſpecimine tranſmiſſo obtulit Patruo ex Bibliotheca Hamburgenſi Excerpta Lindenbrogiana, ſive emendationes quaſdam & acceſſiones ad Servium in Georg. & Aeneida, quas ex Mſ. codice manu ſua adleverat Freder. Lindenbrogius marginibus editionis Virgilii Baſilienſis an. 1544. Joh. Bapt. Egnatii cura cum veterum atque adeo Servii commentariis publicatae. Sed his tamen non

******* uſus

uſus videtur Patruus, neque moleſtiam cetera excerpendi viro egregio aliisque laboribus occupatiſſimo imponere voluiſſe, ſed pro ſpecimine iſto gratias egiſſe, quod forte continebat variantes in primum ac ſecundum Georgicon librum, quas litera G illic denotaſſe Patruum ſuſpicor, quamquam id divinare mihi difficile ſit.

Horum codicum & diverſarum editionum, praeſertim P. Danielis, Rob. Stephani, Georg. Fabricii aliorumque lectiones diſcrepantes ſingulis paginis textui notiſque ſubjecit, adpoſitis & indicatis librorum manu ſcriptorum vel editorum ſignis, unde variantes illae lectiones deſumtae ſint; quod in ſua editione omiſiſſe Maaſvicium, non probare ſe profeſſus eſt Cl. Haverk. ad Lucret. lib. v. 1441. Supplementa etiam Servii ex Fuldenſi aliisque codd. a viris doctis producta uncis incluſit, additis pauculis, ſed brevibus nec ambitioſis notis, quae tamen corruptas & adulteratas Servii ſcripturas & tranſpoſita vel luxata periodorum membra ſignificent, qui labor Scholiaſtas corrigendi & in ordinem redigendi virum certe induſtrium & laboris patientem requirit, judice Barthio ad Stat. lib. II. Theb. 281. *Sane qui hoc genus Commentaria ex ſcriptis exemplaribus in ordinem redigere velit, perſpicacem laborioſumque hominem eſſe oportet, ne confuſa confuſiora reddat, quod nos in aliquot Poëtarum veterum Scholiaſtis ſumus experti.* Praecipue loca veterum auctorum in Servio citata diligenter indagavit, & notata correxit, labore quidem taedioſo, ſed tamen Criticis utiliſſimo, & qui pluris conſtat, quam inertiae patronis exiſtimatur. Inde enim recentiores editores, qui hoc neglexerunt, & praeſertim Maaſvicius, licet ab Almeloovenio hac de re admonitus, ut ſupra diximus, multos in his Servianis reliquerunt errores, & perperam citata in prioribus editionibus ſupine nimis etiam in ſuis expreſſerunt, ac poëtarum loca falſis & non ſuis auctorum nominibus exhibuerunt. vid ad lib. II. Aen. 268. num. I. ubi *Statii* verſus ſub *Lucani* nomine in editionibus prioribus profe-

re-

rebatur, licet in Mſſ. *Statius* haberetur. ſic lib. v. Aen. 467. num. 57. Terentiani Mauri verſus ſub nomine Horatii in nonnullis occurrit editionibus, quum in vetuſtioribus & Baſilienſ. Edd. vero auctori tribuebatur. ita Ovidii verſus ſub ejusdem Horatii nomine producitur ad lib. vii. Aen. 612. & Lucilii ac Lucretii loca ex ſcripturae compendio *Luc.* ſaepe confuſa, quae indagare & expendere debuiſſent editores, ut ea ab interpolatorum & librariorum oſcitantria vindicare, ſuiſque auctoribus adſcribere potuiſſent. Alia exempla ſupinae ejusmodi negligentiae in citatione locorum in Servio vid. ad lib. iii. Georg. 325. n. 74. lib. iii. Aen. v. 533. n. 6. & praecipue lib. ii. Aen. v. 68. n. 5. & v. 540. quo ultimo loco legebatur vulgo; *Salluſtius, Jugurtha adveniens velox Quaeſtorem appellat.* in quibus verbis ex nomine proprio *Volux*, qui Bocchi filius, fecerunt adjectivum *velox*, & Jugurthae adſcripſerunt, quae de alio narrat Salluſtius; unde haec ita reſtituit Patruus, *Salluſtius Jugurt. cap.* cvi. *Volux adveniens Quaeſtorem appellat.* ex quo ſolo ſpecimine de ceteris judicare licet. Ante omnia vero hoc utiliſſimum & Criticae artis ſtudioſis gratiſſimum futurum eſt, qui conferentes loca veterum auctorum ita ut proferuntur a Servio, & nunc in vulgatis atque emendatis eorum editionibus leguntur, notatis variantium lectionum differentiis vel Servium ex illis corrigere, aut ex conſenſu plurimorum Servii Mſſtorum auctores ipſos caſtigare poterunt, quod ſi exemplis in medium prolatis confirmare vellem, ſingula fere veterum ſcriptorum loca a Servio adducta excutere & excerpta illuſtrare deberem. Hoc certe inſtitutum ſi ſecuri fuiſſent noviſſimi editores, non adeo corruptos nobis dediſſent Servii Commentarios, quamquam vel ſic quoque eos valde adhuc interpolatos & vitioſos habeamus, cum plurima iis admixta & intruſa ſint ex aliis veterum Virgilii Interpretum Scholiis & Expoſitionibus, quorum vel integri nobis perierunt in Maronem Commentarii, vel Servianis his in-

inſerti ſunt, forte omiſſis tantum illis, quae eadem ac in Servio legebantur.

Sic Philargyrii nonnulla inmixta Servianis fuerunt in quibusdam editionibus Lucii & aliorum, quae ubi vel minimum differebant, ſervavit Patruus, ſed ubi ad verbum erant deſcripta, delevit; quid enim adtinebat bis eadem legi? Ejus etiam deperdita eſſe quaedam, aut Philargyrium ſuas notas ſubjunxiſſe aliis Grammaticis recte colligit Broukhuſius ex iis, quae leguntur ad lib. I. Georg. 103. ubi incipit nota, *Eſt & alter ſenſus &c.* ergo praeceſſerat alia loci illius expoſitio. ad lib. III. 121. incipiunt verba adnotationis, quam tamen in hac editione operarum incuria omiſſam video, *Non enim poteſt unus equus duas patrias habere.* ubi aliquid deſideratur, quod praeceſſerat. & v. 305. in fine notae, *Sane &c.* quae e Servio irrepſerunt, in quo legitur, *Sane perite: quoniam ſcit* & ſeqq. Haec Philargyrii in Bucolica & Georgica Scholia in P. Danielis & Commelini editionibus etiam habentur, ac primum a Fulvio Urſino, qui eum ad Valentiniani tempora refert, producta ex fragmento vetuſtiſſimo Serviano, quod literis Longobardicis exaratum dono acceperat a Paulo Manutio, & ex codice Virgiliano Angeli Politiani, edita ab eo ſunt poſt Kalendarium Farneſianum, notaſque ad Catonem, Varronem, & Columellam, & ſimul cum notis Urſini in Servium prodierunt Romae 1587. cujus editionis cum apud me eſſet exemplar, cui Janus Broukhuſius manu ſua nonnulla ad Philargyrium haud contemnenda adſcripſerat, ea publico invidere nolui, praeſertim cum poſt Indicem Auctorum in notis emendatorum unius vel alterius paginae vacaret ſpatium. Quibus ſubjungere e re viſum fuit Celeberrimi & Eruditiſſimi Car. Andr. Dukeri Specimen Adnotationum in Servium, quae cum forte fortuna his diebus, dum Patrui ſchedas excutio, ſe mihi obtuliſſent, eas Seni optimo meique amantiſſimo transmittendas cenſui, ut quid his fieri vellet

Digitized by Google

vellet explorarem, & quia chartae ejus conplectebantur tantum notas ad Servium in Bucolica & primum Aeneidos librum, ab eo edocerer, num reliqua in ſcriniis haberet parata, eaque huic editioni, ad quam inſtituta erant haec adnotata, praefigi concederet, perſuaſus haud parum ornamenti ex illis huic operi acceſſurum. Adnuit his quidem precibus vir doctiſſimus, ſed quo minus telam inchoatam pertexeret, neque animi neque corporis ſenio confecti, multiſque doloribus & incommodis fracti vires debilitatas permittere reſcripſit. Itaque his contentos nos eſſe, & Seni egregio pro iisdem gratias agere oportet.

In Bucolica etiam & Georgica circumferuntur Valerii Probi Grammatici Commentaria, quem inter vetuſtos Virgilii Interpretes ſaepe citat Servius. hunc *doctum hominem & in intelligendis penſitandiſque veteribus ſcriptis bene callidum* laudat, ac de Virgilianis verſibus judicantem inducit Gellius lib. IX. cap. 9. & lib. XIII. cap. 19. ubi inter alia teſtatur Probum uſum fuiſſe codice libri primi Georgicon, manu ipſius Maronis caſtigato: quemadmodum & in lib. II. cap. 3. memorat Fidum Optatum, multi nominis Romae Grammaticum, ſibi oſtendiſſe librum Aeneidos ſecundum mirandae vetuſtatis, quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat. hunc Valerium Probum Virgilii Interpretem etiam laudat Macrob. lib. V. Saturn. cap. 22. Fuit autem Donato vetuſtior, quia ſaepe Probum ad partes vocat Donatus in Commentario Terentiano. Dubito vero an hic Virgilii Interpres idem ſit, ac Marcus Valerius Probus, cujus vita exſtat apud Sueton. de Illuſtr. Gramm. cap. 24. & de quo vide notas Gronov. ad Gell. lib. 1. cap. 15. Fuerunt enim duo Valerii Probi Grammatici, alter ſeculi Neroniani, alter Hadrianei, cujus ſcripta nonnulla habemus, ut librum de Notis Literarum, de quo vid. Voſſ. lib. 1. de Art. Gram. cap. 39. pag. 145. Hic idem eſt ac Valerius ille Probus, qui commentarium de occulta Literarum

 ſigni-

Digitized by Google

ſignificatione Epiſtolarum C. Caeſaris ſcripſit, teſte Gellio lib. XVII. cap. 9. ubi vide notas. illud enim opus diverſum eſt a libello de Notis Literarum, ſuperſtite quidem, ſed interpolato valde & corrupto, de quo vide Pier. ad lib. XII. Aen. 159. Probi quoque Valerii quae hodie circumferuntur in Virgilium, ſuppoſititia eſſe judicat Henr. Stephanus Diſſert. de Criticis pag. 249. *Ad Valerium Probum quod adtinet, vereor ne illi injuriam faciamus, niſi pleraque ſub ejus nomine edita tamquam ψευδεπίγραφα rejiciamus.*

Nec minus ſuſpectae fidei viris doctis merito videntur illa, quae ſub Pomponii cujuſdam Sabini nomine in Virgilium hodie exſtant, edita a Joh. Oporino Baſil. 1544. in 8°. quaeque in Baſileenſi G. Fabricii editione inveniuntur. hunc mediae aetatis Grammaticum perperam ſtatuerunt nonnulli, ut Pithoeus ad Dialog. de Orat. cap. 26. ejuſque teſtimonio frequenter multi uſi ſunt, ut probati & fide digni Grammatici. ita Scheffer. lib. II. de Re Vehic. cap. 7. pag. 129. cum tradit Scythas notos habuiſſe, atque *Itinerarium Scythicum* ſcripſiſſe. Sed vixiſſe ſub initium renaſcentium literarum dudum alii oſtenderunt, & patet id ex Epiſtola Danielis Gaitani ſcripta an. 1486. ad Petrum Mannam, inſignem, ut vocat, Grammatices ac Rhetorices propagatorem, quae Oporini editioni praefigitur, ubi circa finem iſta de hoc Pomponio Sabino nos docet: *Sabinus unus eſt, qui in praeclariſſima illa ac feliciſſima beatiſſ. Pii Pontificis Secundi Academia optimas e ſitu literas in lucem coepit aſſerere; nec adhuc parcit quotidiana antiquorum Graecorum uti conſuetudine, & notas in aes & marmor inciſas ſcrutari, & multa in manibus ſunt, quae propediem lucem habebunt.* Eumdem hunc errorem animadvertit Barthius in Comment. ad Ceirin pag. 85. eumque adhuc anno 1486. vixiſſe ex Conr. Geſneri Bibliotheca refert, unde recte ſubjungit: *Hinc liquet hominis auctoritas, qui jam integro ſeculo, & quod excurrit, pro fide digno auctore habitus eſt. Adeo ut ſummi etiam viri, & naſum Critico*

tico aceto admodum acriter delibuti, eum pro mediae aetatis Grammatico in teſtimonium citare non erubuerint. Sabinum hunc multa ex veterum Grammaticorum ſcriniis depromſiſſe, & ſuis inmiſcuiſſe notavit Heinſius ad lib. I. Georg. 513. in fine.

His igitur miſſis potius aliquid addemus de Tib. Cl. Donato, cujus Commentarii in Virgilii Aeneida primum a Joh. Joviano Pontano reperti ſunt, & per Scipionem Capycium prodierunt Neapol. 1535. fol. vide Leonard. Nicodem. in Addit. ad Nic. Toppii Biblioth. Neapolit. p. 227. tum in Baſilienſibus G. Fabricii & Lud. Lucii, & recentioribus aliorum editionibus habentur. Mendoſiſſimos tamen, & per inferiorum temporum Grammatiſtas conſpurcatos valde hos commentarios eſſe queritur Barth. ad Stat. lib. IV. Th. v. 445. & lib. XI. v. 515. ubi optat, ut pro his Donati Commentariis exſtaret potius ejusdem liber nunc deperditus, quo Urbium, Fluviorum, Deorum, Dearumque nomina apud Virgilium occurrentia cum Hiſtorica Aeneidos Exegeſi expoſuit. vide & de eorum interpolatione Henr. Steph. de Criticis pag. 72. 209. & 248. & in Schediaſm. de Delect. in Lect. Virgil. pag. 49. ex quo patebit magnam eſſe differentiam inter illa, quae in editis Donati exemplaribus, & inter ea, quae in codicibus manu exaratis habentur, & ſaepe Servium producere nonnulla ex Donato, quae in eo reprehendit, quae nunc in vulgatis Donati Scholiis non inveniuntur. vid. ad lib. III. Aen. 535. & 636. Hinc ſuppoſititium eſſe Donatum judicat Merula ad Ennium pag. 56. his verbis: *Suppoſititium appello Donatum, nec injuria. Quae enim tanti momenti ratio me inducet, ut credam eum eſſe Donatum, diligentem alioquin ſcriptorum veterum interpretem, cui tam obſtinata & morum, qui retro, & auctorum in Commentariis ſane prolixis praetermiſſio. Ne ipſe quidem Georg. Fabricius fidem mihi faciet: mea mens illa; Quae Donati nomine in Virgilium circumferuntur, non Donati eſſe, ſed alicujus, non ineruditi tamen, Paraphraſtis. De mutilatis, quae*

nobis

nobis aliae obtrudunt editiones, ſileo. Diſſentit a Merula Barthius lib. XXXIII. Adverſ. cap. 13. ubi adfirmat Donatum revera eſſe horum Commentariorum auctorem, ſeque in Anglia perveteres membranas evolviſſe nomen ejus agnoſcentes; ſed a Georg. Fabricio pro lubitu contracta, & in ordinem diſpoſita fuiſſe, laudatque eum ut *Paraphraſten non ineptum ſed diligentem, fruſtraque Paul. Merulam titulum Donati adſpernatum eſſe:* quamquam Georg. Fabricius tamen eum *neque lectionem obſervaſſe, neque verborum exquiſitum fuiſſe interpretem* notet ad lib. x. Aen. v. 277. Non eſſe tamen Donati haec Commentaria, quae in Virgilii Aeneida circumferuntur, ſed potius Aſinii Pollionis, contendit Ptolemaeus Flavius in Conjectaneor. Centur. cap. 95. apud Gruter. in Fac. Critic. Tom. I. pag. 992. Certe genuinum ac verum Donatum nos hodie non habere docent codices ejus MSſti, qui ab editis longe diverſi & integriores ſaepe a viris doctis memorantur: & paſſim Pierius in Caſtigationibus ſuis profert plurima ex locupletiori Donati exemplari. vid. ad lib. I. Aen. 178. & III. Aen. init. ſic integra Donati Commentaria in duos ultimos Aeneidos libros a Camillo Portio ſe habuiſſe teſtatur ad lib. XI. Aen. 410. ubi locum inſignem ex iſto codice profert, ex quo vel praecipue adpareat, quantum amiſerimus deteſtabili illius facinore, ut ait, qui tam docta mutilavit commentaria. Neque operam luſiſſent viri docti, qui Virgilium cum Donati Commentariis ediderunt, ſi illa, quae & alibi paſſim Pierius in notis ſuis ex integrioribus codicibus profert, quaeque in vulgatis exemplaribus fruſtra quaeruntur, diligenter excerpta ſuis locis recte atque ordine diſpoſuiſſent, ut hac ſaltem parte ſupplere potuiſſent ea, quae nunc turpi mangonio detruncata dederunt homines Muſis iratis nati. Diverſum quoque ab editis Donati codicem poſſedit olim Chriſtoph. Landinus, indicante ejus diſcipulo Ang. Politiano in Miſcellan. cap. LXXVII. Sic ampliorem vulgatis Donati Commentarium ha-

habuit Adrianus Barlandus, cujus Adnotationes in IV. priores Aeneidos libros prodierunt Antverp. 1544. non Lovanii, ut male Fabricius; licet ille plurimas enarrationes Donato & caſtigationes fere ſuas debeat Pierio. Integrum quoque Donati in Virgilium Commentarium ſe nactum eſſe ex caſtro quodam S. Maximini prope Aquas Sextias in Provincia, ubi Bibliotheca a Rhenato Andegavenſi inſtructa habebatur libris a Mario Philelpho eo congeſtis, ſcribit Alciatus in Epiſt v. & VI. ad Franciſc. Calvum, inter Epiſt. Gudianas pag. 81. & 84. Quin & codex ille Bibliothecae Harlemenſis, ex quo Donatum emendare & reſtituere in animo habuerat Theod. Ryckius, ut ſupra diximus, quem oculis aliquando luſtravi, non tantum optimae, licet recentioris, notae exemplar eſt, ſed ut multa ſuadebant, videbatur etiam editis longe auctius & integrius, atque hunc praeferebat titulum, *Tiberii Claudii Donati ad Tiberium Claudium Maximum Donatianum filium ſuum Interpretationum Virgilianarum incipit.* & in fine Codicis ſubſcriptio talis habetur, *Virgilianarum Interpretationum Eneidos liber duodecimus explicit. Deo gratias. Scriptus autem fuit per me Franciſcum S. Nicolai Berti Martini de Sancto Geminiano, civem & notarium Florentinum, de anno Domini 1466. de menſe Decembris in Civitate Florentina, tempore Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Dñi Pauli, divina Providentia P. P. ſecundi Pontificatus ſui anno tertio* His tamen Donati Commentariis locum dare in hac editione non potuit Patruus, uti nec Probo, multo minus Pomponio iſti Sabino, ne in nimiam molem excreſceret opus, maxime quum Servio praecipuam deſtinaverat curam.

Sed praeter Servium, Philargyrium, Val. Probum ac Donatum, haud parvo numero apud Grammaticos veteres memorantur Virgiliani Interpretes, quorum lucubrationes aut penitus nobis interciderunt, vel Servii ac Donati reliquiis intermixti habentur. ſic L. Annaeum Cornutum in Maronis Commentariis laudat Soſipater

Chariſius lib. I. Inſt. Gramm. pag. 100. & 102. de quo ita Gellius lib. II. cap. 6. *nonnulli Grammatici, qui Commentaria in Virgilium compoſuerunt, in quibus eſt Cornutus Annaeus.* & lib. IX. cap. 10. vocat *hominem ſane pleraque non indoctum, neque inprudentem.* meminit etiam ejus non uno in loco Servius. Laudatque Cornutum hunc, & ex ejus adnotationibus in Virgil. locum producit Macrob. lib. V. Saturn. cap. 19. in cujus tamen indice perperam *Aurelius Cornutus* vocatur. vid. de eo Scalig. ad Euſeb. pag. 197. Celſum in Commentario ad Maronem memorat idem Chariſius lib. II. pag. 180. 191. & 197. ubi *Aruntium Celſum* appellat. Neſcio an idem Aruntius ſit, qui cognomine *Aruntii Claudii* occurrit apud Diomedem lib. I. pag. 307. a Priſciano quoque citatur ſaepe nunc ſub *Aruntii,* nunc ſimpliciter ſub *Celſi* nomine; ut & apud Servium. Gnifonem in Maronis Georgica citat Chariſ. lib. II. p. 184. qui tamen non poteſt eſſe Marcus ille Antonius Gnifo, cujus meminerunt Macrobius & Quinctilianus, & cujus vita exſtat apud Sueton. de Illuſtr. Gramm. cap. 7. licet illic Vinetus eumdem faciat. *Julii* quoque *Hygini, non ignobilis Grammatici, in Commentariis, quae in Virgilium fecit,* meminit Gellius lib. I. cap. 21. & lib. XVI. cap. 6. *Julium Hyginum* citat, *in quarto librorum, quos de Virgilio fecit.* ubi quae ex Hygino adfert Gellius, eadem quoque producit Macrob. lib. VI. Sat. cap. 9. ejus etiam mentio non raro occurrit apud Servium. ſic Velium Longum in lib. II. Aen. profert Chariſ. lib. II. pag. 153. *de quo Velius Longus in ſecundo Aeneidos ſatis commentatus eſt.* & Macrob. lib. III. Saturn. cap. 6. ex quo eodem ſcriptore lib. III. cap. 5. colligi etiam poſſet, Aſprum Grammaticum quaedam in Virgilium ſcripſiſſe. ſic Adamantius Martyrius, cujus nonnulla exſtant apud Caſſiodor. de Orthogr. V. pag. 2295. etiam in Virgilium commentatus eſt. ejuſque meminit ſaepe Pierius in notis, ut ad Ecl. II. 15. & 18. & VIII. Aen. 642. & lib. X. 205. Alexander etiam,

etiam, neſcio quis, inter veteres Virgilii interpretes, citatur a Servio ad lib. VIII. Aen. 330. idem forte ac Alexander Grammaticus a Donato in vita Virgilii memoratus; ubi & alii occurrunt, ut Aſconius Pedianus, Meliſſus & Niſus Grammaticus, ut jam nihil addam de Virgilii obtrectatoribus, ac Carvilio Pictore, cujus Aeneidomaſtix ibidem recenſetur, quemadmodum Virgiliomaſtix apud Serv. ad Ecl. II. 22. *Hunc verſum male diſtinguens Virgiliomaſtix vituperat.* & Aen. V. 521. *Culpat hic Virgiliomaſtix.* Martius etiam Salutaris, Commentator Virgilii, laudatur a Chariſ. lib. II. pag. 181. & Grillius ad Virgilium de accentibus, a Priſciano lib. I. pag. 560. Titianum quoque & Calvum Themata omnia de Virgilio elicuiſſe, & ad dicendi uſum conformaſſe, teſtatur Servius ad lib. X. Aen. 18. qui etiam auctorem Declamationum in Virgilium memorat eod. lib. V. 532. & Nigidii Commentarium Grammaticalem, procul dubio in Virgilium, ad lib. I. Georg. 120. Alios alii Grammatici ſaepe in ſcriptis ſuis adducunt, ſed de quibus ſingulis operoſius agere a noſtro inſtituto alienum eſt. Paſſim etiam Pierius & Heinſius in notis ſuis ad partes vocant Aruſiani Meſſii Elocutionum libellum needum editum, quo exemplis Virgilianis ubique uſum Elocutionum adſtruit ille Grammaticus, cujus auctoritate ſaepe optimas Maroni vindicarunt lectiones. Hunc Neapoli cum aliis Grammaticis ineditis deſcripſit aliquando Heinſius, & in Commentario Virgiliano frequenter ejus teſtimonio utitur. vide quae de hoc Aruſiano Meſſio dixi in Comment. de vita N. Heinſii, Adverſariis ejus praefixo, pag. 9.

Sed praecipue inter veteres, qui Virgilium emendarunt, & in ordinem digeſſerunt, cenſendi ſunt Tucca & Varius, qui Aeneidos opus, ab Auguſto flammis ereptum, caſtigarunt ac diſpoſuerunt, ut notum ex Sulpitii Apollinaris Epigrammatibus in Aeneidem Virgilianam, quae in Pithoei Catalectis lib. I. leguntur. eos quoque

inter Criticos numerat ac cum Probo conjungit Eugenius praefatione in Dracontii Hexameron,

Quod ſi Virgilius, & vatum ſummus Homerus,
Cenſuram meruere novam poſt fata ſubire,
Quam dat Ariſtarchus, Tucca, Variuſque, Probuſque.

Hi complura Virgilii hemiſtichia, inperfecta ab eo relicta, ſuppleverunt, nonnulla etiam detraxerunt. ut oſtendit H. Stephan. Diſſ. de Criticis pag. 48. & ſeqq. & Petrus Nannius lib. VI. Miſcellan. cap. 10. ubi tradit ſe poſſidere ſcriptum Virgilii codicem, in quo viginti hemiſtichia illa, Tuccae ac Varii ſententia detruncata, integra & ſuppleta occurrebant eo, quo exhibet, modo; ſed quae tamen ſupplementa non ipſius Maronis eſſe, ſed a Scholaſtico quodam adſuta videntur. Ibidem Nannius, & H. Stephanus pag. 52. diſſerunt de quatuor illis verſibus, *Ille ego qui quondam &c.* Aeneidi a Marone ipſo, ut volunt, praefixis, ſed a Tucca Varioque reciſis; ſed quos tamen ſanior hodie virorum doctorum pars ipſi poëtae abjudicant, & Virgilianae Aeneidos initium *Arma virumque* agnoſcunt. qua de re cum prolixius aliquando egerim in Miſcellan. Obſerv. Vol. VI. Tom. III. p. 523. ea hic non repetemus, id tantum addituri, quod teſtimoniis veterum Grammaticorum ibidem prolatis ſubjungere liceat Caſſiodor. de Orthograph. pag. 113. *hunc debemus ordinem ſervare, ut primo de ſubdiſtinctione dicamus, ut* arma virumque cano, *ubi totius operis ſumma concluſa eſt. arma enim ancilia Virgilius, virumque dicturus eſt.* ubi ſuſpecta mihi vox *ancilia*, & forte reſcribendum, *in Aeneide.* ut *in* ex ultima litera vocis *enim* eliciatur. recte vero docet, verbis illis *arma virumque cano*, totius operis ſummam concluſam eſſe, ut ſolebant in primis magni alicujus operis verbis totum argumentum proponere. vide Caſaub. ad Perſium pag. 137. & Menag. Obſerv. Ital. ad Amintam Taſſi v. 192. p. 167. Iſacus etiam Voſſius in notis

ad

ad Catullum p. 284. teſtatur ſe vidiſſe exemplar Mſ. in quo Seneca quidam, veterum auctorum interpolator, dicebatur auctor eſſe quatuor illorum verſuum, qui Aeneidi vulgo praefiguntur. Denique ut litem hanc diremtam ac dijudicatam faciamus, principium Virgiliani hujus operis *arma virumque* eſſe, firmari etiam poſſe exiſtimo, id quod tamen nemini hactenus animadverſum miror, ex verbis apud Suidam in voce Λίβερνος, ſed non ut hodie in Lexicographo iſto leguntur; nam tranſpoſita, ac ſuo loco mota eſſe arbitror ea, quae ſententiae huic probandae faciunt: Itaque locum ipſum excutere oportebit. Narratur illic ex ſcriptore anonymo credita vulgo Curtii in hiatum terrae ſe praecipitantis hiſtoria, ubi in fine haec occurrunt: τόν τε τόπον Λίβερνον ἐκάλεσαν, βωμὸν οἰκοδομήσαντες, ἐξ οὗ δὴ καὶ Βιργίλλιος τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο. ultima haec Sibyllae folia eſſe fatetur Kuſterus, & lectori inquirendum monet. Scaliger in Conject. ad Varron. de L. L. pag. 62. poſtremam hiſtoriae illius narrationem falſi quidem arguit, ac Virgilii mentionem abſurde fieri notavit, cum tantum abſit, ut a Curtio Virgilius poëma ſuum auſpicatus ſit, ut nuſquam ejus mentionem fecerit, niſi in Culice. Sed locum tamen adfectum relinquit. Itaque verba haec poſtrema ſede ſua mota puto, quae in fine delenda, ac reponenda ſunt ad medium loci, ubi tradit Curtium oraculi ſenſum ita explicuiſſe, quae hoc modo conſtituo: Τιμιώτατον γὰρ εἶναι χρῆμα πόλει ἀνδρὸς ἀρετήν, ἐξ οὗ δὴ καὶ Βιργίλλιος τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, καὶ ταύτην ἐπιζητεῖν τὰ ἐκ τῶν λογίων δηλούμενα. καὶ ταῦτα εἰπὼν τά τε ὅπλα περιέθετο &c. *Rem enim civitati utiliſſimam eſſe fortitudinem viri, unde & ab eo Virgilius initium carminis fecit, eamque ab oraculo requiri. His dictis arma induit &c.* quibus verbis clare reſpicit ad initium Aeneidos, *arma virumque*, quia ἐν ὅπλοις virtus viri conſiſtit, & *armis viriſque* ubi abundat civitas, florere dicitur. ut apud Statium lib. v. Theb. 305.

Inſula dives agris, opibuſque, armiſque viriſque.

& Salluſt. in Jugurth. cap. LVII. *oppidum nullius rei egens, armis viriſque opulentum.* & ſaepe apud alios. hinc apud Propertium lib. II. El. 25. v. 63. praeferendam arbitror illam lectionem,

Qui nunc Aenean *Trojanaque ſuſcitat* arma,
Jactaque Lavinis moenia litoribus.

Sic nonnullos legere monuit Broukhuſius, ut ad magni operis exordium reſpiciatur, licet ipſe probet *Aeneae Trojani.* altero etiam verſu firmatur lectio apud Virgilium, *Lavinaque venit litora,* pro *Lavinia.* Haec ſufficiant oppoſita Nannio, Stephano, ac praeſertim Pierio, qui pro verſibus iſtis Maroni vindicandis digladiantur, quamquam rem omnem extra controverſiam ponat vel unicus ille Vegetii locus in Miſcellaneis prolatus, ex lib. II. de Re Mil. cap. I. *Res igitur militaris, (ſicut Latinorum egregius auctor carminis ſui teſtatur exordio)* armis *conſtat &* viris. Sed de his ſatis, ne limites praefationis mihi propoſitos tranſilire videar.

Reſtat itaque, ut pauca ſubjungamus de recentiorum hominum doctorum notis, quae praeter N. Heinſii ac Patrui mei adnotationes in hac etiam editione conſpiciuntur. Inter illas occurrunt Fulvii Urſini notae, excerptae ex ejus Virgilio cum Graecis Scriptoribus collato, Antverp. 1568. & ex notis in Servium, quae poſt Philargyrium in opuſculis illis Urſini ſupra memoratis editae ſunt. ſed deſcriptae hic tantum illae habentur notae, quae variantem ſpectant ſcripturam, & ex codd. Mſſ. Virgilianas Lectiones adſerunt, omiſſis veterum auctorum locis, cum quibus comparatum Virgilium illuſtraverat Urſinus, quia haec non capiebant notarum anguſtiae. Optimae etiam Georgii Fabricii Chemnicenſis, docti illius Miſenenſis Gymnaſii moderatoris, & optime de ſcriptoribus vetuſtis promeriti, notae ex variis ejus editionibus depromtae ſunt, quae locum etiam hic ſuo ſibi jure vindicabant. prodierunt Baſil. 1551. fol. ſed quae editio dein repetita an. 1556. & II. Tomis Lipſiae

1557.

Digitized by Google

1557 aliiſque annis; in quibus omnibus ſaepe nonnulla exhibentur a prioribus diverſa: ut in editione Antverp. Plantiniana 1568. diverſae Fabricii notae ſunt ab illis, quae prodierant in Baſilienſi Lud. Lucii an. 1613. vide varias Virgilii editiones Fabricianas enumeratas in vita G. Fabricii per J. D. Schreberum conſcripta, pag. 201. & ſeqq. & apud Niceron. Memoir. des Homm. Illuſtr. Tom. XXXII. pag. 36. Concinnatorem vero adnotationum editionis Fabricianae eſſe Joach. Camerarium dicit Taubman. ad lib. III. Aen. 211. Ineditas Franciſci Nanſii notas a me habuit Patruus, deſcriptas ex editione Virgilii cum notis Pierii Pariſ. apud R. Stephan. 1532. fol. cui eas manu ſua adnotarat Nanſius, quem librum forte Leidae aliquando mihi comparaveram. Eas Nanſii notas vidiſſe Emmeneſſium colligi poteſt ex ejus nota ad lib. II. Georg. 45. ejusdemque exemplaris poſſeſſores olim fuiſſe Boxhornium & Graevium didici ex utriuſque Bibliothecae Catalogis. de Johanne autem Muſonio, cujus nonnulla quoque in hac editione habentur, nihil mihi conſtare fateor. pauculae Tanaq. Fabri notae deſumtae ſunt ex editione ejus Salmur. 1665. Nonnullas etiam Joſephi Trappii obſervationes ad lib. V. & VI. Aeneid. inveni inter chartas Patrui mei, qui earum hic & illic in notis ſuis meminit. Hic inter Anglos aliis ſcriptis publicae luci datis, ut edito Anacreonte cum notis & interpretatione Elegiaca, tum Virgilii verſione Anglica & Praelectionibus Poëticis in Collegio Oxonienſi habitis, nomen haud obſcurum nactus eſt. Alia ex Turnebo, Nannio, Brodaeo, ſimilibuſque Criticis notata in Virgilium excerpere, aut in notis ſuis memorare omiſit Patruus, quia Taubmannus, Cerda, Emmeneſſius & alii ea jam adduxerant.

Sed inter omnes recentiorum adnotationes prae ceteris excellunt, quas primo loco recenſere me oportebat, Joh. Pierii Valeriani Caſtigationes in Maronem, quo nemo poſt renatas literas uſque ad Ni-

Nicolaum Heinſium adcuratius & majore cum fide Virgilium ex antiquis codicibus emendavit. unde recte Carrio lib. I. Emend. cap. 14. Pierium vocat *hominem diligentem, & in antiquorum ſcriptis ſumma religione ac fide verſatum.* Hae prodierunt primum Romae 1521. & dein Pariſ. apud Rob. Stephan. 1529. & 1532. fol. ſed a Stephani editione differre Brixienſem Pierii editionem notat Patruus ad Ecl. I. v. 73. ex quo loco patebit negligentia Maaſvicii in his quoque Pierii adnotationibus in ſua editione exhibendis, quae ſane tanta fuit, ut inter chartas Patrui Virgilianas repererim ſchedas aliquot, viginti quinque paginis conſtantes, quae vitia Maaſvicianae editionis ex illius & Pierii Romanae collatione emendata conplectebantur, manu juvenis cujusdam literati ſcriptae. Fuit autem Pierius natione Bellunenſis, unde Bellunum patriam ſuam vocat, ejusque civitatis veterem Virgilii codicem memorat in notis ad lib. IV. Aen. 138. & de hac patria ſua optime promeritus eſt erudito libello Antiquitatum Bellunenſium edito Venet 1620. in 8°. poſt Diſſertationem ejus elegantiſſimam de Literatorum Infelicitate, quam ideo ſcripſiſſe Pierium, quia ipſe etiam novercam expertus eſt fortunam, recte conjicit Corn. Tollius in Adpendice ad iſtam Pierii Diſſertationem. Cum ſumma enim conflictatus inopia a patruo ſuo Urbano Valeriano educatus & liberalibus diſciplinis inbutus eſt: cujus cum laude meminit ad Ecl. I. 69. ubi eum vocat *Antiquitatum indagatorem diligentiſſimum.* & ex Itinerario patrui ſui Urbani Graecam inſcriptionem profert ad lib. I. Georg. 14. Praeceptorem habuit M. Antonium Sabellicum, quem Venetiis docentem ſe audiviſſe tradit ad lib. I. Aen. 571. & Patavii in Graecis audivit Marcum Muſurum, ac Romae ejusdem conſuetudine in contubernio eodem uſus eſt apud Julium Cardinalem Medicem, cui has Virgilianas Caſtigationes inſcripſit Epiſtola Dedicatoria, quam male omiſit Maaſvicius;

tum

tum Romae etiam & Venetiis Janum Laſcarin amicum coluit, & cum Baſilio Chalcondyla Demetrii Fil. in Romano Gymnaſio Graecas literas docente familiariſſime vixit. vid. ad lib. VII. Aen. 648. Baptiſtam quoque Egnatium, & Phil. Beroaldum Juniorem, Sannazarium, Hieronymum Aleandrum contubernalem ſuum, aliosque plurimos Italiae eruditiſſimos eo tempore viros, quos amicos habuit, ſaepe in notis ſuis laudat. Illorum conſuetudine, & praecipue inſtitutione patrui ſui Urbani illam conſecutus eſt eruditionem & famam nominis, quam tum his Virgilianis Caſtigationibus, tum docto Hieroglyphicorum opere, aliisque ingenii monumentis ſibi paravit. Has autem Pierii notas maluiſſet Patruus ſimul cum ceteris virorum doctorum adnotationibus ipſi textui ſubjungere, ſed inportunitate Typographorum ſibi ſolis propter conparata Maaſvicianae editionis exemplaria in eas jus ſupereſſe contendentium, coactus fuit eas in Tomum quartum ſub finem Operis conjicere.

Pierii notas excipit Index Nic. Erythraei in Virgilium, quem vitioſiſſimum, & ex Emmeneſſii editione expreſſum dedit Maaſvicius, ſed mendis innumeris ſcatentem noviſque auctum, praecipue in locis ex lib. I. Aen. ubi ſaepe numerus differt propter quatuor illos verſus *Ille ego &c.* quibus connumeratis vel omiſſis variat locorum notatio. Index ille Nicolai Erythraei, ſive Joh. Victorii Roſſi, ut aliter vocabatur, ab Antonio Maria Baſſa, ita concinnatus eſt, ut omnibus editionibus poſſit adcommodari, & ab eo editus eſt Venet. 1586. in 8°. hanc editionem ſecutus eſt H. Commelinus 1601. ſed qui omiſit obſervationes Erythraei, quas ab Emmeneſſio malo conſilio etiam praeteritas Fabricius jam inprobavit in Bibl. Lat. Itaque eas Indici huic denuo inſeri, & in hac editione exhiberi curavimus, repetitas ex edit. Sylburgiana Francof. 1613. 8°. vide de hoc Ant. Mar. Baſſa, Indicis Erythraeani concinnatore, Ephemer. Literat. Ital. Tom. XIII. pag. 223. & de

Erythraeo ipſo Menag. in AntiBaillet. Tom. I. cap. 8. Hunc autem Indicem manu Patrui omnibus fere paginis paſſim emendatum vel ſuppletum Typographo exprimendum dedi, ut & Indicem in Servium varie correctum, quem in ſua editione Maaſvicius exhibuerat, quamquam eum indice ab alio confecto uſum fuiſſe ſuſpicetur Patruus in notis ad Serv. lib. v. Aen. 467. num. 57. Denique Indices Rerum & Verborum, tum Auctorum veterum, qui emendantur aut illuſtrantur, ac Recentiorum, qui notantur vel laudantur in notis doctorum Interpretum, tomo primo praemittuntur; qui ut accuratiſſimi eſſent, malui labore ingrato ac taedioſiſſimo eos conficiendi & digerendi ipſe defungi, quam alienae incuriae ac properantiae, ut ſolet, eos committere. Neque ſua etiam laude fraudandus eſt Typographus, qui nullis pepercit ſumtibus, ut tabulis aeri inciſis ſplendorem editioni conciliaret, ex cujus judicio etiam addita vides minora illa Poëmatia, Virgilio adſcripta, Culicem, Cirin, & Catalecta, ſed ſine ullis notis, quamquam ea vel penitus omiſſa, vel ſaltem Scaligeri & Lindenbrogii notas additas maluiſſem. Sed de his commodior agendi locus erit in noſtra Catalectorum veterum editione. Vale Lector, & his fruere, ac Muſis noſtris fave. Dabam Amſtelaed. d. XXIV. Decembr. CIƆIƆCCXLV.

TIB.

TIB. CLAUDII DONATI
AD
TIB. CLAUDIUM MAXIMUM
DONATIANUM FILIUM,
DE
P. VIRGILII MARONIS
VITA.

PUB. VIRGILIUS MARO parentibus modicis fuit, & praecipue patre Marone, quem quidam opificem figulum, plures [1] Magii cujuſdam, viatoris, initio mercenarium, mox ob induſtriam generum, tradiderunt: quem cum agricolationi, reique ruſticae & gregibus praefeciſſet ſocer, [2] ſilvis coëmundis & apibus curandis reculam auxit. Natus eſt Cn. Pompejo Magno, M. Licinio Craſſo primum Coſs. Iduum Octobrium die, in pago qui Andes dicitur, qui eſt a Mantua non procul. Praegnans eo mater ſomniavit Maia, enixam ſe lau-

JOH. FR. GRONOVII AD VITAM P. VIRGILII MARONIS NOTAE.

1. MAGI CUJUSDAM VIATORIS. Omnino *Magii*. Non diſſimulandus hic error Joſ. Scaligeri, qui Magium figulum patrem facit Virgilii, & id neminem neſcire ait, ad Catalecta. Sed &, ſi diis placet, ipſo hoc a filio *mendicum* appellatum vult, eo carmine:

Arretine calix, menſis decorate paternis,

Ante man medici quam bene ſanus eras.*

Ubi corrigit, *decor ante paternis Magi mendici*. At quid in eo ſalis? immo, *decorate*, eſt coronate: *& vina coronant*. Dein vel caecus videat legendum, *Ante manum medici*. Et accipiendum fuiſſe medicum, qui eum confregerit, aut manibus excidere paſſus ſit ita ut frangeretur. Atque inde acumen, quum medici ſit ſanare, hunc ſanum fuiſſe, quamdiu non venerit in medici manum.

2. SILVIS COEMENDIS. Puto conducendis & redi-

a mendis

laureum ramum, quem contacta terra confeſtim [3] cerneret coaluiſſe, & excreviſſe illico in ſpeciem maturae arboris, refertae variis pomis & floribus: ac ſequenti luce cum marito rus propinquum petens, ex itinere divertit, [4] atque in ſubjecta foſſa partu levata eſt. Ferunt infantem, ut fuit editus, nec vagiſſe, & adeo miti vultu fuiſſe, ut haut dubiam [5] ſpem proſperioris geniturae jam tum indicaret. [6] Et acceſſit aliud praeſagium. Siquidem virga populea, more regionis in puerperiis eodem ſtatim loco depacta, ita [7] brevi coaluit, ut multo ante ſatas [8] populos adaequarit. Quae arbor Virgilii ex eo dicta, atque conſecrata eſt; ſumma gravidarum & fetarum religione, [9] ſuſcipientium ibi & ſolventium vota. Initio aetatis, id eſt, uſque ad ſeptimum annum, Cremonae egit: & [10] xv. anno virilem togam cepit; illis Conſulibus iterum, quibus natus erat. Evenitque, [11] ut eo ipſo die Lucretius poëta diſcederet. Sed Virgilius Cremona Mediolanum, & inde paulo poſt Neapolim tranſiit. Ubi cum literis & Graecis & Latinis vehementiſſimam operam dediſſet, tandem omni cura omnique ſtudio indulſit medicinae & mathematicae. [12] Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorque eſſet, ſe in Urbem contulit, ſtatimque, magiſtri ſtabuli equorum Auguſti amicitiam nactus, multos varioſque morbos incidentes equis curavit. At ille in mercedem ſingulis diebus panes Virgilio, ut uni ex ſtabulariis, dari juſſit. Interea a Crotoniatis pullus equi, mirae pulchritudinis, Caeſari dono fuit miſſus: qui omnium judicio ſpem portendebat virtutis & celeritatis immenſae. Hunc cum adſpexiſſet Maro, magiſtro ſtabuli dixit, natum eſſe ex morboſa equa, & nec viribus valiturum, nec celeritate: idque verum fuiſſe inventum eſt. Quod cum magiſter ſtabuli Auguſto recitaſſet, duplicari ipſi in mercedem panes juſſit. Cum item

mendis mancipem, ut qui pecua paſcebant. Sic *emere decumas* Ciceroni, de quo Pecun. vet. lib. 4. cap. 5. Alioqui legere poſſes *conducendis*.

3. CERNERET COALUISSE. Facile crediderim Ger. Voſſio ad Vellejum hujus vitae quaſi ſolum & fundamentum Suetonio ſitum, quod deinde varie interpolarunt, & ex neſcio quo alio, aut cujus fidei auxerunt poſteriores: multa reliquerunt tamen, ex quibus ingenium limatiſſimi ſcriptoris agnoſcas. Id autem magis apparet ex eo, quod P. Daniel publicavit, exemplari. Deeſt in eo verbum *cerneret*, quod interjecit, qui non videbat τὸ *coaluiſſe* ſuſpendi a verbo *ſomniavit*. Sic apud Livium ex Mſſ. reſtituimus lib. 24. 3. *Fama eſt aram eſſe in veſtibulo templi, cujus cinerem nullo unquam moveri vento. Coaluiſſe*, ut id verbum notavimus accipi Obſer. in Ecclef. c. 13. extremo.

4. ATQUE IN SUBJECTA FOSSA. Suetonius Ner. 48. *Aquam ex ſubjecta lacuna poturus manu hauſit.*

5. SPEM PROSPERIORIS GENITURAE. Felicis ortus, proſperi fati, benigni horoſcopi, ut ea vox Suetonio Aug. 94. Calig 57. Vitellio 3. Veſpaſ. 25. Tito 9.

6. ET ACCESSIT ALIUD PRAESAGIUM. Aut delerem τὸ *Et*: aut tranſponerem, hoc modo: *Acceſſit & aliud praeſagium.* Suetonius Galba 12. *Acceſſit ad tanta diſcrimina mors Vindicis.*

7. BREVI CONVALUIT. Sic legendum, non, ut apud Ti. Claudium Donatum: *coaluit*. Aliter *convaleſcere*, aliter *coaleſcere* dicitur planta: & perinde ut hic, habes utrumque verbum apud Suetonium Octav. 95. Apud Senecam quoque alterum epiſt. 2. alterum 86.

8. POPULOS ADAEQUAVISSET. Sic Danielis Scheda. Utrum *adaequaret* vel *adaequaverit*, an hoc quoque Suetonii more, cujus habetur in Octav. 100. *Nec defuit vir praetorius, qui ſe effigiem cremati euntem in coelum vidiſſe juraſſet.* Ubi miror Scriverii omnes eodd. *juraret*: quum nec Torrentius, nec Caſaubonus ullam varietatis codicum mentionem faciant. Salmaſianus tamen *juraret*.

9. ET SUSCIPIENTIUM IBI ET SOLVENTIUM VOTA. Suetonius Octav. 97. *Negavit ſuſcepturum* (ſe vota,) *quae non eſſet ſoluturus.*

10. VIRILEM TOGAM QUAM XVII. Scribe: XV. *anno*. Nam Magnus & Craſſus prius A. V. C. 683. iterum 698. conſules fuerunt.

11. EO IPSO DIE LUCRETIUS. Hoc rejicit Giſanius in Lucretii vita.

12. QUIBUS REBUS. Haec, & totum quod ſequitur de equis, canibus, piſtore Auguſti patre, facile con-

tem ex Hiſpania Auguſto canes dono mitterentur, & parentes eorum dixit Virgilius, & animum, celeritatemque futuram. Quo cognito, mandat iterum Virgilio panes duplicari. Dubitavit Auguſtus, Octavii-ne filius eſſet, an alterius: idque Maronem aperire poſſe arbitratus eſt, quia canum & equi naturam parentesque cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris, illum in penitiorem partem domus vocat, & ſolum rogat, an ſciat quiſnam eſſet, & quam ad felicitandos homines facultatem haberet. *Novi*, inquit Maro, *te, Caeſar Auguſte, & ferme aequam cum Dis immortalibus poteſtatem habere, ut, quem vis, felicem facias. Eo animo ſum*, reſpondit Caeſar, *ut, ſi verum pro rogatu dixeris, beatum te felicemque reddam. Utinam*, ait Maro, *interroganti tibi vera dicere queam!* Tunc Auguſtus: *Putant alii me natum Octavio: quidam ſuſpicantur, alio me genitum viro.* Maro ſubridens, *Facile*, inquit, *ſi impune licenterque quae ſentio loqui jubes, id dicam.* Affirmat Caeſar jurejurando, nullum ejus dictum aegre laturum, immo non niſi donatum ab eo diſceſſurum. Ad haec oculos oculis Auguſti infigens Maro, *Facilius*, ait, *in ceteris animalibus qualitates parentum a mathematicis & philoſophis cognoſci poſſunt; in homine nequaquam poſſibile eſt: ſed de te conjecturam habeo ſimilem veri, ut quid exercuerit pater tuus, ſcire poſſim.* Attente exſpectabat Auguſtus quidnam diceret. At ille: *Quantum ego rem intelligere poſſum, piſtoris filius es*, inquit. Obſtupuerat Caeſar, & ſtatim quo id pacto fieri potuerit, animo volvebat. Interrumpens Virgilius: *Audi*, inquit, *quo pacto id conjicio: Cum quaedam enunciarim praedixerimque, quae intelligi ſcirique non niſi ab eruditiſſimis ſummiſque viris potuiſſent: tu, Princeps orbis, item & item panes in mercedem dari juſſiſti: quod quidem aut piſtoris, aut nati piſtore, officium erat.* Placuit Caeſari facetia. *At deinceps*, inquit Caeſar, *non a piſtore, ſed a rege magnanimo dona feres:* illumque plurimi fecit, & Pollioni commendavit. Corpore & ſtatura fuit grandi, [13] aquilo colote, facie ruſticana, valetudine varia. Nam plerumque ab ſtomacho, & faucibus, ac dolore capitis, laborabat: [14] ſanguinem etiam ſaepius rejecit: [15] cibi vinique minimi. Fama eſt, cum [16] libidinis pronioris in pueros fuiſſe. Sed boni ita cum pueros amaſſe putaverunt, ut Socrates Alcibiadem, & Plato ſuos pueros. Verum inter omnes maxime dilexit Cebetem, & Alexandrum, quem ſecunda Bucolicorum ecloga Alexin appellat: donatum ſibi ab Aſinio Pollione. Utrumque non [17] ineruditum dimiſit: Alexandrum grammaticum; Cebetem vero & poëtam. Vulgatum eſt, [18] conſueviſſe cum cum Plotia Hieria. Sed Aſco-

concedimus poſt Suetonium nata, neque aliud eſſe quam nugas nugaciſſimas.

13. AQUILINO COLORE. Suetonius *aquilo* ſcripſerat, ut in membrana Danielis eſt, Octav. 79. *colorem inter aquilum candidumque.*

14. SANGUINEM SAEPE EJECIT. Immo *rejecit*, ut Dan. Plinius lib. 5. epiſt. 19. *Dum intente inſtanterque pronuntiat, ſanguinem rejecit.*

15. CIBI VINIQUE MINIMI. Suetonius Octav. 76. *Cibi minimi erat, atque vulgaris fere.* Galba 22. *Cibi plurimi traditur.*

16. LIBIDINIS IN PUEROS PRONIOR. Sic Dan. & Sueton. Vide G. Voſſium ad Vellejum 2, 103. Iſte qui nobis curva correxit, mutata & reliqua oratione fecit *pronioris*.

17. INERUDITUM DIMISIT. Quaſi paedagogus illis fuerit Virgilius. At hi jam docti erant, antequam eorum compos poëta fieret. Tolle igitur τὸ *dimiſit*, quod ignorat Dan.

18. CONSUEVISSE CUM PLOTIA HIERIA. Dan. *conſueſſe* (ut ſaepe Cicero & optimi quique malunt) *cum Plotia Aleria.*

R 2

Aſconius Pedianus affirmat, [19] ipſam poſtea majorem natu narrare ſolitam, invitatum quidem a Vario ad communionem ſui, verum [20] pertinaciſſime recuſaſſe. [21] Cetera ſane vita, & ore & animo tam probum fuiſſe conſtat, ut Neapoli Parthenias vulgo appellaretur: ac, ſi quando Romae, quo rariſſime commeabat, viſeretur in publico, ſectantes demonſtranteſque ſe [22] ſubterfugere ſolitum in proximum tectum. Bona autem cujuſdam exſulantis offerente Auguſto, [23] non ſuſtinuit accipere. Poſſedit prope centies ſeſtertium, ex liberalitatibus amicorum, habuitque domum Romae in Eſquiliis juxta hortos Maecenatis: quamquam ſeceſſu Campaniae Siciliaeque plurimum uteretur. Quaecumque ab Auguſto peteret, repulſam numquam habuit. Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos jam grandis amiſit: ex quibus patrem oculis captum, & duos fratres germanos, Silonem impuberem, Flaccum jam adultum, cujus exitum ſub nomine Daphnidis deflet. Inter cetera ſtudia, ut ſupra diximus, medicinae quoque, ac maxime mathematicae, operam dedit. Egit & cauſam unam omnino, nec amplius quam ſemel. Sermone tardiſſimum, ac pene indocto ſimilem fuiſſe, Meliſſus tradit. Poëticam puer adhuc auſpicatus, in Baliſtam, ludi gladiatorii magiſtrum, ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, diſtichon fecit:

Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus:
[24] *Nocte, die, tutum carpe viator iter.*

Deinde Catalecton, & Moretum, & Priapeia, & Epigrammata, & Diras, & Culicem, cum eſſet annorum quindecim. Cujus materia talis eſt: Paſtor fatigatus aeſtu cum ſub arbore obdormiſſet, & ſerpens ad illum proreperet, e palude culex provolavit, atque inter duo tempora aculeum fixit paſtori. At ille continuo culicem contrivit, & viſum ſerpentem interemit, ac ſepulcrum culici ſtatuit, & diſtichon fecit:

Parve culex, pecudum cuſtos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.

Scripſit etiam, de qua ambigitur, Aetnam. Et mox, cum res Romanas inchoaſſet, [25] offenſus materia & nominum aſperitate, ad Bucolica tranſiit: maxime ut Aſinium Pollionem, Alphenum Varum, & Cornelium Gallum celebraret: quia in diſtributione agrorum, qui poſt Philippenſem victoriam veteranis, Triumvirorum juſſu, trans Padum dividebantur, indemnem ſe praeſtitiſſent. Deinde Georgica in honorem Maecenatis edidit, cum ſibi vixdum noto opem tuliſſet [26] adverſus

19. IPSUM POSTEA MINORIBUS NATU. Non eſt haec Partheniae apud minores pulchra oratio. Dan. *ipſam poſtea majorem natu narrare ſolitam, invitatam quidem a Vario ad communionem ſui.* Ubi una tantum litera mutanda eſt, ut ſit *invitatum*. Nempe Virgilium.

20. PERTINACISSIME RECUSASSE. Suetonius Tiberio 45. *Et quicquam amplius pati conſtantiſſime recuſantem*. Sic enim legendum, non *nec quicquam*.

21. CAETERA SANE VITA. Suetonius Octav. 72. *In caeteris partibus vitae continentiſſimum fuiſſe conſtat. Tam probum ore & animo* haud dubie Suetonii eſt, quamquam acceptum ab Salluſtio, De illuſtribus Grammat. cap. 15. *quod eum oris probi, animo inverecundo ſcripſiſſet.*

22. SUFFUGERE SOLITUM. Sic quidem & Dan. ſed voluit *ſolitus*. Cohaerent enim, *ut Neapoli Parthenias appellatus ſit, ac ſuffugere ſolitus*. Quod turbavit iſte cum ſuo *appellaretur*.

23. NON SUSTINUIT ACCIPERE. Et hoc Sueton. Tito 9. *Nec occidere, nec ſeponere ſuſtinuit.* Et alibi.

24. NOCTE DIEQUE TUUM. Rectius Dan. *Nocte, die, tutum.*

25. OFFENSUS MATERIA. Suetonius Octav. 78. *Matutina vigilia offendebatur.*

26. ADVERSUS CLAUDII VETERANI MILITES. Im-

verſus Claudii veterani militis, vel, ut alii putant, Arrii centurionis violentiam, a quo in altercatione litis agrariae [27] parum abfuit quin occideretur. Noviſſime autem Aeneidem aggreſſus eſt; argumentum varium, & multiplex, [28] & quaſi amborum Homeri carminum inſtar: praeterea nominibus ac rebus Graecis Latiniſque commune, & in quo, quod maxime ſtudebat, Romanae ſimul urbis, & Auguſti origo contineretur. Cum Georgica ſcriberet, traditur quotidie meditatos mane plurimos verſus dictare ſolitus, ac per totum diem retractando ad pauciſſimos redigere, non abſurde carmen ſe urſae more parere dicens, & lambendo demum effingere. Aeneida proſa prius oratione formatam, digeſtamque in XII. libros, particulatim componere inſtituit, ut quidam tradunt. Alii ejus ſententiae ſunt, ut exiſtiment, eum, ſi diutius vixiſſet, quatuor & viginti libros uſque ad Auguſti tempora ſcripturum, atque alia quaedam percurſurum; Auguſti vero geſta diligentiſſime exſecuturum: quippe qui, dum ſcriberet, ne quid impetum moraretur, quaedam imperfecta reliquit; alia leviſſimis verſibus veluti fulſit: quos per jocum pro tigillis vel tibicinibus interponi a ſe dicebat, ad ſuſtinendum opus, donec ſolidae columnae advenirent. Bucolica triennio Aſinii Pollionis ſuaſu perficit. Hic Tranſpadanam provinciam regebat; cujus favore, cum veteranis Auguſti militibus Cremonenſium & Mantuanorum agri diſtribuerentur, ſuos Virgilius non amiſit. Facta enim diſtributione, ſuos, ſeu Claudio ſeu Arrio datos, recuperavit. Hunc Pollionem maxime amavit Maro, & dilectus ab eo magna munera tulit. Quippe qui invitatus ad coenam, captus pulcritudine & diligentia Alexandri, Pollionis pueri, eum dono accepit. Hujus Pollionis filium, C. Aſinium, & Cornelium Gallum, oratorem clarum, & poëtam non mediocrem, miro amore dilexit Virgilius. Is tranſtulit Euphorionem in Latinum, & libris quatuor amores ſuos de Cytheride ſcripſit. Hic primo in amicitia Caeſaris Auguſti fuit: poſtea in ſuſpicionem conjurationis contra illum adductus, occiſus eſt. Verum uſque adeo hunc Gallum Virgilius amarat, ut quartus Georgicorum, a medio uſque ad finem, ejus laudem contineret. Quem poſtea, jubente Auguſto, in Ariſtaei fabulam commutavit. Georgica ſeptennio Neapoli: Aeneida partim in Sicilia, partim in Campania duodecim confecit annis. Bucolica eo ſucceſſu edidit, ut in ſcena quoque per cantores crebra pronunciatione recitarentur. At cum Cicero quoſdam verſus audiiſſet, & ſtatim acri judicio intellexiſſet non communi vena editos, juſſit ab initio totam eclogam recitari: quam cum accurate pernotaſſet, in fine ait: ***Magnae ſpes altera Romae.*** Quaſi ipſe linguae Latinae ſpes prima fuiſſet, & Maro futurus eſſet ſecunda. Quae verba poſtea Aeneidi ipſe inſeruit. Georgica, reverſo ab Actiaca victoria Auguſto, atque [29] reficiendarum faucium cauſa Atellae commoranti, per continuum quatriduum legit, ſuſcipiente Maecenate legendi vicem, quoties interpellaretur ipſe vocis offenſione. Pronunciabat autem maxima cum ſua-

Immo *militis.* Hoc nomen hic non videtur in Dan. Sed mango iſte id ex Servio ad Ecl. 9. addidit, ubi eſt, *Ex quibus Clodius quidam dixit, ſe omnem litem amputaturum interfecto Virgilio.* Centurio autem *Arrius*, non *Atius.*

27. PAULUM ABFUIT, QUIN OCCIDERETUR. Suet. Octav. 14. *Minimum abfuit, quin periret.*

28. ET QUASI AMBORUM HOMERI CARMINUM INSTAR. Sic in Galba cap. 10. *Ac e primoribus prudentia atque aetate praeſtantibus velut inſtar ſenatus inſtituit.*

29. REFICIENDARUM VIRIUM. Immo *faucium*, ut

ſuavitate, & lenociniis miris. Seneca tradidit, Julium Montanum poëtam ſolitum dicere, involaturum ſe quaedam Virgilio, ſi vocem poſſet, & os, & hypocriſim: eoſdem enim verſus, eo pronunciante, bene ſonare; ſine illo, inareſcere, quaſi mutos. Aeneidos vix dum coeptae tanta exſtitit fama, ut Sext. Propertius [30] non dubitarit ſic praedicare:

Cedite Romani ſcriptores, cedite Graji.
Neſcio quid majus naſcitur Iliade.

[31] Auguſtus vero, cum tum forte expeditione Cantabrica abeſſet, & ſupplicibus atque minacibus per jocum literis efflagitaret, ut ſibi de Aeneide, ut ipſius verba ſunt, vel [32] prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret, negavit ſe facturum Virgilius: cui tamen multo poſt, perfecta demum materia, tres omnino libros recitavit: ſecundum videlicet, quartum, & ſextum. Sed hunc praecipue ob Octaviam: quae, cum recitationi intereſſet, ad illos de filio ſuo verſus, *Tu Marcellus eris*, defeciſſe fertur: [33] atque aegre refocillata, dena ſeſtertia pro ſingulo verſu Virgilio dari juſſit. Recitavit & pluribus: ſed neque frequenter, & ferme illa, de quibus ambigebat, quo magis judicium hominum experiretur. Erotem, librarium & libertum ejus, [34] exactae jam ſenectutis, tradunt referre ſolitum, quondam in recitando eum duos dimidiatos verſus compleſſe [35] ex tempore: & huic, *Miſenum Aeolidem*, adjeciſſe, *Quo non praeſtantior alter:* item huic, *Aere ciere viros*, ſimili calore actutum ſubjunxiſſe, *Martemque accendere cantu:* ſtatimque ſibi imperaſſe, ut utrumque volumini adſcriberet. Bucolica Georgicaque emendavit. Anno vero quinquageſimo ſecundo, ut ultimam manum Aeneidi imponeret, ſtatuit in Graeciam & Aſiam ſecedere, triennioque continuo omnem operam limationi dare, ut reliqua vita tantum philoſophiae vacaret. Sed, cum aggreſſus iter, Athenis occurriſſet Auguſto, ab oriente Romam revertenti, una cum Caeſare redire ſtatuit. Ac cum Megara, vicinum Athenis oppidum, viſendi gratia peteret, [36] languorem nactus eſt: quem non intermiſſa navigatio auxit, ita ut gravior indies, tandem Brundiſium adventarit: ubi diebus paucis obiit, decimo Kal. Octob. C. Sentio, Q. Lucretio Coſs. Qui cum gravari morbo ſeſe ſentiret, [37] ſcrinia ſaepe & magna inſtantia petivit, crematurus Aeneida: quibus negatis, teſtamento comburi juſſit, ut rem inemendatam imperfectamque. Verum Tucca & Varius monuerunt, id Auguſtum non permiſſurum. Tunc eidem Vario, ac ſimul Tuccae, ſcripta ſub ea conditione legavit, ne quid adderent quod a ſe editum non eſſet, & verſus etiam imperfectos, ſi qui erant, relinquerent. Voluit etiam

ut Dan. Nerone cap. 10. *Ad reficiendam vocem.* Octav. 84. *Infirmatis faucibus.* Ner. 41. *Excuſato languore faucium.*

30. NON DUBITAVIT SIC PRAEDICARE. Julio cap. 56. *De iiſdem commentariis Hirtius ita praedicat.*

31. AUGUSTUS VERO, CUM JAM FORTE. Lege, *qui tum forte.*

32. PRIMA CARMINIS HYPOGRAPHA. Tentabam, *primam carminis ὑπογραφήν.*

33. ATQUE AEGRE REFOCILLATA EST. Plinius lib. 3. ep. 14. *Ipſe paucis diebus aegre refocillatus.* Sed Dan. *aegre focillata.* Octav. 17. *M. Antonii ſocietatem ſemper dubiam & incertam, reconciliationibuſque variis male focillatam.*

34. EXACTAE JAM SENECTUTIS. Grammat. 17. *Deceſſit aetatis exactae.*

35. EX TEMPORE, ET HUNC, MISENUM AEOLIDEM. Hoc non eſt Suetonii, ſed quod in Dan. *compleſſe ex tempore. Nam cum hactenus haberet, Miſenum Aeolidem.* Quod quanto ſit ſuavius, noſcas licet ex Cicerone ad Atticum 6. ep. 2. *Phliaſioi autem dici ſciebam: & ita fac ut habeas: nec quidem ſic habemus.*

36. LANGUOREM NACTUS EST. Tito cap. 10. *Ad primam ſtatim manſionem febrim nactus.*

37. SCRINIA SAEPE. Neron. 47. *Inventus eſt poſtea in*

Digitized by Google

etiam ſua oſſa Neapolim transferri, ubi diu & ſuaviſſime vixerat: ac extrema valetudine hoc ipſe ſibi epitaphium fecit diſtichon:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini paſcua, rura, duces.

Tranſlata igitur juſſu Auguſti ejus oſſa, prout ſtatuerat, Neapolim fuere, ſepultaque [38] via Puteolana, intra lapidem ſecundum, ſuoque ſepulcro id diſtichon, quod fecerat, inſcriptum eſt. [39] Heredes fecit ex dimidia parte [40] Valerium Proculum, fratrem ex alio patre, [41] ex quarta Auguſtum, ex duodecima Maecenatem, [42] ex reliqua L. Varium, & Plotium Tuccam: qui ejus Aeneidem poſt obitum, prout petiverat, juſſu Caeſaris emendaverunt: nam nullius omnino ſententia crematu Aeneis digna viſa fuit: qua de re Sulpicii Carthaginienſis exſtant hujuſmodi verſus:

Juſſerat haec rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius: Phrygium quae cecinere ducem.
Tucca vetat, Variuſque ſimul: tu, maxime Caeſar,
Non ſinis, & Latiae conſulis hiſtoriae.
Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni,
Et pene eſt alio Troja cremata rogo.

Exſtant & Auguſti de ipſa eadem re verſus plures & clariſſimi, quorum initium eſt:

Ergone ſupremis potuit vox improba verbis

Tam

in ſcrinio ejus hac de re ferme fermatus.

38. VIA PUTEOLANA INTRA LAPIDEM SECUNDUM. Suetonius Galba 20. *Caeterum truncum in privatis ejus hortis Aureliae viae ſepulturae dedit.* Domitiano 17. *In ſuburbeno ſuo Latina via funeravit.* Vita Perſii: *Deceſſit ad octavum milliarium via Appia.*

39. HEREDES FECIT EX DIMIDIA PARTE. Octav. 101. *Tiberium ex parte dimidia.*

40. VALERIUM PROCULUM, FRATREM EX ALTERA PARTE. Hoc vero inſanum & intolerabile: nam ſi neſcio quis ille frater *ex altera*, quid Auguſto, quid Maecenati, quid caeteris reſiduum fuit? Neque enim ſub τῷ *altera* intelligi poteſt, niſi *dimidia*: & ſic as omnis exhauſtus. Hoc librariorum puto, non mangonis. Ocius reſcribe ex Dan. *Heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum, fratrem ex alio patre.*

41. EX QUARTA AUGUSTUM. Id eſt, quadrante. Semis & quadrans dodrantem efficiunt, ſive novem uncias. Accedit duodecima Maecenatis, ſive uncia una: & ita dextans exhauſtus.

42. EX RELIQUA L. VARIUM ET PLOTIUM TUCCAM. His reſtat ſextans ſive unciae duae: itaque ſinguli acceperint tantundem quantum Maecenas. Quare igitur non dicit: *Ex reliqua quarta Maecenatem, Valerium, Plotium*: vel, *ex duodecimis ſingulis Maecenatem, Varium, Plotium?* Suſpicor fuiſſe aut *ex* III. *Auguſtum*, aut *ex* VI. *Maecenatem*: ut reliqua non niſi una pars vel unica Vario Plotioque cederet. Neque hoc parvum putes. Nam centies, hoc eſt, centies centena millia nummum ſeſtertium, ſunt Philippeum noſtrorum 250000. Hujus dimidium quinquagies, 5000000 nummum ſeſtertium, ſunt Philippeum noſtrorum 125000. Ejuſdem aſſis, centies ſeſtertii, triens ſunt 3333333 H-S, hoc eſt, tricies ter triginta tria millia trecenti tres nummi ſeſtertii & triens, ſeu tertia pars ejus nummi: quae noſtra pecunia, octoginta tria millia trecenti triginta tres Philippi, tres ſchillingi, duo ſtuferi. Quadrans ſunt 2500000, vicies quinquies centena millia nummum ſeſtertium, Philippi 62500. Sextans 1666666 S-H, ſedecies centena ſexaginta ſex millia ſexcenti ſexaginta ſex nummi ſeſtertii & unus bes ſive duae tertiae: Philippi quadraginta unum millia ſexcenti ſexaginta ſex, ſchillingi ſex, quatuor ſtuferi. Uncia, 833333 H·S octingenta triginta tria millia trecenti triginta tres triens, Philippi viginti millia octingenti triginta tres, ſchillingi tres, tres ſtuferi, quatuor chalci vel ſtuferus dimidiatus. Semuncia 416666 S-H, quadringenta ſedecim millia ſexcenti ſexaginta ſex nummi ſeſtertii & bes unus, Philippi decem millia quadringenti ſedecim, ſchillingi ſex, quatuor ſtuferi. Adeo haec ſemuncia equeſtrem cenſum tranſcendit. Cicero ad Atticum 3. ep. 48. *Mortuus enim Babullius. Caeſar, opinor, ex uncia.*

Digitized by Google

Tam dirum mandare nefas? Ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur Muſa Maronis?

Et paulo poſt:

Sed legum ſervanda fides; ſuprema voluntas
Quod mandat, fierique jubet, parere neceſſe eſt.
Frangatur potius legum veneranda poteſtas,
Quam tot congeſtos noctesque diesque labores
Hauſerit una dies.

Et ea quae ſequuntur. Nihil igitur auctore Auguſto Varius addidit, quod & Maro praeceperat, ſed ſummatim emendavit, ut qui verſus etiam imperfectos, [43] ſi qui erant, reliquerit. Hos multi mox ſupplere conati, non perinde valuerunt ob difficultatem; quod omnia fere apud eum hemiſtichia, praeter illud: *Quem tibi jam Troja peperit*, ſenſum videntur habere perfectum. Niſus, grammaticus, audiſſe ſe a ſenioribus dicebat, Varium duorum librorum ordinem commutaſſe, &, qui tum ſecundus erat, in tertium locum tranſtuliſſe: etiam primi libri correxiſſe principium, his demtis verſibus:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen, & egreſſus ſilvis, vicina coëgi,
Ut quamvis avido parerent arva colono:
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma virumque cano.

Obtrectatores Virgilio numquam defuerunt. [44] Nam ne Homero quidem. Prolatis Bucolicis innominatus quidam reſcripſit Antibucolica, duas modo Eclogas, ſed inſulſiſſime, παρῳδήσας, quarum prioris initium eſt:

Tityre, ſi toga calda tibi eſt, [45] quo tegmine fagi?

Sequentis,

Dic mihi, Damoeta: [46] Cujum pecus, anne Latinum?
Non; verum Aegonis noſtri ſic rure loquuntur.

Alius, recitante ea ex Georgicis: *Nudus ara, ſere nudus*; ſubjecit, *habebis frigora, febrem.*

Eſt & adverſus Aeneida liber [47] Carvilii Pictoris, titulo Aeneidomaſtix. M. Vipſanius a Maecenate eum ſuppoſitum appellabat novae κακοζηλίας repertorem; non tumidae, neque exilis, ſed ex [48] communibus verbis, atque ideo latentis. Herennius

43. Si qui erant. Atqui dubium nullum eſt fuiſſe. Scribe igitur, *ſicut erant.*

44. Nam ne Homero quidem. Solenne mendum & centum etiam locis amplius in vett. libris corrigendum. Dicebant enim illi: *nam ne Homero quidem.*

45. Si toga calda tibi est, quo tegmine fagi. Etſi ſatis hoc ferri poteſt, ſuſpicor tamen aemulum Publii noſtri feciſſe, *quo tegmina fagi.* Ut *Quo mihi fortunam?* & *Quo mihi divitias?* Heinſ. ad Ovid. II. Ep. 53.

46. Cujum pecus? anne Latinum? Ita vulgo haec interpunguntur, ut appareat parum intellecta fuiſſe. Tu fac habeas:

Dic mihi, Damoeta; Cujum pecus, anne Latinum?
Non. Verum Aegonis noſtri ſic rure loquuntur.

Cujum pecus, videturne Latinum eſſe? Reſpondet quaſi Damoetas: Non eſt Latinum, ſed *Aegonis noſtri rure*, hoc eſt, in Virgilii Bucolicis, ſic loquuntur.

47. Carbilii Pictoris. Scribe *Carvilii.*

48 Communibus verbis opus illud confecisse. Nihil ſtultius, nihil magis fatuum tribus poſterioribus verbis. Non enim voluit hic dicere auctor,

nius tantum vitia ejus contraxit: Perilius Fauſtinus ſurta. Sunt & Q. Octavii Aviti Ὁμοιοτελεύτων octo volumina, quibus annotantur, quos & unde verſus tranſtulerit. Aſconius Pedianus, libro quem contra obtrectatores Virgilii ſcripſit, pauca admodum ei objecta ponit: & potiſſimum, quod non recte hiſtoriam contexuit, & quod pleraque ab Homero ſumſit. Sed hoc crimen ſic defendere aſſuetum ait: *Cur non illi quoque eadem furta tentarent? Verum intellecturos, facilius eſſe Herculi clavam, quam Homero verſum ſurripere: & tamen deſtinaſſe ſecedere,* [49] *ut omnia ad ſatietatem malevolorum decideret.* Refert etiam Pedianus, benignum, cultoremque omnium bonorum atque eruditorum fuiſſe, & uſque adeo invidiae expertem, ut, ſi quid erudite dictum inſpiceret alterius, non minus gauderet, ac ſi ſuum fuiſſet: neminem vituperare, laudare bonos: ea humanitate eſſe, ut, niſi perverſus maxime, quiſque illum non diligeret modo, ſed amaret. Nihil proprii habere videbatur. Ejus bibliotheca non minus aliis doctis patebat, ac ſibi: illudque Euripidis antiquum ſaepe uſurpabat, Τὰ τῶν φίλων κοινὰ, hoc eſt, *Communia amicorum eſſe omnia.* Quare coaevos omnes poëtas ita adjunctos habuit, ut, cum inter ſe plurimum invidia arderent, illum una omnes colerent; Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. Anſer vero, quoniam Antonii partes ſecutus eſt, illum non obſervaſſe dicitur. Cornificius ob perverſam naturam illum non tulit. Gloriae vero adeo contemtor fuit: cum quidam verſus quoſdam ſibi adſcriberent, eaque re docti haberentur, non modo aegre non ferebat, immo voluptuoſum id illi erat. Cum enim diſtichon, quod laudem felicitatemque Auguſti continebat, feciſſet, valviſque non nominato auctore affixiſſet, (id erat ejuſmodi,

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane:
Diviſum imperium cum Jove Caeſar habet.)

diu quaeritans Auguſtus, cujuſnam hi verſus eſſent, eorum auctorem non inveniebat: Bathyllus vero, poëta quidam mediocris, tacentibus aliis, ſibi adſcripſit. Quamobrem donatus honoratuſque a Caeſare fuit. Quod aequo animo non ferens Virgilius, iiſdem valvis affixit quater hoc principium: *Sic vos non vobis.* Poſtulabat Auguſtus, ut hi verſus complerentur: quod cum fruſtra aliqui conati eſſent, Virgilius, praepoſito diſticho, ſic ſubjunxit:

Hos ego verſiculos feci: tulit alter honores:
Sic vos non vobis nidificatis, aves.
Sic vos non vobis vellera fertis, oves.
Sic vos non vobis mellificatis, apes.
Sic vos non vobis fertis aratra, boves.

Quo cognito, aliquamdiu Bathyllus Romae fabula fuit, Maro vero exaltatior. Cum is aliquando Ennium in manu haberet, rogareturque quidnam faceret? reſpondit, ſe aurum colligere de ſtercore Ennii. Habet enim poëta ille egregias ſententias ſub verbis non multum ornatis. Interroganti Auguſto quo pacto civitas feliciter gubernaretur: *Si prudentiores*, inquit, *temonem tenuerint*, *& boni malis praeponantur:*

ctor, quemadmodum ſuum opus Virgilius confecerit, ſed quo eum vitio laboraſſe criminatus fuerit hic obtrectator. Recte vero Dan. *ſed communibus verbis, atque ideo latentis.* Nam cacozelorum verba non communia, ſed nimium & male quaeſita.

49. UT OMNIA AD SATIETATEM MALEVOLORUM DECI-

tur: itaque optimi ſuos habeant honores; nulli tamen aliorum injuſti quidquam fiat. At Maecenas, *Quid*, inquit, *Virgili, ſatietatem homini non afferſ? Omnium rerum*, reſpondit, *aut ſimilitudo aut multitudo ſtomachum facit, praeter intelligere.* Idem interrogavit: *Quo pacto quis altam felicemque fortunam ſervare poteſt?* Cui Maro: *Si, quantum honore ac divitiis aliis praeſtantior ſit, tantum liberalitate & juſtitia alios ſuperare nitatur.* Solitus erat dicere: *Nullam virtutem commodiorem homini eſſe patientia, ac nullam aſperam adeo eſſe fortunam, quam prudenter patiendo vir fortis non vincat.* Quam ſententiam in quinto Aeneidos inſeruit:

Nate Dea, quo fata trahunt, retrahuntque, ſequamur:
Quidquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.

Cum quidam ejus amicus Cornificii in eum maledicta & inimicitias ſibi enarraret: *Quam putas*, inquit, *eſſe hujuſce malevolentiae cauſſam? Nam neque umquam Cornificium offendi, & eum amo. An*, inquit, *Heſiodi ſententiae non meminiſti, ubi ait, architectum architecto invidere, & poëtam poëtae? De malis*, inquit, *Graecus ille intellexit: nam boni eruditiores amant. Sed magna cum laude & gloria vindictam in manu habeo. Majore enim cura virtuti intendam: atque quo elegantior ego fiam, eo vehementius invidia rumpetur.* Erat Auguſto familiaris Filiſtus quidam, orator, & poëſin mediocriter doctus, cui multiplex variumque ingenium erat, quique omnium omnia dicta reprehendere conabatur; non ut verum dignoſceret, quod Socrates facere conſuevit, ſed ut eruditior videretur. Hic Virgilium, ubicumque convenire dabatur, maledictis ſalibuſque vexabat. Quare ille ſaepe aut tacibundus diſcedebat, aut ſuffuſus pudore tacebat. Verum, cum Auguſto audiente elinguem illum diceret, & cauſſam etiam ſuam, ſi linguam haberet, defendere nequire: *Tace*, inquit, *rabula. Nam haec mea taciturnitas defenſorem cauſſarum mearum Auguſtum fecit & Maecenatem: & ea tuba, cum volo, loquor, quae ubique & diutiſſime audietur. Tu loquacitate non modo aures hominum, ſed muros rumpis.* Auguſtus vero Filiſtum gravi vultu increpavit. Tunc Maro, *Si tempus, Caeſar*, inquit, *tacendi hic ſciret, raro loqueretur. Tacendum enim ſemper eſt, niſi cum taciturnitas tibi noceat, aut oratio aliis proſit. Nam qui contendit, & an contentionis finis utilis ſit, non novit, ſtultis illum annumerandum ſapientes putant.* Poſteaquam Auguſtus ſumma rerum omnium potitus eſt, venit in mentem, an conduceret Tyrannidem omittere, & omnem poteſtatem annuis conſulibus, & Senatui remp. reddere: [50] in qua re diverſae ſententiae conſultos habuit, Maecenatem & Agrippam. Agrippa enim utile ſibi fore, etiamſi honeſtum non eſſet, relinquere Tyrannidem, longa oratione contendit: quod Maecenas dehortari magnopere conabatur. Quare Auguſti animus & hinc ferebatur & illinc: erant enim diverſae ſententiae, variis rationibus firmatae. Rogavit igitur Maronem, an conferat privato homini, ſe in ſua republ. tyrannum facere. Tum ille, *Omnibus ferme*, inquit, *remp. aucupantibus moleſta ipſa Tyrannis fuit, & civibus: quia neceſſe erat propter odia ſubditorum, aut eorum injuſtitiam, magna ſuſpicione magnoque timore vivere. Sed ſi cives juſtum aliquem ſcirent, quem amarent plurimum,* civi-

DECIDERET. An non *recideret?*

50. IN QUA RE DIVERSAE SENTENTIAE CONSULTOS HABUIT. Puto, conſultores. Ut, *malum conſilium conſultori peſſimum.*

Digitized by Google

civitati id utile eſſet, ſi in eo uno omnis poteſtas foret. Quare ſi juſtitiam, quod modo facis, omnibus in futurum nulla hominum facta compoſitione diſtribues; dominari te, & tibi conducet & orbi. Benevolentiam enim omnium habes, ut deum te & adorent, & credant. Ejus ſententiam ſecutus Caeſar principatum tenuit. Audivit a Scirone praecepta Epicuri: cujus doctrinae ſocium habuit Varum. Quamvis diverſorum Philoſophorum opiniones libris ſuis inſeruiſſe de animo maxime videatur, ipſe tamen fuit Academicus: nam Platonis ſententias omnibus aliis praetulit.

Nunc quoniam de auctore ſummatim diximus, de ipſo jam carmine dicendum videtur; quod biſariam tractari ſolet, hoc eſt, & ante opus, & in ipſo opere. Ante opus, titulus, cauſa, intentio. Titulus, in quo quaeritur cujus ſit. Cauſa, unde ortum ſit, & quare hoc potiſſimum ſibi ad ſcribendum poëta praeſumſerit. Intentio, in qua cognoſcitur, quid efficere conetur poëta. In ipſo opere ſane tria ſpectantur; numerus, ordo, explanatio. Quamvis igitur multa ψευδογραφῶς, id eſt, falſa inſcriptione, ſub alieno nomine ſint prolata, ut Thyeſtes, tragoedia hujus poëtae, quam Varius edidit pro ſua, & alia hujuſcemodi; tamen Bucolica liquido Virgilii eſſe minime dubitandum eſt: praeſertim cum ipſe poëta, tanquam hoc metuens, principium hujus operis & in principio Aeneidos, & in alio carmine ſuum eſſe teſtatus ſit, dicens:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena,

& reliqua. Et:

Carmina qui luſi paſtorum, audaxque juventa,
Tityre, te patulae cecini ſub tegmine fagi.

Bucolica autem & dici, & recte appellari, vel hoc ſolum indicium ſuffecerit, quod hoc eodem nomine apud Theocritum cenſeantur. Verum ratio quoque demonſtranda eſt. Tria ſunt paſtorum genera, quae dignitatem in Bucolicis habent: quorum qui minimi ſunt, αἰπόλοι dicuntur a Graecis: iidem a nobis *caprarii:* paulo honoratiores, qui ποιμένες, id eſt, *opiliones* dicuntur: honeſtiſſimi, & maximi, βουκόλοι, quos *bubulcos* dicimus. Unde igitur magis debuit paſtorali carmini nomen imponi, quam ab eo gradu, qui apud paſtores excellentiſſimus invenitur? Cauſa dupliciter inſpici ſolet: ab origine carminis, & a voluntate ſcribentis. Originem autem Bucolici carminis alii ob aliam cauſam ferunt. Sunt enim, qui a Lacedaemoniis paſtoribus Dianae primum carmen hoc redditum dicant, cum eidem Deae, propter bellum, quod toti Graeciae illo tempore Perſae inferebant, exhiberi per virgines de more ſacra non poſſent. Alii ab Oreſte, circa Siciliam vago, id genus carminis Dianae redditum loquuntur, per ipſum atque paſtores: quo tempore de Scythia cum Pylade fugerat, ſurrepto numinis ſimulacro, & celato in faſce lignorum. [51] Unde Faſcelidem Dianam perhibent nuncupatam: apud cujus

51. UNDE FASCELIS. Dan. *Faſcellinam. Facelinam* puto reliquiſſe auctorem, etſi *Faſcelitis* Servio dicatur in prooemio ad Bucolica & ad lib. 2. Aeneid. ut & Higino fab. 116. quorum utervis, quod ibi habet, ex altero deſcripſit, & juvari uterque ex altero poteſt. Nam ubi Higini exemplaria praeferunt, *ſacerdoſque facta ductum ne Dianae*, ex Servio apparet reſtituendum, *Sacerdoſque facta Dictynnae Dianae, cum ſecundum conſuetudinem:* quod fere vidit & Barthius 11. Adverſ. 9. Et *curandi furoris cauſa*, pro *carendi ſororis*. Item *cum his ecciſo Thoante*, id eſt, Pylade & Iphigenia, ubi τὸ *his* vulgo deeſt. Jam, *netandum a face, cum qua pingitur*, non ſunt gloſſemata monachalia, ut loquitur Barthius, ſed ita

cujus aras Oreſtes per ſacerdotem ejuſdem numinis Iphigeniam ſororem ſuam a parricidio fuerat expiatus. Alii Apollini Nomio, paſtorali ſcilicet Deo, qua tempeſtate Admeti boves paverat. Alii Libero, Nympharum ſcilicet, & Satyrorum, & id genus numinum principi, quibus placet ruſticum carmen. Alii Mercurio, [52] Daphnidis patri, paſtorum omnium principi, & apud Theocritum, & apud hunc ipſum poëtam. Alii in honorem Panos ſcribi putant, peculiariter paſtoralis Dei; item Sileni, Silvani, atque Faunorum. Quae cum omnia dicantur, illud erit probatiſſimum, Eucolicum carmen originem ducere a priſcis temporibus, quibus vita paſtoralis exercita erat, & ideo [53] velut aurei ſeculi ſpeciem in ejuſmodi perſonarum ſimplicitate cognoſci: & merito Virgilium, proceſſurum ad alia carmina, non aliunde coepiſſe, niſi ab ea vita, quae prima in terris fuit. Nam poſtea rura culta; & ad poſtremum pro cultis & feracibus terris bella ſuſcepta. Quod videtur Virgilius in ipſo ordine operum ſuorum voluiſſe monſtrare, cum paſtores primo, deinde agricolas canit, & ad ultimum bellatores. Reſtat, ut, quae cauſſa voluntatem attulerit poëtae Bucolica potiſſimum ſcribendi, conſideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti, & admiratione ejus illectus eſt: aut ordinem temporum eſt ſecutus erga vitam humanam, ut ſupra diximus: aut tres modos elocutionum, quos χαρακτῆρας Graeci vocant; ἰσχνὸν, qui tenuis; ἁδρὸν, qui validus; μέσον qui moderatus intelligitur. Credibile erat, Virgilium, qui in omni genere praevaluerit, Bucolica primum, Georgica ſecundum, Aeneida tertium voluiſſe conſcribere. Aut ideo potius primo Bucolica ſcripſit, ut in ejuſmodi carmine, quod & paulo liberius, & magis validum, quam cetera, eſt, facultatem haberet captandae Caeſaris indulgentiae, recuperandique agri, quem amiſerat. Ob hanc cauſſam, [54] die Iduum Martiarum C. Caeſare interfecto, cum Auguſtum Caeſarem pene puerum veterani milites, non abnuente Senatu, ſibi ducem conſtituiſſent, exorto bello civili, Cremonenſes, cum ceteris ejuſdem ſtudii, adverſarios Auguſti Caeſaris adjuvarunt. Unde factum eſt, ut cum victor Auguſtus in eorum agros veteranos deduci juſſiſſet, non ſufficiente agro Cremonenſium, Mantuani quoque, in quibus erat Virgilius, maximam [55] partem ſuorum finium perdiderint, eo quod vicini Cremonenſibus fuerant. Sed Virgilius, Auguſti familiaritate, ſuoque carmine fretus, centurioni Arrio obſiſtere auſus eſt. Ille ſtatim, ut miles, ad gladium manum admovit. Cumque ſe in fugam proripuiſſet poëta, non prius perſequendi finis fuit, quam ſe in fluvium Virgilius conjeciſſet. Sed poſtea, Maecenate, & Pollione, & ipſo Auguſto, faventibus, agros ſuos recepit. Intentio libri, quam σκοπὸν Graeci vo-

ita corrigenda: *unde & Faſcelis dicitur: non tantum a face, cum qua pingitur.* Denique, *quia aris ſuperpoſiti*, non *auri*. At ex Higino apud Servium ſcribendum *Bemonicae* pro *Hemonicae*: & *Clivum Capitolinum*, pro *Capitolini*. Lucilius lib. 3. Sat.

Rhegina videbis

Moenia, tum Liparam, & Facelitis templa Dianae.

Dicitur enim a Φάκελος. Vide Cluverium Siciliae antiquae lib. 2. cap. 5.

52. DAPHNIDIS PATRI PASTORUM OMNIUM PRINCIPI. Lege *principis*. Daphnidis enim hic titulus, non Mercurii.

53. VELUT AUREI SECULI SPECIEM. Malim *ſpecimen*.

54. OCCISO IN CURIA DIE TERTIO IDUUM MARTIARUM. Ocius dele τὸ *tertio*. Sic ſupra: *Iduum Octobrium die*.

55. PARTEM FINIUM SUORUM PERDIDERINT. *Perdidiſſent* Dan. quod poſſit contendere aliquis ſic accipiendum, ut ſupra: *multo ante ſatas populos adaequaviſſet*. Et ſolent interdum haec promiſcua ponere.

Digitized by Google

vocant; imitatione Theocriti poëtae conſtituitur, qui Siculus, & Syracuſanus fuit. Eſt intentio etiam in laudem Caeſaris, & principum ceterorum, per quos in ſedes ſuas rediit: unde, ut & delectationem & utilitatem finis contineret, ſecundum praecepta cuncta confecit. Quaeri ſolet, cur non plures quam decem Eclogas conſcripſerit: quod nequaquam mirandum videbitur ei, qui conſideraverit aetatem ſcenarum paſtoralium, quae ultra hunc numerum non poteſt proferri; praeſertim cum ipſe poëta, circumſpectior Theocrito, ut ipſa res indicat, videatur metuere, ne illa Ecloga, quae Pollio inſcribitur, minus ruſtica videatur, cum ipſam ſic praeſtruat ipſe, dicens, *Sicelides Muſae, paullo majora canamus:* & idem ſimiliter in aliis duabus facit. Illud tenendum eſſe praediximus in Bucolicis Virgilii, neque nuſquam, neque ubique aliquid figurate dici, hoc eſt, per allegoriam. Vix enim propter laudem Caeſaris & amiſſos agros haec Virgilio conceduntur, cum Theocritus, quem hic noſter toto ſtudio imitari conatur, ſimpliciter omnino conſcripſerit. Quod autem in ipſo carmine tractari ſolet, eſt numerus, ordo, explanatio. Numerus Eclogarum manifeſtus eſt. Nam decem ſunt: ex quibus proprie Bucolicae VII. eſſe creduntur: nam tres ultimae proprie Bucolicae dici non debent, Pollio ſcilicet, Silenus, & Gallus. Prima igitur continet [56] conqueſtionem publicam, & privatam congratulationem de agro, & dicitur Tityrus. Secunda amorem pueri, & dicitur Alexis. Tertia certamen paſtorum, & dicitur Palaemon. Quarta genethliacum, & dicitur Pollio. Quinta epitaphium, & dicitur Daphnis. Sexta metamorphoſin, & dicitur Varus, & Silenus. Septima amores diverſorum ſexuum, & dicitur Corydon. Octava Pharmaceutria, & dicitur Damon. Nona continet poëtae conqueſtionem de amiſſo agro, & dicitur Moeris. Decima [57] deſiderium Galli, & dicitur Gallus. Quod ad ordinem ſpectat, illud ſcire debemus, in prima tantum, & ultima Ecloga poëtam voluiſſe ordinem ſervare: quoniam in altera principium conſtituit, ut in Georgicis ait: *Tityre, te patulae cecini ſub tegmine fagi.* In altera oſtendit finem: quippe qui dicat: *Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem.* Verum, inter ipſas Eclogas, paſtoralem, conſcriptumque ordinem nullum eſſe, certiſſimum eſt. Sed ſunt, qui dicant, initium Bucolici carminis non *Tityre* eſſe, ſed, *Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu.* Supereſt explanatio: ad quam antequam veniamus, illud dixerim, tenue eſſe Bucolicum carmen, & uſque adeo ab Heroïco charactere diſtare, ut verſus quoque hujus carminis ſuas quaſdam caeſuras habeant, & ſuis legibus diſtinguantur. Nam cum tribus probetur metrum, caeſura, ſcanſione, modificatione; non erit Bucolicus verſus, niſi in quo & pes primus partem orationis abſolverit; & tertius trochaeus fuerit & caeſura; & quartus pes dactylus magis quam ſpondeus partem orationis terminaverit; quintus & ſextus pes ex integris dictionibus fuerit: quod Virgilius, a Theocrito ſaepe ſervatum, victus operis difficultate, neglexit. In ſolo principio, incertum induſtria an caſu, has caeſuras ſervavit. Nam, *Tityre*, dactylus partem orationis abſolvit, *tu patu-lae recu-*tertium dactylum, quamvis de compoſita dictione con-

56. CONQUESTIONEM PUBLICAM. Sueton. Tiberio 70. *Compoſuit & carmen Lyricum, cujus eſt titulus, Conqueſtio de L. Caeſaris.*

57. DESIDERIUM GALLI. Dan. addit *Circa Polymniam Cytheridem.* Voluit *Volumniam*, a Volumnio, illo Ciceronis amico, cui in deliciis fuit. Servius ad eclog. ultimam: Cytheridem meretricem, libertam Volumnii.

concluſit: *bans ſub*, quartum ſpondeum pro dactylo. Cum ſubjunxit, *tegmine fagi*, terminatis partibus orationis integrum comma perfecit: cujus rei diligentiam licet in Theocriti omnibus ferme verſibus admirari. Qui vero ſupra dicta acri judicio diligenterque conſiderarit, facile intelliget, quae in Georgicis intentio, quique finis fuerit, nec minus etiam in Aeneide. Poëmatis ſtyli genera tria ſunt. Aut enim activum vel imitativum, quod Graeci δραματικὸν appellant, in quo perſonae loquentes introducuntur ſine poëtae interlocutione: ut ſunt tragoediae, & comoediae: δρᾶν enim Graece agere dicitur: quo genere ſcripta eſt prima, *Tityre:* &, *Quo te, Moeri, pedes.* Aut enarrativum, quod Graeci διηγηματικὸν appellant: in quo poëta ipſe loquitur ſine interpoſitione perſonae, ut tres primi Georgicon libri, item Lucretii carmina. Aut commune, vel miſtum, quod Graeci μικτὸν appellant; ubi & poëta ipſe loquitur, & introductae perſonae: ut eſt Virgilii Aeneis.

P. VIR-

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
HISTORIA
DESCRIPTA PER CONSULES,
A CAROLO RUAEO S. J.

Annus U. C. 684. *Virgilii* 1.
Cn. Pompejus Magnus 1.
M. Licinius Craſſus 1.

PUBLIUS Virgilius Maro naſcitur in pago, cui nomen *Andes*, qui ter mille paſſibus Mantua diſtat, Idibus Octobris, qui dies eſt illius menſis decimusquintus. Ita vitae ſcriptor. Ita Phlegon apud Photium: *Οὐιργίλιος Μάρων ὁ ποιητὴς ἐγεννήθη τούτῳ τῷ ἔτει εἰδοῖς Ὀκτοβρίαις. Virgilius Maro poëta natus eſt hoc ipſo anno, Idibus Octobris.* Ita Martialis Epigr. libr. XII. 68. *Octobres Maro conſecravit Idus.* Patrem habuit, ex Pſeudo-Donato, Maronem; ex Probo, Virgilium; matrem, Majam. Pater, ex Servio, civis Mantuanus fuit; ex Probo, ruſticus; ex aliis, opifex figulus; ex Pſeudo-Donato, mercenarius, a ſocero Majo gregibus curandis & rei ruſticae praefectus.

Majum illum, avum Virgilii, exemplaria vitae omnia *Magum* vocant. At cum ejus filia, Virgilii mater, juxta omnes *Maja* dicta ſit, omnino Majae pater fuit Majus, non Magus: indeque ortum exiſtimo, ut Virgilius magicis artibus imbutus fuiſſe creditus ſit ab Elinando monacho, aliiſque ſequioris ſaeculi ſcriptoribus: quod & Ecloga ſeptima magica quaedam ſacra deſcripſiſſet, & peritus eſſet multarum artium, & praecipue avum habuiſſe *Magum* diceretur.

Virgilius, an *Vergilius* appellandus ſit, magna fuit ſuperiore ſaeculo controverſia. Stabat Angelus Politianus pro Vergilio: pro Virgilio Pierius. Certe, neque multitudo veterum lapidum ac monumentorum, quae Vergilium praeferunt, quidquam evincit; cum alia etiam complura Virgilium habeant: nec Graeca Suidae ſcriptio, Οὐιργίλιος, cum Stephanus ſcribat in dictione *Mantua*, Βιργίλιος: nec etymon nominis a *Vere*, aut *Vergiliis* ſtellis; cum alii deducant a *virga* laurea, quam praegnans mater in ſomnis vidit; alii a *virga* populea, quae poſt ejus ortum more gentis humi defixa eſt; alii a *virginali* verecundia, propter quam Neapoli *Parthenias* appellatus eſt, a παρθένος *virgo*. Ego cum Pierio exiſtimo, facilem aliquando & promiſcuam fuiſſe commutationem elementorum *e* & *i*. Sic, teſte Quintiliano, dicebatur apud veteres *Deana*, pro *Diana*; *Menerva* pro *Minerva*; *leber* & *magester*, pro *liber* & *magiſter*. Sic reperitur adhuc in quibuſdam codicibus *Verginius*, pro *Virginius*. Sic etiam ſcribi potuit *Vergilius*, pro *Virgilius*. Sed in iis omnibus litera *i* denique praevaluit.

Nec mihi videtur *Virgilii* nomen aliunde acceptum, quam a patre. Si enim fuit cognomen a *virga* aut *vere*: certe non ſecundo loco, ſed tertio, quae cognominis ſedes eſt, appellandus fuit, P. Maro Virgilius. Neque movet me, quod in quibuſdam veteribus libris, *Partheniatis* cognomen ſecundo ferat loco, hoc nimirum ordine, P. Partheniatis Virgilii Maronis liber; id enim ex ſcriptorum inſcitia contra morem Romanum factum eſſe manifeſtum eſt.

Annus U. C. 691. *Auguſti* 1. *Virgilii* 8.
M. Tullius Cicero.
C. Antonius.

NAſcitur Octavius, qui deinde Auguſtus appellatus eſt, 9. Kal. Octob. id eſt 23. Septemb. Patre C. Octavio, matre Atia, M. Atii Balbi & Juliae illius filia, quae Julii Caeſaris ſoror fuit. Quare Octavius fuit Caeſaris ſororis nepos, non ex ſorore nepos, ut male quidam ſcripſerunt.

Annus U. C. 696. *Auguſti* 6. *Virgilii* 13.
L. Calpurnius Piso.
A. Gabinius.

V*Irgilius Cremonae ſtudiis eruditur.* Ita Hieronymus in Euſebii Chronico. Aliter tamen vitae ſcriptor: *Initia aetatis, id eſt, uſque ad ſeptimum annum, Cremonae egit.* Quae verba ſic emendat Scaliger in Euſebium: *Uſque ad ſedecimum annum:* quo fere anno Mediolanum conceſſit. Studia autem illius fuere Graeci praecipue ſermonis, tum medicinae & mathematicarum diſciplinarum: philoſophiae quoque, ſub Syrone Epicureo, & juxta Joſ. Scaligerum ſub Catio etiam Inſubri, ejuſdem ſectae philoſopho, qui Mediolani natus erat.

Et

Digitized by Google

Et in eo quidem ſtudio ſocium habuit Varum illum, cujus gratia ſextam Eclogam deinde ſcripſit, Epicureae philoſophiae placita de rerum origine continentem. De Syrone dicemus in illius Eclogae argumento: de Varo in eadem Ecloga, v. 7.

Poëma imprimis dicitur auſpicatus adhuc puer: & *Cirim*, *Aetnam*, *Culicem*, *Moretum*, *Copam*, *Diras*, *Catalecton*, *Epigrammata*, *Priapeia* junior ſcripſiſſe. At Joſ. Scaliger, & poſt eum docti fere omnes, *Aetnam* Cornelio Severo adjudicant: *Moretum*, Auli Septimii Severi eſſe idem ſuſpicatur: *Dirae*, quin a Valerio Catone ſcriptae ſint, ne dubitari quidem patitur: *Copam* Virgilio tribuit Priſcianus, ſed reclamante Scaligero: *Priapeia*, obſcoeniſſimam epigrammatum farraginem, ex Ovidii, Catulli, Petroniique faecibus collecta eſſe manifeſtum eſt. In *Catalectis* & *Epigrammatis*, ut multa ſunt indigna Virgilio, propter maledicos & inverecundos ſales; ita paucula quaedam eodem adoleſcente digna poſſunt videri. De *Ciri* & *Culice* major eſt controverſia.

Ac Virgilii quidem eſſe hoc utrumque opuſculum ſuaſerunt multis verſus utrique complures aſperſi, qui in Georgicis & Aeneide, aut iidem omnino, aut paullo accuratius limati reperiuntur. Non eſſe autem, mihi perſuadet ſtylus enervis ac vagus, obſcura ſententia, numeri diſſoluti: prorſus ut qui tam ſordide humilis fuit, non videatur potuiſſe unquam ad perſpicuam illam Bucolicorum tenuitatem, multo minus ad ſplendidam Aeneidos majeſtatem aſſurgere. Bene quidem Scaliger falſum demonſtrat, id quod in Vita Virgilii legitur, ſcripſiſſe Culicem, quicumque tandem Culex ille ſit, annos quindecim natum. Quippe Statius in Genethliaco Lucani, Sylv. l. II. v. 74. teſtatur Lucanum ſcripſiſſe Pharſaliam, *ante annos Culicis Maroniani*. At Lucanus poſt multa opera ultimam condidit Pharſaliam, eamque magna ex parte inemendatam reliquit, anno, quo mortuus eſt, aetatis vigeſimo ſeptimo. Addo ego, Culicem hunc, quem habemus, Octavio dicatum eſſe. At Octavius tum, cum numerabat Virgilius annum decimumquintum, ipſe tantum octavum attigerat: qua aetate, nec ipſi poëmata dicari, nec ea dici de ipſo potuerunt; *At tu, cui meritis oritur fiducia tantis*; aut, ut habent codices alii, *At tu, cui meritis oritur fiducia caſtris, Octavi venerande*. Igitur ſcriptum fuiſſe Culicem probabile eſt, cum Octavius aliquo in nomine coepit eſſe; circa id temporis, quo donatus a Julio Caeſare militaribus donis, eum in Hiſpanienſia caſtra ſecutus eſt, anno U. C. circiter 709. Octavii 19. Virgilii 26. Quod quis credat, Virgilium ab illa Culicis exilitate ita repente convaluiſſe, ut anno poſt tertio quartove Bucolica ſcribere tam aequabili & vivido & puro nitore inceperit? His adducor ut putem, inſulſum illum Culicem, quem habemus prae manibus, ab inepto aliquo poſteriorum aetatum ſcriptore fictum eſſe; qui, cum apud veteres laudari paſſim videret juvenilem Maronis Culicem, amiſſum illum vitio temporum reſtituere per ludum aut per ſummam audaciam voluerit: quomodo deinceps a leviſſimis ſcriptoribus multa malitioſe conficta ſunt, ut Cornelii Galli Elegiae, & nuper Petronii fragmentum.

Idem eſto de *Ciri* judicium, quam Ovidii tempore poſteriorem eſſe indicat Scyllae, patris & patriae ruinam meditantis, cum nutrice colloquium. Locus omnino exaratus ad ſimilitudinem illius colloquii, quod habet Myrrha, patris amore inſaniens, cum nutrice item ſua, Metam. l. IX. Nec abſtinet Scyllae nutrix ab exemplo ipſius Myrrhae proferendo: ut plane exiſtimem fictorem illum Virgilianae Ciris ad Myrrham Ovidianam inter ſcribendum oculos intendiſſe. Non eſt igitur audiendus Scaliger, cum Cirim illam ipſam ultimum eſſe ſtatuit opus Virgilii, Aeneide poſterius: quamquam enim fuſum eſt feliciore vena, quam Culex; tamen jacent in eo multa, multa horrent, nitent quam pauciſſima: nec a Virgilio ſeneſcente, & aequo rerum ſuarum aeſtimatore ſcribi tantillo in poëmatio potuit: *Accipe dona meo multum vigilata labore*; nec Virgilium juvenem, & Bucolica, Georgica, Aeneida meditantem, tantum rei poëticae jam tum ceperat taedium, ut in hoc tam levi opere deſinere non dubitaret: *In quo jure meas utinam requieſcere Muſas, Et leviter blandum liceat deponere morem*. Nec juvenis itaque, nec ſenex Virgilius Cirim ſcripſit.

Annus U. C. 699. *Aug.* 9. *Virg.* 16.
CN. POMPEJUS MAGNUS. II.
M. LICINIUS CRASSUS. II.

VIrilem togam ſumpſiſſe dicitur Virgilius apud Pſeudo-Donatum, anno aetatis 17. iiſdem illis Conſulibus, quibus natus erat. Id ipſum agnoſcit Scaliger, ſed minus conſiderate. Neque enim ab Idibus Octobribus primi Pompejani Conſulatus, ad Idus Octobres ſecundi, completos annos reperio plures quam quindecim. Si ergo Virgilius toga virili donatus eſt Pompejo & Craſſo ſecundum Coſſ. id anno Virgilii aut decimoquinto completo, aut decimoſexto ineunte contigit. Sin ad uſque decimumſeptimum ineuntem recedendum eſt, annus is fuit U. C. 700. Conſules, L. Domitius Aenobarbus, & Ap. Claudius Pulcher. Si denique decimusſeptimus completus requiritur, annus fuit U. C. 701. Conſules, Cn. Domitius Calvinus, & M. Valerius Meſſala; quem annum conſignat his verbis Hieronymus in Euſebio: *Virgilius ſumpta toga Mediolanum tranſgreditur*.

Et vero, etſi Romano jure pueritia anno 17. finiretur, tumque ſumeretur toga pura, ſeu virilis; tamen pro arbitrio tempus illud aliquando immutatum

tatum reperimus. Auguſtus ex Suetonio togam ſumpſit anno 16. Caligula, ex eodem, anno 20. M. Antoninus philoſophus, ex Julio Capitolino, anno 15.

Annus U. C. 708. *Auguſti* 18. *Virgilii* 25.
C. JULIUS CAESAR III.
M. AEMILIUS LEPIDUS I.

JUlius Caeſar menſe Octobri quater triumphat, de Gallia, de Aſia, de Aegypto, de Africa. Octavius, ſororis ejus nepos, *militaribus donis triumpho Caeſaris Africano donatus eſt, quamquam expers belli propter aetatem.* Suetonius in Augusto, 8.

Annus U. C. 709. *Auguſti* 19. *Virgilii* 26.
C. JULIUS CAESAR IV. *ſolus.*

CAeſar proficiſcitur in Hiſpanias adverſus Pompeji Magni liberos. Octavius *vixdum firmus a gravi valetudine, per infeſtas hoſtibus vias, pauciſſimis comitibus, naufragio etiam facto, avunculum ſubſecutus magnopere demeruit.* Suetonius ibid. Caeſar redux ſub initium Octobris triumphat quintum de Hiſpaniis.

Annus U. C. 710. *Auguſti* 20. *Virgilii* 27.
C. JULIUS CAESAR V.
M. ANTONIUS.

CAeſar expeditionem deſtinans in Parthos, Octavium praemittit Apolloniam. Ibi ille, dum ſtudiis vacat, audit Caeſarem in Senatu occiſum eſſe Idibus Martiis, ſe ab eo in nomen & familiam adoptatum. Romam redit: ſed adverſante M. Antonio Conſule, adjungit ſe optimatibus, quos ei infenſos ſciebat.

Annus U. C. 711. *Auguſti* 21. *Virgilii* 28.
C. VIBIUS PANSA.
A. HIRTIUS.

OCtavius mittitur cum Conſulibus adverſus M. Antonium, qui Decimum Brutum Mutinae obſeſſum tenebat. Solvitur obſidio, Conſules tamen bello pereunt. Fit agrorum aliqua inter milites diviſio per Decemviros, in quibus erat Cicero. Octavius armata manu Romam ingreſſus, Conſulatum, mortuo Panſa tunc vacuum, ab invito Senatu extorquet 14. Kal. Septemb. ſeu 19. Auguſti, ante annum aetatis vigeſimum expletum. Inito Conſulatu ſtatim in nomen & bona Caeſaris lege tranſiit, vocatuſque eſt deinceps ab omnibus, Dione teſte l. 46. C. JULIUS CAESAR OCTAVIANUS. Paullo poſt, nempe 27. Novembris, ipſe, ac M. Antonius, & M. Aemilius Lepidus, Triumviros ſe reipublicae conſtituendae in quinquennium renunciant; magiſtratus abſque Senatus & populi conſilio deſignant in idem tempus; proſcriptionem inimicorum ſuorum indicunt, qua Cicero 7. Decembris occiſus eſt.

Hinc erroris arguuntur, qui volunt Eclogam Virgilii ſextam Romae auditam a Cicerone fuiſſe in theatro, cum a Cytheride mima cantaretur: eundemque Romanae eloquentiae principem, ad ſuam & novi poëtae laudem exclamaſſe: *Magnae ſpes altera Romae:* quae verba deinceps Virgilius in Aeneida retulerit. Tum enim, cum Cicero occiſus eſt, Eclogas ſcribere nondum Virgilius coeperat: necdum venerat Romam: ſed adhuc, aut Mediolani, aut in rure ſuo verſabatur, ut mox deinde oſtendemus.

Annus U. C. 712. *Auguſti* 22. *Virgilii* 29.
L. MUNATIUS PLANCUS.
M. AEMILIUS LEPIDUS II.

KAlendis Januariis Triumviri, inter caeteros Julio Caeſari habitos honores, ſacellum ipſi dedicant in foro, ejus ſimulacrum ludis Circenſibus cum Veneris ſimulacro circumferendum decernunt. Hinc Octavianus ſe *Divi filium* appellavit. Circa Novembrem pugnatur ad Philippos in Macedonia, pereuntque Caſſius & Brutus, duobus praeliis, menſis fere unius intervallo diſſitis, ex Plutarcho. M. Antonius abit in Aſiam: Octavianus in Italiam redit, ut agros ſuis Antonianiſque veteranis dividat.

Annus U. C. 713. *Auguſti* 23. *Virgilii* 30.
L. ANTONIUS.
P. SERVILIUS ISAURICUS.

FIt agrorum diviſio, ex optimis quibuſque urbibus Italiae; ejectis per vim dominis, non iis tantum, qui contra Triumviros ſteterant, ſed etiam aliis, ut habent Appianus & Dio. Fulvia, M. Antonii uxor, & Lucius Antonius Conſul, Marci frater, cum adminiſtrationem & gratiam apud milites derivare ad ſe non potuiſſent, veterum poſſeſſorum querelis in ſpeciem commoti, bellum in Octavianum ſuſcitant. Aſinius Pollio, M. Antonii ſingularis amicus, Galliam Ciſalpinam interim copiis tenet, & Alpium tranſitum Octaviani legionibus intercludit, ut conſtat ex Appiani lib. 5. Idem Lucio Peruſiae obſeſſo ſuppetias ferre fruſtra conatus, ſub anni ſequentis initium dedita Peruſia, cum ſeptem legionibus Venetiam, in qua regione Mantua eſt, in poteſtate Antonii diu retinet, ut teſtatur Vellejus.

Atque haec illa eſt Agraria largitio, qua Virgilius Andino patrimonio ſuo mulctatus eſt. Neque enim eſt, cur Corradus calamitatem illam accidiſſe poëtae ſuſpicetur decemvirali illa diviſione, quae Mutinenſe bellum ſecuta eſt, & cui intererat Cicero: tum enim levis erat ac fere nulla Romae Octaviani auctoritas, ut optimates & ipſe Cicero de eo occidendo cogitarent. Quare Virgilius dicere tum de illo non potuit id, Ecl 1. *Deus nobis haec otia fecit:* neque illud: *Hic illum vidi juvenem, Meliboee, quotannis Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.* Potuit vero hac Philippenſi diviſione; cum ſe jam Octavianus *Divi Julii* filium appellaret, ſummaque polleret Triumviratus auctoritate. Multo minus ferendi Probus & Pomponius

Sabinus, qui id ad Actiacam diviſionem rejiciunt, & annum U. C 723. Cum enim e pleriſque omnibus Virgilianae vitae ſcriptoribus certum ſit, Bucolica triennio eſſe perfecta; certum item, ut mox demonſtrabitur, Eclogam quartam anno U. C. 714. Pollione Conſule, eſſe editam: certum id quoque habendum eſt, ſpatium illud triennii circa Conſulatum Pollionis omnino eſſe numerandum. Adde, quod idem ipſe Pomponius Virgilium dicat edidiſſe Bucolica anno aetatis 23. aut 24. Probus & Paedianus, anno 28. Servius, anno 29. Atqui diviſionis Actiacae tempore annos numerabat plenos atque integros novem ac triginta: quod incuriam ſcriptorum ejuſmodi manifeſtam facit.

Igitur ſic ſtatuo: Virgilium Aſinio Pollioni, tum in Gallia Ciſalpina & Venetia, cujus pars eſt ager Mantuanus, cum imperio verſanti, ſive per Varum, quocum philoſophiae ſtuduerat, ſive per Cornelium Gallum, ſive per ſeipſum innotuiſſe: per Pollionem commendatum eſſe Maecenati; per hunc ad Octaviani gratiam irrepſiſſe. Quanquam enim tunc diverſarum erant partium Maecenas & Pollio: ſimilitudo tamen ſtudiorum & aequa probitatis fama ſic utrumque ſociabat, ut anno proxime ſequente adminiſtri Brunduſinae pacis una adhibiti ſint. Certe Pollionis in Virgilium priora fuiſſe merita, Maecenatis potiora, vel ea res probat, quod prior a Virgilio gratia Pollioni, major Maecenati relata ſit, Ecloga unica mox in illius honorem edita; Georgicis deinde libris quatuor hujus nomini nuncupatis.

Fretus ea commendatione Virgilius, agros ut reciperet ſuos, Romam ſub anni hujus initia primum venit. Quidni enim Virgilio de ſe fides habeatur? At Ecloga prima ſub Tityri perſona teſtatur, ſibi ante amiſſos agros Romani ignotam fuiſſe: *Urbem, quam dicunt Romam, Meliboee, putavi Stultus ego huic noſtrae ſimilem, &c.* ſe libertatis obtinendae gratia eo profectum: *Et quae tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? Libertas*, &c.

Eamobrem inter fabulas puto quidquid habet vitae ſcriptor de ejus ad Octaviani gratiam aditu: quod magiſtro ſtabuli carus primum fuerit: quod panes eidem ut uni e ſtabulariis in ſingulos dies dati: quod Octavianus, de genere ac patre ſuo aliquando ſolicitus, conſuluerit ea de re ſtabularium Maronem; ejuſque opera ſperaverit patrem ſe poſſe ſuum certo intelligere, quia is de canum equorumque genere ac parentibus ſcite interdum reſpondebat. Fuerit enimvero Maroni ſingularis illa, quam reipſa fuiſſe libri Georgici declarant, rei veterinariae peritia; fuerint haec omnia, quae narrantur, temporum rationi accommoda, ut minime ſunt: quis tantum Octaviani fuiſſe ſtuporem credat, ut veterinariae medicinae eam eſſe vim ſibi perſuaderet; aut tantam Romani moris inſcitiam, ut ſe *regem magnanimum* appellaret? aut ipſi Virgilio tantam futurorum eventuum notitiam, ut Octavianum *Auguſti* nomine appellaret, ante annos minimum quatuordecim, quam eſſet honorifica illa appellatio ejus in gratiam inſtituta? Quid? jocus ipſe quam inſulſus? Piſtoris filium ſibi Octavianum videri, quod panes liberaliter erogaret. Cui fabulae locum puto praebuiſſe, quod apud Suetonium legitur: Antonium Octaviano inter caetera probra ſolitum objicere, quod proavum haberet piſtorem.

Hoc itaque anno ſcripta eſt Ecloga prima, qua poëta ſuam in agro recuperando felicitatem ſub Tityri nomine repraeſentat. Proinde exorſus eſt Bucolica, cum annum decurreret nonum ac vigeſimum; necdum Idus Octobres attigiſſet, quo tempore trigeſimum erat ingreſſurus. Statimque Roma profectus Mantuam, novoſque poſſeſſores conatus ex agro ejicere, Arrium nempe Centurionem, aut primipilarem Milienum Toronem, aut veteranum Claudium: ab eo, quiſquis fuerit, male habitus, aegre vitae ſuae conſuluit, Mincio natatu trajecto. Romam regreſſus, ut vim novo Octaviani dicto reprimeret: Eclogam, quae ordine nona legitur, obtuliſſe videtur Varo, apud Octavianum gratioſo, quaſi libellum ſupplicem indicemque calamitatis; eamque, ut res urgebat, ſubitario impetu e variis carminum, quae meditabatur, fragmentis concinnaſſe: quod legenti perſuaſum fore facile confido.

Annus U. C. 714. *Auguſti* 24. *Virgilii* 31.
CN. DOMITIUS CALVINUS.
C. ASINIUS POLLIO.

OCtavianus Lucium Antonium urbemque Peruſiam deditione accipit. Marcus in Italiam veniens, maximo belli metu facto, Brunduſii pacem cum Octaviano componit; adminiſtris, ex parte Octaviani, Maecenate; ex parte Marci, Pollione. Octavia, ſoror Octaviani, mortuo Marcello, priore viro, Marco Antonio conjux datur. Redeunt Romam Triumviri: ſed Sexto Pompejo Magni filio mare Siculum infeſtis navibus obtinente, fames in urbe ſaeviens urbem in Triumviros concitat. Octavianus & Antonius, a plebe tantum non laniati, de pace cum Sex. Pompejo conveniunt ad Puteolos, in litore Campaniae. Ita compoſitis rebus, laetitia communis & rerum omnium copia in Urbem redit. Decedunt e magiſtratu Conſules, Calvinus & Pollio, in paucos, qui ſupererant, anni hujus dies, more illorum temporum. Antonius exercitus ſui partem, ut per hyemem exerceret, mittit adverſus Parthinos, gentem Illyricam, & olim Bruti Caſſiique ſtudioſam, expeditionemque Pollioni ſuo committit, ut colligitur ex ejus triumpho de Parthinis, anno proxime ſequente.

Virgilius, cum filius Pollioni natus eſſet, ejus Genethliacon canit Ecloga quarta: antequam Pollio

Digitized by Google

lio magiſtratum abdicaſſet, nam v. 11. *Teque adeo decus hoc aevi te conſule inibit Pollio:* poſt Brunduſinam pacem Pollionis opera conſtitutam, nam v. 17. *Pacatumque reget patriis virtutibus orbem:* poſt pacem etiam Puteolanam, invecta ſcilicet in Urbem abundantia, nam v. 21. *Ipſae lacte domum referent diſtenta capellae Ubera*, &c. igitur ſub extremos anni dies. Parum enim ſana fuiſſet illa aetatis aureae promiſſio, imminente, aut Brunduſini belli, aut Pompejanae famis metu.

Annus U. C. 715. *Auguſti* 25. *Virgilii* 32.
L. MARCIUS CENSORINUS.
C. CALVISIUS SABINUS.

POllio bellum adverſus Parthinos feliciter gerit: de quibus triumphum agit 8. Kal. Novembris. Dum inde Pollio Romam redit ad triumphum, perluſtratque Illyrici & Venetiae litora, Virgilius Eclogam octavam componit, ubi perſtringit bellicas ejus laudes, v. 6. *Tu mihi, ſeu magni ſuperas jam ſaxa Timavi, Sive oram Illyrici legis aequoris*, &c. Nec procul ab eo tempore, nempe circa medium Octobrem, videtur ſcripta etiam illa, quae ordine tertia legitur: cum ſcilicet victimae & ſacra triumphalia pro Pollionis victoria pararentur. Ideo commendat Poëta, ut vituli taurique Pollioni paſcantur, v. 84. *Pollio amat noſtram, quamvis ſit ruſtica, Muſam: Pierides, vitulum lectori paſcite veſtro. Pollio & ipſe facit nova carmina: paſcite taurum*, &c. Quam ſi quis levem conjecturam putet, de illa non admodum pugnabo, mecum ut ſentiat.

Annus U. C. 716. *Auguſti* 26. *Virgilii* 33.
APPIUS CLAUDIUS PULCHER.
C. NORBANUS FLACCUS.

BEllum inter Octavianum, & Sex. Pompejum renovatur, adverſa primum Octaviani fortuna. Virgilius Bucolicis finem imponit, poſtquam ea triennio ante incepiſſet. Tunc ergo ſcripta eſt Ecloga, quae decima numeratur, quam hac ipſe conſignat nota: *Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem.* Caeterae, quas hic omiſimus, quo tempore ſcriptae ſint, nihil certo indicat.

Annus U. C. 717. *Auguſti* 27. *Virgilii* 34.
M. VIPSANIUS AGRIPPA I.
L. CANINIUS GALLUS.

DUm adverſus Sex. Pompejum Octavianus bellum inſtaurat, orditur Virgilius Maecenatis ſuaſu Georgica, quae ſeptem annis conſequentibus exequitur, maxima ex parte Neapoli.

Annus U. C. 718. *Auguſti* 28. *Virgilii* 35.
L. GELLIUS POPLICOLA.
M. COCCEJUS NERVA.

SEx. Pompejus ob Octaviano navali pugna vincitur. Octavianus divinis honoribus coli nunc primum incipit: ut habet Appianus *lib.* 5. *Civil.* M. Antonius, re adverſus Parthos male geſta, concedit in Aegyptum ad Cleopatram: ubi ſe luxui & voluptatibus tradit.

Annus U. C. 719. *Auguſti* 29. *Virgilii* 36.
L. CORNIFICIUS.
SEX. POMPEIUS SEX. F.

SEx. Pompejus fuga ſe recipit ad Antonium; ejuſque juſſu in Phrygia occiditur a Titio. Octavianus victor inter Deos tutelares oppidatim conſecratur, cum jam annos 28 exegiſſet, ut habet diſerte Appianus lib. 5.

Quidquid ergo hactenus de divinitate Octavian apud Virgilium regeritur, id ab eo dictum, aut per adulationem, aut quia jam inde ab anno 712. *Divi Julii* ſe filium appellabat.

Annus U. C. 720. *Auguſti* 30. *Virgilii* 37.
M. ANTONIUS II.
L. SCRIBONIUS LIBO.

Annus U. C. 721. *Auguſti* 31. *Virgilii* 38.
C. CAESAR OCTAVIANUS II.
L. VOLCATIUS TULLUS.

Annus U. C. 722 *Auguſti* 32. *Virgilii* 39.
CN. DOMITIUS AENOBARBUS.
C. SOSIUS.

HIs annis tribus jacta ſunt belli ſemina, Octavianum inter & Antonium.

Annus U. C. 723. *Auguſti* 33. *Virgilii* 40.
C. CAESAR OCTAVIANUS III.
M. VALERIUS MESSALA.

DEbellatur apud Actium, Epiri promontorium, 2. Septembris, M. Antonius ab Octaviano, cum immenſis auxiliis, quae ex Armenia, Media, Aegypto, Arabia, India, totaque ferme Aſia collegerat. Mox in Aegyptum cum Cleopatra bellum reparaturus fugit.

Annus U. C. 724. *Auguſti* 34. *Virgilii* 41.
C. CAESAR OCTAVIANUS IV.
M. LICINIUS CRASSUS.

REverſus in Italiam Octavianus, ut quartum Conſulatum acciperet, obvium habet Brunduſii Senatum, a quo Conſul renunciatur: ibique dies, juxta Suetonium ſeptem & viginti, juxta Dionem triginta, cum ſubſtitiſſet; inde ſtatim abit in Aſiam, ubi reliquam hyemem traducit, inſtruendo belli Aegyptii apparatu.

Falſum igitur, quod in vita Virgilii legitur, hunc Caeſari ex Actiaco bello reduci, & ad reficiendas vires Atellae, quae urbs eſt Campaniae, commoranti, legiſſe Georgica: Maecenate ſuſcipiente legendi vices, quoties in vocis offenſione interpellaretur. Aut, id ſi verum eſt, non poſt Actiacum bellum, ſed poſt Aegyptium, neceſſe eſt accidiſſe.

Alexandriam, Aegypti regiam, Octavianus capit, menſe Sextili, qui deinde Auguſtus appellatus eſt. Tum Cleopatrae & Antonii obitu ſolus univerſi orbis potitus imperio, primum Aegypti praefectum, ſub procuratoris nomine, inſtituit Cornelium

lium Gallum, eum, de quo decima Ecloga ſcripta eſt. Inde Octavianus per Syriam in Aſiam revertitur, ibidemque hyemat non longe ab Euphrate: tum Tiridatem & Phraatem de regno Parthiae contendentes victoriae ſuae terrore compoſuit: tum denique divinos honores affectavit palam, permiſitque ſibi templa extrui Nicomediae, Pergami, &c. Quae omnia contigere per hyemem anni hujus, ex Dione lib. 51.

Interim Virgilius Neapoli ultimam Georgicis manum & clauſulam adhibebat his verbis: *Haec ſuper arvorum cultu pecoriſque canebam, Et ſuper arboribus: Caeſar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem bello, victorque volentes Per populos dat jura, viamque affectat Olympo. Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope*, &c. Idem tunc prioribus libris quoſdam attexuit verſus, hujus anni & Aegyptiacae victoriae indices: ut G. II. 171. *Te, maxime Caeſar, Qui nunc extremis Aſiae jam victor in oris Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.* Item G. III. 28. *Atque hic undantem bello, magnumque fluentem Nilum, & navali ſurgentes aere columnas: Addam urbes Aſiae domitas pulſumque Niphatem*, &c. Qua eadem hyeme ſtatim animum ad Aeneida convertit, eamque per annos undecim executus eſt, ut communiter vitae ſcriptores habent.

Annus U. C. 725. *Auguſti* 35. *Virgilii* 42.
C. CAESAR OCTAVIANUS V.
SEX. APPULEIUS.

CAeſar Romam reverſus ter triumphat Sextili menſe: de Dalmatis, de Macedonia & Actio, de Cleopatra & Aegypto. Atque ita pace per univerſum orbem Romanum conſtituta, templum Jani claudit tertium a Romulo. Quod inſeruit Virgilius Aeneidos libro primo, quem tunc habebat in manibus, v. 295. *Aſpera tunc poſitis miteſcent ſaecula bellis, Claudentur belli portae*, &c.

Eodem anno Cenſuram exercet Caeſar, & collegam ſibi aſſumit M. Agrippam: quo in munere, ad expurgandos ordines reipublicae, moreſque, ambo multa fecerunt. Id quoque ſignificat Virgilius eodem libro v. 296. *Cana fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus, Jura dabunt.*

Dicitur & hoc anno Caeſar deliberaſſe de imperio deponendo, eaque de re conſultores adhibuiſſe Maecenatem & Agrippam. Et ſuadebat quidem Agrippa deponendum; negabat Maecenas, cujus conſilio obſecutus eſt. Id vero perquam abſurdum, quod ſi eſſet, non fuiſſet a ſolo Pſeudo-Donato, ſed a graviſſimis etiam hiſtoricis memoratum; Maronem nempe ab Caeſare vocatum etiam in conſilium, Maecenati aſſenſum eſſe, nutantemque principis animum aſſenſu hoc ſuo confirmaſſe.

Annus U. C. 726. *Auguſti* 36. *Virgilii* 43.
C. CAESAR OCTAVIANUS VI.
M. VIPSANIUS AGRIPPA II.

CAeſar, perfecta hoc anno Cenſura, ſolemnibus ſacrificiis Romano more luſtrum condit: ludos Actiacos quinquennales, ad aeternam victoriae ſuae memoriam a ſe prius inſtitutos, primum exhibet, nobilium puerorum equeſtri decurſione & gymnica exercitatione praecipue inſignes: ex Dione l. LI. & LIII. Quae omnia ſub Aeneae perſona repraeſentat Virgilius l. III. v. 279. *Luſtramurque Jovi, votiſque incendimus aras, Actiaque Iliacis celebramus litora ludis: Exercent patrias oleo labente palaeſtras Nudati ſocii*, &c.

Annus U. C. 727. *Auguſti* 37. *Virgilii* 44.
CAESAR OCTAVIANUS VII.
M. VIPSANIUS AGRIPPA III.

AUguſti nomine donatur Octavianus a Senatu, Munatii Planci ſententia, Januario menſe.

Annus U. C. 728. *Auguſti* 38. *Virgilii* 45.
C. CAESAR AUGUSTUS VIII.
T. STATILIUS TAURUS II.

COrnelius Gallus, amicus Virgilii, primus Aegypti procurator ab Auguſto conſtitutus, ob multa ibidem violenter acta eidem inviſus, & a Senatu damnatus, ſeipſum interficit. Ajunt ejus laudes fuſe a Virgilio fuiſſe celebratas Georg l. IV. indeque poſt ejus necem juſſu Auguſti ſublatas, & Ariſtaei fabulam earum loco ſubſtitutam. Sed fidem ii apud me non faciunt: tum quod Ariſtaei fabula ſic cum apum cultura connexa eſt, ut nata e re ipſa, non huic attexta videatur: tum quod Virgilius tantam operis partem laudando Gallo minime debuit tribuiſſe, qui non niſi pauculos verſus Maecenati dederat ſuo, cui totum ipſum opus dedicabat: tum quod Auguſtus ipſe, qui, Suetonio teſte, luxerat Galli necem, non ita videtur infeſtus ejus fuiſſe memoriae, ut inanes ei laudes invideret.

Annus U. C. 729. *Auguſti* 39. *Virgilii* 46.
C. CAESAR AUGUSTUS IX.
M. JUNIUS SILANUS.

AUguſtus movet expeditionem in Cantabros: qua dum abeſſet, ſupplicibus, ut Pſeudo-Donatus ait, minacibuſque literis partem Aeneidos aliquam efflagitat a Virgilio: nec obtinet. Virgilianae ad Auguſtum epiſtolae fragmentum profert Macrobius Saturn. l. 1. c. ultimo: *Ego vero frequentes a te literas accipio... De Aenea quidem meo ſi mehercule jam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem. Sed tantum inchoata res eſt, ut pene vitio mentis tantum opus ingreſſus mihi videar: cum praeſertim, ut ſcis, alia quoque ſtudia ad id opus, multoque potiora impertiar.*

Annus U. C. 730. *Auguſti* 40. *Virgilii* 47.
C. CAESAR AUGUSTUS X.
C. NORBANUS FLACCUS.

MArcellus, Octaviae, ſororis Auguſti, filius, fit Aedilis, annos natus 18. Quintilius Cremo-

Digitized by Google

monenſis, Virgilii & Horatii familiaris, moritur, ex Hieronymo in Euſeb. Horatius de hujus obitu Virgilium conſolatur, Od. l. I. 24. Hunc Grammatici, nullo veteri auctore, *Varum* appellant. Sed Quintilium Cremonenſem, a Quintilio Varo debere diſtingui, oſtendemus Ecl. VI. 7.

Annus U. C. 731. *Auguſti* 41. *Virgilii* 48.
C. CAESAR AUGUSTUS XI.
CN. CALPURNIUS PISO.

MOritur Marcellus, anno circiter aetatis 20. maximo Auguſti & Octaviae totiuſque populi Romani luctu, apud Bajas. Corpus ejus ingenti pompa crematur in campo Martio. Virgilius non multo poſt ſextum Aeneidos librum perficit, ornatque pulcherrimis de Marcelli obitu ac funere verſibus: quos cum recenti adhuc dolore Auguſto recitaret, dicitur Octavia defeciſſe, & pro ſingulis hujus argumenti verſibus Poëtae dena ſeſtertia juſſiſſe numerari.

Tiridates, Armeniae rex, cui cum Phraate Parthorum rege male conveniebat, Romae ab Auguſto excipitur. Quo tempore accidit, quod innuit Dio, ut captivos & ſigna, bellis ſuperioribus Romanis erepta, Auguſtus a Partho repeteret. Haec Virgilius, cum in Parthicum bellum vergere tum ſuſpicaretur, inſeruit libro ſeptimo, cui tunc dabat operam, v. 604. *Sive Getis inferre parat lacrymabile bellum*, &c. *Seu tendere ad Indos*, *Auroramque ſequi*, *Parthoſque repoſcere ſigna*: *Sunt geminae belli portae*, &c. Igitur annis minus quatuor, ſex fere ultimos operis libros poëta perfecit: nec vero tanta in iis elucet, quanta in ſuperioribus, cura.

Annus U. C. 732. *Auguſti* 42. *Virgilii* 49.
M. CLAUDIUS MARCELLUS.
L. ARRUNTIUS.

SUb anni hujus finem, antequam ſequentes Conſules magiſtratum inirent, ex Dione, iter in Graeciam Auguſtus ſuſcipit.

Annus U. C. 733. *Auguſti* 43. *Virgilii* 50.
Q. AEMILIUS LEPIDUS.
M. LOLLIUS.

AUguſtus perluſtrat Graeciae & Siciliae civitates: hyememque tranſigit in inſula Samo.

Annus U. C. 734. *Auguſti* 44. *Virgilii* 51.
M. APPULEIUS.
P. SILIUS NERVA.

TRajicit Auguſtus in Aſiam, mulctat Syriae civitates: ibique amiſſas a Craſſo aquilas recipit a Parthis. Romam revertitur: iterumque in Samum hyematurus conſedit.

Annus U. C. 735. *Auguſti* 45. *Virgilii* 52.
C. SENTIUS SATURNINUS.
Q. LUCRETIUS VESPILLO.

VIrgilius, Aeneide confecta, proficiſcitur in Graeciam, ut divinum opus per otium expoliret. Cum tamen Auguſto Romam revertenti occurriſſet, de reditu cum eo cogitans, languore correptus eſt: auctaque per navigationem valetudine, Tarentum, aut, juxta plures, Brunduſium appulit, ibidemque deceſſit, 22. Septembris, annos natus 50. menſes 11. dies 7. Dicitur moriens Aeneida, cum nondum ad eam, quam inſtituerat animo, formam perduxiſſet, petiiſſe comburendam; negatamque ſibi ab amicis, per teſtamentum legaſſe Plotio Tuccae, & Vario, qui eam aut comburerent, aut emendarent. Fabulam putat Corradus: ſed cum id aperte Gellius, Macrobius, imprimisque Plinius, Hiſtoriae ſuae lib. VII. c. 30. teſtentur, non video contra teſtes ejuſmodi quae vis poſſit eſſe tanta rationum. Plotii Variique mentio frequens apud Horatium: e quibus Varius Epici carminis ea aetate princeps fuit. Satyr. l. I. 5. *Poſtera lux oritur multo gratiſſima: namque Plotius & Varius Sinueſſae, Virgiliuſque, Occurrunt: animae, quales neque candidiores Terra tulit, nec queis me ſit devinctior alter.* Corpus Virgilii Neapolim, ut cupierat, tranſlatum, via Puteolana ſepultum eſt. Scripta, ſublatis aliquot verſibus, nullo addito, dicuntur expurgata. Morum & famae cognitio, e veterum teſtimoniis mox afferendis, potius quam ex Pſeudo-Donato, repetenda eſt.

TESTIMONIA
DE
VIRGILIO
ET
EJUSDEM OPERIBUS.

P. OVIDIUS NASO.

Tityrus, & ſegetes, Aeneiaque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.

EJUSDEM.

Et profugum Aenean altae primordia Romae:
Quo nullum Latio clarius extat opus.

EJUSDEM AD AUGUSTUM.

Et tamen ille tuae felix Aeneidos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque toros.
Phyllidis hic idem, teneraeque Amaryllidis ignes
Bucolicis juvenis luſerat ante modis.

SEX. AURELIUS PROPERTIUS.

Actia Virgilium cuſtodis littora Phoebi,
Caeſaris & fortes dicere poſſe rates.
Qui nunc Aeneae Trojani ſuſcitat arma,
Jactaque Lavinis moenia littoribus.
Cedite Romani ſcriptores, cedite Graji:
Neſcio quid majus naſcitur Iliade.
Tu canis umbroſi ſubter pineta Galeſi
Thyrſin, & attritis Daphnin arundinibus:
Utque decem poſſint corrumpere mala puellam,
Miſſus & inpreſſis hoedus ab uberibus.
Felix, qui viles pomis mercaris amores,
Huic licet in gratae Tityrus ipſe canat.
Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin
Agricolae domini carpere delicias.
Quamvis ille ſua laſſus requieſcit avena,
Laudatur faciles inter Hamadryadas.
Tu canis Aſcraei veteris praecepta poëtae,
Quo ſeges in campo, quo viret herba jugo.
Tale facis carmen docta teſtudine, quale
Cynthius impoſitis temperat articulis.

QUINTILIANUS LIB. X.

Idem nobis per Romanos quoque auctores ordo ducendus eſt. Itaque ut apud illos Homerus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimum dederit exordium: omnium ejus generis poëtarum, Graecorum, noſtrorumque, illi haud dubie proximus. Utar enim verbis iiſdem, quae ab Afro Domitio juvenis accepi, qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere: Secundus, inquit, eſt Virgilius; propior tamen primo, quam tertio. Et hercle, ut illi naturae coeleſti atque immortali ceſſerimus, ita curae & diligentiae vel ideo in hoc plus eſt, quod ei fuit magis laborandum: & quantum eminentioribus vincimur, fortaſſe aequalitate penſamus. Caeteri omnes longe ſequuntur.

LIB. ANTHOL. V.

Καὶ φίλος Αὐσονίοισι λιγυβροος ἔπρεπε κύκνος
Πιείων εὐεπίης Βιργίλιος ὅς ποτε Ῥώμης
Θυμβριὰς ἄλλον Ὅμηρον ἀνέτρεφε πάτριος ἠχώ.

STATIUS PAP. THEB. XII.

Nec tu divinam Aeneida tenta,
Sed longe ſequere, & veſtigia ſemper adora.

ORACULUM APOLLINIS.

Maeonio vati, quis par vel proximus eſſet,
Conſultus Paean riſit, & haec cecinit:
Si potuit naſci, quem tu ſequereris, Homere,
Naſcetur qui te poſſit, Homere, ſequi.

D. AUGUSTINUS.

Virgilium pueri legant, ut poëta magnus omniumque praeclariſſimus atque optimus, teneris imbibitus annis, non facile oblivione poſſit aboleri.

P. Virgilii Maronis Vita, a Phoca, Grammatico urbis Romae, verſibus edita.

PRAEFATIO.

O Vetuſtatis memoranda cuſtos,
Regios actus ſimul & fugaces.
Temporum curſus docilis referre,
Aurea Clio:
Tu nihil magnum ſinis interire:
Nil mori clarum pateris, reſervans
Poſteris priſci monimenta ſaecli
Condita libris.

Sola

Sola fucatis variare dictis
Paginas neſcis: ſed aperta quidquid
Veritas prodit, recinis per aevum
Simplice lingua.
Tu ſeneſcentes titulos laborum
Flore durantis reparas juventae.
Militat Virtus tibi: te notante,
Crimina pallent.
Tu fori turbas, ſtrepituſque litis
Effugis dulci moderata cantu,
Nec retardari pateris loquelas
Compede metri.
Hic fave dictis, retegenda vita eſt
Vatis Etruſci, modo qui perenne
Romulae voci decus adrogavit
Carmine ſacro.
Maeonii ſpecimen vatis veneranda Maronem
Mantua Romuleae generavit flumina linguae.
Quis facunda tuos tolleraret Graecia faſtus?
Quis tantum eloquii potuiſſet ferre tumorem,
Aemula Virgilium tellus niſi Tuſca dediſſet?
Huic genitor figulus, Máro nomine, cultor agelli,
Ut referunt alii, tenui mercede locatus.
Sed plures figulum. Quis non miracula rerum
Haec ſtupeat? dives partus de paupere vena
Enituit: figuli ſoboles nova carmina finxit.
Mater Polla fuit, Magii non infima proles,
Quem ſocerum probitas fecit jam clara Maroni.
Haec cum maturo premeretur pondere ventris,
Ut ſolet, in ſomnis animus ventura refingens
Anxius, & vigili praeſumere gaudia cura,
Phoebei nemoris ramum fudiſſe putavit.
O ſopor indicium veri! Nil certius umquam
Cornea porta tulit. Facta eſt interprete lauro
Certa parens, oneriſque ſui cognoverat artem.
Conſule Pompejo vitalibus editus auris,
Et Craſſo, tetigit terras, quo tempore Chelas
Jam miſſis Phaethon poſt Virginis ora receptus.
Infantem vagiſſe negant. Nam fronte ſerena
Conſpexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
Ipſe puerperiis adriſit laetior orbis:
Terra miniſtravit flores, & munere verno
Herbida ſuppoſuit puero fulmenta vireſcens.
Praeterea, ſi vera fides, ſed vera probatur,
Lata cohors apium ſubito per rura jacentis
Labra favis texit, dulces fuſura loquelas.
Hoc quondam in ſacro tantum mirata Platone
Indicium linguae memorat famoſa vetuſtas.
Sed Natura parens properans extollere Romam,
Et Latio dedit hoc, ne quid concederet uni.
Inſuper his genitor, nati dum fata requirit,
Populeam ſterili virgam mandavit arenae:
Tempore quae nutrita brevi, dum creſcit in omne,
Altior emicuit cunctis, quas auxerat aetas.
Haec propter placuit puerum committere Muſis,
Et monſtrare viam venturae in ſaecula famae.
Tum Balliſta rudem lingua titubante receptum
Inſtituit primum, quem nox armabat, in umbris
Graſſari ſolitum. Crimen doctrina tegebat.
Mox patefacta viri preſſa eſt audacia ſaxis.
Incidit titulum juvenis, quo pignora vatis
Edidit. Auſpiciis ſuffecit poena magiſtra.
Monte ſub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus.
Nocte, die, tutum carpe, viator, iter.
Nos tamen hoc brevius; ſi fas ſimulare Maronem:
Balliſtam ſua poena tegit: via tuta per auras,
Hic Balliſta jacet, certo pede perge, viator.
Carcere montoſo clauſus Balliſta tenetur,
Securi fraudis pergite nocte viri.
Quid trepidas tandem greſſu pavitante, viator?
Nocturnum furem ſaxeus imber habet.
Balliſtae vitam rapuit lapis. Ipſe ſepulcrum
Intulit. Umbra nocens pendula ſaxa tremit.
Crimina latronis digniſſima poena coërcet.
Duritiam mentis damnat ubique lapis.
Hinc Culicis tenui praeluſit funera verſu:
Parve culex, pecorum cuſtos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.
Tum tibi Sironem, Maro, contulit ipſa magiſtrum
Roma potens, proceresſque ſuos tibi junxit amicos.
Pollio, Maecenas, Varius, Cornelius, ardent;
Et ſibi quiſque rapit, per te victurus in aevum.
Muſa refer, quae cauſſa fuit componere libros?
Sumſerat Auguſtus rerum moderamina princeps.
Jam necis ultor erat patriae: jam caede piorum
Perfuſos acies legitur viſura Philippos.
Caſſius hic, Magni vindex, & Brutus, in armis
Intereunt. Victor nondum contentus opimis
Emeritas belli ſpoliis ditaſſe cohortis,
Proſcripſit miſerae florentia rura Cremonae:
Totaque militibus precium conceſſa laborum
Praeda fuit. Violenta manus bacchata per agros.
Non flatus, non tela Jovis, non ſpumeus amnis,
Non imbres rapidi, quantum manus impia vaſtat.
Mantua tu conjuncta loco, ſociata periclis,
Non tamen ob meritum miſeram vicinia fecit.
Jam Maro pulſus erat. Sed viribus obvius ibat
Fretus amicorum clipeo: cum paene nefando
Enſe perit. Quid dextra furis? quid viſcera Romae
Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
Poſteritas, ipſumque ducem, niſi Mantua dicat.
Non tulit hanc rabiem doctiſſima turba potentum.
Itur ad auctorem rerum. Quid Martius horror
Egerit, oſtendunt: quid tunc miſeranda tuliſſet.
Caeſaris hic placido nutu repetuntur agelli.
His auctus meritis cum digna rependere vellet,
Invenit carmen, quo munera vincere poſſet.
Praedia dat Caeſar, quorum brevis uſus habendi.
Obtulit hic laudes, quas ſaecula nulla ſileſcant.
Paſtores cecinit primos: hoc carmine Conſul
Pollio laudatur terrae revocantibus annis
Compoſito. Poſt haec ruris praecepta colendi
Quat-

Quattuor expoſuit libris: & commoda terrae
Edocuit geminis anno minus omnia luſtris.
Inde cothurnato Teucrorum praelia verſu
Et Rutulum tonuit. Biſſena volumina ſacrum
Formavit donata duci, trieteride quarta.
Sed loca, quae vulgi memoravit tradita fama
Aequoris, & terrae, ſtatuit percurrere vates,
Certius ut libris oculo dictante notaret.
Pergitur: ut Calabros tetigit, livore nocenti
Parcarum, vehemens luxavit corpora morbus.
Hic, ubi languores, & fata micantia ſenſit.

* * *

Cetera deerant in exemplari.

De operibus Virgilianis incerti auctoris.

MAeonium quiſquis Romanus neſcit Homerum,
Me legat, & lectum credat utrumque ſibi.
Illius immenſos miratur Graecia campos:
Aſt minor eſt nobis, ſed bene cultus ager.
Hic tibi nec paſtor, nec curvis deerit arator.
Haec Grajis conſtant ſingula, trina mihi.

ALCINOI DE VIRGILIO.

DE numero vatum ſi quis ſeponat Homerum,
Proximus a primo tum Maro primus erit.
Et, ſi poſt primum Maro ſeponatur Homerum,
Longe erit a primo quiſque ſecundus erit.

C. Sulpicii Apollinaris Grammatici in Aeneidem Virgilianam.

JUſſerat haec rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quae cecinere ducem.
Tucca vetat, Variuſque ſimul: tu maxime Caeſar
Non ſinis, & Latiae conſulis hiſtoriae.
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
Et paene eſt alio Troja cremata rogo.

Imitatio ejuſdem Phocae Grammatici, ex fragmento vitae Virgilii.

Carmina Virgilius Phrygium prodentia Martem
Secum fatali juſſerat igne mori.
Tucca negat. Varius prohibet: ſuperaddito Caeſar
Nomen, in Aenea non ſinis eſſe nefas.
O quam paene iterum geminaſti funere funus,
Troja bis interitus cauſſa futura tui.

De eadem re verſus attributi Cornelio Gallo, ſcholaſtici poëtae, ut apparet; imitati ex eodem Sulpicio Carthaginenſi.

TEmporibus laetis triſtamur, maxime Caeſar,
Hoc uno amiſſo, quem fleo Virgilium.
Sed vetuit relegi, ſi tu patiere, libellos,
In quibus Aenean condidit ore ſacro.
Roma rogat, precibus totus tibi ſupplicat orbis,
Ne pereant flammis tot monimenta ducum.
Atque iterum Trojam, ſed major flamma cremabit.
Fac laudes Italum, fac tua facta legi.
Aeneanque ſuum fac major Mincius ornet.
Plus fatis poſſunt Caeſaris ora Dei.

De eadem re veteris ſcholaſtici poëtae verſus, ſub nomine Auguſti Caeſaris.

ERgone ſupremis potuit vox inproba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur Muſa Maronis?
Ah ſcelus indignum! ſolvetur litera dives?
Et poterunt ſpectare oculi? nec parcere honori
Flamma ſuo, dignumque operi ſervare decorem?
Noſter Apollo veta: Muſae prohibete Latinae:
Liber & alma Ceres ſuccurrite. Veſter in armis
Miles erat: veſter docilis per rura colonus.
Nam docuit, quid Ver ageret, quid cogeret Aeſtas:
Quid daret Autumnus: quid Bruma noviſſima ferret.
Arva reformavit: ſociavit vitibus ulmos:
Curavit pecudes: apibus ſua caſtra dicavit.
Haec dedit, ut pereant? ipſum ſi dicere fas eſt.
Sed legum eſt ſervanda fides. Suprema voluntas
Quod mandat, fierique jubet, parere neceſſe eſt.
Frangatur potius legum veneranda poteſtas,
Quam tot congeſtos nocteſque dieſque labores
Hauſerit una dies, ſupremaque juſſa parentis
Amittant vigilaſſe ſuum. Si forte furenti
Erravit in morte dolor: ſi lingua locuta eſt
Neſcioquid titubante animo, non ſponte, ſed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui:
Si mens caeca fuit: iterum ſentire ruinas
Troja ſuas, iterum cogetur reddere voces?
Ardebit miſerae poſt vulnera vulnus Eliſſae?
Hoc opus aeternum ruet? & tot bella, tot enſes
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc, huc Pierides nemorum per luſtra loquaces
Tendite: & ardentes ignes fluvialibus undis
Mergite: ne pereat tam clari Muſa poëtae,
Flammaque vaneſcat. Vivat Maro clarus in orbe,
Ingratuſque ſibi. Sed, quod male juſſerat ipſe,
Sit vetuiſſe meum. Sacer eſt poſt tempora vitae.
Sicque erit aeternum tota reſonante Camena
Carmen, & imperii Divi ſub nomine vivat.
Laudetur, placeat, vigeat, relegatur, ametur.

Eorundem verſuum ſcholaſtica imitatio, per Phocam Grammaticum ex vita Virgilii. Fragmentum.

* * * *

NEſcio quid, fugiente anima, non ſponte, ſed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui,
Infertur Tyriae poſt vulnera vulnus Eliſſae:
Sentiet applicitos turbata Sibylla vapores
Ejurata mori? nec cingula reddet Amazon?
Di meliora date, ac ſenſum revocate nocentem.
Pace viri liceat tanti. Nec commoda linguae

Divi-

Digitized by Google

Divitis intereant: per quam Romana juventus
Aeternum floret. Verum, quod juſſerat ille,
Sit vetuiſſe meum. Nam poſt ſua tempora vitae
Non taceat. Imo aeternum reſonante Camena
Laudetur, placeat, vivat, relegatur, ametur.

Alius cujuſdam ſcholaſtici poëtae argumenta in Aeneidem, ſub nomine Ovidii.

PRAEFATIO.

Virgilius magno quantum conceſſit Homero,
Tantum ego Virgilio Naſo poëta meo.
Nec me praelatum cupio tibi ferre poëta.
Ingenio tantum ſi ſequor, hoc ſatis eſt.
Argumenta quidem librorum prima notavi,
Errorem ignarus ne quis habere queat.
Bis quinos legerent, feci, quos carmine, verſus,
Aeneidos totum corpus ut eſſe putent.
Adfirmo gravitate mea me carmine nullum
Livoris titulum praepoſuiſſe tibi.

PRIMI LIBRI.

Vir magnus bello, nulli pietate ſecundus
Aeneas, odiis Junonis preſſus iniquae, ¹
Italiam quaerens Siculis erravit in undis.
Jactatus tandem Libyae pervenit ad oras;
Ignaruſque loci, fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognovit Eliſſae.
Quinetiam nebula ſeptus pervenit ad urbem,
Arreptoſque undis ſocios cum claſſe recepit.
Hoſpitioque uſus Didonis cuncta benignae,
Excidium Trojae juſſus narrare parabat.

SECUNDI.

Conticuere omnes. Tunc ſic fortiſſimus heros
Fata recenſebat Trojae, caſuſque ſuorum:
Fallaces Grajos: ſimulataque dona Minervae:
Laucontis poenam: laxantem clauſtra Sinonem:
Somnum, quo monitus acceperat Hectoris, atrum.
Jam flammas coeli Troum, patriaeque ruinas,
Et regis Priami fatum miſerabile ſemper:
Inpoſitumque patrem collo: dextraque prehenſum
Aſcanium, fruſtra a tergo comitante Creuſa:
Ereptam hanc fato: ſocios in monte receptos.

TERTII.

Poſt everſa Phrygum regna, ut fuga coepta moveri:
Utque ſit in Thracen primo devectus: ibique
Moenia condiderit, Polydori caede piata.
Regis & hoſpitium, ut Phoebi reſponſa canebant.
Ceptum iter in Cretam: rurſus nova fata reperta.
Naufragus ut fuerit Strophadas conpulſus ad undas.
Inde fugam, atque iterum enarrat praecepta Celaeno.
Liquerit utque Helenum perceptis ordine fatis.
Supplicem Achaemeniden Polyphemo urgente recepti,
Amiſſumque patrem Drepani: atque hinc inde quievit.

QUARTI.

At Regina gravi Veneris jam carpitur igni.
Conſulitur ſoror Anna: placet ſuccumbere amori:
Fiunt ſacra Deis, onerantur numina donis.
Itur venatum. Veneris clam foedera jungunt.
Facti fama volat. Monitus tunc numine divum
Aeneas claſſemque fugae ſocioſque parabat.
Senſit amans Dido, precibus conata morari.
Poſtquam fata jubent, nec jam datur ulla facultas,
Conſcenditque pyram, dixitque noviſſima verba,
Et vitam infelix multo cum ſanguine fudit.

QUINTI.

Navigat Aeneas: Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios: una hoſpes Aceſtes:
Ludos ad tumulum faciunt: certamina ponunt.
Prodigium eſt cunctis ardens delapſa ſagitta.
Iris anum Beroën habitu mentita ſenili
Incendit naves, ſubitus quas vindicat imber.
In ſomnis pater Anchiſes, quae bella gerenda,
Quoque duce ad manes poſſit deſcendere, monſtrat.
Tranſcribit matres urbi, populumque volentem.
Et placitum Aeneas Palinurum quaerit in undis.

SEXTI.

Cumas deinde venit. Fert hinc reſponſa Sibyllae.
Miſenum ſepelit. Mons ſervat nomen humati.
Ramum etiam, ante Deum placato numine, portat.
Et vates longaeva una deſcendit Avernum.
Agnoſcit Palinurum, & ibi ſolatur Eliſſam.
Deiphobumque videt lacerum crudeliter ora.
Umbrarum poenas diſcit narrante Sibylla.
Convenit Anchiſen: penituſque in valle virenti
Agnoſcitque ſuam prolem, monſtrante parente.
Haec ubi percepit, graditur, ſocioſque reviſit.

SEPTIMI.

Hic quoque Cajetam ſepelit. Tum deinde profectus
Laurentum venit. Hanc verbis cognovit Iuli
Fatalem terram. Menſis en veſcimur, inquit.
Centum oratores veniam pacemque petentes
Ad regem mittit lectos tum ſorte Latinum:
Qui cum pace etiam natae connubia pactus.
Hoc forte Alecto Junonis diſſipat ira.
Concurrunt dictis, quamvis pia facta repugnant.
Belli cauſſa fuit violatus vulnere cervus.
Tum gentes ſocia arma parant: fremit arma juventus.

OCTAVI.

Dat belli ſignum Laurenti Turnus ab arce.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium, & doceat quae cauſſa petendi.
Aeneas Divum monitis adit Arcada regem
Euandrum, Arcadia profugum, nova regna petentem.
Accipit auxilium. Huic natum, & ſocia agmina jungit
Euander. Pallas fatis comes ibat iniquis.
Jamque habilis bello, & maternis laetus in armis,
Fataque, fortunaſque ducum, caſuſque ſuorum
Sortitus clipeo, divina intentus in arte eſt.

NONI.

Atque ea diverſa penitus dum parte geruntur,
Junonis monitu Turnus feſtinat in hoſtem.
Teucrorum naves, Rutulis jaculantibus ignem,

Nympharum in ſpeciem divino numine verſae.
Euryali & Niſi coeptis fuit exitus inpar.
Pugnatur. Caſtra Aeneadae vallumque tuentur.
Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus.
Fit via vi. Turnus Bitian & Pandaron altum
Dejicit, & totis victor dat funera caſtris.
Jamque fatigatus recipit ſe in caſtra ſuorum.

DECIMI.

Conſilium Divis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circum omnibus inſtant.
Advenit Aeneas, multis cum millibus, heros.
Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in praelia Turnus.
Caeduntùrque duces: cadit & ſine nomine vulgus.
Subtrahitur pugnae Junonis numine Turnus.
Aeneas perſtat Mezenti caede piata:
Et Lauſum invicta perimit per vulnera dextra.
Mox ultor nati Mezentius occidit ipſe.

UNDECIMI.

Conſtituit Marti ſpoliorum ex hoſte tropaeum.
Exanimumque patri natum Pallanta remittit.
Jura ſepulturae tribuit, tempuſque Latinis.
Euander patrios affectus edit in urbe.
Corpora caeſa virum paſſim digeſta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negaſſe.
Drances, & Turnus, leges aequante Latino,
Concurrunt dictis. Aeneas imminet urbi.
Pugnatur. Vincunt Troes. Cadit icta Camilla.
Deinde duces caſtris, donec ceſſere, minantur.

DUODECIMI.

Turnus jam fractis adverſo Marte Latinis
Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.
Foedus percutitur paſſuris omnia victis.
Hoc Turni Juturna ſoror confundit: & ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
Aeneas volucri tardatur membra ſagitta.
Anxia pro nato ſervavit cura parentis.
Urbs capitur. Vitam laqueo ſibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congreſſus, utrimque
Circumfuſa acie, vita ſpoliavit & armis.

Eadem Argumenta Monoſtichis per eundem auctorem.

Aeneas primo Libyes appellitur oris.
Funera Dardaniae narrat fletuſque ſecundo.
Tertius errores canit, amiſſumque parentem.
Uritur in quarto Dido, flammaſque fatetur.
Quintus habet ludos, & claſſem corripit ignis.
Quaeruntur ſexto Manes & Tartara Ditis.
Septimus Aenean reddit fatalibus arvis.
Praeparat octavo bellum, quos mittat in hoſtes.
Nonus habet pugnas, nec adeſt dux ipſe tumultus.
Occidit Aeneae decimo Mezentius ira.
Undecimo victa eſt non aequo Marte Camilla.
Duodecimo Turnus divinis occidit armis.

Argumentum omnium operum Virgilianorum.

PAſtorum Muſam vario certamine promit:
Ruris item docilis culturam carmine monſtrat.
Arboribus vitem, prolem quoque jungit olivae:
Paſtorumque Palen, & curam tradit equorum.
Tunc apium ſeriem, & quae mellis dona, recenſet.
Aeneas profugus intrat Carthaginis oras.
Convivis ſeries narratur Troica belli.
Tertius at complet narrantis ordine geſta.
Ardet amans Dido fatum ſortita ſupremum.
Quintus habet varia tumuli ſpectacula patris.
Infernos Ditis Manes & regna pererrat.
In Latium Aeneas, Italas ſimul intrat in oras.
Intonat hinc bellum tecti de culmine Turnus.
Euryalum & Niſum deflet cum matre juventus.
Mezenti interitus canitur, poſt funera Lauſi.
Ultaque dehinc fertur telo mactata Camilla.
Turni vita fugit infernas moeſta ſub umbras.

Item Argumenta in Aeneidem per Hexaſticha.

PRIMI LIBRI.

ARma virumque canit vates, Junonis ob iram,
Et totum Aeoliis turbatum fluctibus aequor.
Disjectas claſſes ſubmerſaque corpora ponto.
Hoſpitium Didus, caſus quo gentis & annos
Aeneas Trojae, fatumque & bella referret.
Quorum pars terrae, pelago pars addita famae eſt.

SECUNDI.

Conticuere omnes, intentique ore loquentis
Ora tenent. Ac tum dolus introducitur hoſtis,
Et fallacis equi damnoſum munus in armis,
Perfidia notuſque Sinon, amiſſàque conjunx.
Per medios ignes ablatus ſaevaque tela
Anchiſes, oneri facilis pietate ferentis.

TERTII.

Poſtquam res Aſiae disjectaque moenia Trojae:
Dant pelago claſſes, Polydori funera diſcunt,
Atque Heleni praecepta, fidem cui fecerat uſus.
* * * * *

Reliqua deſiderantur.

In Aeneidem Monoſticha Baſilii.

PRimus habet, Libycam veniunt ut Troes in urbem
Edocet excidium Trojae, clademque ſecundus.
Tertius a Troja vectos canit aequore Teucros.
Quartus item miſerae duo vulnera narrat Eliſſae.
Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores.
Aenean memorat viſentem Tartara ſextus.
In Phrygas Italiam bello jam ſeptimus armat.
Dat ſimul Aeneae ſocios octavus, & arma.
Daunius expugnat nono nova moenia Trojae.
Exponit decimus Tuſcorum in litore pugnas.

Un-

Digitized by Google

Undecimo Rutuli ſuperantur morte Camillae:
Ultimus inponit bello Turni nece finem.

In Bucolica Fragmentum ex quodam Poëta.

Tityrus agreſti modo laetus carmine ruris,
Formoſum per quod Corydon ardebat Alexin.
Silenumque ſenem ſertiſque meroque ligavit.
Paſtorumque ſonos faciles duxere cicutae.

Incerti Poëtae Tetraſticha in Georgica.

PRAEFATIO.

Qualis Bucolicis, quantus tellure domanda
Vitibus, arboribuſque, apibus, pecorique, ſatiſque
Aeneadum fuerit vates, Tetraſticha dicent;
Contineat quae quiſque liber. Lege carmina noſtra.

PRIMI.

Quid faciat laetas ſegetes: quae ſidera ſervet
Agricola, ut facilem terram proſcindat aratris,
Semina quo jacienda modo, cultuſque locorum,
Et meſſes docuit magno olim foenore reddi.

SECUNDI.

Hactenus arvorum cultus, & ſidera coeli:
Pampineas canit inde comas, colleſque virentes,
Deſcriptaſque locis vites, & dona Lyaei.
Atque oleae ramos pomorum ex ordine lectos.

TERTII.

Teque Pales, & te paſtor memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramine paſcua laeta:
Quis habitent armenta locis, ſtabulentur & agni,
Omnia divino monſtravit carmine Vates.

QUARTI.

Protinus aërii mellis redolentia regna,
Hyblaeas & apes, alvorum cerea tecta,
Quique apibus flores, examina quaeque legenda
Indicat, humenteſque favos, coeleſtia dona.

Duodecim ſcholaſticorum poëtarum argumenta in Aeneidem.

LIBRI PRIMI.
VOMANUS I.

Aeolus inmittit ventos, Junone precante,
Trojanoſque vagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipſe dolentem.
Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido.
Cui Venus Aſcanii ſub imagine mittit amorem.

SECUNDI.
EUFORBUS II.

Cogitur Aeneas bellorum exponere caſus,
Grajorumque dolos, & equum, fraudemque Sinonis,
Exciſamque urbem, Priamique miſerrima fata,
Utque patrem inpoſitum forti cervice per ignes
Extulerit, caramque amiſerit ipſe Creüſam.

TERTII.
JULIANUS III.

Poſt caſum Trojae fabricata claſſe ſuperſtes,
Vela dat Aeneas, urbemque in litore Thracum
Mox aliam pulſus Cretaeis condidit oris.
Cedit & hinc, Helenumque videt, praeceptaque diſcit;
Aetnaeum Cyclopa fugit, ſepelitque parentem.

QUARTI.
HILARIUS IV.

Ardet amore gravi Dido, ſoror Anna ſuadet
Nubere. Junguntur, nimbo cogente, ſub antro.
Incuſat precibus patrem contemtus Iarbas.
Navigat Aeneas juſſu Jovis. Ilia dolore
Inpatiens, & amore, necem ſibi protinus infert.

QUINTI.
PALLADIUS V.

In Siculas iterum terras Fortuna reducit
Aenean, tumuloque patris perſolvit honorem:
Tum cogit naves incendere Troadas Iris.
Troës ibi linquunt ſocios. Venus anxia placat
Neptunum. Somnus Palinurum mergit in undis.

SEXTI.
ASCLEPIADIUS VI.

Sacratam Phoebo Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius, vatiſque petit reſponſa Sibyllae.
Miſenum ſepelit. Poſt haec adit infera regna.
Congreſſuſque patri, diſcit genus omne ſuorum,
Quoque modo caſus valeat ſuperare futuros.

SEPTIMI.
EUSTHENIUS VII.

Tandem deveniunt Laurentia Troës in arva:
Et pace accepta laeti nova moenia condunt.
Nocte ſatam Juno Furiam evocat. Ille Latinos
Inter, & Aeneadas bellum ſerit, & ciet arma.
Protinus auxiliis terra inſtruit Itala turmas.

OCTAVI.
POMPEIANUS VIII.

Vidit ut Aeneas ſumma vi bella parari,
Arcadas, Euandrumque ſenem ſibi foedere jungit:
Dardanioque duci ſociatur Etruria tota.
Arma petit Genetrix, dat Mulciber, in clipeoque
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

NONI.
MAXIMIANUS IX.

Ad Turnum propere Junonia mittitur Iris,
Inſtigatque animos. Acies movet ille, Phrygaſque
Obſidet. In Nymphas verſa eſt Aeneia claſſis.
Euryalus Niſuſque luunt nece praelia noctis.
Vi Turnus potitur caſtris. Inpellitur inde.

DECIMI.
VITALIS X.

Placat & uxoris dictis & jurgia natae
Juppiter. Auxiliis inſtructus Troius heros
Advenit. Occurrunt Rutuli, atque in litore pugnant.
Occidit a Turno Pallas: victorque ſuperbus
Aeneae eripitur. Mezentius interit acer.

UNDECIMI.
BASILIUS. XI.

Occiſis proprium pars utraque reddit honorem.

Supplicibus Calydc ne ſatus negat arma Latinis.
Cum Drance alterno jurgat certamine Turnus.
Aeneas equitem praemittit, & obvia virgo
Excipit. Extincta Rutuli dant terga Camilla.

DUODECIMI.
ASMENUS. XII.

Trojanis Rutuliſque placet conjungere foedus.
Id Rutuli rumpunt. Nato Venus alma medetur
Dictamno, Rutulique luunt perjuria victi.
Cogitur Aeneae Dauni concurrere proles.
Pallantea necem miſero dant cingula Turno.

Eorundem duodecim ſcholaſticorum Epitaphia P. Virgilii Maronis, per tetraſticha.

VITALIS I.

PRima mihi Muſa eſt ſub fagi Tityrus umbra.
Ad mea navus humum juſſa colonus arat.
Praeliaque expertos cecini Trojana Latinos.
Fertque meos cineres inclyta Parthenope.

BASILIUS II.

Hoc jacet in tumulo vates imitator Homeri,
Qui canit Auſonio carmine primus oves.
Ad cultos hinc tranſit agros. Aeneidos autem
Non emendatum morte reliquit opus.

ASMENUS III.

Bucolica Auſonio primus qui carmine feci,
Mox praecepta dedi verſibus agricolae.
Idem cum Phrygibus Rutulorum bella peregi.
Hunc mihi defuncto fata dedere locum.

VOMANUS IV.

Tityre, te Latio cecinit mea fiſtula verſu:
Praeceptiſque meis ruſticus arva colit.
Ac, ne Muſa carens vitiis Aeneidis eſſet,
Perfida me celeri fata tulere nece.

EUPHORBUS V.

Romuleum Sicula qui fingit carmen avena,
Ruricolaſque docet qua ratione ferant:
Quique Latinorum memorat fera bella Phrygaſque,
Hic cubat; hic meruit perpetuam requiem.

JULIANUS VI.

Qui paſtorali peragravit Maenala Muſa,
Ruraque, & Aeneae concinit arma Maro,
Ille, decem luſtris geminos poſtquam addidit annos,
Conceſſit fatis: & ſitus hoc tumulo eſt.

HILARIUS VII.

Haec tibi Virgilius domus eſt aeterna ſepulto,
Qui mortis tenebras effugis ingenio:
Maenalium carmen qui profers ore Latino,
Et cultus ſegetum, bellaque ſaeva ducum.

PALLADIUS VIII.

Primus ego Auſonio paſtorum carmina verſu
Compoſui, & quo ſint rura colenda modo.
Poſt, quibus Aeneas Rutulos ſuperaverit armis.
Vatis relliquias haec pia terra fovet.

ASCLEPIADIUS IX.

Sicanius vates ſilvis, Aſcraeus in arvis,
Maeonius bellis ipſe poëta fui.
Mantua te vita praeclari jactat alumni.
Parthenope famam morte Maronis habet.

EUSTHENIUS X.

Quiſquis es, extremi titulum lege carminis, hoſpes:
Hac ego Virgilius ſum tumulatus humo:
Qui pecudum pariter, qui cultum fertilis agri,
Mox Anchiſiadae bella ducis cecini.

POMPEIANUS XI.

Virgilio mihi nomen erat, quem Mantua felix
Edidit. Hic cineres vatis & oſſa jacent.
Cujus in aeternum paſtoria fiſtula vivet;
Ruſtica, mox eadem Martia, Calliope.

MAXIMIANUS XII.

Carmine Bucolico nitui: cultoribus agri
Jura dedi. Cecini bella Latina ſimul.
Jamque ad luſtra decem Titan acceſſerat alter,
Cum tibi me rapuit, Mantua, Parthenope.

Item per diſticha eorundem ex argumento Virgiliani diſtichi.

MAntua me genuit, Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope. Cecini paſcua, rura, duces.

ASCLEPIADIUS I.

Tityron, ac Segetes cecini Maro, & Arma virumque;
Mantua me genuit, Parthenope ſepelit.

EUSTHENIUS II.

Virgilius jacet hic, qui paſcua verſibus edit,
Et ruris cultus, & Phrygis arma viri.

POMPEIANUS III.

Qui pecudes, qui rura canit, qui praelia vates,
In Calabris moriens hac requieſcit humo.

MAXIMIANUS IV.

Carminibus pecudes, & rus, & bella canendo,
Nomen inextinctum Virgilius meruit.

VITALIS V.

Mantua mi patria eſt: nomen Maro: carmina ſilvae,
Ruraque, cum bellis: Parthenope tumulus.

BASILIUS VI.

Qui ſilvas, & agros, & praelia verſibus ornat,
Mole ſub hac ſitus eſt ecce poëta Maro.

ASMENUS VII.

Paſtorum vates ego ſum: cui rura duceſque
Carmina ſunt. Hic me preſſit acerba quies.

VOMANUS VIII.

A ſilvis ad agros, ab agris ad praelia venit
Muſa Maroneo nobilis ingenio.

EUPHORBUS IX.

Bucolica expreſſi, & ruris praecepta colendi.
Mox cecini pugnas. Mortuus hic habito.

JULIANUS X.

Hic data Virgilio requies, qui carmine dulci
Et Pana, & ſegetes, & fera bella canit.

HILARIUS XI.

Paſtores cecini: docui qui cultus in agris:
Praelia deſcripſi. Contegor hoc tumulo.

PAL-

PALLADIUS XII.
Conditus hic ego ſum, cujus modo ruſtica Muſa
Per Silvas, per Rus venit ad Arma virum.

Subſcriptum imagini Virgilianae.

HILARIUS.
Subduxit morti vivax pictura Maronem:
Et quem Parca tulit, reddit imago virum.

IDEM.
Lucis damna nihil tanto nocuere Poëtae,
Quem praeſentat honos carminis, & plutei.

PENTADIUS.
Paſtor, arator, eques, pavi, colui, ſuperavi,
Capras, rus, hoſtes, fronde, ligone, manu.

De aſino, qui Aeneiden dentibus diſcerpſit.

Carminis Iliaci libros conſumſit aſellus.
Hoc fatum Trojae eſt; aut equus, aut aſinus.

DEDICATIO AENEIDOS,

ipſius, ut volunt, Maronis.

SI MIHI SUSCEPTUM FUERIT DECURRERE MUNUS,
O PAPHON, O SEDES QUAE COLIS IDALIAS,
TROIUS AENEAS ROMANA PER OPPIDA DIGNO
JAM TANDEM UT TECUM CARMINE VECTUS EAT:
NON EGO THURE MODO, AUT PACTA TUA TEMPLA TABELLA
ORNABO, ET PURIS SERTA FERAM MANIBUS:
CORNIGER HOS ARIES HUMILES ET MAXIMA TAURUS
VICTIMA SACRATO TINGET ODORE FOCOS:
MARMOREUSQUE TIBI DIVERSICOLORIBUS ALIS
IN MOREM PICTA STABIT AMOR PHARETRA:
ADSIS, O CYTHEREA: TUUS TE CAESAR OLYMPO
ET SURRENTINI LITORIS ORA VOCAT.

Digitized by Google

N. HEINSII
DEDICATIO
LUDOVICO MAGNO
REGI CHRISTIANISSIMO.

ACcipe Dardanium, veteris primordia Romae,
(Quo prior ut dextra es, ſic pietate) ducem:
Crimine ſed fati nec ſic agitatus iniqui,
Et nactus faciles promerituſque Deos:
Fortunae conſtantis amor, Rex gloria Regum,
Sacrum Pergameis accipe carmen avis.
Quo tuus Aeneas ſe munere jactat, & alte
Cruda Meduſaeo fata triumphat equo:
Nec Priami regnis metuendo cedit Achilli;
Maeonia quamquam fretus & ille tuba eſt.
Tabida virus edax chartis alleverat aetas,
Et Clarium naevo dedecorabat opus:
Ivimus adverſum carioſi ſaecula dentis;
Quaque datum, medica res mihi geſta manu.
Nec ſtudium forſan ceſſit male, pectoris index
Sed ſit, ut eſt, grati; cauſſa peracta mea eſt.
Debueram longe majora, ſed unde petatur,
Maxima qui ſi det dona, det aequa Tibi?
Francigenûm coeleſte jubar, quo vindice priſcus
Artibus exſtinctis nunc revireſcit honor:
Regibus ignoto qui tramite niſus in altum
Aſtruis imperio Pythia templa tuo:
Damnaque ſe ſaevi facibus debentia Brenni
Sacrifica reparas diſſimilique manu.
Jam capiti venitque pio venturaque porro eſt
Plurima Mavortis laurus alumna ſui:
At Tibi quam Paean Aganippide ſpondet ab umbra,
Par Lodoiceae ſola corona comae eſt.
Intemerata ferunt conſpectae frondis honorem,
Et vernaturum vivida ſerta decus,
Annorum domitrice manu quae legit, & aura
Numinis adſlavit Calliopea ſui.
Geſta domi, tum geſta foris tot praenitet inter
Cirrha, clientelae pars memoranda Tuae.

Bella

Digitized by Google

Bella alias, hanc pacis opus, Rex inclyte, captam
Et vectigalem dant benefacta Tibi.
Cetera ſunt Parcis obnoxia, nocte triumphos
Perſephone Stygia, nocte tropaea premit:
Armaque victrices Regum ſudantia palmas:
Quicquid Eos, Veſper lumine quicquid obit.
Pulſat humum fragilem ſolido pede Pegaſus ales,
Et Dis contiguum tollit in aſtra caput.
Aetherio par numen habet Pimplaeus Olympo,
Nec rigida Ditis lege tenetur apex.
Praedantem late mortalia Phoebus Avernum
Collis inacceſſa ridet ab arce ſui.
Huic adeo rerum bene credita ſumma Tuarum eſt,
Quas Tibi perpetuo foenore paſcit honos.
Huc Te regna vocant ſceptris potiora caducis,
Omni quae ſuperent illabefacta rogo.
Auguror en, poſt ſaecla diem decurſa futurum,
Quamlibet ingentes cum ſuper ibis Avos,
Exemplum Famae miranti nobile; cumque
Tempora Te propter noſtra beata canet.
Quod metuas non eſt nociturae flumina Lethes:
Huic jus praeripuit gloria tanta ſuum.
Jam fruor, ut praeſens, jam carmine perſonat auris,
Annua quod vatum gens Tibi rite parant.
Plauſibus interſum, quos omni creber in aevo
A non laſſanda poſteritate feres,
Cum Te poſt Pyliae certantia fata ſenectae,
Regia poſcentis tollet avita poli.
Longum abſit, precor, atra dies, funeſtaque rebus;
Nec niſi cum mundo ſe pereunte ferat.
Temperet acceptos Marti Pax alma triumphos;
Regnet & in titulis hac minor ille Tuis.
Junctaque Palladiae ſerto laetetur olivae
In ſenis albentem laurus itura comam.
Mite decus Regum, ſancta Tibi Pace foveri
Nava laborati numina ruris ament.
Te nemori Dictynna canant adfixa Paleſque:
Haec pecudum cuſtos, illa timenda feris.
Flava Ceres ſpicis, Evan pubente racemo
Te caput incincti foeta per arva ſonent.
Fauniſque Dryadumque choro tutela voceris;
Ture litat pugnas ſe Tibi, ſive mero.
Lilia proveniant Muſas comtura, Tuoque
Multa coronari flore Minerva probet.

Oppi-

Digitized by Google

Oppida praeſidio nullius egentia valli
Amoto choreis excubitore vacent.
Voce ſimul grateſque lyra ſe major Apollo,
Unicus aeterni nominis auctor, agat.
Ille Tuum munus, ſibi redditus ille videſne
Ut merita gravidum laude fatiget ebur?
Maeonides ubi nunc? alter cum ſurgat Achilles
Grande Maroneae dextera molis opus.
Sed vatum tanti, Rex magne, quis exſtitit oris,
Impleat eloquio qui Tua bella ſuo?
Carmina fulmineis nam reſponſura lacertis
Mantua cum toto vix Helicone dabit.

MAJESTATI CHRISTIANISSIMAE

devotiſſimus

NICOLAUS HEINSIUS.

N. HEINSII PRAEFATIO LECTORI.

ERant in promtu complura, de quibus actum nunc tecum oportebat fortaſſe, ni ſatius ego conſultiuſque arbitrarer, pauliſper ea differri in magis opportuna tempora, dum meae in Maronem Obſervationes, jam quodammodo in ſcriniis paratae, luce publica donantur. Auguror quippe, diſſipata nube bellica, quae foederatos Belgas atrox ac perquam infeſta dirum equidem nunc in modum percellit, pacatiora multo ac tranquilliora mox apparitura omnia, & cum Muſis ſolidam in gratiam poſtliminio reditura; unde nobis quoque lucubrandi impetus, haud modice nunc ſufflaminatus, excitetur denuo, minus certe frigeat ac feneſcat. Interim ut paucis hic te expediam, Lector, curae praecipuae nobis fuit percenſere ſtudioſum ac diligentem in modum Grammaticae rei ſcriptores veteres Latinos, qui cum in Marone illuſtrando frequentes admodum occupentur, facem praeluxere nobis identidem haud obſcuram, ad aſſerendos locos eos atque in integrum reſtituendos, in quibus dubiae nunc ac diſcrepantes offendunt ſcripturae, ut ſine

ſine eorundem adminiculo nobis in ancipiti fluctuantibus, ac itinerum per incerta paſſim errabundis comiter hic illic monſtrarint viam. Praeterea negligendos haudquaquam duxi codices Maronis ipſius vetuſtos, quos ex erudito non unius bibliothecae pulvere in medium prolatos, haud parvo numero, indefeſſa equidem animi contentione excuſſi, laboris quamquam ingrati minime pertaeſus. Hoſce ſi ordine quemque nunc ſuo percenſeam, quod alias faciendum pluribus mihi propono, manifeſtum mehercules fiat, triceſimo ab numero eorumdem copiam haud multum abſuiſſe. Sed commendandus hos inter praecipue venit codex longe praeſtantiſſimus, atque unus inſtar omnium, qui parem vetuſtate nullum per Europam univerſam nunc habet, ſervatus a multo tempore in Laurentiana Florentiae bibliotheca, pulcherrimo illo ac dedicato religioſe Muſis a Medicea gente jam olim aeternitatis ſacrario, ubi etiamnum cuſtoditur, ac dominum agnoſcit *Coſmum* ejus nominis tertium, Magnum Etruriae Ducem, quod nomen virtutis capit decoriſque tantundem, quantum Natura rerum univerſa in ſeſe complectitur. Id ipſum exemplar uſibus Aldi Manutii inſervivit olim, cujus in Orthographico opere laudatur paſſim, poſſeſſorem liber tunc nactus Ludovicum Cardinalem Carpenſem, a quo poſtea ad Achillem Statium devenit. Sed hoc de codice alibi haud pauca dicenda nobis venient, quae hujus non ſunt loci. Fuerunt & alia in manu exemplaria, ut perantiqua illa, ſic cum membranis Mediceis iſtis optimis, ac littera majore Romana exaratis, neutiquam comparanda. Orthographicam ſcribendi rationem hanc in pleriſque, non enim in omnibus, ſecuti ſumus, quam caſtigatiores libri praeferebant. Obſolevit ferme apud nos, quod in uſu tamen priſcis Romanis frequentiſſimo fuit, ſi quid vetuſtioribus membranis eſt credendum, ut declinationis tertiae nominum, quae caſum pluralem in *ium* terminant, quartus caſus iisdem in *is* non in *es* terminetur. *Urbs*, *urbes*, *urbium*, *urbis. gens*, *gentes*, *gentium*, *gentis. omnis*, *omnes*, *omnium*, *omnis*. Hinc initium Salluſtianum, *Omnis homines ſumma ope eniti decet.* Atque hac de re cum Priſcianus, tum alii ex antiquis grammaticis, in primis A. Gellius, ubertim egerunt: qui diſputat operoſe, cur Maro nunc *tris* nunc *tres* dixerit. nam quod *treis* & *omneis* & *urbeis* & *queis*, aliaque id genus non pauca paſſim in vulgatis editionibus occurrunt, ea Pacuviano Ennianoque digna tempore, non Virgiliano cenſeamus licet. Habet enim in deliciis Maro archaiſmos quidem ac veteres loquendi modos, ſed ſobrie id ac parce, ut mira eſt huic poëtae caſtigatiſſimi judicii vis in omnibus. Eam certe ſcribendi rationem illo vivente obtinuiſſe, ut *omnis*, & *urbis*, dicerent, non *urbeis* aut *omneis*, in quarto caſu plurali, ex ipſis Caeſaris Auguſti nummis liquido apparet, in quorum non paucis apud me exſtantibus civica exhibetur corona, cum hac inſcriptione, ob civis servatos. Exſtant & ejuſdem Caeſaris numiſmata, quorum ab altera parte Divi Julii imago eſt expreſſa, additis hiſce litteris, Divos Julius, non Divus. Hinc toties apud Maronem in praeſtantiſſimis libris *Volcanus*, *Volſci*, *volnus*, *volgus*, *aevom*, *equom*, *divom*, & ſimilia, quomodo & in pervetuſtis Varronis, Plauti, Terentii, Lucretii exemplaribus ſcriptum offendas paſſim. Quae in tranſcurſu fuerunt monenda, ne quid horum aut hiſce ſimilium exhiberi a nobis in Maroniano contextu arbitrere forſan, praeter codicum fidiſſimorum auctoritatem. *Ulixes* eſt in iisdem exemplaribus conſtanter admodum, quem nunc *Ulyſſem* ſcribimus perperam ac malo exemplo, uti certius adnimadverſa ad Maronem noſtra evincent. Hiſce interim fruere ac vale.

FRAGMENTUM

PRAEFATIONIS MAJORIS

N. HEINSII

IN NOTAS SUAS

AD VIRGILIUM.

EX quo literaturae politioris nomen per Europam hanc noſtram inſtaurari coeptum eſt, miro conſenſu homines eruditione ſpectati id praeſertim ſibi propoſuere agendum, ut quicquid ex antiquitate cum Graeca tum Romana ſcriptorum lateret in bibliothecis abditum, eruique ac vindicari a paſtu tinearum quoquomodo poſſet, id omne publico committeretur. Rati, quod res erat, certius barbariae quodcumque ſupereſſet profligari atque e medio tolli haudquaquam poſſe, quam ſi ingeniis ſuorum temporum vetuſtos auctores ad ediſcendum atque ad imitandum in propatulo exponerent. Fruſtra nimirum ad famae nominiſque aeternitatem contendi ſine hiſce adminiculis, quae penitus exactam nobis omnique abſolutam numero elucubrandi viam ac ſcriptitandi liquido commonſtrarent: adeo quippe in iis concinnum ac caſtigatum nihil non apparere: ut hoſce niſi magiſtros ſectemur aemulando, atque ad horum noſmet ipſos exempla componamus, in vanum opera vigiliarum omnis haud dubie nobis ſit ceſſura. At vero cum manifeſtum non multo poſt fieret, codices pleroſque adverſum blattas ex erudito pulvere adſertos naevis infinitis foedatos eſſe, dum aliae ex aliis mendae ſuccreſcunt paullatim, ſive incuria librariorum, ſive deſcribentium ſupinitate atque ignorantia id contigiſſet, quo obviam huic quoque incommodo maturius iretur, placuit committi inter ſeſe antiqua exemplaria, criticorum veterum ex inſtituto, ut ex emendatis maxime libris, mendoſi qui eſſent, ad ſaniora revocarentur atque ad integriora: quod propoſitum, etſi cum labore ut ingenti ſic inglorio equidem conjungatur, tamen, niſi maligne veritatem diſſimulamus, plurimo cum rei literariae emolumento agitatum fuiſſe, fateamur neceſſe eſt: quamquam neque loco hoc parum opportuno patrocinium venditamus ſtudii hujuſce philologici, nec pulcherrimae rei abuſum, nimiamque, quam ſibi permiſere nonnulli, licentiam in caſtigandis ſcriptoribus antiquis haud excuſamus. Illud vero mirari ſatis non poſſum, cum operoſum prodigumque in modum medicina per complures jam admota ſit haud magnae rei ſcriptoribus, atque intra ingenii mediocritatem ac famae approbationem ſubobſcuram dubiamque conſtitutis, P. Virgilium Maronem tamen, Latinorum poëtarum ſine controverſia principem, ac coeleſtis plane ingenii virum, adeo negligenter habitum, ut praeter unum Pierium Valerianum, vix quiſquam poſt re-

natas

Digitized by Google

natas literas exſtiterit, qui ejus ex antiquis membranis in integrum reſtituendi curam ad ſe pertinere ſit arbitratus. Nam Pierius ut laudabilem id praeſtitit induſtriumque maxime in modum, abſit enim ut exiſtimationi ejus viri de literatura praeclare meriti detractum quicquam velimus, ita ſolus pervidiſſe omnia vix potuit, incertam adhuc ſpargente lucem quodam, ut ita dicam, artium bonarum crepuſculo, Grammaticorumque veterum non paucis aut publico nondum donatis, aut donatis mendoſe admodum, ſic ut Virgilianos hic illic locos illuſtrantibus ſua ſenſa minime conſtarent, aut quid vellent, minus appareret. Quippe praeter codices Maronis vetuſtos magno numero a nobis excuſſos, unde genuinas ſcripturas indagare detur, etiam apud Grammaticos veteres non perfunctoria cura perveſtigavimus, ſi quae medicinam ſcriptori incomparabili viderentur factura. Conſervarunt enim illi integritatem ſcripturae genuinae locis non paucis, quam in membranis ipſius Maronis etiam vetuſtiſſimis nunc adulteratam turpiter ac interpolatam deprehendimus. Atque utinam perveniſſent ad nos Probi Grammatici lucubrationes, quibus ut diſcrepantem in Marone ſcripturam examinaret, veramque a falſa diſcerneret, propoſitum in primis fuiſſe accepimus, Ariſtarchi exemplo, qui id ipſum in Homericis ſcriptis aſſerendis ſtudii collocarat ita ante: poteramus equidem ſuperſedere moleſtia omni ingratiſſimi laboris. Sed nos, ſi quod a vigiliis noſtris commodi ad bonos ſcriptores redundavit, id ambitioni ac gloriae neutiquam damus, exerciturі alioquin ingenii vim quamcumque iis in ſtudiis, unde taedii minus, plus laudis ſperandum veniret. Quare, ut haec miſſa faciamus, monendus es, Lector, in tranſcurſu de iis veterum librorum ſubſidiis, quae praeſto nobis fuere Maronem recenſentibus. Horum principatum facile ducit exemplar longe veterrimum, quod Florentiae ad D. Laurentii nunc aſſervatur in Bibliotheca Sereniſſimi Magni Etruriae Ducis Coſmi, quo Principe ſi arbitrari me dixero nihil formari a natura poſſe omni virtutum genere cumulatius, dixero mehercules pauciſſimis quod res eſt. Proximas tenet codex alter vetuſtus & notae exquiſitae, quem Marquardus Gudius, vir literarum cognitione inſtructiſſimus, & mihi multo neceſſitudinis conjunctus uſu, Lugduni in Galliis redemerat: tum exemplaria tria in antiquioribus habenda, quae Johannes Mentelius Medicus Pariſinus, dum viveret, vir mire officioſus commodum ſuppeditavit; quibus totidem addiderat, etſi minus vetuſta, Bernardus Rottendorphius, par & comitatis laude & cognitione Medicinae Mentelio: tria itidem ex Leidenſi Bibliotheca Johannes Fredericus Gronovius, nomen famae commendatiſſimum. Atque hos tres amicos e vivis nuper ſublatos praeſentiſſimo rei literariae cum damno lugere ceſſabo numquam.

Cetera deſiderabantur.

NICOLAI HEINSII
DISSERTATIO DE CODICE
MEDICEO VIRGILII, ET TURCIO RUFIO ASTERIO
CODICIS ILLIUS EMENDATORE.

OMnium, quotquot videre mihi contigit, Maronianorum codicum tenuiſſima exaratus in membrana veterrimus praeſtantiſſimuſque eſt habendus ſuo jure, qui Florentiae ad Divi Laurentii adſervatur in Medicea bibliotheca. Nam quamquam in Vaticano armario hiſce uſurpavi jam olim oculis tria noſtri poëtae exemplaria perquam vetuſta, & literis aeque ac Mediceus ille formae quadratae majoribus, ſive, ut vulgo nuncupantur, capitalibus Romanis exarata, quorum unum e Palatinatu ſuperioris Germaniae huc tranſlatum fertur, ad ſenium tamen laudatiſſimi codicis, quo ſum uſus, haudquaquam accedebant: quod tamen minime referendum arbitror ad Trajani Imperatoris tempora, uti cenſebat *Paulus Gabianus*, qui anno ſaeculi ſuperioris LXV. ex hoc ipſo codice collectas variantis ſcripturae lectiones Brixianis typis in lucem curavit emittendas: non facto tamen juris publici perinſigni teſtimonio, quod poſt Bucolica, quae primo illic loco exhibebantur, inſertum, lucis haud parum foeneratur cum tempori, quo codex exaratus eſſe poſſit videri, tum faſtis quoque Romanis. Quam *Gabiani* ſupinitatem ut quodammodo reſarciamus, proferemus inſcriptionem pulcherrimam, ipſa, ut opinor, *Aſterii* viri perilluſtris manu conſcriptam, qui codicem non quidem exararat omnem, ſed recognoverat locis plurimis ad fidem vetuſtiorum exemplarium, aque naevis non paucis per librarium, ut fit, commiſſis vindicarat. Verum de ipſo codice nonnihil praemittemus, qui *Rudolphi Pii Cardinalis Carpenſis* cum fuiſſet, ab illo tabulis ſupremis Vaticanae bibliothecae legatus eſt, furtoque interceptum ſuſpicatur, ubi tamen ſua negat aetate comparuiſſe *Aldus Manutius* nepos, qui cum in opere Orthographico hunc librum paſſim collaudet, teſtemque multae advocet auctoritatis, ſub vocabulo tamen *Aetherius* praecipue commendat. In poteſtatem *Achillis Statii* Luſitani poſtea devenit, uti epigramma frontiſpicio libri ab ipſo *Statio* adſcriptum teſtatur, qui ejuſdem fide pereruditis in Catullum ac Tibullum animadverſionibus frequens ſubnititur, cum de Orthographica ratione eſt agendum. Incipiebat autem ab Eclogae Sextae verſu XLVIII. ſenis ſeptenisve paginis prioribus mutilatus. forma codicis, quam quartam vocant. Margini gloſſemata nonnumquam ac interpretamenta, ſed rara, adlinebantur, minuto quidem ac diverſo ſcriptionis charactere, qualem nos *curſorium* ſive *curſivum* appellamus, ipſa tamen Maroniani contextus ſcriptura vix recentiora, ac ſupparem fere aetatem prodentia, ut haec quoque ab Aſteriana manu proficiſci vix dubitemus. Georgicôn porro aut Aeneidos libris nulla, ut in aliis codicibus, argumenta praefixa. Ceterum in Codice Mediceo ſingulis libris ſubſcriptum videas recte: *Explicitus eſt liber primus*, *liber ſecundus*, atque ita porro, non *explicit*. quod paſſim codices occupat minus antiquos. Poſt Bucolica autem cum totius paene paginae ſpatium vacaret, haec litteris itidem uncialibus legebantur exarata.

TUR-

Digitized by Google

EXEMPLUM SCRIPTURAE VETUSTISSIMI CODICIS VIRGILII ET EPIGRAMMATIS IBI AUTOGRAPHI ASTERII CONSULIS E BIBLIOTHECA MEDICEA.

AUTDEUSILLEMALISHOMINUMMITESCEREDISCAT·
IAMNEQ·AMADRYADESRURSUSNECCARMINANOBIS
IPSAPLACENT·IPSAERURSUSCONCEDITESILUAE·
NONILLUMNOSTRIPOSSUNTMUTARELABORES·
NECSIFRIGORIB·MEDIIS.HEBRUMQ·BIBAMUS ·
SITHONIASQ·NIUES.HIEMISSUBEAMUSAQUOSAE
NECSICUMMORIENSALTALIBERARETINULMO·
AETHIOPUMUERSEMUSOUISSUBSIDERECANCRI·
OMNIAUINCETAMOR·ETNOSCEDAMUSAMORI·
HAECSATERITDIUAE·UESTRUMCECINISSEPOETAM·
DUMSEDET·ETGRACILIFISCELLAMTEXITHIBISCO ·
PIERIDESUOSHAECFACIETISMAXIMAGALLO·
GALLOCUIUSAMOR·TANTUMMIHICRESCITINHORAS·
QUANTUMUERENOUOUIRIDISSESUBICITALNUS·
SURGAMUS·SOLETESSEGRAUISCANTANTIB·UMBRA·&
IUNIPERIGRAUISUMBRA·NOCENTETFRUGIBUSUMBRAE
ITEDOMUMSATURAE·UENITHESPERUSITECAPELLAE ·

SITONTRACIAEREGIOES NEPHILLIDISPATREDIC DEMOPHONTAADAMA

TURCIUSRUFIUSAPRONIANUSASTERIUS·UCETINL·EXCOMITEDOMEST·PROTECT·EXCOM·PRIU·LARGIT
EXPRAEF·URBIPATRICIUSETCONSULORDIN·LEGIETDISTINCXICODICEMFRATRISMACHARII·UC
NONMEIFIDUCIASETEIUSCUISIETADOMNIASUMDEUOTUSARBITRIOXIKAL·MAIROMAE

P UERGILI MARONIS

DISTINCXIEMENDANSGRATUMMIHIMUNUSAMICISUSCIPIENSOPERISEDULUSINCUBUI
BUCOLICON LIBER EXPLICIT
TEMPOREQUOPENACESCIRCOSUBIUNCXIMUSATQ·SCENAMEURIPOEXTULIMUSSUBITAM·
UTLUDOSCURRUSQ·SIMULUARIUMQ·FERARUMCERTAMENIUNCTIMROMATENERETOUANS·
TERNUMQUIPPESOFOSMERUI·TERNAASMINAULSIPERCAUEASPLAUSUSCONCINUEREMEOS·
PRETIUMINQUAESTUMFAMAECENSUSIACTURACUCURRIT·NAMLAUDISFRUCTUMTALIADAMNASERUNT·
SICTOTCONSUMPTASSERUANTSPECTACULASAZAS·FESTORUMQ·TRIUMPERMANETUNADIES·
ASTERIUMQ·SUUMUIUAXTRANSMITTITINAEUUMQUIPARCASTRABEIS·TAMBENEDONATOPES·
INCIPIT GEORGICON LIB· I FELICITER
QUISQ·LEGISRELEGASFELIXPARCASQ·BENIGNE·SIQUAMINUSUACUUSPRAETERIITANIMUS

N. T. Frankendaal fecit.

Digitized by Google

TURCIUS RUFIUS APRONIANUS ASTERIUS VC. ET INL.
EX COMITE DOMEST. PROTECT. EX COM. PRIV. LARGIT. EX PRAEF. URBI
PATRICIUS ET CONSUL ORDIN. LEGI ET DISTINCXI CODICEM FRATRIS
MACHARII. V. C. NON MEI FIDUCIA, SED EJUS, CUI SI ET AD OMNIA
SUM DEVOTUS ARBITRIO XI. KAL. MART. ROMAE.
DISTINCXI EMENDANS, GRATUM MIHI MUNUS AMICI
SUSCIPIENS, OPERI SEDULUS INCUBUI;
TEMPORE QUO PENACES CIRCO SUBJUNCXIMUS, ATQUE
SCENAM EURIPO EXTULIMUS SUBITAM,
UT LUDOS CURRUSQUE SIMUL, VARIUMQUE FERARUM
CERTAMEN JUNCTIM ROMA TENERET OVANS.
TERNUM QUIPPE SOFOS MERUI, TERNA AGMINA VULGI
PER CAVEAS PLAUSUS CONCINUERE MEOS.
IN QUAESTUM FAMAE CENSUS JACTURA CUCURRIT,
NAM LAUDIS FRUCTUM TALIA DAMNA SERUNT.
SIC TOT CONSUMPTAS SERVANT SPECTACULA GAZAS,
FESTORUMQUE TRIUM PERMANET UNA DIES.
ASTERIUMQUE SUUM VIVAX TRANSMITTIT IN AEVUM,
QUI PARCAS TRABEIS JAM BENE DONAT OPES.

Vides hunc codicem ab *Aproniano Aſterio* emendatum ipſo conſulatus ſui ordinarii anno, & quidem ſtatim poſt id tempus, quo conſulatum auſpicatus Circenſes aliaque populo ſpectacula exhibuit. Quod autem in hac inſcriptione, *Excomite domeſticorum protectorum* occurrat, inde liquet protectores a domeſticis non eſſe diſtinguendos, ut vult Gutherius, libro de officiis Domus Auguſtae pag. 347. & ſeqq. quamquam in Codice titulus occurrat de Domeſticis & protectoribus. v. leg. 6. & 9. Cod. Th. de Domeſticis & protectoribus. Additur *Comes privatarum largitionum*, qui privatam principis remunerationem curabat; *ſic ſacrarum comes largitionum* publicam. vide Caſſiodor. lib. VI. Variar. Ep. VII. verſu Epigrammatis primo *Diſtinxi emendans* criticam codici huic adhibitam indicat induſtriam. Suetonius de claris Grammaticis vita M. Valerii Probi: *Multa exemplaria contracta emendare & diſtinguere & adnotare curavit.* Et ſane apparent in ipſo codice paſſim emendationes illae. deinde per *Penaces* ſive *Pinaces* Thomas Reineſius, vir doctiſſimus & celeberrimus intelligebat σανίδας, ſive tabulas axeſque ac aſſeres illos, ex quibus ſcena conſtrui ſolebat. Henricus Valeſius, vir itidem clariſſimi nominis PANECES legendum contendebat. Πανεχὲς ἀπὸ τοῦ πᾶν ἔχειν. ut pugna variarum ferarum deſignetur. Nam praeter ludos Circenſes, ſcenicos etiam exhibuiſſe Aſterium, tum ferarum certamen monet, triplicique ſpectaculo populum oblectaviſſe, uti ex ſequentibus fit manifeſtum: & illa quidem omnia junctim ac uno eodemque die. Ita *paneces* erit dictum, quomodo *pancarpum* in Hiſtoria Auguſta. Quam loci hujus explicationem vir ſummus proſequetur pluribus Commentario de Critica, quem in ſcriniis luci jam dudum paratum habet. Verſu nono, pro *in quaeſtum* margini adſcriptum erat *pretium*, quae diverſa ſcriptura τοῦ *quaeſtus* Aſterium auctorem videtur habuiſſe, ambiguum quid praeferri oporteret. Ego tamen *quaeſtum pretio* hic praetulerim. Videtur autem imitatus iſta Symmachi lib. I. Epiſt. 14. *Cucurrit quaeſtus veſter in meum commodum.* ſed de ipſo nunc agamus Aſterio. *Aſterios Aprontanos* fuiſſe nobiliſſimos Romae non uno ſaeculo, atque adeo Caeſarum cognationi innexos, poſt videbimus. Illud primo diſpiciamus, cum *Aſterii* duo conſules Ordinarii numerentur in Faſtis Romanis, quorum alter cum Protogene anno aerae Chri-

ſtianae CCCCXLIX. alter Praeſidii collega anno CCCCXCIV. conſulatum geſſerint, ad utrum horum ſit referenda, quam publicamus, inſcriptio, ut de codicis vetuſtate liquidius aliquanto res tota ſit nobis in comperto. Annorum XLV. intercapedo conſulem utrumque diſtinguit, ut videmus. Quare non eſt ut poſt annum CCCCXCIV. emendatus ac diſtinctus ab *Aſterio* ſit cenſendus, etiamſi ad poſteriorem referatur conſulatum. Quid quod ipſum codicem munus accepiſſe ſemet a *Macario* V. C. teſtatur *Aſterius?* ut liber nonnullo tempore ante hanc illius recognitionem exaratus poſſit cenſeri, ac proinde annorum MCC. ut minimum aetatem referre. Praenomen autem ſuum neque hoc expreſſit loco *Aſterius*, neque id in Faſtis comparet. *Lucium* tamen fuiſſe dictum cur ſuſpicari liceat, quod praenomen uſitatum *Aſteriis*, ecce pulcherrimam apud Gruterum in magno opere pagina CCCCLXXVI. num. 7. inſcriptionem.

ASTERII.
L. TURCIO APRONIANO V. C.
FILIO L. TURCI APRONIANI V. C.
PRAEFECTI. URBIS. NEPOTI
L. TURCI. SECUNDI. C. V. CONSULIS.
QUAESTORI. PRAETORI. QUINDECEM
VIRO. SACRIS. FACIUNDIS. CORREC-
TORI. TUSCIAE. ET. UMBRIAE. OMNI
VIRTUTE. PRAESTANTI. STATUAM
EX. AERE. ORDO. SPOLETINORUM
AD. MEMORIAM. PERPETUI. NOMINIS
CONLOCAVIT.
CURANTIBUS. FL. SPE. V. P. ET
CONDONIO. TAURO. JUN.
POST. AMANTI. ET. ALBINI. CONS.

Eſt autem dedicata haec inſcriptio anno aerae Chriſtianae CCCXLV. quo conſules fuerunt *Amantius* & *Ceionius Rufius Albinus*. Eundem *Rufium Albinum* fuiſſe opinor, quem ſub Conſtantino Aug. praefectum urbi, perperam *Rufinum* vocant *Albinum*. Reddendum autem *Amantio Poſtumii* nomen in Faſtis ex hoc lapide, qui *Onuphrium Panvinium* erroris praeterea convincit, referentem *Turcii Secundi Aſterii* conſulatum ad annum CCCCXLIV, quo conſulem fuiſſe *Turcium Rufium Apronianum Aſterium*, Maroniani codicis emendatorem, reor. Nam alter Aſteriorum conſul ordinarius in Diptycho, quod vir eruditiſſimus *Alexander Wilthemius* in appendice hujus argumenti publico dedit, *Flavius Aſterius* dicitur: de quo plura nos in ſequentibus. Certe cum in marmore antiquo *L. Turcius Secundus* Conſul conſtituatur *L. Turcii Aproniani* illius avus, cui dicata eſt inſcriptio ſub annum CCCXLV. conſulatus iſte totos annos CL. praeceſſerit annum, quem illi conſuli una cum Protogene aſſignavit *Onuphrius*, a vetuſto lapide deceptus, uti videre eſt apud ipſum in Faſtis ad annum CCCXCVII. Quid quod *L. Turcius Secundus* Conſul dicitur tantum, non addito Ordinarii titulo, ut conſulem ſuffectum fuiſſe oporteat? Sic apud Gruterum pag. MLXXIX. *Paetino & Aproniano* Coſ. qui itidem ſuffecti. *Apronianum* nomen videntur *Aſterii* adſciviſſe, quod adoptione in *Aſteriam* gentem ex *Apronia* tranſiverint, cujus nominis laudatur conſul ſub M. Aurelio Antonino Aug. unde S. C. Apronianum. Apud Ammianum Marcellinum mentio variis fit locis *Aproniani*, praefecti urbis ſub Juliano Caeſare Aug. qui ea in dignitate uſque ad Valentiniani tempora perſtitit.

Is

Digitized by Google

Is apud Gruterum pag. DCXLVII. nº 6, 7. bis *Turcius Apronianus* appellatur, nullo addito praenomine, quod tamen *Flavium* fuiſſe colligas licet e codicis Theodoſiani libro XIV. Tit. de Suariis, quo & inſcriptiones Gruterianae jam a me deſignatae ſpectant, & quod Ammianus refert magnam huic *Aproniano* rei annonariae curam fuiſſe. Codicis autem Theodoſiani lex cum incipiat, *Imp. Julianus Aug. FL. Aproniano ſuo S.*, Jacobus Gothofredus, vir ſane praeclarus, corrigendum cenſet, ſed fruſtra, *Imp. Fl. Julianus Aug. Aproniano ſuo S.* cum *Lucium* potius praenomen *Apronianis*, quam *Flavium*, in uſu fuiſſe contendat. Atqui *Flavios* etiam dictos *Aſterios* ex alterius conſulis praenomine, quod Diptychon Wilthemianum ſervavit, liquet; id vero in gratiam Imperatorum, quorum plerique *Flavium* nomen ſub haec tempora adſciſcebant, videntur feciſſe: quemadmodum ſub tempora florentis reip. liberti & clientes patronorum ſibi vindicabant nomen. Neque enim perſuadeor, ut credam Conſulum ordinariorum alterum non *Aſterium*, ſed *Aſtyrium* dictum; quamvis *Aſtyrii* nomen ad poſteriorem conſulem *Jacobus Sirmondus*, vir longe doctiſſimus, referri oportere cenſeat, ad priorem *Wilthemius*, quod in vetuſtis Chronici Idatiani, Marcellini comitis, Proſperi, aliorum codicibus modo hic modo ille *Aſtyrius* dicantur. Adde Euſebium Hiſtoriae Eccleſiaſticae lib. VII. cap. 64. cui martyr ille, cujus feſtum a. d. III. Non. Mart. celebratur, quemque Senatorii ordinis ac regiae affinitatis virum primarium facit, dicitur Ἀστέριος. Sed aliter de eodem Nicephorus ac Martyrologia, quotquot uſurpare his oculis vetuſta nobis contigit. Quae etſi in nominibus propriis frequenter peccant, in *Aſterio* nomine tamen ſibi conſtant uno conſenſu, cum martyres illic praeter hunc alii etiam complures ita dicti occurrant. Nec infrequens mentio Epiſcopi *Aſterii* in Collatione antiqua Catholicorum & Donatiſtarum ſub Honorio Aug. habita apud Carthaginem. Exſtant & Graeca *Aſterii* opuſcula. Natam autem hanc nominis differentiam e prava temporum illorum pronunciatione arbitror, *E* & *I* litteras confundente: *I* autem in *Y* mox degeneraſſe, quod ab *Aſtyria* Hiſpaniae regione nomen derivari opinarentur: *Aſtyr* enim pro *Aſtur* in marmoribus antiquis non raro occurrit. Sic apud Lucanum lib. IV. cum in vetuſtiſſimis membranis exaratum eſſet, *Aſtyrii ſcrutator pallidus auri*, *Aſſyrii* nunc perperam circumfertur. *Aſturia* enim auri fodinis olim inſignita, non *Aſſyria*. In Martyrologiis antiquis paſſim *Criſconius* pro *Creſconius*, *Mauritania*, quae in nummis & lapidibus eſt *Mauretania*, *Epictitus* & *Epititus* pro *Epicteto*, *Cornilianus*, *Arminia minor*, *Sotyr* pro *Soter*, *Apimia* pro *Apamea*, *Oecomini* pro *Oecumenii*, *Cicilius* pro *Caecilio*: contra *Elarus*, *Epolitus*, *Callenicus*, *Emelianus*, *Candedianus*, *Emereta*, pro *Hilarus*, *Hippolytus*, *Callinicus*, *Aemilianus*, *Candidianus*, *Emerita*. In *Aſterio* nomine tamen, quod dicebam, toties in iiſdem martyrologiis occurrente, nil omnino, quod mireris, codices variant, cum tamen, ut vidimus, pronunciandi ratio plebeja locum illic ubique obtineat. Ceterum ad hunc ipſum *Aſterium*, qui Maronianum recognovit codicem, referri oportere editionem Paſchalis carminis Seduliani vel inde perſuadeor ut credam, quod & hic & illic praefixum *Aſterii* epigramma legitur, unde liqueat poëtices ſtudia ab illo exculta fuiſſe. Sane in antiquiſſimis Sedulii membranis Rhemenſibus haec legi teſtatur *Johannes Sirmondus*, antiquitatis tam ſacrae quam profanae indagator ſollertiſſimus, annotatis ad libri primi Ennodiani epiſtolam XXIV. *Hoc opus Sedulius inter chartulas diſperſum reliquit, quod recollectum adornatumque eſt a Turcio Rufio Aſterio V. C. Conſule Ordinario & patricio.* Sive, ut doctiſſimus *Alexander Wilthemius* ſocietatis ejuſdem Theologus, in codice S. Albini antiquiſſimo invenit, *Exconſule ordinario & patricio.*

tricio. quod ille mavult, quamquam e marmoribus antiquis probari poſſit viros conſulares non tantum ipſo conſulatus ſui anno, ſed in omnem vitam dictos fuiſſe conſules pro conſularibus, aevo praeſertim poſteriore. In inſcriptione autem Virgiliana & Seduliana *Patricius* dicitur Aſterius, quod in Diptycho non apparet, qui tamen honor eſſet maximus & conſulatui praelatus. ut de Eutropio Claudianus. patriciatus enim non conferebatur niſi poſt conſulatum. Zeno Imperator leg. 3. Cod. Juſtinianei libro XII. Tit. III. decernit patriciatum nulli ante conſulatum conferri debere, quod is honor omnibus anteponatur. Sed Diptychon ipſo conſulatu Aſterii factum, non potuit patriciatus titulum complecti. In Faſtis autem conſularibus non niſi duo Aſterii numerantur inter conſules ordinarios, quorum alter Protogenis collega conſul occidentis ad annum CCCCXLIX. alter collega Praeſidii ad annum CDXCIV. referuntur: quamquam Praeſidii collega in Diptycho Leodienſi altero nuncupatur FL. ASTYRIUS V. C. ET INL. COM. EX MAG. UTRIUSQUE MIL. CONS. ORD. Hic ergo poſterior non *Aſterius*, ſed *Aſturius* ſit dicendus. Deinde ſequebatur in iiſdem Sedulii membranis, a Sirmondo laudatis, *Aſterii* hoc epigramma ad Macedonium Abbatem, cui Sedulius & ipſe dedicarat hoc opus:

Sume, ſacer meritis, veracis dicta poëtae,
Quae ſine figmenti condita ſunt vitio.
Quo caret alma fides, quo ſancti gratia Chriſti,
Per quam juſtus ais talia Sedulius.
Aſteriique tui ſemper meminiſſe jubeto,
Cujus ope & cura edita ſunt populis.
Quem quamvis ſummi celebrent per ſaecula faſti,
Plus tamen ad meritum eſt, ſi viget ore tuo.

Caſpar Barthius V. Cl. Adverſariorum libro XII. cap. XIX. eoſdem profert verſus ex vetuſtiſſima, uti aſſeverat, ſcheda: inſcriptionem autem ſic exhibet, *** *Quod recollectum, adunatum, atque ad omnem elegantiam divulgatum eſt a Turcio Ruſſio* (pro *Rufio*) *Aſterio Quinto ex conſule ordinario atque patricio.* Praeterea verſu penultimo *faſtus* pro *faſti* legebatur in iis membranis, uti & in codice S. Albini. Libro Barthiano ſi quid fidei habendum, *Quinti* praenominis fuerit noſter *Aſterius*, quamvis id loco alieno inculcatum illic apparet, quod codicis illius fidem nonnihil apud me elevavit. Nec deſunt vetuſti codices, qui *veteris & novi Teſtamenti collationem*, Sedulianis inſertam poëmatis, eidem *Aſterio* vindicatum eunt, fruſtra, ut opinor. Porro occaſionem nacti hic non inopportunam componamus in tranſcurſu litem, inter eruditos noſtrae tempeſtatis, atque etiam veteres inter, qui de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſunt commentati, exortam, quorum nonnulli Sedulium floruiſſe ſub Valentiniano ſecundo & Theodoſio contendunt, Sigebertus ad aetatem refert Conſtantis & Conſtantii, alii complures, quos inter Gennadius in vetuſtis apud *Sirmondum* membranis, & *Sirmondus* eum Theodoſio II. & Valentiniano III. faciunt coaetaneum. Sed de Theodoſio majore verum eſt, quem verſibus ſuis compellavit, ut Valentiniani conſortem atque Orienti imperantem. Ab *Aſterio* igitur, qui anno aerae Chriſtianae CCCCXLIX. cum Protogene conſulatum geſſit, Sedulii carmina in lucem ſunt emiſſa, non ab Praeſidii collega, ut perperam inter alios vir ſummus *Jacobus* rebatur *Uſſerius* Armachanus: cum Gelaſius Papa, qui biennio poſt ſupremum

obiit

obiit diem, anno videlicet CCCCXCVI. Decreto LXX. Sedulium, ut celebrem poëtam commendet, diſt. XV. apud Gratianum, *Venerabilis viri Paſchale opus, quod heroicis ſcripſit verſibus, inſigni laude proferimus.* Laudat etiam Caſſiodorus ſub finem divinarum Lectionum. Quid quod *Aſterius*, quando Sedulianum vulgavit poëma, jam conſulatu erat defunctus? Quid quod poſterior *Aſterius*, qui cum Praeſidio conſulatum geſſit, Orientalis imperii conſul videtur fuiſſe, Sedulius autem Latine ſcripſit in occidente, ubi conſulatum geſſit vetuſtior *Aſterius?* Nec mirum videri debet ad Theodoſium relatam operis ſui dedicationem a Sedulio, quamvis in Oriente ſolo adhuc imperantem, cum idem Princeps literarum longe amantiſſimus fuerit, ut Auſonius nos docet, qui lucubrationes ſuas poëticas eidem dedicavit. Ad vetuſtiorem quoque *Aſterium* referri debet locus Sidonii Apollinaris libro VIII. Ep. VI. qui ſolemnibus hujus conſulis interfuiſſe ſeſe adoleſcentem, aut potius puerum, teſtatur. Idatius in Chronico ad annum aerae Chriſtianae CCCCXXVI. ſub Honorio Aug. *Wandali Suevorum obſidione dimiſſa inſtante Aſterio Hiſpaniarum comite relicta Gallaecia ad Baeticam tranſiverint.* Denuo ad annum CCCCXLII. *Aſterius dux utriuſque militiae ad Hiſpanias miſſus.* etſi *Aſturius* illic legitur. ut forte Hiſpania prave enuntiando nomini *Aſteriorum* originem dederit, dum *Aſturios* ſuos & *Aſterios*, *Aſturiae* provinciae nimium memor, confundit. Certe Ildefonſus *Aſturium* quendam, ſive *Auſturium*, Epiſcopum Toletanae ſedis memorat, niſi & illic librarii peccaverunt. Videtur autem *Aſterius* comes Hiſpaniarum & utriuſque dux militiae noſtri hujus aut pater, aut, quod malim, germanus fuiſſe, cujus inter titulos nec comitatus Hiſpaniarum, nec utriuſque militiae ducatus comparent, ut ſupra vidimus. *Aſterius* autem Idatio laudatus generum habuit *Merobaudem*, ſibi in Magiſterio militiae utriuſque ſucceſſorem, ſtudiis itidem poëticis, eodem teſte Idatio, excultum. Ex his omnibus igitur apparet, hunc codicem ante annos mille ducentos fuiſſe exaratum.

Digitized by Google

PETRI BURMANNI
DE
EDITIONE VIRGILII,
A
PANCRATIO MASVICIO PRODITA,
ADMONITIO.

SI ullus poſt reſtitutas humanitatis diſciplinas ſcriptor induſtriam virorum doctorum, & operas typographicas exercuit, is certe Poëtarum omnium princeps Virgilius eſt; cujus tot numero editiones, & ſine commentariis, & cum adnotationibus veterum & recentium interpretum, prodierunt, ut qui ſingulas enumerare vellet, libellum plenum taedii & faſtidii conficere cogeretur. Bibliothecarum vero ſcriptores, & quicumque de Poëtis aut aliis ſcriptoribus Latinis nobis indices & hiſtorias confecerunt, levi fere omnes manu, materiem, quam ſibi ſumſere non aequam humeris ſuis, tractare conſueverunt, & centies dicta jam aliis, & ex indicibus & catalogis omnia corradentes, praeter innumeros errores, nullam nobis rationem ſingularum editionum reddere potuerunt. Hoc enim ut ex merito praeſtetur, eas omnes excutere, & ad alias exigere neceſſe foret. Sed quum hoc infiniti laboris ſit, neque niſi ab aliquo, qui in hoc ſtudiorum genere poene conſenuerit, vel qui ipſe editionibus novis curam omnem impenderit, fieri poſſit, illi defunctos ſe omni moleſtia credunt, ſi nudam quamdam nobis ſeriem editionum prodant; aut ſi quid amplius praeſtare velint, hinc & illinc elogia & judicia quaedam Virorum doctorum, ex ipſis editionum praefationibus aut primis paginis collecta, nobis obtrudant. Scio equidem, talium mercium inſtitores jactare vulgo, non aliter id genus librorum confici poſſe, neque ab uno poſſe jure exigi, ut omnium ſcriptorum editiones, quae numero fere carent, & earum praeſtantiam, aut vitia excutiat. Fateor; ſed tamen id quoque verum eſſe puto, neminem cogi ad tales libros publico obtrudendos, qui nihil nos novi doceant, & quod non jamdudum a diverſis praeſtitum fuit; neque compelli poſſe quemquam ad partes illas ſibi expoſcendas, quas agere non poſſit. Ideoque multo melius agi cum re literaria arbitror, ſi de ſcriptoribus ſingulis, eorumque interpretibus & editionibus judicium ferendi provincia illis relinquatur, qui renovandis editionibus manus admovent, qui ſatis, in quo ſe exerceant, laboris invenient, ſi vel praecipuas, & quae aliquam famam diligentiae & curae illis impenſae meruerunt, inter ſe comparare ſibi proponant. Nos vero nunc hoc labore, Virgilio debito, in aliud tempus dilato, quod inter omnes conſtat, praecipuam contigiſſe Nicolao Heinſio gloriam, adfirmare audemus, ut poſt tot interpretes & editores Virgilii, priſtinae fere integritati divini Vatis carmina reſtituerit, & editionem ad veterum codicum fidem caſtigatam typis Elzevirianis Anno MDCLXXVI. nobis dederit. Sed quum atrox & infeſta

Digitized by Google

feſta bellorum nubes foederatos Belgas tum maxime percelleret, & in pacatiora & tranquilliora, mox appaitura, tempora obſervationes in Maronem in ſcriniis paratas differret, nudum modo nobis Virgilium, ſumma tamen cura & diligentia ad antiquas, quas conſuluerat, membranas collatum, & auctoritate etiam veterum Grammaticorum, emendatum emiſit. Dum vero obſervationes, infelicibus patriae calamitatibus interruptas, reſumi, & impetum lucubrandi ſufflaminatum poſſe excitari per reſtitutam patriae & ſtudiis tranquillitatem ſperaret, intervenit mors acerba, quae non modo emendationes, ſuprema manu impoſita perfectas, videndi, ſed etiam omnem fere ſpem eas proferendi praecideret. Poſt fata enim Viri illuſtris, quum bibliotheca, ſi umquam alia in his terris, inſtructiſſima divenderetur, & multa quae adornandae novae editioni paraverat inſtrumenta, codices manu exarati, aut olim editi ſimul diſtraherentur, pauca manu defuncti exarata, aut ad codicum oras adlita inter heredes diviſa, in diverſas partes abierunt. Horum autem quum deinde magna pars ad fratrem meum ὁμομήτριον Carolum Crucium, Conſulem Leidenſem, cujus uxor inter heredes proximos Heinſii erat, deveniſſet, & illius benignitate mihi ſcrinia Heinſiana aperirentur, inde ea cum publico ſubinde communicare inſtitui, quae ſalvo viri ſummi honore, & reverentia tam illuſtrium manium proferri poſſe judicabam: ſed obſervationes in Virgilium nuſquam comparebant, & jam confirmata inter omnes erat opinio, illas vel caſu perditas, vel ſiniſtra furis alicujus literarii manu ſurreptas, & ſuppreſſas. Quae ſuſpicio tempore longo, quo nullum indicium earum apparebat, confirmata ante paucos demum annos demta fuit. Haeſerant enim illae apud coheredem Heinſianum Virum Ampliſſimum Robertum Goeſium, reipublicae noſtrae apud Daniae Regem per multos annos Legatum, poſt cujus mortem Filia ejus unica inter paterna ſcrinia repertas has Obſervationes, benigne, ut in manus meas traderentur, conceſſit. Inſperatum ergo theſaurum hunc exoſculatus, ſtatim impetum cepi, relictis omnibus, adnotationes has recenſendi, & cum publico communicandi. Sed quum ex codice illo Heinſiano jam obſervationes, quia vix ita chartae illitae erant, ut ſe in iis ordine recto diſponendis & excudendis operae typographicae facile expedire poſſent, manu mea deſcriberem & digererem, ſimulque varias ex codicibus lectiones, tribus quatuorve librorum marginibus adſcriptas, colligerem, nova fundo noſtro calamitas incidit. Quum enim circumſpicerem, cui potiſſimum bibliopolae novae editionis curam committerem, & plures certatim operam offerrent, exoriuntur ſubito quidam, qui aere ſuo Editionem Virgilii a Pancratio Maſvicio typis Halmae Anno MDCXCVII. editam poſt ejus fata redemerant, & in officinis ſuis adhuc exemplaria venalia habebant. Hi contendere ex imaginario quodam & nulla lege conceſſo jure coeperunt, nulli alii Typographo in his terris jus eſſe Virgilium cum notis Servii & Pierii Valeriani recudendi, niſi ſibi ſolis. Et hinc, quum nollem cogi eorum libidini obſequi, alios deterrere inſtituerunt, ut nullo jure nec more, niſi ab ipſis inſtituto, non modo regnum, ſed quaſi tyrannidem in eruditos & eorum operas exercere velle videantur. Facile quidem largiri avidae huic lucri genti poſſum, injuſtum & durum videri, ſi quis virorum doctorum labores & ſcripta, quae Bibliopolae vel pretio ab auctoribus redemerunt, vel liberalitate & benignitate eorum edenda acceperunt, iterare, & novis quibuſdam acceſſionibus & lenociniis commendare inſtitueret: ita enim priorum editionum pretia deminui, & ſaepe praeter librariorum culpam non modicam illis jacturam praeter aequum & bonum inferri poſſe fateor. Sed *importunam hanc nationem* idem ſibi contendere jus eſſe natum in veterum au-

Digitized by Google

ctorum, & centies antea typis excuſorum, inter quos Servium eſſe negare non ſuſtinent, ſcripta, nulla juſti imagine defendi poteſt. Et ipſa Procerum noſtrorum edicta, quae nulli bibliopolae privum quoddam jus in claſſicos & antiquos ſcriptores, ſuis ſolis edendos typis, dandum eſſe ſtatuerunt, hanc impudentiam ſatis coërcent. Neque etiam quidquam ſibi praecipui in notas & obſervationes doctorum interpretum, quae per duo jam ſecula plurimas editiones ornaverunt, ſibi vindicare poſſe conſtat, quum illas ex antiquis editionibus in novas transferre unicuique liceat, & aeque mihi atque aliis his ſpoliis meam ſupellectilem inſtruere ſit permiſſum, atque illis. In quam claſſem Pierii Valeriani notas eſſe referendas nemo negabit: quum ne aſſem quidem unum auctori notarum tam antiquarum, & toties repetitarum umquam ipſi, vel majores eorum expendiſſe, jactare poſſint, ſed ſe jactura unius codicis ex priore quadam editione illas ad verbum deſcripſiſſe fateri cogantur. Quae ergo iniquitas, quae impotentia, me quoque communibus & omnium arbitrio expoſitis opibus prohibere, & intercedere, quo minus meam quoque editionem obſervationibus virorum doctorum ante ſecula defunctorum exornem, quibus illi ſine querela aliorum ſuam inſtruxerunt! Praeſertim quum Maſvicius, deſes admodum & laboris omnis fugiens Virgilii editor, nihil ex ſua penu ad commendandam editionem ſuam contulerit, ſed ut fucus iners & ignavus ſplendidiſſimam, ſi nitorem & elegantiam typorum ſpectes, editionem, adſcitis aliunde tantum ornamentis commendans, ex aliena induſtria ſibi gloriam quaeſiverit. An tam inglorio ergo opere, & non elaborato, ſed e manu pigra temere emiſſo, aliis, qui induſtriam ſuam Virgilio adhibere dehinc inſtituent, ille praecidiſſe dici poſſet viam ornandi Virgilium Servii & Pierii interpretationibus, quas adjectis ſuis & aliorum adnotationibus vel confirmare vel refutare adgrediuntur? Cogentur ergo eruditi Lectores, ſi aliorum notas cum fructu & voluptate legere & excutere volent, hanc etiam Maſvicii editionem magno pretio emere, & ita mancae & mutilatae bona parte editioni ſuae acquieſcere, vel nova neglecta Maſvicii editione contenti eſſe compellentur. Sed ut omnibus pateat, nec ob Servii quidem & Pierii notas Maſvicianam prae aliis editionibus eſſe expetendam, breviter nunc de ejus viri meritis in hanc rei literariae partem agere conſtitui, poſtea in ſingulis majori cura ſegnitiem & indiligentiam ludimagiſtri hujus luci publicae expoſiturus: ut eruditi ſaltem diſcere & cognoſcere poſſint, quam ſplendidis mendaciis, & glorioſis verborum ſtrophis, lectoribus fraudem & fucum facere ſtuduerit.

In praefatione ſua, quum expoſuiſſet lectoribus, quas partes in Emmeneſſii editione, auctoris morte interrupta, egerit, & traditam deinde ſibi a Theod. Ryckio, viro clariſſimo, & praeceptore quondam ſuo, provinciam emaculandi in primis Servii commentarios, adminiſtraverit, jactat inter alia Servium ſibi adfuiſſe ad codicem Daventrienſem & editiones veteres collatum & exactum. Inter codices vero manu ſcriptos etiam ex Officina Sanctandreana Urſini, quaſi a nemine inſpectum, refert, quum Urſini notae & veteris Codicis varietates jam ante Anno cIↃ. IↃ. LXXXIX. luci fuiſſent expoſitae. Super omnia vero adjumenta gloriatur ſe in Ryckiana Bibliotheca reperiſſe codicem Virgilii, Servii notis inſtructum, quem ex Regia Pariſienſi Bibliotheca utendum accepiſſe olim Heinſium non vane forte ſuſpicatur. Mortuo vero Ryckio, ſe ex librorum ejus auctione neceſſariam ſuo inſtituto ſupellectilem comparaſſe, Regium vero codicem vendi prohibuiſſe, ſed ſuo loco reſtituendum conſervaſſe. Quam ſancte vero fidem ſervaverit, vel hinc facile apparet, quod illum codicem, quoad viveret, ſibi retinuerit, neque ut umquam

Digitized by Google

quam antiquo domino redderetur laboraverit; ſed poſt fata ſua transmiſerit ad heredem filium, qui quum pluribus eum venalem obtuliſſet, tandem invenit Hulſium, Conſulem Haganum, qui hoc codice, aere ſuo parato, inſtructiſſimam bibliothecam ornarit. In cujus auctione quum publice veniret, Illuſtres Academiae Batavae Curatores & Ampliſſimi Leidenſes Conſules ingenti ſatis pretio ſibi addictum publicae Bibliothecae inferri juſſerunt. Ad hunc ergo codicem & reliquum ſibi a Ryckio relictum apparatum ſe editionem ſuam accommodaſſe gloriatur. Haec Thraſonis literarii plena oſtentationis verba legens, quis non crederet in Virgilii & Servii verbis omnes varietates ex iſto codice & reliqua ſupellectile congeſtas & adnotatas, & admonitum ubique lectorem eſſe, quid huic vel illi codici, a vulgatis diſcrepanti, nova haec editio deberet? Sed in toto volumine ne una quidem notula, vel verbo ad aliorum obſervationes adjecto, ullius diverſitatis lectionum fit mentio, quum tamen credibile ſit multas a ſcriptura vulgari differentias in illis codicibus exſtitiſſe, & etiam in hac editione quaedam, licet pauca, novata eſſe deprehendantur; ſed de quibus admonere lectorem piguit hunc laboris ſui jactatorem inaniſſimum. Incertus ergo Lector, prioribus hujus Poëtae editionibus adſuetus, ſemper haerebit, unde hae varietates provenerint, an ex Regio illo codice, an ex MS. Daventrienſi, an ex Urſini libro veteri, an ex collatione aliarum editionum a Ryckio jam inſtituta; an ex ingenio & induſtria Maſvicii ſint productae. Sed hic, dum viveret, horto ſuo excolendo, & floribus varii generis digerendis magis quam libris verſandis intentus, omnem hunc taedii plenum & moleſtiae laborem refugiens, haud dubie Servium, ut & ipſum Poëtam, ex Ryckii exemplari recudendum typographo dedit. De quo certius quid pronuntiare liceret, ſi ille nobis codex conſpiciendus daretur: ſed quo abierit cum ignariſſimis novi, & curaſſe vero eſt ſimile, ne ille in alterius umquam manus veniret, & ſocordia & furta ejus apparerent. De opera vero Codici Regio ſive Pariſienſi impenſa exiſtimare licet, ex varietatibus, quas poſt Indicem Erythraei exhibuit, quae quam negligenter ſint deſcriptae noſtra editio planius oſtendet. Nam ille Codex oculis noſtris ſubjectus evicit ſplendide ſaltem mentitum Maſvicium, quum in Virgilii verbis exprimendis eum in primis ſe ſecutum eſſe jactet, & impudenter in ipſo operis Indice, eum *ad Codicem Regium Pariſienſem recenſitum* profiteatur, quum ſuam ad Emmeneſſii vel Schrevelii fere editiones expreſſiſſe conſtabit. Denique ex ipſo Indice Erythraei, qui totus quantus eſt, ex ejuſdem Emmeneſſii editione, vitiis in numerorum notis pleniſſima, eſt deſcriptus, hanc ſibi in exemplum propoſuiſſe unusquisque, qui excutere velit, deprehendet. Eosdem enim ſemper errores exhibet, eosque etiam novis cumulavit. Denique variis Regii codicis lectionibus, quas poſt typis jam deſcriptum Virgilium collegiſſe mihi fit vero ſimile, immiſcuit diverſas ex altero codice ſcripturas. Hunc a Marckio ſibi commodatum nomine ejus poſſeſſoris inſignivit. Sed in iſto etiam conferendo ſupinam indiligentiam adhibuiſſe in noſtris poſtea notis oſtendemus, quum plurimae omiſſae varietates, multae etiam perperam notatae fuerint. Hoc unum modo nunc lectoribus ſignificandum e re eſſe puto, ut appareat quam peritus codicum antiquorum lectionis & collationis fuerit Maſvicius. Nimirum codex ille, *Marckianus* Maſvicio dictus, ex bibliotheca Marckiana migravit in Hulſianam, & inde quoque in Bibliothecam Academiae noſtrae publicam ex auctione acquiſitus. Codex vero eſt recentiſſimae notae, & quem olim habuit Janus Parrhaſius, unde nos *Parrhaſianum* vocare maluimus: in illo multa corruptae lectionis veſtigia, hic tamen & illic, ut ſolet, verior & ſanior ſcriptura, optimis codi-

codicibus conſentiens, reperitur. Hoc codice uſus adſidue videtur Parrhaſius, & ejus margini paſſim ſua manu varietates quaſdam adſcripſit, quas bonus ille ludimagiſter, & ſine exemplo eruditus, pro variis lectionibus, quas a ſecunda manu Critici vocare ſolent, nobis venditavit, & eo nomine ut alia manu librarii cujuſdam ſcriptas varietates in Indicem ſuum retulit: quum ipſius Parrhaſii manu, & omnes ex Pierii Valeriani diverſis lectionibus, jam typis editis, ſint deſcriptae, quas ille memoriae ſublevandae cauſſa, dum Pierii animadverſiones legeret, in oram codicis ſui, quo uti conſueverat, retulerat, nulliſque aliis membranis, aut ſecundae librarii alicujus manui debeantur.

Praeterea falſa quoque & vana eſt jactatio Regium illum codicem omnium, qui hodie exſtant, eſſe accuratiſſimum & elegantiſſimum. Nam licet inter primae notae libros jure haberi poſſit, non tamen cum Mediceis, Vaticanis & aliis, quos Pierius contulit, comparandum cenſeo. Neque etiam fidem meretur, quum glorietur numquam editum fuiſſe Virgilium, qui adeo exacte cum hoc codice conſentiat, quam ſuum, quum apparebit poſtea multas & inſignes ab Heinſio proditas emendationes, ab hoc codice diverſas eſſe, & Maſvicium etiam ſaepe ab hoc codice diſceſſiſſe, aut eum non ſemper contuliſſe. In Servio quoque longe a veritate abeſt, tantum ea in hoc codice deſiderari, quae ex Fuldenſi P. Daniel ſuae editioni ſubjecit: quum hic codex nihilo plenior ſit omnibus fere olim editis, ante Danielis & Baſileenſem a Lucio curatam, & innumera deſiderentur, quae in his editionibus exhibentur. In prioribus vero illis editionibus Servii notae & breviores & parciores conſpiciuntur illis, quas Daniel prodidit, & antiquis illis Regius fere codex ſemper conſentire videtur. & hinc acri judicandi vi opus eſſe puto, an illa a Daniele, cujus editio A. 1600. prodiit, & quam omnes deinceps ſecuti ſunt, prolata a Servii manu profluxerint, an ab aliis poſtea immixta vel adſuta fuerint. Ego certe plurima lubentiſſime Servio abjudicarem, & Grammaticorum recentiorum pannos purpurae Servianae adtextos eſſe ſuſpicari malim; in quibus ſi induſtriam ſuam exercere voluiſſet Maſvicius, aliquod operae pretium feciſſet, meliuſque de re literaria meruiſſe videretur, quam Servium Danielis exprimere, & ſimul jactare Regium codicem ſibi propoſitum, qui his omnibus additamentis caret. Ipſam vero Danielis editionem innumeris mendis ſcatere, easque infinitum in modum a Genevenſibus Typographis auctas, ipſis rebus poſtea evincetur. In his purgandis & eluendis verſari debuiſſet induſtria Maſvicii, ut videtur Ryckii diligentia verſata fuiſſe: nam quaedam emendata ibi eſſe diffiteri non eſſet ingenui hominis, ſed ſine ullo indicio, unde medicina illa ſit petita, nec qui viri docti ſparſim in operibus ſuis Servio opem tulerint, lectori indicantur, quum tamen plurimae illis ſublectae correctiones exhibeantur. Hoc certe modeſtioris fuiſſet ingenii, quam in praefatione gloriari ſuum jam Servium tam nitido puroque pallio conſpici, & tanto nitore in lucem numquam alias prodiiſſe, & ſimul emendationum rationem ſe alias redditurum, quod numquam in animo habuiſſe pigritia ejus ſuadet, polliceri. Hinc jam incerti ſemper lectores haerebunt Servium ex Maſvicii editione verſantes, unde illa, quae non conſentiunt prius editis, vel in aliis non reperiuntur, ſint petita, & cogentur ſemper Danielis, aut etiam priorum Baſileenſium & R. Stephani aut aliorum conſulere, ut quid plus minusve in illis ſit diſcere poſſint. Cui incommodo mederi nobis eſt propoſitum, & non modo varias in Servio lectiones congerere, ſed & quid olim editum, & poſtea additum vel ſubtractum fuerit indicare, ut lector uno ſub oculi ictu omnium fere editionum diſcrepantias habere, & quid Servio, quid interpolatoribus debeatur, per ſe diſcernere poſſit, nec coga-

cogatur poſthac plures inter ſe codices conferre. Nullus enim fere editor fuit, quin ſibi in Servio multum permiſerit, & ſaepe ſpuria veris intermixta dederit; unde ſaepe Viri docti, uni editioni addicti, criticam exercent inanem in verba Servii, quae in aliis editionibus ſana & integra apparent. Exemplum unicum modo proferre lubet, ne me falſa jactare, & operam meam, quae majore quam credetur mihi labore conſtitit, venditare vane videar. Vir doctiſſimus Thomas Munckerus, qui Mythologicos Scriptores egregiis & bonae frugis pleniſſimis illuſtravit notis, uſus fuit Servii editione P. Danielis, & forte etiam, ut ſuſpicor, vitioſiſſima vel Genevenſi vel Amſtelaedamenſi Schrevelii cura edita; hae duae vero priorem Danielis editionem A. MDC. multis jam mendis deformatam magis magisque deturparunt, in primis Genevenſis. hinc Munckerus neglecta ipſius Danielis prima editione, & aliis ante eum proditis, ſaepe corrigit in Servio loca, quae in aliis integra adparent. Ad Hygini Fab. XIV. pag. 454. laudans Servium ad III. Aeneid. (ita enim corrigi debet) vs. 67. dat nobis ex Danielis editionibus, *Quam Stoici herciſcundi id eſt medium ſecuti.* Quae quum nullam ſententiam efficiant, rogat, *Quid eſt herciſcundi?* & ſubjicit, lego, *quam Stoici ſepulchris condi.* Sed ſi alias editiones conſuluiſſet, potuiſſet deprehendere vitium, & legendum eſſe *terris condi*, unde illud *herciſcundi* eſt ortum. Idem ad Fab. CXII. citans ad teſtimonium Servium ad I. Georg. 164. *Genus vehiculi ab omni parte dentatum, unde feruntur frumenta*, emendat *teruntur.* ſine dubio recte: niſi quod *quo teruntur* in editionibus aliis legatur; in Danielis vero *unde feruntur.* Quae vitioſa lectio etiam uni huic editioni inhaerentes alios Viros eruditos induxit, ut *teruntur* emendarent, ut Gataker. II. Adv. 2. Scheffer. de Re Vehic. II. VII. pag. 172. qui potuiſſent parcere operae ſuae, ſi inſpexiſſent antiquiores codices. hic vero Maſvicius edidit *unde teruntur*, nec admonet lectorem, unde hoc petierit. Quum vero inter Ryckium, Heinſium & Munckerum ſaepius actum fuerit de locis veterum corruptis, & in primis de Hygini locis ſaepe Heinſium Munckerus conſuluerit, & coram & per epiſtolas (ut ex Sylloges noſtrae Vol. V. apparet), potuit ab illo hoc didiciſſe; nam in ora codicis ſui Heinſius vitioſam Danielis lectionem ex MSS. etiam correxerat. Et Maſvicium Munckeri & aliorum emendationes, tacito illorum nomine, exhibuiſſe ſaepe obſervavi; ſic ad Ecl. IV. 34. quum in Danielis legeretur editione, *metuens ex reſponſis facta*, Maſvicius dedit, *ex reſponſis fata*, ut correxerat Munckerus ad Hygin. Fab. XIII; in vulgatis vero conſpicitur, *ex reſponſione facta.* Iterum ad III. Georg. 270. legitur in Philargyrio, *Aſcanius amnis eſt Myſiae, ſed quia in Aſia eſt.* Munckerus ad Hyg. Fab. XIV. pag. 54. corrigit *quae in Aſia eſt*, & ita Maſvicius dedit, quaſi a ſe eſſet orta correctio. Ad III. Aen. 209. (non 109.) emendat in Servio Munckerus ad Fab. XXI. *Symplegades*, quum vitioſe Daniel *Sympligiades* edidiſſet; & hoc ſibi ſumſit Maſvicius. Ad III. Aen. 91. in Servio Danielis legitur *Daphnin, Penei, vel, ut alii volunt, Ladonis filia.* Munckerus ad Fab. CCIII. producit *Daphnis* & *Latonis*, & corrigit *Daphne* & *Ladonis*, ut & exhibuit Maſvicius. Sed illud *Latonis* in ipſius Danielis non conſpicitur, ſed in vitioſa Schrevelii editione, qua uſus videtur Munckerus, quare in hac parte ſupervacua uſus emendatione. neque *Daphnis* in editionibus Danielis, ſed *Daphnin* legebatur. Ad III. Aen. 125. corruptum & aſteriſco notatum a Daniele locum Servii, *Gratam Baccho quod ibi cum relicta Athefiona duc * libentiſſime concubuerit*, Maſvicius correxit & edidit, *cum relicta a Theſeo Ariadna.* Unde vero hoc ſumſit, niſi a Munckero? qui ita emendavit ad Hyg. Fab. CCXXIV. & ille forte ab Heinſio, qui ita in ora codicis ſui notaverat,

verat, unde & Ryckius forte ſcire potuit, & ex ejus ſcriniis Maſvicius.

Nam & ipſi Ryckio, cujus apparatum habuiſſe ſe fatetur Maſvicius, ſublegiſſe emendationes quaſdam mihi conſtitit ex nota Servii ad II. Aen. 79. ubi legitur in Danielis editione, *Hic habuit Siſyphum, unde natus eſt Sinon, & Antolycum, unde Ulyxes.* Ryckius in ora editionis Schrevelianae, quam clariſſimus & amiciſſimus Dukerus mihi utendam dedit, correxit ex Tzetze ad Lycophronem, *Hic habuit Aeſimum, unde natus eſt Sinon, & Anticliam, unde Ulixes.* Et ita etiam Munckerus ad Hygin. Fab. CVIII. quae emendatio confirmatur etiam alio loco Servii ad VI. Aen. 529. Corrupiſſe vero ſaepius Servii verba, quae diverſa hic & illic ab editionibus Danielis & aliorum profert, nulla facta mentione codicis aut emendatoris, unde habere potuit, Maſvicium colligi poteſt ex nota ad Eclog. II. 35. ubi in omnibus, quas vidi, editionibus legitur in Servio, *quemadmodum mihi non obſequebatur*, ſed in Maſvicii *cognoſcebatur*, nullo ſenſu, licet forte velit quis illud *cognoſci*, obſcaeniore ſignificatione, huc trahere. Ad Ecl. IX. 14. Servius explicat *novas lites*, per *militaria jurgia:* Maſvicius, neſcio unde, dedit nobis, *limitaria.* Iterum ad II. Ecl. 50. edidit, *nam ſi luteola ſeptimi ſit caſus, non ſtat verſus.* Immo vero, ſi *luteola* ſit ſeptimi caſus, recto talo ſtabit verſus, quod non vidit ille ſtupor, ut nec legendum eſſe, *niſi luteola ſit ſeptimi caſus*, ut recte aliae editiones. Et imperitum fuiſſe metrorum Maſvicium, Virgilii tam glorioſum editorem, apparet ex nota Pierii Valeriani ad I. Georg. 310. ubi legitur, in *Romano codice eſſe* jecit, *una tamen corrupta litera.* Haec legens dubitavi an a Pierio haec proficiſci potuerint, & tamen in editione etiam R. Stephani & Emmeneſſii ita reperiebam. Sed dum inſpicio codicem Juntinae editionis, cujus margini ipſe Pierius varias codicum lectiones manu ſua adſcripſerat, & qui ad Heinſium pervenerat, ibi video notatum, non *jecit*, ſed *tegit*, ut etiam in editione Brixienſi An. 1548. quae notas Pierii exhibet, expreſſis literis deprehendi. Hinc diſcere poteſt lector, quanta cura adhibenda ſit editionis novae curatori, ne viris doctiſſimis, per Typographorum negligentiam, nota imperitiae & inſcientiae inuratur. Aliud negligentiae ſpecimen deprehenditur in Ecl. I. 73. ubi in Pierii nota dicitur, in Romano codice legi *his nos conſevimus agris;* & ita etiam R. Stephanus, Emmeneſſius & eos ſequi ſolitus Maſvicius ediderunt. atqui ſequentia Pierii verba debuiſſent editores quaſi manu ducere ad veram lectionem a Pierio indicatam, & oſtendere eum in Romano codice inveniſſe, *his nos conſuevimus agris:* nam addit Pierius, *quaſi dicere velit, neſcio qua natale ſolum dulcedine mentes afficiat*, quae verba τῷ *conſuevit*, non *conſevit* congruunt; & ita plane etiam in editione Brixienſi legitur. Ad Ecl. V. 25. in Pierii notis dat nobis Maſvicius, in Longobardico legi, *ad flumina nulla.* Atqui hoc modo nihil diſcreparet codex ille a vulgatis, & inutilis eſſet & inepta nota: denique ſequentia Pierii verba, *ſine colliſione in quarta ſede* docere debuiſſent editorem, ſi ullum poëticae doctrinae guſtum habuiſſet, legendum eſſe, *ad flumina ulla*, ut reliquae editiones recte habent. Ad IV. Georg. 148. editur, *ſunt qui* poſt memoranda *legunt, ut in MS. Codice habetur.* Sed ita verſui non conſtant numeri ſui, & legendum eſt, *poſt me memoranda*, ut ipſa Emmeneſſii editio monere Maſvicium potuiſſet. Ad IV. Georg. 315. datur, *in Cod. Longob. & in Medic.* extudit *agnoſcit Servius.* Sed quid hoc ſibi vult? an Servius hos codices verſavit aut vidit, ut in illis *extudit* agnoſceret? Sed legendum ex aliis editionibus, *in Cod. Longob. & Medic.* extulit *legitur; ſed enim* extudit *agnoſcit Servius.* Haec ſufficiant ex magno acervo deſumta ſpecimina: reliqua editioni noſtrae ſervamus,

quum

Digitized by Google

quum haec ſatis probare poſſint quam negligenter Maſvicius in his omnibus verſatus fuerit; & unde colligere licet, quo jure Bibliopolae contendant ſibi ſolis licere Pierii notas tam depravatas & adulteratas nobis obtrudere, & ſi repetendi editionem impetus eos ceperit, novis mendis augere.

Pauca etiam de Philargyrii ad libros Georgicorum notis obſervare nunc libet, unde ſupina etiam negligentia Maſvicii apparere poſſit. Nota ad II. Georg. 67. referri debuiſſet ad verſum praecedentem, ubi de arbore Herculea populo agitur; nec quiſquam, credo, tradidit umquam, Herculem ab inferis reducem ſe palma coronaſſe. Omiſit vero integram Philargyrii notam ad vs. 70. & alteram ad vs. 88. quia ſcilicet in editione Emmeneſſii eas non offenderat. Ad Lib. II. 476. etiam ad exemplar Emmeneſſii ſuam editionem curans, integram notam praeteriit; & ad Lib. III. 340. licet in Emmeneſſii editione nota ad vocem *raris* legatur, in Maſviciana tamen non comparet. Sed pigro huic ludi moderatori nec Sanctandreanam An. 1589. nec Danielis editionem conſulere vacabat. Doceri etiam, credo, mecum vellent diligentes Virgilii Lectores, unde in Philargyrii notam ad III. Georg. 267. venerit diverſa ab aliis lectio, *Glaucus Siſyphi filius, cum ad* Iſthmicum *certamen quadrigam duceret*, quum in editione Sanctand. Danielis & Emmeneſſii legatur *ad mimicum certamen.* an profluxerit ex Maſviciano cerebro, an alii cuidam Viro docto ſit ſuffuratus, neſcio. Sed ſi aliquo criticae artis acumine fuiſſet praeditus Maſvicius, ex ductu literarum corruptarum facile potuiſſet conjicere, legendum eſſe, *ad Gymnicum certamen.* Sed manum de tabula, ne nobis praecidamus meſſem uberrimam vitiorum, quae in Maſviciana editione conſpiciuntur, & quae omnibus eruditionis verae ſtudioſis jam ſatis perſuadere poterunt, quam importune Bibliopolae regnum in eruditos viros, qui operam ſuam veteribus ſcriptoribus emendandis & novo adparatu ornandis commendare velint, exerceant, & eos communibus & expoſitis veterum editionum opibus prohibere conentur. Nos a ſtudioſa non minus juventute, quam ab eruditione inſignibus viris, aut nova dote & ineditis antea adnotationibus virorum ſummorum, aut ante jam vulgatis cum cura recenſendis, gratiam inire contendentes, parum ſolliciti erimus, quid minetur lucri avida natio; aut etiam ſi deterrere paret alios Bibliopolas, ne operam ſuam nobis addicant, egregiam & omni jure licitam de illis vindictam ſumere non ceſſabimus. Interim ab aequis & candidis ſcriptorum noſtrorum cenſoribus ſummo opere expetimus, ut ſi quid hic aut illic admiſſum fuerit, ſenio & deficienti in dies alacritati, qua olim ad ſtudia humanitatis adgredi ſolebam, potius adſcribere, quam moroſe & acerbe nimis omnia exigere; & conſilium magis noſtrum & ſummam operis laudare, quam partes aliquas, in quibus non omnia ex aequo ceteris reſpondent, carpere velint. Valete, aequi & benevoli rei literariae fautores & judices.

Digitized by Google

I N D E X
RERUM ET VERBORUM
IN NOTAS INTERPRETUM
A D
V I R G I L I U M.

A In caeſura communis. AE. 10: 805
A non *AH* ſcribendum. Ecl. 1: 15
A ſanguine, a ſtirpe ortus, & ſine praepoſ. AE. 1: 19, 235
A ſanguine, vel ſanguine cretus. AE. 4:191
A teneris, vel in teneris. G. 2: 272
A vertice, a tergo. G. 2: 310
A vertice. AE. 1: 114. 10: 270
Ab litore. AE. 3: 536. ab pectore. G. 4: 371. ab radice. G. 1: 20. AE. 12: 773. ab ſanguine. AE. 4: 230. 5: 45. 6: 500. ab ſede. AE. 1: 270. 3: 687. ab ſtabulis. G. 4: 14. ab ſtirpe. AE. 1: 626. 7: 99. 8: 130. 9: 603. ab vulnere. AE. 6: 449. ab Amphryſo paſtor. agnus ab ovilibus. E. 1: 8. Saepes a limite E. 1: 54 ab Jove, non a Jove. E. 3: 60
Ab & in mutata. AE. 6. 357
Abdere domo. G. 3: 96
Abella oppidum. AE. 7: 740
Abfore & offore. AE. 8: 147
Abire aliquo. AE. 6: 375
Abire victor. AE. 12: 17
Abjurare. AE. 8: 263. G. 61: S.
Abitum coronare. AE. 9: 380
Ablativi uſus. *ludis*, tempore ludorum, *pulvere*, id eſt ſiccitate, *ventis*, quum ventus flat. G. 1: 180
Ablativus duplex uni verbo additus. AE. 8: 426
Abruptum & avulſum. AE. 4: 600
Abrupti ignes. AE. 7: 199
Abſcindere & abſcidere veſtes. G. 2: 23. AE. 5: 685
Abſcindere. G. 2: 23
Abſciſa & abſciſſa. AE. 4: 590
Abſente nobis & ſim. AE. 6: 209
Abſtare. AE. 1: 152
Acalanthis, pro Acanthis, avicula, quae & acanthyllis. G. 3: 338
Acamas Theſei filius. AE. 2: 262
Acanthi mollis coma. G. 4: 137
Accedere urbem. AE. 3: 293
Accelerare. AE. 1: 656
Accerſere, arceſſere. AE. 6: 119
Accinctus flagello. AE. 6: 570
Accipe nunc, adtentionis cauſſa. AE. 2: 65
Accipere ſermonem auribus. AE. 12: 64
Accipere animis. AE. 3: 250
Accurrere. AE. 10: 352
Accuſativi in *im*. *Mephitim*, *Thybrim*, & ſim. AE. 7: 84
Accuſativi plur. in *is* ſaepe incertam faciunt lectionem. AE. 2. 683
Accuſativi nominum propriorum in *n* pro *m*, *Oronten*, *Aenean*, *Achaten* &c. AE. 1: 113
Acer & aeger anhelitus. AE. 9: 814
Acer & aſper Romulus. AE. 8: 342
Acerbare crimen, acervare. AE. 11: 407
Acerbus & iniquus mutantur. AE. 11: 587
Aceſta urbs Siciliae. AE. 5: 718
Achaia & Achaica caſtra. AE. 2: 462
Achates Achati. AE. 1: 120
Achaten, non Achatem. AE. 1: 644
Achemenides. AE. 3: 614
Achillei, Achilli, ſecundo caſu. E. 8: 70. G. 3: 91. AE. 1: 30. 3: 87. 5: 30
Achillen. AE. 1: 458
Acies oculorum. AE. 12: 558
Aciſcolus, Valeriae gentis cognomen. AE. 9. 684
Aclydes, jaculi genus. AE. 7: 730
Acoetes. AE. 11: 85
Acriſionaei coloni. AE. 7: 410
Acres canes, equi. AE. 1: 444. G. 44: S.
Acroceraunia. G. 1: 332
Acta, litus. AE. 5. 613
Acta puppis AE. 10: 246
Actae tempeſtates. AE. 3: 708
Actaeus Aracinthus cur. E. 2: 24
Activa ſaepe pro paſſivis. AE. 2: 207, 260
Actus furore. AE. 10: 63
Ad aurem, & in aurem dicere. AE. 5: 547
Ad corpora, & in corpora reverti, quomodo differant, & ſim. AE. 6: 720
Ad auras, ad ventum, & ſim. E. 1: 57
Ad prima. G. 2: 134
Ad, comparationi inſervit. E. 3: 48
Ad & at. AE. 4: 1
Adacta litus claſſis. AE. 11: 261
Adclinis, adclinus. AE. 10: 835
Addenſere. AE 10: 432
Addere in ſpatio. G. 1: 513
Addere gradum, addere pedem, & ſim. ibid.
Addere naturam apibus. G. 4: 150
Addi numero divorum. AE. 7: 211
Addita Juno hoſtibus. AE. 6: 90
Adducere terras. AE. 3: 601
Adducit ſitis artus, vel abducit. G. 3: 483
Adducta ſagitta. AE. 9: 632
Adhibere epulis. AE. 5: 62
Adigi litus & ad litus. AE. 11: 861
Adire ad delubra. AE. 4: 56
Adjungere telas. G. 3: 562
Adſectare dextram. AE. 3: 670
Adferre ſe. AE. 3: 346
Adferre aquam in ſacris. E. 8: 64
Adfluit & Adfuit. AE. 10: 143
Adjectiva variata. praefixa haſtilia ferro, vel praefixo ferro. AE. 5: 557. 6: 552. 8: 645
Adjectiva duo juncta uni ſubſtantivo. AE. 12: 941
Adlacrimari. AE. 10: 628
Adlapſa ſagitta. AE 9: 632
Adloqui, adlocutio, non alloqui. AE. 1: 229
Adludere, ſubridere. AE. 7: 117
Adluere, Adludere, & adlidere. AE. 3: 510. G. 74. S.
Admiſſae alae. AE. 11: 272
Admorſum. G. 2: 379
Admovere labra poculis, vel pocula labris, & ſim. E. 3: 43
Adniti cubito, de eo qui tentat ſurgere. inniti cubito, de jacente. AE. 4: 690
Adolere altaria. AE. 7: 71
Adorſi, adorti. AE. 6: 397
Adſcita arma. AE. 11: 308
Adſervare & obſervare praedam. AE. 2: 763
Adſidere & inſidere cum tertio & quarto caſu. AE. 11: 304
Adſiduum ver. G. 2: 149
Adſiſtere certamina. AE. 12: 790
Adſpargine. AE. 3: 534
Adſpectare. AE. 1: 420
Adſpectare campum. AE. 12: 136
Adſurgere dextra. AE. 10: 797
Advectus ad oras. AE. 3: 108
Adverbia in *o*, ut tertio, ſero, &c. correpta.

Digitized by Google

repta. AE. 3: 37
Adverbis & praepoſitiones an una voce conjungendae, abuſque, deprocul, inante, & ſim. AE. 7: 289
Adverſi ſpatiis, & adverſa ſpatia. AE. 5: 584
Adverſus Sol. AE. 4: 701
Advertere litora praedas, pro ad litora. AE. 1: 528
Advertere & avertere numen. AE. 4: 611
Advocare in concionem. AE 5: 44
Advocare & avocare. ibid.
Advolare. AE. 10: 346
Advolſus. AE. 8: 238
Adumbrare, obumbrare, & inumbrare. G. 4: 20
Aegri mortales. AE. 2: 268. 10: 861
Aegyptos. B. 4: 210
Aenea vox, vel ferrea. G. 2: 44
Aenean, Aeneam. AE. 1: 113
Aeneas in coelum raptus & Deus factus eſt. AE. 1: 259. n. 15. S.
Aeneide, Aeneade, Aenide AE. 9: 653
Aepytus AE. 2: 330
Aepytidea. AE. 5: 547
Aequi, & Aequicoli, Faliſci. AE. 7: 695
Aequiculi, Aequicoli. AE. 7: 747
Aequiperare. E. 5: 47
Aequo Marte, favente Trojanis. AE. 7: 540
Aequo foedere amaris. AE. 4: 520
Aequis viribus & aequiis viribus. AE. 5: 809. 10: 357
Aequis viribus ſumus. AE 12: 230
Aequor, aequum AE. 9: 68
Aequor, & aether confuſa. E. 1: 60. AE. 10: 356
Aequor de fluvio. E. 9: 57
Aeratae puppes. AE. 9: 121
Aer & aether. AE. 5. 20
Aer ircoer AE. 9: 699
Aerea puppis AE. 5: 198
Aereus vel Aureus clypeus. AE. 10: 271. & 884
Aeripedes cervi. AE. 6: 804
Aerius mons. E. 8: 59. AE. 8: 221
Aeſculus, non Eſculus in Mſſ. G. 2: 16
Aetas & aeſtas, mutata. G. 3: 190
Aetas pro anno. G. 3: 190. 4: 207
Aetatibus florentes. E. 7: 4
Aether & aequor confuſa. E. 1: 60
Aetnae antrum. AE. 8: 419
Aevum pro ſenectute. AE 8: 307
Aevum, de longo tempore. E. 10: 43
Affabilis. AE. 3: 621
Afferre ſe, pro offerre AE. 3: 346
Afuit, pro Abfuit. AE. 7: 498
Aganippae, ſecundo caſu. E. 10: 12
Age cum verbis ſingularis numeri & pluralis. *age fac*, & *age facite*. AE. 6: 343. n 18. S.
Agere paſtum E. 1: 13
Agere venationis verbum. G. 3: 412
Agere tempeſtates. AE. 3: 698
Agere & habere vias confunduntur. AE. 3: 695
Agere & habere concilium, ſenatum &c. AE. 9: 227
Agere pro impellere in fugam. AE. 11: 622
Agger pro via publica. AE. 9: 375
Agger & agmen mutantur. ibid.
Agger murorum. AE. 11: 381
Agit tempus res. AE. 5: 638
Agitat fortuna. AE. 3: 609
Agitare fugam, meditari. AE. 2: 640
Agnoſcere veterem amicum. AE. 3: 82
Agnoſcere gemitum morientis. AE. 10: 843
Agreſtis Muſa. E. 1: 2
Agunt venti frigora, pro adferunt. G. 1: 352
Agylla, Tuſciae civitas. AE. 7: 652. 8: 479
Ahena, non aena. AE. 2: 470
Aheneus in fine verſus. AE. 7: 633
Ajax Oileus pro Oelides. AE. 1: 41
Ait, in media orationae poſitum. AE. 11: 24
Alae equitum trepidant. AE 4: 121
Alba inſignia. AE. 10: 539
Albo ſpatiis. E. 2: 41
Aletes, non Alethes. AE. 1: 121. 9: 246
Alexin an Alexim. E. 2: 73. 4: 32
Alexis puer. E. 2: 1
Alia, non Allia ſcribend. E. 2: 2
Aliae vires. AE. 5: 466
Aliud majus. AE. 2: 199
Aliquid magnum. AE. 9. 186. 10: 547
Aliquod nomen. AE. 2: 81
Aliquis, nomini proprio eleganter additur. ibid.
Allapſa ſagitta. AE. 9: 632
Allecto, Alecto. AE. 7: 324
Alluit vel abluit mare terram AE. 8: 149
Almo & Almon, & ſim. AE. 7: 532
Alnus, pro navigio. G. 2: 452
Alni ad Padum frequentes. ibid.
Alonius vel Alongus, nota ad delendas mendas. AE. 10: 444. & n. 26. S.
Altaria & arae. E. 5: 66
Alter & ater confunduntur. AE. 3: 33
Alter ab undecimo annus, pro duodecimo. E 8: 39
Alternum, Altrutrum, & inde Volturnus. AE. 10: 145. n. 66. S.
Altus veſper. AE. 5: 19
Altae frondes. AE. 4: 443
Altae urbes. G. 1: 485
Alta Troja a culmine ruit. AE. 2: 290
Alta decora. AE. 2: 448
Alta de fundo fluvii. G. 1: 142
Altum ſolium. AE. 1: 506
Alterna Fortuna, ἀλλοπρόσαλλος. AE. 11: 426
Alveus Thybridis. AE. 7: 436
Alveus exeſae arboris. G. 4: 44
Alvo condi. AE. 9: 152
Alvus, & alveus, fem. gen. G. 2: 453
Alvus maſc. ac fem. gen. AE. 12: 273
Amara aqua, de marina. E. 10: 5
Amara bacca. G. 2: 86
Amarae ſalices, herbae &c. E. 1: 79
Amatum & aratum confunduntur. AE. 3: 44
Amare flumina, rura, pro colere, habitare, & ſim. G 2: 486
Amare locum, libenter incolere. AE. 3: 134
Amantes, abſolute. AE. 4: 221
Amaror, ſubſtantivum. G. 2: 247
Amata, nomen Virginis Veſtalis. AE. 7: 343
Ambo pro ambos. E. 6: 18
Ambivius, fabularum actor. E. 3: 90
Americae veteres meminerunt. AE. 6: 795
Amicum munus. AE. 5: 337
Amica ſilentia, amicus imber, amicus ventus, pro faventi. AE. 2: 255
Ammianus Marcell. Virgilii imitator. AE. 2: 121
Amor patris, pro erga patrem, & ſim. AE. 1: 716
Amores, plur. non ſemper turpes, ſed & legitimos notant. AE. 5: 334
Amovere & emovere. AE. 6: 382
Amplexus dextram, & dextra. AE. 8: 124
Aminneae vites. G. 2: 97
Amnis Aufidus, Nilus amnis, & ſim. AE. 11. 405
Amnis & annus commutantur. AE. 6: 311
Amos pro amor. AE. 11: 892
Ἀνακόλουθον. AE. 1: 119. n. 51. S. AE. 9: 121
Anchiſa, Anchiſe. AE. 3: 475
Anchiſiada. AE. 6: 126
Anchiſeus pro Anchiſeius. AE. 5: 760
Androgeus. AE. 2: 371
Androgeo, tertius caſus. AE. 6: 20
Andromachae, Andromaches. AE. 3: 487
Anguitiae vel Angitiae nemus. AE. 7: 759
Angit timor anxius. AE. 9: 89
Angues femin. gen. AE. 2: 203. 8: 289
Anilis gradus. AE. 4: 641
Animas condere ſepulcro, de hominum corpore, ut Gr. ψυχάς. AE 3: 67
Animus & vires. AE. 10: 357
Animi pro irae. AE. 4: 414
Animi obſtupuerunt Rutulis, vel Rutuli animo. AE. 9: 123
Animiſque armiſque, conjuncta. AE. 2: 799
Animi vireſque. AE. 2: 617
Animos tollere AE. 9: 127
Animis laetans. AE. 11: 854
Animus de pluribus, & animi de uno homine. AE. 1: 579
Animo praeſumere bellum. AE. 11: 18
Annales Ennii, & Caſſii Heminae. AE. 3: 384. n. 87. S.
Annoſo robore quercus. AE. 4: 442
Annis obſcurior fama. AE. 7: 205
Ante omnes, ante omnia. AE. 2: 40
Antequam te violo, non violem. AE. 4: 27
Antemnae, Antemnates. AE. 7: 631
Antheus. AE. 1: 181. 12: 443
Antiqua, quae olim obtinuere. AE. 2: 188. 4: 458
Antondens pro attondens. G. 2: 407
Antores. AE. 10: 778
Anxuria, Anxurus Jupiter. AE. 7: 799. 10. 545
Aonius Bacchus. AE. 12: 365
Aornos. AE. 6: 242
Aperire pelagum &c. AE 1: 146
Apertionis myſterium in Eccleſia AE. 4: 301. n. 17. S.

Ap-

Digitized by Google

Appelli oris. AE. 1: 377
Applicari oris. AE. 1: 377, 616
Applicare enſem jugulo. AE. 10: 536
Appoſitiones. E. 3: 3. 7: 16. 9: 9. G. 2: 151. AE. 3: 600
Appoſitus mons. G. 3: 212
Aprici colles. E. 9: 49
Aptare arma. AE. 2: 672
Aptare remigio. AE. 8: 80
Aptare & optare. AE. 1: 425, 552. 3: 109, 132.
Aptus ſtellis axis Atlantis, pro inſertus, conjunctus, inneaus. AE. 4: 482
Apum comparatio. AE. 1: 430
Aquai amnis. AE. 7: 464
Aquiculus, Aquilicus. AE. 9: 684
Arae & orae. AE. 11: 269
Arae vel aurae inanes. AE. 7: 593
Aras Deoſque teſtari. ibid.
Arae & altaria differunt. E. 5: 66
Arae patriae. AE. 11: 269
Araris Galliae non Germaniae fluvius. E. 1: 63
Arcades alae. AE. 12: 551
Arcadius pro Arcadicus. AE. 5: 299
Arcem & urbem mutant librarii. AE. 8: 357
Arcere, cum caſu tertio. G. 3: 155
Arces & tecta. AE. 4: 260
Arces & urbes mutata. AE. 7: 364
Arceſſere. AE. 5: 746. 6: 119
Arcium Dea Minerva cur. E. 2: 61
Ardent mori, non, audent. AE. 11: 895
Ardentes ſtellae. AE. 11: 202
Ardere, de bello. AE. 7: 644
Ardere in aliquam rem. AE. 7: 623
Ardere in praelia. AE. 2: 347
Ardere & audere mutata. ibid.
Ardua, montes, campis opponuntur. AE. 5: 695
Arenae reliquit truncum, non arena. AE. 12: 382
Arens ſilva. AE. 12: 522
Argos in agros ſaepe mutatum. AE. 2: 95
Ἀργυρεμοιβός. AE. 5: 817
Argutus pecten. G. 1: 294
Aricina, Actia, mater Auguſti. AE. 5: 568. n. 48 S.
Ariſtae vanae G. 1: 226
Ariſtae & avenae mutata. G. 1: 226
Ariſtae & arenae. AE. 7: 809
Ariuſia vina. E. 5: 71
Arma, fremitus militum. AE. 11: 453, n. 51. S.
Arma virumque, Aeneidos initium. AE. 1: 1
Arma ſimpliciter, pro arma bellica ibid.
Arma & equi conjuncta. AE. 8: 3
Arma & arva, confuſa. AE. 11: 573
Armari jaculo. AE. 11: 574
Armis viriſque florens regio. AE. 1: 2
Armis maximus. AE. 2: 339
Armis & haſtis motantur. AE. 9: 586
Armis circumtonare. AE. 8: 474
Arquitenens. AE. 3: 75
Arrectus & Erectus. AE. 5: 138
Arripere fugam. AE. 2: 619
Arripere & eripere. ibid.
Arripere ominoſa dicta. AE. 7: 119. & eripere. ibid.
Arruns & Arruntius. AE. 11: 759
Ars tuta. AE. 10: 805
Ars medicina, pro medica. AE. 7: 761, n. 43. S
Artes pro operibus artificioſis AE. 5: 359
Arunci & Aurunci diverſi populi. AE. 7: 206, 727, 795
Arva Laurentia. AE. 12: 24
Arva & agri mutantur. AE. 12: 898
Arvis & herbis. G. 1: 339
Arvis ditiſſimus, pro in arvis. AE. 7: 537
Arx Janiculum. AE. 8: 357
Asbutes, a gente Asbytarum. AE. 12: 362
Aſilas, Aſylas. AE. 9: 571
Aſperat undas hiems, mare claudit. AE. 3: 285
Aſpicere, accipere, & excipere confuſa. G. 2: 345
Aſpicere & proſpicere loca. AE. 11: 909
Aſpice, ſeq. vides. AE. 2: 604
Aſpice ſi ſit. AE. 10: 481
Aſpice ut, pro quomodo, ſequente indicativo vel ſubjunct. E. 2: 66
Aſportare. AE. 2: 768
Aſſimulare non Aſſimilare. AE. 12: 224
Aſteiſmos. AE. 2: 547. G. 89. S.
Aſtra pro coelo, aëre. AE. 3: 567. 5: 517, 839
Aſtyr, Aſtur. AE. 10. 179
At non. AE. 7: 363. 9: 144
At credo, at puto. AE. 7: 297
Atho, primi caſus, pro Athos. AE. 12: 701
Atho quartus caſus. G. 1: 332
Atia gens, Atys & Atii Latini. AE. 5: 568
Atri ignes, atrae tenebrae. AE. 11: 187
Atrum lumen, de face infernali Furiarum. AE. 7: 456
Attorquere jaculum. AE. 9: 52
Attrectare dextra. AE. 3: 660
Atys. AE. 5: 568
Auctorare, ſeu vendere ſe ſolebant devoti pro ſalute publica. AE. 3: 279. n. 91. S.
Aucupium viſcata virga. AE. 6: 206
Audere in praelia. AE. 2: 347. 10: 455
Avenae naſcuntur. E. 5: 37
Aventini vel Aventinus mons. AE. 8: 231
Avehere. AE. 2: 179
Avehi alias oras. AE. 1: 512
Averna ſtagna. G. 4: 493
Averſi Eoi, an adverſi. AE. 6: 832
Averſus, adverſus. AE. 11: 691
Averſus Sol. AE. 1: 568
Averſum aſtrum, non adverſum. G. 1: 218
Avertere Libycas oras regnum Italiae. AE. 4: 106
Avertere equos, praedas. AE. 1: 472
Avertere & avehere. AE. 1: 512
Avertere pro advertere, abducere pro adducere. AE. 4: 106
Avertit prora pro avertitur. AE. 1: 104
Aufidus amnis. AE. 11: 405
Augyla vel Augila urbs. AE. 11: 265. G. 84. S.
Avis dives, avis potens. AE. 10: 201
Auleſtes. AE. 10: 207
Aulon mons, Caulon, ſeu Caulonia urbs. AE. 3: 553. n. 47. S.
Avolſa montis viſcera. AE. 3: 575
Auras pro aurae genitivus antiquus. AE. 11: 801
ad Auras, in auras ſurgere. E. 1: 57
ſub Auras, ſub divo. AE. 4: 494
Aura auri. AE. 6: 204
Aurea arma diis data. AE. 4: 138
Aurea Capitolia. AE. 8: 348
ex Auro pharetra. AE. 4: 138
Auris, capiſtrum. AE. 5: 817. fin.
ad Aurim. ad aurem. AE. 5: 547
Aurem vellere, non aures E. 6: 4
Auro jungere equos, pro aureo currui, & ſim. AE. 5: 817
Aurea, biſyllabom. AE. 1: 698
Aurea quae perhibent ſecula. AE. 8: 324
Aurea mala, Cydonia. E. 3: 71
Aurae & orae luminis G. 2: 47. AE. 7: 660
Aurae & umbrae. AE. 9: 411
Aurae & aures. E. 1: 57
Aurae & agri. E. 6: 48
Auras fugere, lucem. AE. 4. 388
Auratae trabes. AE. 2: 448
Aurarii, fautores, ab aura. AE. 6: 204. n. 4. S.
Aurunci. AE. 12: 94
Auſonia manus. AE. 8: 328
Auſpicia majora, fata Aeneae. AE. 3: 374
Auſu pro auſo. AE. 6: 624
Auſum pro facto temerario. AE. 10: 458
Aut & haud confuſa. AE. 3. 43. 11: 393
Aut quiſquam, aut omquam. AE. 11: 392
Autumnum, ſubint. tempus. G. 4: 100, G. 54. S.
Autumni frigus, cum in hiemem vergit. AE. 6: 309
Avulſa radicibus terra. AE. 8: 238
Auxilium viae, pecunia AE. 1: 358
Auxilio levare, juvare. AE. 4: 538
Auxurus vel Anxurus Jupiter. AE. 8: 799

B.

BAechata Naxos. AE. 3: 125
Barbaricum aurum pro Phrygio, & Barbaricarii qui. AE. 2: 504
Baſterna. AE. 8: 666. n. 31. S.
Belgica, bellica G. 3: 202
Belgici covinni. ibid.
Belides Palamedes. AE. 2: 82
Bello exſcindere. AE. 6: 554
Bellum & arma, diſtincta. AE. 1: 545
Bibere amorem, inſtar veneni. AE. 1: 749
Bigis, bijugis. AE. 2: 272
Bimus & binus. G 1: 172
Bina non ſemper conjuncta, ſed & disjuncta notant. AE. 8: 168. n. 80. S.
Bractea crepitabant. AE. 6: 209
Brattea. ibid.
Bubulcus. E. 10: 19
Bucolica. E. 1 init.
Bucolicon, Georgicon, Argonauticon & ſim. ibid.
Bumaſtus uva. G. 2: 102
Burrhus. AE. 2: 469. n. 2. S.
Butes, non eſt Erycis pater. AE. 5: 372

C.

CAcemphaton *mole moventem*, & ſim. AE. 3: 656. *lingere lingua*. & ſim. AE. 9: 89
Cadentia ſidera, occidentia. AE. 2: 9

Ca-

Digitized by Google

Cadunt manus, cum in medio opere languent. AE. 6: 32
Caeca flumina. E. 7: 56
Caeca veſtigia, obſcura, inextricabilia. AE. 6: 30
Caedis vel ſtragis acervi. AE. 11: 207, 384
Caepiare praelia. AE. 3: 240
Caeretis amnis. AE. 8: 597
Caeruleus pro nigro, ſubnigro. AE. 3: 64. 5: 10
Caeſaries de coma muliebri, & de barba. O. 4: 337
J. Caeſaris iter ex Gallia in Italiam per Alpes proximas Monoeco. AE. 6: 831
Caeſtuum forma. AE. 5: 405
Caicus nomen viri. AE. 1: 184
Calor, neutrius generis. O. 2: 343
Calx feminini generis. AE. 11: 714
Camera vel Camura cornua, curva, obtorta. O. 3: 55
Camertes, Camertae. AE. 12: 224
Campi. O. 2: 485
Campi & flammae permutantur. AE. 1: 97
Candidior barba pro cana. E. 1: 29
Canis maſculini vel fem. generis. O. 1: 470. AE. 6: 257. 7: 493
Canities ex dolore orta. AE. 10: 192
Cantu Orpheus lenivit Cerberum. O. 4: 484
Capeſſere praecepta & juſſa. O. 4: 548
Capeſſere & faceſſere. ibid.
Caphareus, Caphereus. AE. 11: 260
Capiti, vel capitis, tegmen. AE. 7: 689
Capit te Troja. AE. 9: 644
Capta dolo, & victa. AE. 4: 95
Capto & coepto mutata. AE. 2: 75
Captus dulcedine. G. 1: 412
Caput belli, urbs vel dux. AE. 12: 572
Caput fluvii, pro ejus fonte & oſtio. G. 4: 319
Caput urbibus Roma. AE. 8: 65
Cardo feminini generis. AE. 6: 573
Carinae lautae, locus in urbe. AE. 8: 361
Carmen de pluribus verſibus, vel parte operis. AE. 3: 287
Carpere rura, de paſtoribus. O. 3: 325
Carthago an Karthago. AE. 1: 13
Caſſandra unde dicta. AE. 5: 636
Caſandra & Caſſandra. AE. 2: 343
Caſperia civitas, non Caſperula. AE. 7: 714
Caſſida pro Caſſis AE. 11: 774
Κασσύματα, ſoleae detritae. AE. 8: 652. O. 1. S.
Caſtra de claſſe. AE. 4: 604
Caſtra munire properabant Romani, etiamſi agmen extremum nondum advenisset. O. 3: 347
Caſus diverſi conjuncti. AE. 1: 41
Cathillus, Catillus. AE. 11: 640
Cavere, tertiae conjugationis. AE. 4: 409. n. 81. S.
Cauſſa mali, & malis AE. 11: 480
Cavus mons pro antro. AE. 1: 81
Cava umbra, obſcura. AE. 2: 360
Cavae turres. AE 9: 46
Cedit ſententia, pro victa eſt. AE. 9: 220
Cedrus antiqua. AE. 7: 178
Cedrus Italica. AE. 11: 137
Celebrari & venerari mutata. AE. 8: 76
Celenna oppidum. AE. 7: 739
Celebrare & Celebrare. AE. 4: 641
Celſa puppis & prima puppis. AE. 3: 527
Ceperat me annus undecimus. E. 8: 39
Cernere mente futura, quaſi praeſentia. AE. 7: 68
Cernere ferro. AE. 12: 709
Certus eundi. AE. 4: 554
Certa mors. AE. 2: 62
Certare acie, & aciem. AE. 2: 30
Certare alicui. E 5: 8
Certamen & Certatio quid differant. G. 2: 530
Certamen pugnae, & ſim. AE. 10: 146
Cervicem, vel cervices frangere. AE. 2: 707. n. 24. S.
Ceſſare, morari. AE 11: 288
Chalcidicus non Calchidicus. E. 10: 50
Chao. O. 4: 347
Chaonio portus an ſecundi caſus ſit. AE. 3: 292
Charonti cymbam tribuunt vetuſtiſſimi poetae. AE. 6: 391
Chori pro agmine & confluxu hominum. AE 6: 231
Chori in ſacris Bacchi. AE. 11: 737
Ciceronis Elegia Talemaſtis vel Jalemaſtes. E. 11 58. n. 95. S.
Cilniae gentis Maecenas. O. 1: in.
Ciminus lacus. AE. 7: 697
Cinyras. AE. 10: 186
Circa pro Circe, Semela & ſim. AE. 3: 386
Circi pro circulis. O. 3: 166
Circum clauſtra, non circa. AE. 1: 56
Circumferre aquam, pro luſtrare. AE. 6: 229
Circumfundi armis. AE. 2: 383
Circumplecti, & ſim. AE. 5: 312
Circumſonant vel circumtonant arma. AE. 8: 474
Circumſtare. AE. 4: 561
Circumvenire. AE. 6: 132
Circumundique. AE. 4: 416
Citae quadrigae, veloces. AE. 8: 642
Citae pro diviſae, primam producit. ibid.
Clamor ingens & latratus in canibus probatus. O. 3: 413
Clamare, ni fures teneantur. E. 3: 19
Clangor ad auras. AE. 6: 561
Clangoribus reſonat aether, vel plangoribus, aut clamoribus. AE. 4: 668. 5: 228. 12: 607
Clanis, fluvii nomen in Italia. O. 2: 225
Clara ſigna in navi, de igne, vel ſonitu tubae. AE. 3: 519
Clara & cara E. 4: 49
Claſſim, Claſſem. AE. 3: 5
Clauſa arboribus rupes. AE. 3: 230
Clauſtra pro caſtris. AE. 10: 604
Clauſtra, moenia. AE. 10: 12
Cloantus, non Cloanthus. AE. 1: 222
Clodius Tuſcus Rhetor. AE. 12: 657. n. 47. S.
Clonus Eurytides. AE. 10: 499
Clypeus unde dicatur AE 8 447
Clypeus an clupeus ſcrib. AE. 9: 709
Coactae lacrymae. AE. 2: 196
Coeca flumina. E. 7: 56
Coelo, pro ad coelum. AE. 2: 688.
Coeptus & certus mutantur, AE. 8: 439
Coetus celebrare. AE. 1: 735.
Cogere agricolarum verbum. AE. 1: 1011.
Cogere pecus ad aquam & umbras. E. 3: 20
Cognomen Iuli vel Iulus. AE. 1: 267
Cognominis terra. AE. 6. 383
Colere, inhabitare. AE. 3: 111
Colere & tenere mutata AE. 3: 165
Colerem, pro coluiſſem & ſim. AE. 4: 343
Colitur urbs AE. 8: 478
Colligi in parvam figuram, pro contrahi. AE. 12: 862
Columbae ſub arbore ſedent. AE. 6: 203
Colurnus, adjectiv. a corylus AE. 9: 698
Comes ire alicui, & alicujus. AE. 2: 704
Cominus & eminus. AE. 7: 732
Comitare pro Comitari. AE 11: 52
Comitari euntem. AE. 4: 543
Commiſſus, & commiſſus. AE. 3: 428
Componere, ſiſtere. AE. 1: 374
Componere opes, in horrea condere AE. 8: 317
Componere curas animo. O. 4: 531
Componere urbem, condere, vel ſtatum ejus ordinare. AE. 3: 387
Comportare praedas. AE. 9: 613
Compoſita pro ſimplicibus. AE. 3: 260
Compoſiti crines. O. 4: 417
Comprehendere. G. 1: 428
Compreſus manu, non compreſſus. AE. 2: 793
Concedere in iras. AE. 7: 307
Conceſſerat coelo dies. AE. 10: 215
Concidere montes. O. 2: 260
Concilium pro amicitia. AE. 2: 88
Concipere mente. AE. 4: 502
Concipere foedus. AE. 12: 13
Concitare curarum aeſtus. AE. 4: 564
Concitare telum. AE. 11: 784
Concretus ſanguis, & concreti ſanguine crines. AE. 2: 277
Concreta, frigore durata. G. 2: 318
Concurrere & conſurgere. O. 1: 318
Concuſſus caſu iniquo. AE. 6: 475
Condere ſe in arces, & in arcibus, & ſim. AE. 2: 24
Condi in tenebras atras. AE. 11: 187
Condi portu. AE 7: 304
Conducere locum ſulco. AE. 1: 425
Conexus & connexus. E. 1: 15
Conferre manum, & conferre gradum. AE. 9: 690
Confieri. AE 4: 116
Confundere foedus. AE. 12: 290
Congerere, de avibus, pro nidum ſtruere. E. 3: 69
Congeſta ſaxis oppida. G. 2: 156
Conjuratus Iſter. O. 2: 497
Conſcendere aequor. AE. 1: 381
Conſcius connubiis, dativo caſu. AE. 4: 168. 8: 393
Conſcia formae puella. AE. 8: 393
Conſcia fama. AE. 10: 679
Conſenſus & conſeſſus. AE. 5: 340
Conſerere agros alteri. E. 1: 73
Conſevimus & conſuevimus. ibid.
Conſidere. E. 5: 3. 7: 1. G. 4: 436
Conſidere & conſiſtere mutata. AE. 5: 289. 8: 10
Conſidere lentis armis. AE. 12: 237

Con-

Conſidere navis in portu aut vado dicitur. AE. 3: 565
Conſidere terra & conſiſtere. AE. 1: 572, 629
Conſilio, ſeu caſu. AE. 2: 656
Conſiſtit mens, quieſcens a curis. AE. 1: 6..
Conſita & concita freta. AE. 3: 127
Conſpectus pro ſpectabili. AE. 3: 590
Conſternere. conſtratus currus, pro tecto & ſim. G. 3: 204
Conſurgere & concurrere. AE 10: 90
Contendere telum, haſtas & ſim. AE. 5: 513, 520. 10: 521
Continere, domi tenere. G. 1: 259
Conubia. AE. 4: 167. 7: 555
Convectare & comportare. AE. 9: 613
Convenire, in unum venire. E. 5: 1
Converſa & commiſſa numina. AE. 5: 466
Convexa. AE. 4: 451
Coras, Corax. AE. 7: 676
Cornus. AE. 9: 698
Cornum pro Cornu. G. 3: 57
Cornupetere, & cornupeta. E. 3: 87
Corpore, & robore, mutata AE. 4: 441
Corylus, an Corilos. E. 1: 14
Corynaeus. AE. 9: 571. 12: 298
Corythus. AE. 3: 170. 9: 110
Coroebus. AE. 2: 341
Corpus pro cadavere. AE. 7: 535
Corpore ingens. AE. 11: 641
Corpus populi, regni, imperii &c. AE. 12: 835
Corpus operis. AE. 7: init. S.
Corpus Turni, pro Turno ipſo. AE. 7: 650
Corripere lacus. G. 3: 481
Corripere ſeſe, pro proripere. AE. 6: 472
Corripere manibus. G. 4: 405
Corripere viam. AE. 1: 418. n. 98. S.
Cortex femin. gen. E. 6: 62
Cortina Phoebi. AE. 6: 347
Cortina pro aulaeo ac velo, inferioris aevi eſt. ibid.
Coruſca Jovis fulminantis manus. G. 1: 328
Corythus civitas unde dicta. AE. 3: 170
Corythus Paridis filius. ibid.
Cothurnis pedes muniebant in venatu. AE. 1: 337
Cratera, fem. gen. AE. 5: 536
Creatrix Venus, quia mater Aeneae. AE. 6: 366
Credere coelo, ſubire ſe. G. 4: 191
Credo equidem, ironice. AE. 6: 849. 7. 297
Crepitat grando in tectis. G. 1: 449
Crepitat aqua vel trepidat. AE. 11: 299
Creſius, Creſſius AE. 4: 70
Creſſa vel Threſſa Pholoe. AE. 5: 285
Creſcens & naſcens. E. 7: 25
Cretae conſidere. AE. 3: 162
Cretan, Cretam. AE. 3: 129
Creticus pes in verſu, *ſtellis, & luciſugis* &c. G. 4: 243. AE. 3: 211
Crinifum flumen. AE. 5: 38
Criſtae geminae in galea. AE. 6: 780
Crudi dentes. G. 3: 514
Crudum gelu. AE. 9: 604
Cucuma. AE. 3: 466. n. 8. S.
Cui, pro cuicumque. G. 2: 256
Culmen, de tugurio ruſtico. AE. 8: 456
Per Culmina aedium flamma volvitur. AE. 4: 671
Culmina de arboribus. ibid.
Culmen & Columen, idem. AE. 8: 664. n. 22. S.
Culpae, libidines, crimina. G. 2: 455
Culta pinus. E. 7: 65
Cultum pro culto agro. G. 1: 102
Cum corde ſuo volutare. AE. 6: 185
Cumae an Cymae ſcribendum. AE. 6: 2
Cumulata morte, & cumulare quem morte. AE. 4: 436
Cumulata venia, aliis addita. ibid.
Cuncta, tam de hominibus, quam rebus. AE. 2: 77
Cunctus pro toto. AE. 1: 233
Cunctari. E. 10: 75
Cupencus. AE. 12: 539
Cupreſſi ferales. AE. 6: 216
Cupreſſo vel cupreſſu. AE. 3: 64
Curio Caeſari vendidit Romam. AE. 6: 621
Currere aequora. AE. 5: 862
Currus & currum. AE. 9. 12
Curſus pro volatu. AE. 6: 195
Cuſtode tueri regnum. AE. 1: 564
Cybele & Cybelus mons Phrygiae. AE. 3: 111. 11: 768
Cybele & Cybebe Mater Deorum. AE. 3: 111. 10: 220
Cyclops primam corripit. AE. 6: 630
Cyclopius & Cyclopeus, & ſim. AE. 1: 201
Cydonius an Cydoneus. E. 10: 59
Cyllenae pro Cyllenes. AE. 8: 139

D.

DA, pro effice, conſidere Teucros vel Teucris. AE. 6: 66
Daae, Dahae. AE. 8: 728
Damnari voti & voto. E. 5: 80
Damnat labor. AE. 12: 727
Daphnidos, Daphnidis. E. 3: 12
Daphnim, Daphnin. E. 5: 20
Dardanus Heſperia, pro ex Heſperia. AE. 3: 503
Dardanidae, Trojani. AE. 5: 45
Dare animam, pro edere. G. 4: 204
Dare vela non *tela*, promere ex armamentariis. AE. 4: 594
Data fata. AE. 1: 382
Data urbs, fatis promiſſa. AE. 3: 255
Data moenia. AE. 5: 798
Data praeda, & datus praeda. AE. 9: 485
Dativus duplex. AE. 4: 290. n. 1. S.
Dativus in *i*, correpta ultima, *Calydoni*, *Colchidi* &c. AE. 7: 307
Daunius. AE. 10: 391
De vel e vobis unus. AE. 3: 602
Debita bello, deſtinata. AE. 8: 375
Decedere, diſcedere. AE. 12: 184
Decepta mors, decepta culpa & ſim. AE. 4: 17
Decernere, & decertare. G. 3: 20
Decerpere & diſcerpere diverſa. AE. 6: 141
Decipi dicuntur, quibus ſubita praeter ſpem eveniunt. ibid.
Declamationis argumentum de raptore & rap. AE. 4: 198. n. 2. S.
Declinare lumina. AE 4: 185
Decolor & Diſcolor. AE. 8: 326
Decores oculi. AE. 11: 480
Decurrere pelago. AE. 2: 790
Decus paterni, & paternis. AE. 10: 507
Deducere choros. AE. 5: 580
Deducere rivos. G. 1: 269
Deductae litore terrae AE. 3: 409
Deductum carmen. E. 6: 5
Deerunt diſſyllabon. G. 2: 200
Defecit duces. AE. 11: 870
Deficere, *ἐκλείπειν*, de moribundis. AE. 9: 401. n. 4. S.
Deici, deficere. AE. 11: 424
Defigere haſtas tellure vel telluri. AE. 12: 130
Deſtringere plantas. G. 2: 300
Defundere & diffundere. G. 4: 416
Deicere pro dicere. AE. 9: 268
Dejectus Latio. AE. 11: 431
Dejecit & devexit. G. 2: 207
Delabi vel dilabi per hoſtes AE. 2: 367
Delabi per auras. AE. 11: 595
Delectus, dilectus. G. 4: 72
Deliciae, & Delicati. E. 2: 1
Delus in tellus mutata. AE. 3: 73
Delum, Delon. AE. 4: 144
Demeret adſpectus urbis aliquem, & detinet. AE. 4: 348
Demiſſa ex humeris veſtis, dependens, non dimiſſa. AE. 4: 263
Demittere naves in terram, non dimittere. AE. 5: 29
Demittere & dimittere. AE. 1: 297. 3: 520. 5: 692
Demittere per funem. AE. 2: 262
Demittere & dimittere lacrimas. AE. 6: 455
Demittere morti, non dimittere. AE. 2: 85
Demoleos. AE. 5: 265
Demovere & dimovere. AE. 5: 839
Denſeri, denſari. G. 1: 248. AE. 7: 794. 10: 432. 11: 650. 12: 264
Dentalia. G. 1: 172
Depellere agnos, a matre abducere, lacte prohibere. E. 1: 21
Deponere, & componere, curas animo. G. 4: 531
Deponere dona, defigere. AE. 6: 632
Deprenſus mari. AE. 5: 52
Derepti Cothurni. G. 2: 8
Deriguit. AE. 3: 260, 308. 7: 447
Deripere ſpolia hoſti. AE. 11: 193
Deripere enſe manum. AE. 10: 415
Deripere vagina enſem. AE. 10: 475
Deripere naves navalibus. AE 4: 593
Deripere litore funem. AE. 3: 267
Deripere tergora coſtis. AE. 1: 211
Deſcendens Sol, vel decedens, & diſcedens. E. 2: 67. G. 2: 497
Deſertae & diverſae terrae. AE. 3: 4
Deſertum templum, deſertus ſtipes. AE. 2: 713
Deſidere, de navi merſa. AE. 3: 565
Deſidere & deſcendere mutata. ibid.
Deſiluit & diſſiluit. AE. 10: 453
Deſiſtere pugnarum. AE. 10: 441
Deſpectare. AE. 1: 396
Deſtillare, an diſtillare. G. 3: 281

Deſti-

Deſtinari morti, de damnatis. AE. 2: 129
Deſtringere plantas. G. 2: 300
Deſtrictus rotis. AE. 6: 617
Detinet aliquem urbs. AE. 4: 348
Detonare. AE. 10: 809
Detorquere curſum. AE. 4: 196
Detractare, adtractare in Mſſ. AE. 2: 719
Deturpare pulvere canitiem. AE. 10: 844
Deverti ſcrib. non diverti. G 3: 293
Devinctus & devictus amore. AE. 8: 394
Deûm poenae, a Diis illatae. AE. 6: 565
Deus & Fortuna oppoſita. AE. 6: 533
Deus ſing. num. AE. 6: 46
Deus pro Dea AE. 2: 632
Deûmque & Deorumque ex comp. dmqoe. AE. 2: 745
Dextra hoſpitii pignus. AE. 4: 314
per Dextram, tuamqoe, id eſt meam, tuamque. ibid.
Dextram porrigere natantibus. AE. 6: 370
Dii de auſpiciis Imperatorum. AE. 2: 182
Dis aliter viſum, communis formula in caſibus diris, quos Deorum deſtinato conſilio ac decreto adſcribebant. AE. 2: 428
Diaereſis *aquai*. AE. 7: 464
Dicere, praedicere. E. 1: 17. AE. 7: 370
Dicere & diſcere. AE. 9: 79
Dicere, conſtituere. AE. 5: 486
Dicere munera, promittere. AE. 11: 352
Dicere & ducere ſortem, quid differant. AE. 9: 268
Dicere & ducere carmina. AE. 6: 642
Dic mihi, objurgantis & exprobrantis. E. 3: 1
Dicio, ditio. AE. 1: 270
Dictaeus & Dicaeus. E. 6: 56
Dictamum & Dictamnum. AE. 12: 412
Dicto horrendum, & dictu. AE. 4: 454
Dicto parere. AE. 3: 189 12: 568
Dilditur rumor, ſpargitur. AE. 7: 144
Die. pro uno die, quotidie. E. 2: 42 3: 34
Die & dii, pro diei. G. 1: 208. AE. 1: 636
Dies pro die vel nocte. AE. 1: 732
Diei melior pars. AE. 9: 156
Difficiles terrae, votis coloni parce reſpondentes. G. 2: 179.
Diffindere. AE. 2: 234
Diffundere comam ventis. AE. 1: 319
Dignare & dignari. AE. 11: 169
Dilabi. AE 3: 238
Dilectus, delectus. AE. 9: 85
Dimenſus, demenſus. G. 2: 281
Dimittere jugulis cruorem. G. 4: 542
Dimittere equos in militia Rom. AE. 10: 366
Dimittere neci, orco. AE. 2: 85
Dimovere terram aratro. G. 2: 513
Diomedem, Diomedi, Diomedae. AE. 11: 243
Dirae ultrices, non Divae, Dirae ultimae. AE. 4: 473
Dirae tineae G. 4: 246
Diri certamina Martis. AE. 12: 73
Dirum & durum. AE. 12: 924
Dirigere, derigere G. 2: 281
Dirimere bellum ſanguine. AE. 12: 78
Diruta Pergama. non eruta AE. 11: 279
Diſcedere coelum, non diſcindere AE. 9: 20
Diſcedere bello, ab armis. AE. 2: 109
Diſcere arenas. G. 2: 106
Diſcere & poſcere. AE. 1: 414
Diſcindere muros. AE. 2: 234
Disjicere an Diſſicere ſit ſcribendum. AE. 1: 70
Disjicere & dejicere. G. 1: 283. AE. 12: 655
Disjicere naves, non dejicere, pro diſſipare. AE. 1: 43
Diſceſſum mugiunt boves. AE. 8: 215
Disjungi Italia, & ab Italia. AE. 1: 252
Diſpicere. G. 2: 186. AE. 6: 733
Diſſice male ſcribitur. AE. 1: 70
Diſſidet terra, remota eſt. AE. 7: 370
Diſtendere vel Diſtentare ubera. E. 9: 31
Diſtinere, detinere. AE. 11: 381
Ditiſſimus agri. AE. 1: 343
Divae ultrices, & dirae. AE. 4: 473
Diverberare umbras. AE. 9: 411
Diverſa & deſerta, mutantur. AE. 3: 4
Dives agri. AE. 10: 201
Divus, Julius Caeſar, & Divi filius Auguſtus. AE. 6: 793
Divini fontes. AE. 3: 442
Dolor inſanus. AE. 2: 765
Dolor mulierum ob maritorum amores. AE. 1: 25. & de uxore rapta vel vitiata. AE. 9: 139
Dolores & labores mutantur. ibid. AE. 2: 776
Dolori laxata vocis via. AE. 11: 151
Dominus regni. AE. 4: 213
Domini navium, ductores, gubernatores. AE. 5: 133
Domus, avium nidi, & penetralia pro cubilibus beſtiarum. G. 1: 379
Domus Aeneae ubi fuerit in urbe Troja. AE. 2: 321
Domos, domus. AE. 3: 123, 540
Dona ferre, ſacrificia. G. 3: 22
Dona & vota. AE. 8: 61
Dorſum nemoris, dorſa in mari, loca altiora. G. 3: 436
Doto. AE. 9: 102
Dubia arma, bella &c. G. 2: 283
Ducere annum, regere, moderari. G. 1: 6
Ducere, fune trahere E. 1: 13
Ducere animo, computare. AE. 6. 690
Ducere carmina. E. 6: 5. AE. 6. 642
Ducere moenia, conſtruere. AE. 5: 633
Ducere pompam. G. 3: 22
Ducere ſomnos & ſim. AE. 4: 560
Ducit ſemita. AE. 9: 383
Ducit via. E. 9: 1
Ducta Cyclopum caminis moenia. AE. 6: 630
Doctare. G. 3: 169
Dulce, *ſi quid dulce*, honeſte in amoribus de concubitu. AE. 4: 318
Dumeta, & dumoſa rupes. E. 1: 77
Duo pro duos. E. 5: 68. AE. 11: 285
Duplicat haſta virum dolore. AE. 11: 645
Dura imperia, de illis qui non facile flectuntur. G. 2: 369
Dura quies. AE. 10: 745
Duri ſaciaria diiis. AE. 12: 199
Durum eſt, res dura. AE. 1: 563
Durus. dura ego. AE. 12: 873
Durus pro ſtupido. AE. 3: 94
Durae quercus, an edurae. E. 4: 30
Durus ſapor pro aſpero. G. 2: 125

E.

EBullire, Ebullare. AE. 6: 187. n. 86. S.
Eburneus enſis, & eburnus. AE. 11: 11
Ebuſus, Ebyſus. AE. 12: 299
E claſſibus vel de claſſibus unus. AE. 3: 602
E tecto efferre. G. 1: 479
Ectata. AE. 4: 76
Eclogarum Virgilii duplex genus. G. 4: 565
Econtra, barbarum. AE. 1: 76. 2: 445
Ecqua cura. AE. 3: 341
Edit pro edat, ab antiquo *edim*. AE. 12: 801
Edomare. G. 4: 102
Edonus Bacchus. AE. 12: 365
Educere coelo. AE. 6: 177
Edurae coruli, valde durae. G. 2: 65
Edurae quercus. E. 4: 30
Edurus labor. AE. 8: 291
Efferre os ex aqua. G. 3: 432
Efferre, adferre & auferre mutata. E. 8: 64
Efferre enſem. AE. 2: 552
Effetus, ſimpliciter & abſolute, ſine ablativo. AE. 8: 205
Effluit in mare amnis. G. 4: 373
Effoeta veri. AE. 7: 440
Effundere odium. AE. 9: 351
Effundere & extendere aliquem ſolo. AE. 12: 276
Effuſus & effoſſus. G. 2: 352
Egerere & erigere confunduntur. AE. 3: 423, 576
Egredi urbe, & urbem. AE. 2: 713
Egregius formae, animi. AE. 10: 435
Eheu perperam pro heu heu. E. 2: 58. AE. 2: 248
Eia age, en age. G. 3: 42
Ejectus litore. AE. 4: 373
Ejecta claſſis. AE. 4: 375
Ejectare ſanguinem AE. 5: 469
Ejecta herba ſolo. AE. 10: 586
Elapſus pro lapſus, veniens. G. 1: 244
Electrum primam producit. AE. 8: 402
Eligere gramina, evellere G. 2: 407
Eliſſa. AE. 4: 335
Ellipſis elegans *craſtina lux*, ſc. veniet &c. AE. 10: 244
Ellipſis τῷ *cauſſa*, ut Gr. ἕνεκα. AE. 11: 126
Ellipſis vocis ſemel poſitae, ſed bis intelligendae. AE. 3: 250
Ellipſis *ejus*. AE. 4: 598
Ellipſis τῶν *veluti*, *tamquam*, *quaſi*; imprudens, quaſi inprudens, & ſim. G. 1: 373
Emeritum coelum. AE. 3: 708
Emirari. AE. 5: 555
Emiſſus & Immiſſus mutantur. AE. 11: 125
Emotae curae. AE. 6: 382
Emotus cardo & emovere. AE. 2: 493
Enallage generis. *hacc tuendum*. G. 3: 305. *pacem petendum*. AE. 11: 230
Ἓν διὰ δυοῖν figura. AE. 3: 618. 7: 203. 8: 98

Enim.

Digitized by Google

Enim. AE. 10: 874
Enixa, de partu. AE. 3: 327
En quid ago. AE. 4: 534. 10: 675
En umquam. E. 1: 68
Ennii Tragoedia *Andromache Moloſſus*. AE. 3: 327
Enſes & hoſtes mutantur. AE. 9: 400
Eous, Eoous. AE. 3: 533
Epeos. AE. 2: 264
Ephyreius, ut Semeleius, Rhodopeïus & ſim. G. 2: 464
Epitheta duo. AE. 3: 70
Epitheta adſtricta ſubſtantivo. G. 3: 459
Epitheta longius repetita. Hectorei pro Trojanis &c. AE. 1: 272
Epitheta geminata. E. 3: 38
Epithetorum uſus ſingularis. G. 3: 199
Epytides. AE. 5: 547
Epytus. AE. 2: 339
Equa. AE. 5: 310
Equi venus tribuuntur. AE. 2: 418
Equidem, de omnibus perſonis adhibetur. AE. 1: 77
Equidem. AE. 11: 302
Equis ſaepe eadem quae equo, & contra, tribuuntur. G. 3: 116
Eques tenent loca. AE. 10: 238
Eraniſtarum ſodalitates ad convivia. E. 5: 30
Erecti curtus & attecti. AE. 9: 317
Erigere & egerere. AE. 3: 423, 576
Erinnys Helena dicta. AE. 2: 573
Errare in montibus & ſilvis. AE. 1: 578
Error, pro furore, & ardor mutata. G. 3: 513
Ervum, bubus ſaginandis datum. E. 3: 100
Ervum pingue. E. 4: 100
Erumpere gurgite. AE. 2: 497
Erumpere, ſe rumpere. G. 4: 78, 368
Erumpere active, cum caſu quarto. AE. 1: 580
Eryectes AE. 10: 749
Erylus. AE. 8: 563
Eſcendere. AE. 9: 37
Eſeit pro erit antiquum. AE. 8: 65
Eſſe & ire mutata. AE. 9: 228
Eſt in Mſſ. antiquiſſimis ſcribitur per 'ſt. *monere 'ſt*. AE. 4: 557
Eſt, tranſpoſitum, *imperium pelagi eſt*, vel *imperium eſt pelagi*. AE. 5: 235
Eſt, a librariis abſorptum poſt nomine in E, *materies* pro *materia eſt*, & ſim. AE. 1: 602
Eſt omiſſum, *incertum*, *dubium*. AE. 2: 739. 3: 2. 4: 370, 373. 5: 714. 8: 251. 9: 135. 10: 106
Et ecce. AE. 5: 167
Et & it variata. AE. 5: 559
Et velocitatem oſtendit; *Vix ea fatus erat*, *et* &c. pro protinus AE. 3: 8
Et pro ut. AE. 2: 771. 10: 898.
Et ter quaterve repetitum. G. 4: 5
Et ſubintelligitur quandoque. AE. 6: 115
Et qua, eequa AE. 3: 341
Et quiſquam adorat, vel adoret. AE. 1: 48
Etiamnum. E. 2: 41. G. 4: 134
Etruri, Etruſci. AE. 11: 702
Evadere, pro adſcendendo ſuperare. AE. 2: 458
Evadere pugnae. AE. 11: 702
Evadere undas & undis. AE. 9: 99
Evandrus AE. 8. 100, 185
Evanthes. AE. 10: 702
Everberare. G. 1: 141
Everſor Aſiae Achilles. AE. 12: 545
Evincere. G. 3: 289
Evoe, ut Arctoe, Spartoe &c. AE. 7: 389
Euro velocior. AE. 1: 317
Euteus & Eous fluctus. AE. 3: 533
Euros & Hebrus ſaepe mutantur. AE. 1: 317. & Eous AE. 3: 533
Eurytion pro Eurytides AE. 10: 499
Ex auro pharetra, pro aurata AE. 4: 138
Ex ſanguine poenas ſumere. AE. 11: 720
Ex levi, ut e facili. G. 4: 45
Examen Grajorum. AE. 2: 717
Exanimis, exanimus. AE. 4: 8. 6: 161. 9: 444. 10: 841
Excedere patriam & patriae. AE. 1: 357
Excelſo, & ex celſo. AE. 5. 35
Exceptare. AE. 8: 124
Excidere gentem, non exſcindere. AE. 4: 425
Excipere, inſidiis circumvenire. AE. 3: 312
Excipere manu. AE. 8: 124
Excipere gentem, ſuccedere. AE. 1: 276
Excire. E. 8: 98
Excita tellus pulſu. AE. 7: 722
Excitio, ex ſcriptura exitiom. G. 3: 511
Excitus & exercitus monſtris. AE. 7: 376
Excludit ſpatiis iniquis. G. 4: 148
Excoquere terram, de Sole. G. 2: 260
Excreti hoedi, ab excernere. G. 3: 398
Excudere ſilici ſcintillam. AE. 1: 174
Excuti navi, equo, &c. AE. 1: 114
Excuſſus & expulſus. AE. 9: 476
Exercere arma. AE. 4: 87
Exercere poenas, ſupplicia &c. AE. 6: 542
Exercita curſu flumina, fatigata. G. 3: 529
Exiguo vel parvo adſuetus vivere. G. 2: 472
Exire pro exſerere cum quarto caſu. AE. 7: 416. 8: 65
Exire pro vitare, vel evadere. AE. 5: 438
Exitia. AE. 7: 129
Expediri. AE. 2: 633
Exponere ſe. AE. 7: 300
Exſaturare. AE 5: 608
Exſaturabile pectus. AE. 5: 781
Exſcindere veſtem humeris. AE. 5: 685
Exſilio pubes collecta, & exſilio. AE. 2: 798
Exſilia. AE. 2: 780 7: 129
Exſomnis. AE. 6: 556
Exſors honorem ducere. AE. 5: 534
Exſpargere, conſpargere, adſpargere ſcribend. AE. 3. 534
Exſpectare, pro ſperare aliquid certo eventurum. G. 2: 236. AE. 9: 129
Exſpectata pietas. AE. 6: 687
Exſpectare pontum & ſpectare. AE. 5: 615
ante Exſpectatus hoſtia. G. 3: 347
Exſperſa ſanie limina. AE. 3: 625
Exſpergere. ibid.
Exſtructus & exſtratus. AE. 9: 326
Exſtinxti pro exſtinxiſti. AE. 4: 682
Exſultant vada. AE. 3: 557
Exſugit Sol humores terrae. G. 3: 432
Exſuere & exuere membra. AE. 7: 416
Exſuere lacertos. AE. 5: 422
Exſurgere in auras. G. 3: 108
Exſurgens alte. AE. 12: 697
Excindere famam, nomen &c. AE. 6: 807. 10: 468
Extendere, omiſſo *ſe*. G. 2: 287
Exterritus, furiatus, e latebris exturbatus. G. 3: 434
Extremus orbis. G. 2: 114, 123
Extremus amnis. G. 4: 319
Extremus ignis. AE. 9: 352
Extremus & Externus mutantur. AE. 3: 43
Extremis adfari. AE. 9: 484
Extulit pro effertur, extollitur. G. 3: 433
Extundere artes. G. 2: 133
Exuit & exſuluit. AE. 5: 423
Exuſta palus. G. 3: 432
Exutere & exſugere. ibid.

F.

F pro *H* lingua Sabina. AE. 10: 352
Fabaris fluvius. AE. 9: 762. & ab eo nomen proprium viri. AE. 12: 363
Facere vitula, pro ſacrificare. E. 3: 77
Faces & ſaxa ſaepe conjunguntur. AE. 1: 150
Faceſſere juſſa, & capeſcere. AE. 4: 295
Facies hydrae. AE. 6: 575
Facies Caci pro Caco. AE. 8: 194
Facies & vultus, diverſa. AE. 1: 683
Faciles terrae, fertiles. G. 2: 179
Facilis tornus. E. 3: 38
Facilis victu urbs, commeatu affluens. AE. 1: 441
Facilis & fragilis commutata. E. 3: 38
Faciles Nymphae. E. 3: 9
Faciunda arma. AE. 8: 441
Factum aurum. AE. 5: 817
Facta vel fata impia. AE. 4: 596
Faliſci. AE. 7: 695. G. 16. S.
Fallens ſagitta. AE. 9: 572. 10: 754
Fallit timor. AE. 9: 385
Fama inanis. AE. 4: 218
Fama & flamma. ibid.
Fama, & nomen. G. 3: 47
Fandi docta, fandi potens. AE. 10: 225
Fannius, titulus Dialogi Ciceronis. AE. 6: 877. n. 38. S.
nec Fas, non. AE. 9: 208
Fas pro fato. AE. 2: 779. 6: 438
Fas me, vel mihi, quaerere, & ſim. AE. 4: 550
Faſtigia in foſſis. G. 2: 288
Faſtigia urbis ſuſpicere, de templis. AE. 1: 438
Faſtus Achillis. AE. 3: 325
Fata, effata AE. 4: 456
Fata cavere AE 10: 417
Fata parant. AE 2: 121
Fata urbium, Heroum &c. AE. 9: 136. 11: 287
Fati liber. AE. 10: 154
Fati fides. AE. 3: 423
Fatifer arcus & letifer. AE. 9: 631
Fatigare ſocios, increpare, ſtimulare. AE. 4: 572
Felix funus. AE. 7: 599
Felix heu nimium! AE 4: 657
Femen, feminis. AE. 10: 788

Fetax

Ferax oleo. G. 2: 222
Ferens & furens mutantur. AE. 11: 762
Ferentes incendia venti. G. 2: 311.
Ferentes venti. AE. 3: 473. 4: 430
Feri montes, ferae ſilvae. E. 5: 28
Ferre jugulo tela, ferrum &c. AE. 5: 582
Ferre ora & gerere. AE. 3: 490
Ferre pro adferre. AE. 1: 463
Ferre ſacra. G. 2: 476. AE. 9: 86
Ferre ſe obvium. AE. 1: 314
Ferre ſe, ſuis viribus ingredi AE. 2: 491
Ferre pedem. G. 1: 11
Ferrea progenies hominum, dura. G. 2: 341
Ferri undis. AE. 3: 268
Fert fortuna, fert aetas. AE. 11: 345
Fert ſe navis. A. 5: 285
Fertque refertque. AE. 4: 438
Fervida vada. AE. 7: 198
Ferunt ſic fata, ſi fata tuliſſent &c. AE. 2: 433
Ferus de cervo. AE. 7: 489
Feſſae naves. G. 1. 303
Feſſus bello. AE. 2: 109
Feſta oliva. AE 7: 751. n. 32. S.
Feſtinare fugam. AE. 4: 575
Fibrae herbarum. G. 4: 120
Fidena: Urbs, prima brevi. AE. 6: 773
Fidens animi. AE. 2: 61
Fidere terrae & terra. AE. 7: 290
Fidere fugae & fuga. AE. 5: 800. n 21. S.
Fides & vides confuſa. AE. 3: 316
Fidea pelago. AE. 3: 69
Fides pro indicio, argumento. AE. 2: 309
Fiducia pro confidentia. AE. 1: 132
Fidus enſis. AE. 7: 640
Figere telo. E. 2: 29
Felix herba G. 2: 189
Fingere equos auro, ornare. AE. 5: 817
Fingere ſibi ſomnia. E. 8: 108
Fines regni, non tantum de termino, ſed de tota regione. AE. 1: 339
Finis feminino genere. AE. 2: 554. 3: 145. 10: 116
Firmare omina. AE. 8: 78
Firmare pacem foedere. AE. 11: 356
Firmiſſimus & fortiſſimus. G. 2: 97
Fiſſum lignum. AE. 9: 412
Fixum caput pilo, vel adfixum, aut praefixum. AE. 2: 506. G. 47. S.
Fixum immotumque. AE. 4: 15.
Fixus in haſtam. AE. 12: 398
Flamma pro taeda, face. AE. 6: 519
Flammam ſtella ducit. AE. 5: 526
Flammatus amore & inflammatus. AE. 3: 330
Flammato corde. AE. 1: 50
Flavina, vel Flavinia. AE 7: 696
Fletus ex gaudio. AE. 6: 699
Flexipedes hederae. E. 4: 19
Flictus galeae, & fligere AE. 9: 667
Flores regum nomina inſcripti. E. 3: 105
Flori & florei crines. AE. 12. 605
Fluctuare aeſtu curarum. AE. 4: 564
Fluere & ruere mutata. AE. 2: 169. 11: 236. 828
Fluit populus, non ruit. AE. 11: 236
Fluit ſudor, non ruit, & flumen ſudoris. AE. 5: 200
Fluit tempus. G. 3: 67
Flumina feminis, lactis &c. de ingentu copia. G. 3: 310
per Flumina, per ripas. G. 4: 277. 457
Fluvidus pro fluidus. AE. 3: 663
Fluvii, montes, & ſim. pro populis ponuntur. G. 3: 30
Fluvii cruoris. AE. 7: 469. n. 93: S.
Foecundum pectus. AE. 7: 338
Foedere aliquem jungere. AE. 4: 112. 8: 56
Foedus pro nuptiis. G. 4: 520
Foedus & munus mutata. ibid.
Foeta, de gravida, & jam enixa. AE. 8: 630
Foetae oves, enixae. E. 1: 50
Foetus teneri. E. 7: 6
Forceps, forfex. AE. 8: 453
Formam pulcherrima. AE. 1: 72
Formicarum comparatio, de induſtria & vigilantia. AE. 4: 402
Formidinis ora. AE. 12: 335
Fors verſat. E. 9: 5
Fors & ſurs. AE. 10: 458
Fors &, fors ſit. AE. 11: 50
Forſitan ſubjunctivo gaudet. AE. 2: 506
Forte precatur. AE. 9: 403
Fortes ad aratra, fortis ad arma. G. 3: 50
Fortis pectore & armis. AE. 4: 11
Forus aleatorius. AE. 4: 605. G. 51. S.
Fovere humum. G. 3: 420
Fovere & juvare mutata. AE. 1: 281
Fovere larem. G. 4: 43
Fovere, tueri, ut animalia pullos. AE. 1: 18
Fourage Gallorum, unde. G. 3: 205
Fractum & ſparſum cerebrum. AE. 5. 413
Fragmen reſplendent. AE. 12: 741
Fragrantia & flagrantia mella. G. 4: 169
Frangere ſigna viarum. AE. 591
Frangere glandes. G. 2: 72
Fratrum diſcordia. G. 2: 496
Fraudem ferre. AE. 11: 708
Frementes & furentes equi. G. 1: 13. AE. 12: 332
Frequens ventus. G. 2: 318
Freſa vel freſſa faba AE. 8: 230. n. 44. S.
Frondator, putator arborum. E. 1: 57
Fructus, agreſtium gazae. AE. 5. 40. n. 64. S.
Fructus & cultus. G 2: 36
Frons, frondis. G. 2: 372
Fruſtra fortiſſima. AE. 2: 348
Fuerit quodcumque. AE. 2: 77
Fuga nudare terga. AE 5: 586
Fuga & fugere de exulibus. E. 1: 4
Fugae dare terga. G. 4: 85
Fuiſſent & tuliſſent mutata. AE. 2: 433
Fuit fortuna. AE. 7: 413
Fulgens & ſurgens aurora. AE. 4: 129
Fulgentes vel ardentes ſtellae. AE. 11: 202
Fulmina & fulgura. AE. 9: 733
Fulminum tria genera. AE. 2: 230
Fulmineus enſis. AE. 4: 579
Fumo ſimilis umbra fugit. AE. 2: 785
Fundare urbem, pro condere, non recte dicitur. AE. 4: 260. AE. 6: 811
Fundere de gravidis. AE. 2: 238
Fundere viros. AE. 2: 329
Funera pro cadaveribus. AE. 2: 539
Funerae mulieres. AE. 9: 486
Funere producere. AE. 9: 487
Fur Cacus. AE. 8: 205
Furere & ruere. AE. 2: 772
Furit aqua. AE. 7: 464
Furtim pro furto ſaepe ſuppoſitum. AE. 4: 337
Furvae & fuſcae alae. AE. 7. 407
Fuſus, de temulento. AE. 2: 252

G.

GAeſa, geſſa. AE. 8: 662
Gaeſa bina portabant Galli. ibid.
Galaeſus, nomen Viri. AE. 7: 535
Galaeſus niger, fluvius. G. 4: 126
Galli milites an fuerint in Caeſaris vel Pompeji exercitu. G. 1: 497
Galliae & Germaniae fines a veteribus confuſi. E. 1: 63
Ganymedis rapti honores. AE. 1: 28.
Gargara, pro omnibus montium ſummitatibus. G. 3: 269
Gela fluvius. AE. 3: 702
Gelidi & frigidi ſerpentes, venenati. AE. 7: 450
Gelidi & gemini mutata. ibid.
Gemini ſcopuli pro duobus. AE. 1: 162
Geminata echo. G. 2: 509
Gemit currus, pondere inſidentis. G. 3: 183
Geneſtae. G. 2: 12
Genitivus contractos, tiguri, pro tugurii &c. E. 1: 69
Genitivus in os. Daphnidos, Phaſidos &c. E. 3: 12
Genitivus nominum propriorum in *i* pro *ae*, Achati, Pericli, Euripidi &c. AE. 1: 120
Genitores Dii dicuntur rerum, quibus praeſunt. AE. 1: 154
Gens, de animalibus. G. 4: 95. AE. 7: 282
Gens pro provincia, populus, pro urbibus provinciae. AE. 10: 202
Gentes pro terris, plus quam populi. AE. 6: 777
Genus & nomen, de nobilitate. AE. 5: 621
Genus Jovis, genus deorum. AE. 1. 380
Genus pro filio. AE. 6: 793
Gerere & regere mutata. AE. 1: 340
Gerere & ferre ora. AE. 3: 490
Geryones, Geryonae. AE 8. 202
Geſtamen, de ſceptro, clypeo, veſte, &c. AE. 7: 246
Getis bellum intulit Auguſtus. AE 7: 604
Gnatus, natos. AE. 2. 663. 3: 10
Gnoſco, gnovi, gnoram. AE. 8: 317
Gnoſia regna. AE. 3: 115
Gradiens, & ingrediens. AE. 1: 501
Gradum conferre AE. 9: 690
Graeca nomina propria Trojanis data ab Homero & Virg. AE. 5: 294
Graeci ex habitu cognoſci poterant. AE. 3: 595
Graeciſmi. AE. 2: 582
adfixus clavum. AE. 5: 852
arrectus comas. AE. 10: 726
averſus equos AE. 11: 871
certus iter. AE. 5: 2
compreſſus pedes. AE. 2: 661
converſi lumina. AE. 12: 172
cingitur praelia. AE 11: 486
deducitur animum. AE. 5: 720

effuſus lacrimas. AE. 2: 651
eſt, quibus. G. 3: 69
exercita curſum flumina. G. 3: 529
fluctuare animum. AE. 10: 680
formam pulcher Iulus. AE. 5: 570
formam pulcherrima. AE. 1: 72
formam vertitur oris. AE. 9: 646
mutata curſus flumina. E. 8: 4
nomen Achemenides, non nomine. AE. 3: 604
nutare cacumina. E. 6: 28
obnixus omnia. AE. 10: 359
pectora accenſae matres. AE. 7: 392
ſacra comam. AE. 7: 60
ſaxoſum ſonare. G. 4: 370
ſcitari miſimus, pro ſcitatum. AE. 2: 114
ſolutae crinem. AE. 3: 65
ſuccincta pharetram. AE. 1: 323
turbatus oculos. AE. 8: 223
veſci auras. AE. 3: 339
velatus corpora ſaetis. G. 3: 383
victus animi. G. 4: 491
vultum ſermone moveri. AE. 6: 470
Graminea haſtae. AE. 5: 287. n. 34. S.
Grammatici alter alterum deſcribentes ſaepe vitioſe citant verſus veterum. AE. 4: 629
Gratia terrae, ponti &c. G. 1: 83
Graves labores. AE. 10: 320
Graves pro aegris. Ecl. 1: 50
Gravidae pecudes vel lacte, vel foetu. G. 2: 150
Gravis alvo. AE. 6: 516
Gravis odor. G. 3: 415
Gravis de auctoritate & annis. AE. 5: 387
Greſſus navis pro curſu. AE. 5: 162
Gryneus Apollo, unde. AE. 4: 345
Gryphe Apollini ſacer. E. 5: 66. S.
Gyaros celſa. AE. 3: 76
Gylippus. AE. 12: 272

H.

H in F a Sabinis mutata. AE. 10: 352
H & N mutata. AE. 1: 670
Ha pro Ah in codd. mediae aetatis. E. 1: 15
Habendi amor, avaritia. G. 4: 177. AE. 8: 327
Habere pecus & ſim. G. 1: 3
Habere de veſtibus & armis, quae corpore gerimus. AE. 12: 88
Habere campo pro habitare. AE. 9: 274
ſi quid habes, quidquid habes. E. 3: 52
Habetor, habeatur. AE. 10: 108
Habitare ſilvas & ſilvis. E. 6: 2
Hac nocte, &, hanc noctem. E. 1: 80
Haeret exterritus. AE. 6: 561
Haleſus ſcribendum, non Aleſus. AE. 10: 352
Harpyiae, quadriſyllabum. AE. 3: 249
Haſtis poſitis. AE. 9: 586
Haud an haut ſcribend. AE. 5: 284
Haurire ſtrepitum. AE. 6: 561
Haurire ignem ex oculis alicujus. AE. 4: 661
Haurire portum, pro tenere. G. 4: 426
Haurire ſupplicia, clades, pro ferre, pati. AE. 4: 383
Haurit corda pavor. AE. 5: 137
Hauſum & hauſurum, aeque ac hauſtum & hauſturum, ab haurire. AE. 4: 383
Hebe. AE. 3: 466. n. 7: S.
Hebrus & Eurus ſaepe mutantur. AE. 1: 317
Hebro tardo fluvio etiam impetus adſcribitur. ibid.
Hector non circum muros Trojae, ſed a muris ad naves raptus. AE. 1: 483
Helorus. AE. 4: 698
Herba & terra. G. 1: 155
Herba & umbra. E. 3: 55
Herbeſus. AE. 9: 344
Herbis & arvis. G. 1: 339
Hercaeus Jupiter & Herculeus a librariis confuſus. AE. 2: 469. n. 1: S.
Heretum ſeu Eretum oppidum. AE. 7: 711
Heſionae pro Heſiones. AE. 8: 157
Heſternus lar, non externus. AE. 8: 543
Heu biſyllabum. E. 3: 100
Heu heu, geminatum, pro Eheu, quae vox primam corripit, ſemper ſcribend. in carmine, ſi ſpondaeus ſit. E. 2: 58. 3: 100
Hiatus in verſibus paſſim apud Virgil. E. 2: 53. 5: 85. 8: 83. G. 1: 4, 341. 438. 2: 144. 4: 516. AE. 2: 149, 656. 3: 329, 606. 11: 912. 12: 31
Hibera, Hiſpanica. AE. 9: 582
Hic pro talis. AE. 9: 481
Hiera urbs. AE. 9: 673
Hippomanes planta. G. 3: 280
Hirqui oculorum. E. 3: 8
Hiſter. G. 3: 349
Hoc ſumma eſt, vel, haec ſumma eſt. & ſim. AE. 4: 237
Hocc' erat. AE. 2: 664. 11: 15
Hoc tantum. AE. 2: 690
Hoc pro huc. AE. 8: 423
Hodie, hac nocte. AE. 2: 670
Homeri non meminit Virgilius. G. 3: 90. AE. 6: 667
Hominum rerumque poteſtas. AE. 10: 18
Homo pro ſervo. AE. 7: 485. n. 12: S.
Honor, titulus ſepulcri. AE. 7: 3
Honor de ſacrificio. AE. 1: 335. 4: 207
Honores, de ſacrificiis, & metu erga Tyrannos. AE. 6: 589
Honores pro victimis. AE. 3: 118
Horrendum dictu. AE. 3: 26
Horrere, de tremulo motu & concuſſione. G. 3: 199
Horrificus, & Horrifer mutantur. AE. 3: 225
Hoſpitium pro jure hoſpitalitatis, & hoſpitio jungi. AE. 3: 83
Hoſtim pro hoſtem. G. 3: 347
Hoſtire, non hoſtiare dicitur. AE. 2: 156. n. 17. S.
Humentia flumina. AE. 7: 762
Humi & humo fundere. AE. 1: 193
Humida vina, perpetuum epitheton. G. 3: 364
Humor, calor, neutro genere. G. 2: 295
Hunccine te aſpicio. AE. 9: 481
Hyacinthus mollis. G. 4: 137
Hyades pluviae. AE. 3: 516
Hyantes populi, & Hyantei agri. AE. 3: 88. n. 37. S.
Hyginus, ſcriptor de urbibus Italiae. AE. 7: 412. G. 52. S.
Hylaeus ab Hercule occiſus. AE. 8: 294
Hylam vel Hylan in accuſ. E. 6: 43
Hyllus. AE. 12: 535
Hymeon. AE. 10: 424
Hymettia litora, prima producta. AE. 7: 763
Hypallage. AE. 1: 69. 9: 455
Hyrcani in variis locis ſiti. AE. 4: 367

I.

I raro geminatur in MSſ. AE. 3: 674. 8: 205
I pro vade ſaepe corruptum. AE. 12: 156
I, ſterne. AE. 7: 426
Jacentes oculi. AE. 3: 150
Jacenti adſtare in ſomnis. ibid.
Jacere colores, de Iride. AE. 5: 89
Jacere muros, moenia &c. AE. 5: 632
Jactari in ſanguine. AE. 2: 667
Jam, amplius. AE. 2: 656
Jam, ter repetitum. AE. 4: 157
Jam & Nam ſaepe confunduntur. AE. 3: 631
Jam dudum, pro quamprimum. AE. 2: 103
Jamque adeo, initio verſus. AE. 2: 567
Janua leti. AE. 2: 661
Iapyx. AE. 12: 391
Iarbas, non Hiarbas. AE. 4: 196
Ibant, ſpondaicum initio verſus, ad gravitatem inceſſus. AE. 6: 268
Ibit Regina, cum pompa regia. AE. 2: 578
Icta ſecuribus ſonat fraxinus. AE. 11: 135
Ictus & Jactus ſolis. AE. 5: 88
Ictus metu, dolore &c. AE. 2: 513. vel actus. AE. 10: 63
Idalium. AE. 1: 681
Jejunandi mos in funeribus clarorum Virorum. E. 5: 24
Ignarus pro ignoto. E. 6: 40
Ignarus & ignotus confuſa. ibid.
Ignes aeterni Veſtae. AE. 2: 154
Ignes, de Sole & Luna. ibid.
Igni pro igne. AE. 2: 649
Ilignus, ex ilice. G. 3: 330
Ilionae pro Iliones, ut Helenae, Ledae. AE. 1: 653
Ilios vel Ilion feminino genere. AE. 5: 262
Ilium & Troja. AE. 3: 3
Illabi in hoſtes. AE. 2: 377
Illaudatus, pro illaudabilis. G. 3: 5
Ille Jupiter. AE. 7: 110
Illi pro illic. G. 2: 471. AE. 11: 422
Imitari & mirari. G. 2: 204
Immenſum per antrum, vel immenſus in antro jacere pro corpore totum antrum implere. AE. 3: 632
Immiſſa barba. AE. 3: 593
Immiſſae alae. AE. 11: 272
Immittere, emittere. AE. 12: 333
Immota praeſepia. G. 3: 416
Immota lumina, oculi. AE. 4: 331
Immotus & ignotus mutata. G. 3: 426. AE 11: 527
Immurmurare ſilvas, innare fluvios, & ſim. G. 4: 261
Impacata Charybdis. AE. 3: 420
Impellere. AE. 1: 81
Impendere laborem. G. 2: 62
Imperare arvis. G. 1: 99

Im-

Digitized by Google

Imperare exercitum. AE. 8: 1. n. 13. S.
Imperat ſocios, vel ſocius, flectere iter. AE. 7: 35
Imperiis Jovis, vel imperio. AE. 8: 381
Implera cum ſecundo caſu. AE. 1: 215
Implere pro aequare. AE. 1: 716
Implexi anguibus crines. G. 4: 482
Implicare comam laeva. AE. 2: 552
Impulerat torrens. AE. 10: 363
Impulit volvere, adire, & ſim. AE 1: 11
In, apud Maronem ſaepe redundat in verbis compoſitis, intendi in brachia, & ſim. AE 5: 829. injicere in ignem. 8: 257
In, ſaepe omittitur a Virgilio, vehere arva, & ſim. AE. 1: 2. 9: 100. ſilvis pro in ſilvis. 11: 896
In armis, in haſta, pro armato &c. E. 10: 44. & alibi.
In aurem, & ad aurem fari. AE. 5: 548
In brachia intendi velis. AE. 5: 829
In Daphnide, pro in imagine cerea Daphnidis. E. 8: 83
In menſam libare, non in menſa. AE. 1: 736
In noctem, ad noctem, per noctem. AE. 7: 8. n. 11. S.
In hoſtem audere. AE. 10: 455
In praelia meditari. ibid.
In ſomnis, per ſomnum. AE. 1: 353. 2: 270. 3: 151
In vulnera ponere animas, vel in vulnere. G. 4: 238
In umbras deſcendere. AE. 6: 404
In urbem adventare. AE. 11: 519
In unum, ſubint. locum. G. 2: 382. n. 20. S.
Inacceſſus & inaccenſus ſoli. AE. 8: 195
Inadſpectus. ibid.
Inamabilis unda Stygis. AE. 6: 438
Inanes arae. AE. 7: 593
Inanes & inertes voces AE. 10: 322
Inane furtum. AE. 6: 568
Inane tempus. AE. 4: 433
Inanis fama. AE. 4: 218
Inanis proſpectus. G. 2: 285
Inarime. AE. 9: 716
Inbelles Indi. G. 2: 172
Incaſſum, & in caſum. AE. 3: 345
Incedit Dea. AE. 1: 46
Incedit aeſtas. AE. 3: 8
Incendere & inceſſere. AE. 4: 360
Incendia, de bello. AE. 1: 564
Incenſi aeſtus. G. 3: 459
Incenſus & incantus mutantur. AE. 11: 781
Incerta Luna. AE. 6: 270
Incertus clamor. AE. 6: 493
Inceſſi muros. AE. 12: 596
Inceſſus. AE. 12: 219
Incidere vites, laedere & corrumpere. E. 3: 11
Incidere cum quarto caſu. AE. 9: 721
Incidere animos. AE. 9: 721
Incidere hoſtem, vel in hoſtem. AE. 4: 424. n. 6. S.
Incipiens, ἀρχόμενος, in initio carminis. G. 3: 295
Includere vocem. AE. 11: 151
Incluſi exſpectant poenas. AE. 6: 614
Inclutus AE 6: 477
Incommoda, pericula & duri labores. AE. 8: 74
Increpat fragor ingens, non intonat. AE. 8: 527
Increpitare, in dicteriis. AE. 1: 738
Incruenta victoria, & incruentatus exercitus. AE. 11: 421. n. 8. S.
Incumbere remis. AE. 5: 222
Incurva flumina. G. 4: 277
Incuſus lapis. G. 1: 275
Inde, ea qua cauſſa, a quo. G. 3: 490
Index & delator quomodo differant. AE. 2: 84
Indicativus poſt vides, aſpicis &c. G. 3: 253
Indicere honores, orgia. AE. 3. 264
Indicere thiaſos. E. 5: 30
Indicere & inducere mutata. ibid.
Indignus amor, pro turpi & foedo. E. 10: 10
Indignum pro iniquum. G. 1: 491
Indormire oſtro. G. 2: 506
Inducere & includere. G. 2: 77
Inducere turmas. AE. 11: 620
Inducere umbras fontibus, & fontes umbris. E. 5: 40. 9: 20
Inducere ortus, de aurora. G. 4: 552
Inducere ſe gladio. AE. 10: 681
Inermes, non inertes, palmas tendere. AE. 10: 595. 11: 672
Inertes palmas tendere. AE. 11: 414
Inexcitus, non evocatus. AE. 7: 623
(Infandum!) pro infande. AE. 11: 267
Infecta tela. AE. 10: 731
Inferna ſuperis videre nefas. AE 8: 245
Inferre honores, juſta ſolvere, & inde inferiae dictae. AE. 5: 652
Inferre ſe, non offerre. AE. 11: 742
Inferri in hoſtem. AE. 4: 545
Infigi ſcopulo acum, non infligi. AE. 1: 45
Infinitivi paſſivi uſus. referri juſſit, pro referre, & ſim. E. 6: 85. AE. 3: 61
Infinitivo, pro ſubſtantivo poſito, ſubjungitur ſaepe ſubſtantivum. G. 1: 25
Infinitivus pro praeſenti. G. 1: 383. 2: 432. AE. 2: 391
Infinitivus pro gerundio, perſuadeat moveri, pro movendum. G. 2: 316. aetas pati, pro patiendi, vel ad patiendum. G. 3: 60. AE. 3: 368
Infit, inquit. AE. 5: 708. 2: 423
Infit plorare, pro incipit. ibid.
Infracta tela. AE. 10: 731
Infractus pro valde fractus recte dicitur, non vero inprudens pro valde prudens. G. 1: 373
Infringi. AE. 5: 504
Ingeminant plauſu Tyrii, non plauſum. AE. 1: 747
Ingemiſcere interitum alicujus. E 5: 27
Ingenia, pro hominibus ingenioſis, poëtis. G. 2: 382
Ingens pontus AE. 1: 114
Ingentem ſe ferre, pro terribilem. AE. 9: 597
Ingratus cinis, in funere. AE. 6: 213
Ingravare. AE. 11: 220
Ingredi pro incipere. G. 2: 175. AE. 8: 513
Ingredi & adgredi. ibid.
Ingredi campum & campo. AE. 10: 763
Ingruit & irruit mutata. AE. 12. 628
Inhiare cum quarto caſu. G. 2: 463
Injicere ſe ſaltu in flammas. AE. 8. 257
Injicere haſtam. AE. 10: 777
Injicere iras alicui. AE. 11: 728
Inimicus atrox, cumulata. G. 1: 407
Inire pugnas. AE. 11: ult.
Inlacrimat templis, pro lacrimat in templis. G 1: 480
Innabilis & inamabilis unda Stygis. G. 4: 479. AE. 6: 438
Inpiare. AE. 6: 636. n. 26. S.
Inrumpere thalamo & thalamos. AE. 6: 528
Inſana, & infanda cupido. AE. 9: 760
Inſcribere terram, pulverem &c. AE. 1: 478
Inſequi arva G. 1: 105
Inſertae feneſtrae AE. 3: 152
Inſidere tertiae conjugationis. AE. 1: 719
Inſidere muris pro imminere. AE. 10: 26
Inſidere arces. AE. 2: 616
Inſigne, de galea cum criſta. AE. 2: 389
Inſiſtere veſtigia, & veſtigiis, quomodo differat. AE. 6. 563. n. 94. S.
Inſomnes oculi. AE. 2. 270
Inſomnia ludunt. AE. 10: 642
Inſpicere pro adſpicere. AE. 4: 372
Inſtar, habere inſtar, & ad inſtar. AE. 12: 923. n. 21. S.
Inſtare pedem pede. AE. 12: 748
Inſtimulare. AE. 4: 576
Inſtitit ore. AE. 12: 47
Inſtruere templa. AE. 6: 69
Inſtratum cubile. G. 3: 230
Inſtratus & inſtructus variantur. AE. 7: 277
Inſultare ſolo equis. G. 3: 116
Inſuper his. AE. 9: 274
Inſuperabile. AE. 4: 41
Inſurgere & exſurgere in hoſtem. AE. 11: 697
Inſurgere remis. AE. 3: 207
Intacta gens, belli expers. AE. 11: 419. n. 3: S.
Intacta juvencae cervix. G. 4: 540
Intactus juvencarum grex. AE. 6: 38
Integer ſanguis. AE. 2: 638
Intendere & incedere. AE. 5: 188
Intendere locum ſertis, tegere, operire. AE. 4: 506
Intendere ſimpl. & intendere animum, curas &c. AE. 1: 18
Intendere arcu, & tendere arcum. AE. 8: 704
Intendere telum. AE. 9: 623
Intenſi aeſtus. G. 3: 459
Intenta remis brachia. AE. 5: 136
Inter caedem vel caedes AE. 8: 492
Inter nubem, per nubem. AE. 8: 528
Intertexto auro chlamys. AE. 8. 167
Intonat aether. AE. 8: 239. 12: 332
Intonuere ſilvae. AE. 7. 515
Intorquere haſtam, attorquere, & contorquere. AE. 2: 52. 9: 52
Intractatum. AE. 8: 206
Intrare medullas, an medullis. AE. 8: 389
Intus plus quam intro notat. AE. 10: 850
Invenire mortem. AE. 2: 645
Inventae uvae. G. 1: 9
Inventor ſcelerum. AE. 2: 164
Inui, Panis, Caſtrum. AE. 6: 776. n. 73. S.
Invidia, & invidere, pro negare, prohibere.

Digitized by Google

bere. AE. 4: 350
Invisa aratris filix. G. 2: 189
Invisus, irrisus. AE. 4: 540
Inviſus, non viſus, vel odioſus. AE. 2: 574
Inumbrare, & obumbrare. O. 4: 20. AE. 11: 66
Inundare, active. AE. 10: 24
Ipsae, sponte. E. 4: 21
Ipſe, de primario duce bellico. AE. 2: 479
Ipſi, ἐμφατικῶς. G. 4: 82. AE. 1: 40. 4: 356
Ipſum ludere, ipſum vivere, ipſum amare & ſim. infinitivo loco nominis poſito. E. 1: 9
Ipſum pro ſe ipſum. ibid.
Irriſa. AE. 4: 534
Irriſa & inviſa. ibid.
Irritare ſcribend. cum duplici rr. AE. 4: 178
Iſocratis oratio λόγος παραγγελματικὸς πρὸς Καλλίμαχον non eſt Iſocratis, ſed Iſaei. AE. 2: 65
It pro iit producitur. AE. 9: 418
It ſtrepitus, vel fit. G. 4: 725. AE. 1: 725
Italae res. AE. 2: 772
Italiae nomen quam late pateat. AE. 1: 1
Iter noctis. AE. 10: 162
Iterum & rurſus pro denuo, de diverſis caſibus & locis. G. 1: 490. AE. 3: 229
Iterum & invitum confuſa. AE. 12: 581
Iterum iterumque. AE. 3: 436
Ithyrei populi. G. 2: 448
Jubar pro Sole. AE. 4: 129
Jubeo cum infinitivo activo, frequens. AE. 2: 3
Jubet referri, linqui, non referre, linquere. E. 6: 85
Juga de equis. AE. 5: 147
Jungere agmina. AE. 4: 142
Jungere cera fiſtulam. E. 3: 25
Jungere hoſpitio dextras. AE. 3: 83
Jungi foedere. AE. 4: 112. 8: 56
Juno ſaeva. AE. 1: 4
Juppiter. AE. 4: 206
Jura fideſque. AE. 2: 541. 7: 365
Jura, magiſtratuſque, ἓν διὰ δυοῖν. pro magiſtratus juridici. AE. 1: 426
Jurata Troja, quae juravit. AE. 2: 160
Juſſi faciunt. AE. 3: 236
Juſſo pro juſſero. AE. 11: 467
Juſti hymenaei, juſta aetas & ſim. G. 3: 60
Juvabat pro juvaret. AE. 11: 131, 168
Juvat & libet mutata. AE. 9: 514
Juvenalis, non juvenilis. AE. 2: 518
Juvenes, de puellis. AE. 1: 497
Juventas pro juventa. G. 3: 63. AE. 5: 398. 8: 160
Juxta aequora. AE. 4: 240
Ixionei, Ixionii. G. 4: 484
Ixionis angues torti. G. 3: 38

L.

LAbefacta oſſa. AE. 8: 390
Labefacta & calefacta. ibid.
Labes pro ruina. AE. 2: 97
Labi, de fluminibus. O. 1: 244
Labicus vel Lavicus. AE. 7: 796. n. 85. S.
Labor eſt equis. G. 3: 182
Labor & dolor mutantur. AE. 2: 776
Labor longus. AE. 4: 693
Laborum & malorum, confuſa. AE. 4: 169. 7: 481
Labores. AE. 7: 481
Labores artificum, pro operibus. AE. 1: 454
Labos. AE. 6: 277
Lacertae. E. 2: 9
Lacrimae multum, lacrima ſingul. AE. 3: 348
Lacus Albanus. AE. 9: 387
Laetae res. AE. 2: 783
Laetitiae. E. 5: 62
Laetus aliqua re, gaudens ac triumphans. AE. 2: 417
Laetus umbrae lucus. AE. 1: 441
Laetus & lentus confuſa. E. 1: 4
Laetus cum genitivo, laetus laborum, laetus opum &c. AE. 1: 441
Laetus fundus & latus. G. 2: 468
Laeva numina. G. 4: 7
Laevae cautes, ad laevam ſitae. AE. 5: 163
Laevos in orbes equitare. AE. 10: 885
Lamina ſtellae, pro crine. AE. 5: 526
Lana tingebatur aqua fluminum. G. 4: 126
Lances pandae. G. 2: 194
Laomedontii pro Trojanis. AE. 7: 105
Lapithae & Calydon merentes. AE. 7: 308
Lapſa & ipſa. AE. 6: 309
Lapſae & laſſae res. G. 4: 449
Lapſum & laſſum collum. AE. 9: 436
Largus Circus. AE. 5: 552
Laſſa & lapſa. AE. 2: 739
Latae aedes. AE. 12: 607
Late cuſtodia, late rex. AE. 7: 486
Latii veteris & novi diſtinctio. AE. 7: 38. G. 35. S.
Latoia, Latonia. AE. 11: 534
Latus campus. AE. 7: 486
Laudis egentes. AE. 5: 751
Lavinia litora. AE. 1: 2
Laurentia arva. AE. 12: 24
Lauri & laurus in plur. E. 2: 54
Laurus, quarto caſu plurali, pro lauros. E. 8: 13, 82. AE. 3: 360
Laus, & gloria, de virtute bellica. AE. 1: 461. 5: 751
Lauris carminis. AE. 8: 361
Laxata vocis via dolore. AE. 11: 151
Legere filo veſtigia. AE. 6: 30
Legere & regere mutata. ibid.
Legere poma. G. 4: 143
Legifera Ceres. AE. 4: 58
Lene crepitans Auſter. AE. 3: 70
Lenis & levis mutantur. AE. 2: 682
Lenta arma. AE. 12: 237
Lentae vites. G. 2: 262
Lentae geniſtae, flexiles. G. 2: 12
Lentum mare. AE. 7: 28
Lentus & Laetus confuſa. E. 1: 4. G. 2: 12, 262
Lepetta. E. 7: 33. S.
Levare corpus arboris trunco. AE. 10: 835
Levare & juvare confuſa. G. 4: 7
Levare vincula, pro laxare. AE. 2: 146
Levare aeſtus. AE. 7: 495
Levare viam ſermone. AE. 8: 309
Levatum ferrum. AE. 5: 306
Leves calami. E. 5: 2
Leves pharetrae. AE. 5: 558
Levi vel leni manu. G. 4: 45
Libati latices. AE. 1: 737
Libatio in menſa quando fiebat. AE. 1: 737
Liber fati, & ſim. AE. 10: 154
Librare ab aure telum. AE. 9: 417
Librare telum. AE. 9: 665. n. 20. S. 747. 10: 773
Libye, Libyes. AE. 4: 36
Licet ferver, pro ſervare. AE. 6: 402
Lichas. AE. 10: 315
Licymnia. AE. 9: 546
Ligus, Ligur. AE. 11: 715
Liguſtra. E. 2: 18
Lima veſtis pro flexuoſa. AE. 12: 120
Limen Olympi. E. 5: 56
Limes & litus confuſa. AE. 6: 901
Limina ſolis. AE. 6: 255. & lumina ſolis quomodo dicantur. ibid.
Limina potentum. AE. 12: 519
Limina pro portis. AE. 2: 311
Limina & litora mutata. AE. 2: 321, 557. 8: 555
Limina & moenia. AE. 3: 347
Limite recto ferri. AE. 6: 901
Limites ſtellarum. AE. 2: 697
Lineae in Circo. AE. 4: 200. G. 7. S.
Liquacia ſtagna. AE. 11: 458
Liquentia flumina, & Liquetia flumen. AE. 9: 679
Linquere animas. AE. 3: 140
Linqui hoſpitium. AE. 3: 61
Litora, de agris litori proximis. AE. 5: 143
Litore jacet. AE. 2: 557
Litotes, non ſperno. AE. 7: 261
Liventis plumbi glandes. AE. 7: 687
Lividus. AE. 6: 320. G. 82. S.
Locus, pro vico aut pago. AE. 1: 530
Locutae pecudes, prodigium. G. 1: 478
Longa vox. AE. 12: 483
Longe lateque. G. 3: 477. AE. 6: 378
Longi fluctus. G. 3: 199
Longo ordine, longa penus. AE. 1: 704
Longius maris aequor. AE. 2: 770
Longus aether. AE. 7: 288
Longus luctus. AE. 11: 214
Longus Olympus. G. 3: 223
Longus & magnus confuſa. ibid.
Loquentes pumis. E. 8: 22
Loquuntur montes & ſilvae. E. 5: 28
Lucere & fulgere, de ſplendore veſtium. AE. 8: 660
Lucet ſemus. AE. 9: 383
Ludo noctem ducere, de omni hilaritatis genere. G. 3: 379
Lugentes & ingentes mutata. AE. 6: 222
Lumen & limen. AE. 4: 358. 6: 255, 363, 680. 7: 598
Lumen & lucem relinquere, mori. AE. 4: 452
Lumen & lux quomodo differant. AE. 2: 612
Lumen coeli, ſolis &c. AE. 6: 255, 363.
Lumina & limina vitae. AE. 6. 829
Lux pro nocte. AE. 2: 255
Lunae ſilentia, de nocturno tempore. ibid.
Luſtra pro latibulis. AE. 2: 471
Luſtrare lumine. AE. 2: 754
Luſtrat Sol terras, id eſt illuſtrat. AE. 4: 607
Lycidas & Lycida. E. 9: init.
Lycurgus, Lygurgus. AE. 3: 14

Macta-

Digitized by Google

M.

MActari & jactari confuſa. AE. 2:667
Maecenas ſcribend. non Moecenas. G. 1: 1
Maeotiae tellus, non Maeotica. AE. 6: 800
Maeotia unda. G. 3: 349
Maeſtus crinis, maeſtae comae. AE. 11:35
Maforte vel Mavortium, tegumentum capitis. AE. 1: 282. n. 85. S.
Magis comparative, magis omnibus, pro magis quam omnes. AE. 1: 15
Magis ac magis. G. 4: 311
Magna moenia. AE. 3: 160
Magna urbs. AE. 11: 226
Magna conſulta. AE. 11: 410
Magna talenta. AE. 10: 531
Magna boum corpora. G. 3: 369
Magnanimus Aeneas. AE 5: 17
Magni menſes. E. 4: 12
Magni venti, procelloſi. G. 2: 334
Magno cum murmure. AE. 1: 55
Magnum omen. AE 7: 146
Magnum aether. AE. 10: 356
Magnus populus. AE. 1: 148
Magnus orbis, magnus annus. G. 2: 338
Maja genitus, non Majae. AE. 1: 297
Major rerum ordo, vel majorum rerum, & ſim. AE. 7: 44
Majores & minores ultra tritavum & trinepotem dicuntur. AE. 8: 268. n. 66. S.
Mala falx, pro obtuſa, rubigine exeſa. E. 3: 2
Malae novercae. G. 3: 282
Malus, de arbore navis, maſculini generis eſt. AE. 5: 504
Manent aliquem ſua fata. AE. 10: 471
Manes ſuos pati. AE. 6: 743
Manet Ardea nomen. AE. 7. 412
Manſueſcunt fruges. G. 2: 272
Mantele, Mantile. AE. 1: 702
Manu cadere, hoſtili, pugnando. AE. 2: 433
Manu, ſc. hoſtili, mortem invenire. AE. 2: 645
Manu regere. AE. 3: 659
Manu ſanare, de Chirurgis. AE. 7: 754
Manum conſerere. AE. 12: 60
Manus & labores artificum, pro eorum operibus. AE. 1: 454
Manus Trojanos propinquant. AE. 10: 238. 11: 597
Manus cruentae. G. 4: 15
Manus Auſonia. AE. 8: 328
in Manibus eſſe, de rebus obviis & praeſentibus. G. 2: 45. AE. 9: 132
in Manibus Mars. AE. 10: 280
Mappalia, vel mapalia. G. 3: 340
Mare & aequor, de fluvio & lacu. E. 2: 25. 9: 57. AE. 1: 246
Mare & terra vecturae vel naturae humanae conceſſa. AE. 9: 131. n. 56. S.
Marmor pro mari. AE. 7: 718
Marruvia gens. AE. 7: 750
Mars & Mors mutantur. AE. 9: 599. 11: 115
Marti praetendere muros. AE. 9: 599
Martis lucus. AE. 9: 584
Maſſicus, montis nomen. AE. 10: 166
Maſſyli equites. AE. 4: 132
Maturi ſoles. G. 1: 66
Maturus aevi. AE. 5: 73
Maxima Juno. AE. 8: 84
Maxima Roma. AE. 7: 604
Maximus armis. AE. 2: 339
Maximus, nomen lacus Verbani. G. 2: 159
Me, me, repetitum. AE. 9: 427
Mecum, diverſo ſignificatu. AE. 1: 675. 6. 718
Medi pro Parthis, Medus Hydaſpes. G. 4: 211
Medii fervores, de meridie. G. 3: 154
Media gens, de plebe, medium vulgus. AE. 5: 784
in Mediis. AE. 8: 696
Medio aulae, ſine *in*. AE. 3: 354
Medio campi, & medio campo. AE. 9: 230
Meditari in praelia. AE. 10: 455
Medium tenere, mare. AE. 5: 2
Medius venire, diſcordiam ſerere. AE. 1: 348
Medius de hominibus, locis ac rebus. AE. 2: 508
Medius, pacis conciliator, medios ignes jurare. AE. 12. 201
Megaleſiis, feſto Magnae Matris, indicta paſſim convivia. E. 5: 30
Mei imago. AE. 4: 654
Mel et papaver ſomnum conciliant. AE. 6: 420
Melanippus & Menalippus. AE. 6: 479. n. 4. S.
Meliſphylla, non Meliphylla. G. 4: 63.
Mella fluvius Brixiae. G. 4: 277
Mella roſcida. E. 8: 37
Meminit me feciſſe. G. 4: 125
Meminiſſe viam & viae. AE. 3: 202
Memorabile, mirabile, & venerabile mutata. AE. 4: 94
Memordi, ſpepondi &c. AE. 11: 418
Memor & meminiſſe, de futuris rebus. G. 1: 167
Memores irae. AE. 1: 4
Meque teque. AE. 4: 360, 682
Mercede magna, pro multo labore. G. 2: 62
Mercurius virga ſomnos conciliat, & reſignat atque aperit lumina inferorum. AE. 4: 244
Merendo aliquem devincire ſibi. AE. 6: 664
Mereri, acquirere, ſibi comparare. AE. 4: 348
Merſare. AE. 6: 616
Merus Bacchus, merum vinum. AE. 5: 77
Metiri Italiam. AE. 3: 440
Metiſcus. AE. 12: 469
Metor active, & metor a meto paſſive. G. 2: 274
Mettius Fufetius, & Mettia gens. AE. 8: 642
Meus Hector. AE. 2: 522
Mezzentius. AE. 7. 648.
Mi pro mihi. AE. 6: 104
Mihi dehiſcat, in meam perniciem. AE. 4: 24
Miletus, Aſiae urbs. G. 3: 306
Minae murorum. AE. 4: 88
Minari ferro & igne, non ferrum & ignem. G. 2: 456
Minari pro eminere, de turribus, & ſim. AE. 2: 240
Minerva pro lanificio. AE. 8: 409
Miniſtrare flammis, velis miniſtrare. AE. 1: 213
Miniſtri, popae. G. 3: 488
Minores pro poſteris & junioribus. AE. 6: 823. 8: 268
Mirari, de rebus inanimatis, undis, & ſim. AE. 8: 92
Mis antiquum pro mei. AE. 11: 406
Miſcere cum ablativo. G. 2: 327. AE. 6: 727
Miſceri murmure coelum, aequor, & ſim. in tumultu. AE. 4: 411
Miſeni promontorii forma. AE. 6: 234
Miſera Dido, propter amoris infelicis aeſtum. AE. 1: 344
Miſerabile & mirabile. AE. 1: 111. 9: 465
Miſerari animi, pro animo. AE. 6: 332. 10: 686
Miſerari caſus amici AE. 5: 350
(Miſerum!) orationi inſertum. AE. 6: 21. (miſerabile!) AE. 12: 338
(Miſerum!) & (infandum!) AE. 11: 257
Mittere aliquem ſcitari. AE. 2: 114
Mittere & nutrire. G. 1: 57
Mittere in arma. AE. 2: 87
Mittere ſigna, pro edere. G. 1: 229
Mittere ſcitatum, rogatum, de legatis. AE. 2: 114
Mixto in ſanguine dentes ejectare. AE. 5: 469
Mixtus Nymphis, & mixtae Nymphae. E. 10: 55
Mnemon. AE. 10: 126
Mneſthei pro Mneſtheo. AE. 5: 184
Modo ultima producta. G. 1: 419
Modo non, pro tantum non. AE. 9: 141
Modum ponere, finem. AE. 7: 129
Moenibus & vallibus mutata. AE. 9: 244
Moeri, pro muris. AE. 10: 24, 144. 11: 382
Moeſia, Myſia. G. 1: 102
Moliri, fundamenta ponere. AE. 7: 127
Moliri terram aratro. G. 2: 513
Moliri muros urbis. AE. 3: 132
Molles acanthi. E. 3: 45. G. 4: 137
Molles caſtaneae. E. 1. 82
Molles comae. AE. 2: 683.
Molles herbae. E. 3: 55
Mollis flamma. AE. 4: 66
Momordit, memordit. AE. 11: 418
Moneo cum infinit. G. 1: 457
Monere cantu, vel movere cantus. AE. 7: 641
Monoeci arx. AE. 6: 831
Monſtrat ſacerdos. AE. 4: 498
Monſtrata piacula. AE. 4: 636
Montanum flumen. AE. 2: 305
Montem, vel montes petere. AE. 2: 804
Montium nomina maſculino genere, Aetna ipſe. AE. 3: 571
Montoſus, & montuoſus; monſtroſus & monſtruoſus. AE. 7: 563. n. 98 S.
Morari annos, fata. AE. 2: 647
Morari, curare, Nil dona moror. AE. 5: 400
More patrum. G. 3: 177. AE. 11: 186
More ſuo, pro conſuetudine. AE. 4: 551
de More. AE. 8: 344
Mores pacis, pro leges. AE. 6: 853

Mori-

Digitized by Google

Morimus & perimus confunduntur, AE. 2: 408
Moriturus in hoſtes fertur. AE. 9: 400. 11: 741
Mors & Nox mutata. AE. 9: 348
Mors & Mars. AE. 9: 599. 11: 115
Mortalia viſus, pro mortali ſimilis AE. 4: 277
Mortiferum & monſtriferum. AE. 6: 279
Mortui vitae redditi, in fabulis. AE. 7: 773
Motus & nutus confuſa. E. 1: 17. S.
Movent ora. AE. 9: 471
Moveo, pro perſuadeo, an recte. O. 1: 457
Mulcare. AE. 11: 839
Mulciber, Mulcifer. AE. 8: 724
Mulcta & Multa. O. 3. 309
Mulctrarium. G. 3: 177
Mulſo, ex melle & vino, Cereri libabant O. 1: 344
Multa virtus AE. 4: 3
Multare morte. AE. 11: 839
Multicolor. AE. 5: 609. n. 69. S.
Multo pulvere caniciem deformare. AE. 10: 844
Multum mittere. AE. 10: 839
Multum lacrimae, & lacrimas AE. 3: 348
Munera, de inferiis. AE. 5. 652
Muri & moenia differunt. AE. 2: 234
Muſſare. AE. 12: 657. n 46. S.
Mutae artes AE 12: 397
Mutant Zephyri umbras arborum. E. 5: 5
Mutantes, motantes, & nutantes Zephyri & quercus ibid. E. 6. 28
Mutare latus AE. 3: 581
Mutare & movere confuſa. ibid.
Mutilare & mutare nomen, confuſa. AE. 11: 543
Mutuſcae Trebulae. AE 7: 711
Mycene, vel Mycena. urbs AE. 5: 52
Myconos, non Mycone. AE. 3: 76
Myrtus in aucupio viſcato adhibita. AE. 6: 206

N.

NAïdes, triſyll. ſcribend. non Naïades. E 10: 10
Narciſſi duo genera, calicis purpurei, & crocei ſive helvacii. E. 5: 38
Narciſſus purpurea. ibid.
Nare per aera AE. 6: 16
Narycia pix. G. 2: 438
Naſcens & creſcens. E. 7: 25
Naſcentes & paſcentes. E. 4: 45
Naſos & Naxos. AE. 3: 125
Natus pro filio apud poëtas alioſque ſcriptores. AE 5: 592
Naves portum tangentes coronas puppibus inponebant. O. 1: 303
Naviſragus. AE. 3: 553
Navigia pro navibus & navigationibus. G. 2: 107
Naufragia, navium quaſſarum fragmina. AE 3: 425. n. 65. S.
Navim pro Navem. AE. 1: 120, 184. claſſim. AE. 3: 5
Navium Graecarum numerus in bello Trojano. AE. 2: 198
Nautes, Aeneae ſocius, a quo gens Nautia. AE. 5: 704
Ne & nunc variata. G. 1: 390
Ne quidem, nec quidem. G. 1: 390
Nec non &, nec non etiam. G. 2: 413
Nec ſequente & nec ripas & fluenta pro nec fluenta. AE. 6: 327
Necubi. G. 3: 177
Negativa duo, nulla neque, pro nec ulla, E. 5: 25
Nemea rupes pro Nemeaea. AE. 8: 295
Nemeaeus & Cleonaeus Leo an diverſi. AE. 8: 295. n. 20. S.
Nemori imperat taurus AE. 12: 719
Nepotes arborum pro ſobole & ſurculis. G. 2: 58, 294
Nepotes de poſteris agricolae. ibid.
Nepotes multos vincit. G. 2: 294
Neutrum genus, praecedentibus duobus maſculinis. E. 3: 13
Nexare vel nixare ſe nodis. AE. 5: 279
Nexare & nictare. ibid.
Ni pro ne. AE. 1: 58 3: 686
Ni fallor, niſi fallor. AE. 5: 49
Nidus carminum. G. 4: 43
Niger Galaeſus, cur Martiali albus? G. 4: 126
Nigrans aegis Jovis, commovens tempeſtates. AE. 8: 353
Nigrans, primae ſyllabae quantitas. ibid.
Nigrantes pecudes. AE. 5: 736
Niſaee, vel Neſaee, nympha. G. 4: 338
Niſus, nixus, & nexus mutantur. G. 4: 200
Nitentes campi, fertiles. G. 2: 211
Niveum lac. E. 2: 20
Niveum pecus. ibid.
Nixare. AE. 5: 279
Noctis iter. AE. 10: 162
Nola. G. 2: 225
Nomen magnum & memorabile. AE. 4: 94.
Nomen Palamedis, pro Palamede ipſo. AE. 2: 81.
Nomen Achemenides, non nomine. AE. 3: 614
Nomen deducere ab origine alicujus, pro gentem & genus. G. 3: 122
Nomen Palinurum & ſim. AE. 6: 381
Nomen pro populo. AE. 12: 828
Nomen & fama. G. 3: 47
Nomen & numen confuſa. AE. 4: 94. 5: 768
Nomina propria a Poëtis ad ornatum ſaepe adhibentur, non ad Hiſtoriae fidem. AE. 9. 767
Nomina propria gentis ſaepe ab illius principe deducuntur. AE. 5: 45. 6: 394
Nomina propria notorum hominum non exprimunt Poetae. AE. 8: 292
Nomina propria in *a*, Celena, Andromeda, Penelopa &c. AE. 8: 139. Heſiona. ibid. vſ. 157
Nomina in *as*, Piſas, Saldas, pro Piſanus, Saldenſis. AE. 3: 503
Nomina in *os* & *or*. amos, vapos, odos, labos & ſim. AE. 11: 892
Nomina in *us* & *er*, Evander & Evandrus, & ſim. AE. 8: 100
Nomina & genus, de nobilitate. G. 2: 240. AE. 8: 472. 10: 149
ſine Nomine plebs, ignobilis. AE. 9: 343
Non noſtrum eſt, non meum eſt. E. 3: 108
Non olli. G. 4: 516
Nos, ter repetitum. E. 1: 3
Noſtri potentia. AE. 10: 72
Nota voluptas, quae ſentitur a natura. G. 3: 130
Nota & nata confunduntur. ibid.
Notae & nomina. AE. 3: 444
Nova carmina pro magnis, epicis. E. 3: 86
Nova crimina. AE. 2: 98
Nova ſacra, inuſitata. AE. 4: 500
Noverca injuſta. E. 3: 33
Novum lac. E. 2: 22
Novus Sol, de aeſtatis ac ſerenitatis initio. AE. 7: 720
Nox pro morte. AE. 9: 348
Nubilus arcus. AE. 5: 88
Nudare terga fugae. AE. 5: 586
Nudi piſces, aqua deſtituti. E. 1: 61
Nudus pro tunicato. G. 1: 299
Numero eligere. AE. 7: 274
Numerus pecoris. E. 7: 52
Numero adverbium. AE. 10: 765
Numerus duplex, vos o Calliope &c. AE. 9: 525
Numen, pro vi ac potentia Deorum. AE. 1: 8. pro majeſtate oraculorum. 3: 362
Numen ineſt loco, de horrore ſacro. AE. 1: 447
Numine noſtro, tutela. AE. 2: 396, 703
Numquam hodie moriemur inulti. AE. 11: 670
Numquam & nuſquam. AE. 2: 620, 670
Nunc & tunc mutata. AE. 4: 408
Nunc & hunc. AE. 5: 51. 6: 817
Nurſae oppidum. AE. 7: 744
Nurſia civitas. AE. 7: 716
Nutat cacumina quercus pro cacumine. E. 6: 28
Nutat utroque caput. AE. 5: 469
Nutus & motus confuſa. E. 1: 17. S.

O.

O Miſeri. AE. 12: 261
Oaxes fluvius. E. 1: 66
Ob pro ad, in verbis compoſitis. AE. 9: 263
Ob ora alicujus ſe referre. AE. 12: 865
Obex feminino genere. AE. 10: 377
Obicibus ruptis, non objicibus. G. 2: 480
Obfore. AE. 8: 147
Oblimare. G. 3: 136
Oblitus hoſtis, paſſive. G. 3: 236
Obloqui cum accuſativo. AE. 6: 647
Oboriri & Adniti. AE. 3: 208
Obniti haſtis. AE. 9: 229
Obſcaenae canes. G. 1: 470
Obſcurus, qui per tenebras incedit. AE. 6: 452
Obſequi & obſequium in rebus turpibus. E. 2: 35
Obſervare praedam pro adſervare. AE. 2: 753
Obſidere tertiae conjugationis. AE. 7: 343
Obſiet. G. 4: 89
Oblitus aevo. AE. 8: 307
Obſtupuit, obſtipuit. AE. 1: 513

Ob-

Digitized by Google

Obſtupuit animi. AE. 2: 120
Obſuere os. G. 4: 301
Obtenta & obducta, mutata. G. 2: 248
Obtuſus, obtunſus. G. 1:262. AE. 1: 567
Obverti. AE. 11: 68
Obvia, obnoxia. AE. 3: 499
Obvolvere, obrumpere, obludere & ſim. AE. 12: 292
Obumbrare & inumbrare. G. 4: 20
Obuncum roſtrum. AE. 6: 597. AE. 11: 755
Obuſtum, aduſtum. AE. 7: 506
Occidere, decidere, & concidere mutata. AE. 7: 766
Occurrere, proprie de iis quae in ſomnis offeruntur. AE. 6: 696
Occurrunt mari rupes, quae protenduntur in mare. AE. 10: 693. n. 72. S.
Occupat ora pallor. AE. 4: 499
Oculi videre. AE. 8: 223
Oculi, amoris indices. AE. 4: 364
Oculis in virgine fixis, vel fixus oculos. AE. 11: 507
Odori canes. AE. 4: 132
Odos, odor. G. 4: 49
Oebalia arx, Tarentina. G. 4: 125
Oechalia, Aethalia, Oetalia in Mſſ. AE. 8: 291
Oeſtrum. G. 3: 148
Officia, & in officio eſſe, de Rom. Eccl. cerimoniis. AE. 4: 201. n. 11. S.
Officium pro matrimonio. AE. 4: 433. n. 20. S.
Offore pro obſore. AE. 8: 147
Offulgere. AE. 9: 110
Offugere pro aufugere AE. 9: 632
Olearos, Oliaros AE. 3: 126
Olere thymo & thymum. G. 4: 169
Olens ſimpliciter, pro male olens. E. 2: 11
Olens cedrus, odorata. AE. 11: 137
Olli, illi. AE. 6: 730. 8. 637. 12: 300
Olor, vel odor, gravis. G. 4: 49
Olympum coelo altiorem ſtatuebant veteres. AE. 6: 579
Omina deos poſcere. G. 3: 456
Omina digerere. AE. 2: 182
Omina firmare. AE. 8: 681
Omiſſa ſaepe a librariis nonnulla in medio, ſi ſimiles voces repeterentur. AE. 7: 642
Omnes, populuſque patreſque. AE. 9: 192
Omnia prius, & dein per ſpecies alia addita. AE. 3: 90. 9: 192
Omnis manus. AE. 11: 34
Omnis navita vela legunt. G. 1: 373
Omnipotens Olympus. AE. 10: 1
Ὁμοιοτέλευτον impius intus, ſpiritus intus &c. AE. 1: 294
Onerare armis. AE. 11: 574
Onerare donis aliquem. AE. 10: 558
Onerare & honorare confuſa. ibid.
Operae moras caſtigare. AE. 4: 407
Operum labor. G. 4: 184
Opici Capuenſes vel Campani. AE. 7: 730. n. 91. S.
Oppoſita tela & oppoſiti hoſtes. AE. 2: 327
Oppoſitus mons, qui conſpectum impedit. G. 3: 213
Optare, & aptare. AE. 1: 552
Optare pro eligere. ibid. AE. 5: 247
Optatò. AE. 10: 405
Optima & ultima mutantur. AE. 2: 668
Ora fovere hauſtu aquarum, id eſt purgare. G. 4: 229
Ora pro genis. AE. 4: 673
Ora Trinacria pro Aetna; ora & terra ſaepe pro nomine proprio ſuppoſita a librariis. AE. 3: 554
Orae clypei. AE. 10: 336
Orae luminis & aurae. G. 2: 47. AE. 7: 660
Orare aliquem pacem. AE. 11: 110
Orbis pro imperii Romani termino. E. 1: 66
Orbis Solis, & ortus. G. 1: 441
Orbis pro anno. AE. 1: 269
Orchades, Orchites, olearum genus. G. 2: 86
Orchites ſecundam producit. ibid.
Ordine dicere. G. 4: 5
Ordine longo. AE. 1: 703
Ore terram petit, id eſt moriens cadit. AE. 10: 489
Ore loqui, ore precari. AE. 6: 76, 186
Orichalcum. AE. 12: 87
Oricia terebinthus. AE. 10: 136
Oriens pro Aegypto. AE. 8: 289
Orio, Orion. AE. 4: 52
Oris ignotis jactari. AE. 10: 48
Ornare armis. AE. 12: 344
Oronten. AE. 1: 113
Orphi, Orphei, tertio caſu. E. 4: 57
Os Solis, ſiderum, &c. AE. 8: 591
Os, omne quod patet, hiat. AE. 2: 482
Oſtentare. AE. 12: 479
Otia, de vitae ſecuritate in pace. E. 1: 6
Otia an ocia ſcribend. ibid.
Ouſens pro Uſens. AE. 7: 802
Ovilia pro gregibus. E. 1: 8
Oxymoron, Capti potuere capi. AE. 7: 295

P.

PAcator nemorum Hercules. AE. 6: 804
Paduſa amnis. AE. 11: 457. n. 55. S.
Paeane laetum ſequi. AE. 10: 738
nec te paeniteat. AE. 1: 548
Palaeſtrae corpus nudare. G. 2: 531
Palaepaphos. AE. 10: 51. n. 16. S.
Palam cum ablativo. AE. 9: 153
Palantes & pallentes hederae. G. 4: 124. AE. 6: 480
Palantes umbrae. AE. 4: 26
Palilogia. AE. 4: 17
Palma excedere AE. 5: 380
Palma & pugna. ibid. G. 3: 49
Palma & fama. AE. 7: 655
Palma, pro victore. tertia palma Diores. AE. 5: 339
Pandarus Lycius. AE. 5: 514. n. 88. S.
Pandere & tendere. ibid.
Pandere viam. AE. 6: 97
Pandit brachia arbos. G. 2: 296
Panthoys. AE. 2: 309
Papaver cum melle ſomnum conciliat. AE. 6: 420
Paphus, Paphos. AE. 10: 51
Parare, abſolute poſitum. AE. 8: 121
Parare arma. AE. 11: 18
Paratus miles, proprie; & pranſi parati. AE. 9: 158
Paratus militares. AE. 2: 61
Paratus & peritus confuſa. ibid.
Parcere aliquid. AE. 10: 532. n. 99. S.
Parentes, proavi, &c. de majoribus, primis ſanguinis auctoribus. AE. 7: 48
Parnaſus. E. 10: 11
Pars arduua ne parat vel parant. AE. 7: 624
Pars & ſors mutata. AE. 3: 334
Pars ſaepe ſequitur poſt *alius* vel *alii* ſemel poſitum & bis intelligendum. E. 1: 65. AE. 5: 107
Participia verbis addita. G. 3: 412. AE. 1: 372
Participia ſaepe principium actionis notant. AE. 2: 110
Partim pro partem. AE. 5: 187, 864. n. 88. S.
Parvo vel exiguo adſuetus vivere. G. 2: 472
Paſcentes & naſcentes. E. 4: 45
Paſcitur ſilvas. G. 3. 528
Paſcit ſidera polus. AE. 1: 608
Paſſi & ſparſi crines. AE. 1: 480
Paſſum. G. 2: 93
Pater, honoris nomen. AE. 5: 521
Patriam dare, pro terram patriae loco. AE. 3: 85
Patrii Dii. AE. 9: 247
Patrius adjective. AE. 11: 736
Patrum manibus referre nomen. AE. 11: 688
Patruum limen. AE. 6: 402
Patulae vel pandae lances. G. 2: 194
Patuli rami. G. 3: 333
Paullum an paulum ſcribend. AE. 4: 649
Pecuaria. G. 3: 64
Pecus pro omni re pecuaria. G. 1: 4
Pedum motus, in certamine curſus. AE. 5: 430
Pellacia, & pellax. pro aſtutia, callido. G. 4: 443
Pellaeus Canopus. G. 4: 287
Pellax Ulixes. AE. 2: 90
Pellegere. AE. 6: 33
Pelopea moenia & Pelopeïa, ut Rhoeteus & Rhoeteius & ſim. AE. 2: 193
Peltae Amazonum. AE. 11: 663
Penates parvos ſuſtinere. G. 2: 514
Pendent vindemia arboribus, non pendet. G. 2: 89
Pendere & pandere. AE. 2: 161, 229
Pendere in verbera. AE. 5: 147. 10: 586
Pendere munera. G. 4: 534
Penetrare locum, tranſire, iter facere per locum. AE. 1: 243
Peperere montem & reperere confuſa. AE. 6: 435
Per, ſemel poſitum, bis intelligendum, terras perque aequora vectos, & ſim. AE. 6: 692. 7: 543
Per repetitum, per ſuperos, perque coelum. AE. 3: 600. 10: 524
Per umbras & per umbram. AE. 6: 268, 452
Per herbas. AE. 3: 219. 4: 404 6: 656
Per herbam. AE. 7: 109
Per ſcelus & proh ſcelus. AE. 5: 793
Peracta & parata Fortuna. AE. 3: 497
Peragere, peredere, & perimere mutata. AE. 6: 442

Per-

Percuſſus, perculſus metu. AE. 1: 513
Percuſſus, & perculſus nomine. AE. 8: 121. 9: 292
Percuſſus amore laudum. AE. 9: 197
Percuſſus amore Muſarum. G. 2: 476
Perditus, amore amens. E. 2: 59
Perducere & producere commutata. E. 8: 73
Perducere corpus oleo, unguento & ſim. pro perungere. G. 4: 415
Perferre & proferre ſe. AE. 1: 389
Periſſologia. AE. 1: 546. 4: 352
Permeſſus & Parmeſſus fluvius. E. 6: 64
Pernix, pernox. G. 3: 230
Pero crudus. AE. 7: 690
Peroſum genus faemineum. AE. 9: 141
Perpetuae menſae, longae, ſingulis oppoſitae. AE. 7: 176
Perſae & Medi pro Parthis, Perſis, pro fines qui olim fuere regni Perſici. G. 4: 290
Perſequi plus quam proſequi AE. 9: 218
Perſequi agriculturae verbum. G. 2: 407
Pertentare, praetentare. AE. 1: 502
Perverſo numine, adverſo. AE. 7: 584
Petere cornu & ferire. E. 9: 25
Petere requiem furori, vel furoris. AE. 4: 433
Petilia, vel Petelia, unde dicta. AE. 3: 402
Petit pro petivit. AE. 9: 9
Phaleris. AE. 9: 762
Phanae, promontorium Chii inſulae. G. 2: 98
Pharia & varia arma, confuſa a librariis. AE. 8: 685
Pharus, nomen viri. AE. 10: 322
Philippi Thraciae & Theſſaliae urbs confuſa in praeliis Caeſaris & Pompeji, & Triumvirorum contra Caſſium ac Brutum. G. 1: 490
Philomela nocte ſub umbra populea canit. G. 4: 511
Philochorus, Grammaticus Athenienſis. AE. 8: 600. n. 66. S.
Phlegyas apud inferos. AE. 6: 618
Phocae ſunt vituli marini. G. 3: 543
Phoebigena. AE. 7: 773
Phthia patria Achillis AE. 2: 197. n. 91. S.
Phyllodoce Nympha. G. 4: 336
Pictae puppes. AE. 5: 663
Pignora. E. 8: 92
Pii vates. AE. 4: 464
Pinguia Panchaea. G. 4: 379
Pingue, ſubſtantive poſitum. ibid.
Pinnae vel pennae in vallo. AE. 9: 169
Pinos, lauros &c. AE. 11: 135
Pinus pro taeda, face. AE. 9: 521
Pinus hortenſis ſilveſtri oppoſita. E. 7: 65
Piſcis aquoſus in ſphaera coeleſti. G. 4: 234
Piſtrix, priſtis. AE. 3: 427. 5: 116
Pium cur ſe ipſe Aeneas vocet. AE. 1: 378
Pix Bruria G. 2: 275
Placita & placida. G. 2: 425. AE. 4: 38. 9: 445
Placitum vel placidum foedus. AE. 10: 15
Plagia, vox medii aevi, pro aeſtuario, ſtatione AE. 2: 23. n. 92. S.
Plangunt litora, neutro ſignificatu. G. 1: 334
Plates. G. 2: 300
Plauſa pectora. AE. 12: 85
Plauſus in theatris geminatus. G. 2: 509
Plebs apium. G. 4: 95
Plemyrium. AE. 3: 693
Plenum ovile. AE. 9: 59
Pliades & pluviae Hyades. AE. 1: 744. 3 516
Plias. G. 4: 233
Plurale verbum cum ſubſtantivo ſingul. crepitabant bractea. AE. 6: 209. reſplendent fragmen. AE. 12: 741
Pluralis, praecedente ſingulari. AE. 2: 32. 6: 677
Pluralis, licet de uno agatur. AE. 12: 60
Plurima nox, maxima terra, & ſim. locutiones. G. 1: 187. AE. 6: 659
Plurimus, ut optimus &c. G. 4: 418
Pocula in menſis ſecundis poſita. AE. 1: 706
Poeni Leones, Poena ovilia. AE. 9: 59
Poenis agitari, pro Furiis. AE. 4: 471
non Poenitet illum noſtri, pro, ille nobis contentus eſt. E. 10: 16
Poëtae ſaepe regionum ac fluviorum nomina perperam ponunt ex decoro perſonarum. E. 1: 66
Poëtae in pictis fabulis illa videri fingunt, quae videri nec audiri poſſunt. AE. 1: 483
Poëtae omittunt ſaepe nonnulla κατὰ τὸ σιωπώμενον. AE. 4: 156. & ſaepe alibi.
Pollucta & polluta ſacra. AE. 8: 173. n. 87. S.
Polypoetes. AE. 6: 484
Ponere praemia. AE. 5: 292
Ponere moenia. AE. 1: 264
Ponere in menſis. G. 2: 521
Ponere menſis epulandum. AE. 4: 602
Ponte flumen tranſcendere. G. 3: 78
Ponticus Rex. AE. 2: 312. n. 41. S.
Pontus primus. AE. 7: 528
Pontus & ventus mutantur. AE. 5: 70
Populant, pro populantur. AE. 4: 403
Populare penates venimus. AE. 1: 527
Porcus caeſa. AE. 8: 641
Porrectus & projectus. AE. 9: 589
Porricere, non projicere, verbum ſacrorum. AE. 5: 238
Porſena, ſecunda longa. AE. 8: 646
Portitor Charon. AE. 6: 298
Portumnus vel Portunus. AE. 5: 241
Portus, oſtia fluviorum. AE. 7: 201
Portus & portas confundunt librarii. AE. 1: 427
Poſcere & repoſcere cum duobus accuſativis. AE. 2: 139
Poſcunt diſcedere. AE. 11. 325
Poſcunt ſic Divi. AE. 7: 370
Poſitum ſemen, non temere jactum. G. 2: 14
Poſt tanto, ſubint. tempore. G. 3: 476
Poſtquam cum praeſenti. E. 1: 31
Poſtumius Aeneae filius. AE. 6: 763
Poteras & poteris mutata. E. 1: 80
Poteſtur. AE. 8: 402
Prae vel pro omnibus. AE. 3: 435
Praecedere, comitari, Reges, & procedere mutata. AE. 8: 462. 11: 94
Praeceps & praecipitare. AE. 4: 565
Praecipere, praedicere. AE. 3: 436
Praecipere litora. AE. 10: 278
Praecipere animo & percipere. AE. 6: 105. 10: 277
Praeferre, ſacrorum verbum. AE. 7: 237
Praelabi pro praeterlabi. G. 3: 180
Praelia ventorum. G. 1: 318
Praeludere an proludere. AE. 12: 106
Praemetuere. AE. 2: 572
Praemia pugnae. AE. 12: 437
Praeneſte. AE. 7: 682. femin. gen. AE. 8: 561
Praepoſitio poſtpoſita, me circum. AE. 2: 564
Praeruptus & proruptus. AE. 1: 105, 246
Praeſcindere vallum. AE. 9. 524
Praeſens belli, pro praeſtans, Tritonia, vel praeſes. AE. 11: 483
Praeſentia numina. G. 1: 10
Praeſentius & praeſtantius. G. 2: 127. AE. 12: 245
Praeſentire. AE. 4: 90
Praeſentire, de futuris. AE. 4: 297
Praetentare. AE. 5: 828
Praeteriti temporis participium pro futuro: ſubjecta pro ſubjicienda, direpta pro diripienda &c. AE. 2: 721
Praeteritum infinitivi amant poëtae. poſſit excuſſiſſe & ſim. AE. 6: 79
Praeterere culpam. AE. 4: 172
Praevectus equo vel provectus. AE. 7: 166
Precantia verba. AE. 7: 237
Precari alicui, pro aliquo. AE. 8: 127
Premebat & tenebat mutata. AE. 2: 622. 7: 737
Premit Luna minora ſidera, pro obſcurat. AE. 4: 80
Premit major minorem. ibid.
Prendere arcem. AE. 2: 322
Preſſae naves, pro onuſtis. G. 1: 303
Preſſi boves, jugo G. 1: 285
Preſſum & depreſſum aratrum. G. 1: 45
Preſſum lac. E 1: 82
Pretium pro praemio. AE. 5: 111
Pretium morae. AE. 9: 232
Prima litora. AE. 3: 209
Prima lux. AE. 4: 586
Prima urbs. AE. 6: 811
Prima mali labes. AE. 2: 97
Prima poteſtas rerum. AE. 10: 100
Prima puppis. AE. 3: 517. 8: 680
Prima Thalia. E 6: 1
Primae undae. AE. 5: 151
Primae menſae. AE. 10: 516
Primae pecudes. G. 2: 340
Primum litus. AE. 3: 651
Primus & pronus mutantur. AE. 3: 69
Primus ventus. AE. 7: 528
Primus pro eo qui excellit, & ceteris ardentior eſt in pugna. AE 2: 263
Primus ante omnes. AE. 2: 40
Primus pontus. G. 3: 237. AE. 7: 528
Primus Aeneas quomodo veniſſe in Italiam intelligatur. AE. 1: 1
Priſtinus de tempore remotiori. AE. 6: 473
Prius quam, cum indicativo. AE. 11: 809
Pro & prae omnibus. AE. 3: 425
Pro & per ſcelus. AE. 5: 793
Procul, non tantum de remoto, ſed &

de piori. G. 4: 424
Procumbentia & procurrentia ſaxa. AE. 5: 204
Prodere, perdere. AE. 4: 432
Proditus ſomno. AE. 1: 470
Producere, longius ducere. E. 3: 94
Producere & procedere mutata. ibid.
Producere, perducere. E. 1: 73
Producere foetus, & educere. AE. 1:432
Producere funere. AE. 9: 487
Profecto. AE. 8: 532
Projecta colla. AE. 2: 721
Projectus, temere jacens. E. 1: 76
Projectus pes, projecta lingua &c. AE. 10: 587
Projicere telum imbelle. AE. 2: 545
Prolabi, de aedificiis. AE. 2: 512. n. 53. S.
Proles & pubes Titania. AE. 6: 580
Proles, de arboribus. G. 2: 3
Proles, de equis. G. 3: 101
Proludere, an praeludere. AE. 12: 106
Proluere & proruere. G. 1: 481
Proluere ſe vino, de bibaci potatore. AE. 1: 739
Promiſſa barba. E. 8: 34
Promiſſa fides, & promiſſa fideſque. AE. 6: 346
Promittere ſe ultorem. AE. 2: 96
Prona fides. AE. 3: 69
Pronomen inter duo nomina. AE 7:477
Propinquare cum quarto caſu. AE. 5:185
Propter, prope. AE. 10: 399
Protectum telum. AE. 10: 586
Prorumpere, ſe. AE. 10: 796
Prorumpere & perrumpere mutata. AE. 2: 480
Prorumpere & praecipitare. AE. 7: 32
Prorumpit Thybris in mare. AE. 7: 32
Proruptum mare. AE. 1: 104, 246
Proſequi, perſequi. AE. 9: 218
Proſpectu medio. AE. 12: 213
Proſpicere aequora. AE. 1 154
Proſpicere & adſpicere loca. AE. 12:909
Protenus, protinus. E. 1: 13. G. 4: 1. AE. 3: 416
Proterrere. AE. 12: 291
Proverbium ἄνω ποταμῶν. AE. 11: 403. n. 73. S.
Proximus, junctus, vicinus. E. 2: 54
Pruna incedere. AE. 11: 788
Pſythia vitis. G. 4: 269
Pubentes herbae. G. 3: 126
Pubes, puberes. AE. 1: 399
Pubes, & proles AE. 6: 580
Puellae Patavinae fanaticae ſingularis hiſtoria. AE. 6: 620
Pugnare cum tertio caſu. AE. 11: 600
Pugnat habenis equus, de feroci equo. ib.
Pulcher pro forti. AE. 7. 656
Pulchre, ſapienter. AE. 5: 728
Pullus pedum de equis. AE. 6: 591
Pulvere deturpare crines. AE. 10: 844
Puppes pictae. AE 5: 663
Purpureum pro pulchro, ſplendido. AE. 1: 591

Q.

QUa, pro qua via, ratione. AE. 1:676
Quà (parte) via ducit. E. 9: 1. AE. 9: 67
Qua bibere, pro qua parte poculi. AE. 1: 729
Qua, ſi qua, nominativi, vel accuſ. vel ablativi caſus pro ratione metri. AE. 1: 18. ſi qua. AE. 1: 181
Quadrupedo curſu. AE. 11: 875
Quadrupes, an quadripes. ibid.
Quaerentis ferebant veſtigia, pro Quaerentem. AE. 8: 212
Quaeſitum munus, acquiſitum, acceptum. AE. 4: 647
Quam fortuna monſtrat iter, pro qua. AE. 2: 376
Quam facere id poſſis. AE. 1: 676
Quam ſinet Fortuna, pro, Quantum. AE. 6: 96
Quam magis, vel, Quo. G. 3: 309
Quam, pro quantum, vel, in quantum. ibid.
Quamvis eſt, &, ſit. E. 3: 84. AE. 5: 542
Quando, ultima communi. AE. 11:384
Quanta ſpes. AE. 2: 503
Quantum, ſequente *tanto*. AE. 12: 19
Quaſſari vento & imbri. AE. 4: 249
Quaſſata ventis claſſis. AE. 1: 551
Quater, prima brevi, & quatuor prima longa, tamen utrumque unico t ſcribendum. G. 4: 297
Quatere auras & alas. AE. 3: 227
Quatit ungula terram, de equo. G. 3: 88. AE. 8: 596
Que, enclitica, produci nequit, niſi in caeſura AE. 3. 1
Que productum, ob ſequentes duas conſonantes. AE. 6: 687
Que non ſemper adhaeret primae, ſed & ſecundae & quartae voci. AE. 6:395
Querella, querela. AE. 4: 360
Queri divos. E. 8. 19
Qui pro cui, quiquam pro cuiquam. G. 4: 447
Quicum. AE. 11: 822
Qui, ſubintellectum. AE. 1: 378. 2: 342
Qui, relatum ad poſterius, *Saxum, qui limes erat* &c. AE. 12: 897
Qui facere id poſſis, pro, Quomodo. AE. 1: 676
Qui vos, unde veniſtis, ingeritur advenientibus peregrinis. AE. 1: 369
Qui ſit, quo ſanguine, patria &c. addunt in deſcribendo homine illuſtri & nobili. AE. 3: 608
Qui genus, & quod genus. AE. 8: 114
Qui ſim, non quis ſim. E 2: 19. AE. 3: 608 4: 294
Qui tantus, quod tantum. AE. 5: 13
Quid ago, non, agam. AE. 10: 675
Quid cogis, pro ad quod. AE. 3: 56
Quid faciant domini, non *facient*. E. 3: 16
Quid optas vel optes. AE. 1: 76
Quid, non quis, prohibet. AE. 5: 631
Quidquid id eſt. AE. 2: 49
Quis cuique color, quo quamque modo, & ſim. G. 2: 256
Quiſquam, contemptim. AE. 1: 48
Quique timebant & timebat. AE. 2: 130
Quiſquis pro quicumque. AE. 10: 493
Quo, pro qua re, qua cauſſa. AE. 1: 8
Quo certamina tanta? AE. 4: 98
Quo fugam? AE. 9: 781
Quo fugis, vel quem fugis. AE. 5: 742. 10: 369
Quo loco res ſit. AE. 2: 322
Quo ducit, vel, qua. AE. 1: 401. 11: 524
Quo pervenimus. E. 9: 2
Quo minus. G. 3: 319
Quoad, monoſyllabon in verſu, per Synaereſin. AE. 12: 147
Quod pro ob quod, & ſaepe in initio periodi abundat. AE. 2: 141
Quod tantum. AE. 7: 307
Quodcumque hoc regni, non regnum, contemtim AE. 1: 78
Quoi pro cui. E. 1: 21. 4: 62. AE. 10:317
Quoque &. AE. 1: 5
Quoque & quaque variata. AE. 5: 23

R.

R, litera in ſingulis vocibus uno in verſu. AE. 1: 87. ſaepius iterata in aliquot verſibus in fremitus ac murmuris deſcriptione. AE. 11: 296
Rabida fames. AE. 6: 421
Rabida ora. AE. 7: 451
Rabidae tigres. G. 2: 151
Rabidum & rapidum mutata. AE. 7:451, 493
Radice vel radicem tendere. AE. 4: 446
Radicitus. AE. 5: 449
Rapere & rumpere viam. AE. 10: 372
Rapere telum de corpore. AE. 10: 487
Rapidus Sol, rapidus aeſtus, & ſim. non rabidus E. 2: 10
Rapit amnis. G. 1: 203
Rapit amnis ſtabula, vel trahit. G. 1:483. AE. 2: 489
Rapit & trahit. G. 1: 203. AE. 2: 499
Rapto tempore & capto. AE. 11: 783
Rari racemi. E. 5: 7
(Rarum,) orationi interjectum. G. 2: 233. 4: 130
Rata vita. AE. 10: 629
Ratiarius. AE. 1: 43. n. 79. S.
Ravi crines, ravi leones &c. AE. 9: 651
Rebellare pro iterum bellare. AE. 1: 14. n. 36. S.
Recedere & reſiſtere. G. 4: 424
Recentes caſiae. G. 4: 304
Recentia prata, virentia. AE. 6: 674
Recepta & relata claſſis. AE. 1: 390
Receptus tuti. AE. 11: 527
Receſſit & reſiſtit mutata. AE. 4: 76
Recidivus. AE. 4: 344. 10: 58
Recipere poenas ab aliquo, inſolens locutio. AE. 4: 656
Recipere aliquem, pro liberare, vindicare. ibid.
Recludi a ſtabulis. G. 4: 191
Recocunt, recoquunt. AE. 7: 636
Recognoſcere. AE. 8: 721
Rectores juveni, & juvenis. AE. 9: 173
Recurſare & reverſare. AE. 3: 3
Redarguere. AE. 11: 688
Reddere pro reſpondere. AE. 11: 251
Reddi terris. AE. 6: 18
Redducere pro reducere. AE. 5: 423
Redit Sol, &c. G. 1: 249

Re-

Digitized by Google

Reducti ſinus maris. G. 4: 420. AE. 1: 161
Reductus enſis, & recluſus. AE. 9: 423
Refectae vires vel Receptae G. 3: 235
Referre, navigationis verbum. AE. 1: 390
Referre pro reſpondere. AE. 4: 31
Refigere aut refingere regna cerea. G. 4: 202
Reflexa cervix. AE. 8: 633
Refuſus pontus. G. 2: 163
Regere imperium. AE. 1: 340
Regere & gerere confuſa. ibid.
Reges, primores, proceres. AE. 7: 585
Reges, pro quaſi Reges. AE. 7: 182
Reges & Reginae vocantur Regum filii. AE. 6: 36
Regio & locus, diſtincta. AE. 6: 670
Regione pro in regione. AE. 8: 528
Regiones viarum. AE. 2: 737
Regna agricolae rura & agri E. 1: 70
Regna plur. de valde amplis. AE. 3: 121
Regnari paſſive, terra regnata, regnabitur Alba. AE. 1: 272
Regnator populis. AE. 2: 556
Regum conſilia. AE. 2: 88
Relata claſſis. AE. 1: 390
Relictum rus. G. 4: 127
Religio, de oraculis, eorumque loco. AE. 3: 362
Remi frondentes. AE. 4: 399
Remi & rami mutantur. ibid.
Remittere pro relinquere. AE. 4: 436.
Remittere pro deſiſtere a conſilio pertinaci. ibid.
Renarrare. AE. 3: 717
Reorum poenae. AE. 6: 565
Repens truncus. AE. 10: 555
Repertor ſceleris. AE. 2: 164
Repetitae voces vicinae non ſemper corrigendae. AE. 1: 436
Repetitio elegans, *divum inclementia*, *divum*, &c. AE. 2: 602
Repetitio pronominis. AE. 5: 596
Repeto, refero, mutata. AE. 1: 372
Replere prima producta AE. 11: 140
Reponere, conſecrare. AE. 5: 484
Reponere, ſublata iterum ponere. G. 3: 76
Reponere & reportare mutantur. AE. 9: 502
Reportare. G. 1: 275
Repoſcere aliquem poenas. AE. 2: 139
Repoſtae epulae. G. 3: 527
Repulſum telum. AE. 2: 545
Repultum. AE. 2: 545
Requieſcere cum quarto caſu. E. 8: 4
Requirere aliquem, amiſſum dolere & ſentire. AE. 11: 217
Rerum fata. G. 1: 416
Rerum mortalia, ut *pretioſa rerum*, *triſtiſſima rerum*, & ſim. AE. 1: 462
Rerum poteſtas Jupiter. AE. 10: 18
Rerum prudentia. G. 1: 416
Rerum pulcherrima Roma. G. 2: 534
Reſidere tertiae conjugationis. AE. 8: 503
Reſignare. AE. 4: 244
Reſiſtere, ſe ſiſtere. AE. 11: 709
Reſolvere & Remittere confuſa. G. 4: 36
Reſolvere jura, temerare AE. 2: 157
Reſonare activum & neutrum. E. 2: 12
Reſonat, reſonare facit. AE. 7: 12
Reſplendere & reſpondere mutata. AE. 6: 23
Reſpondent loca, ſibi vicina & oppoſita. AE. 6: 23
Reſtat de conjuge nomen. AE. 4: 324
Reſupinus. AE. 3: 624
Revelli praeteritum, pro revulſi. AE. 4: 427
Revulſus & recluſus mutantur. AE. 8: 262
Rhoetus centaurus. G. 2: 456
Rigens auro palla. AE. 1: 648
Rigens & ingens mutata AE. 6: 423
Rigentes oſtro veſtes. AE. 11: 72
Rimari epulis, in epulas. AE. 6: 599
Rimari, ſcrutari. G. 1: 384
Robigo. G. 1: 151
Romanae arces, pro toto Rom. imperio. G. 2: 171
Rorare, rorantia aſtra. AE. 3: 567
Roſcida mella, vel mala. E. 8: 37
Roſea rura, nomen proprium, priore producta. AE. 7: 712
Roſeis quadrigis Aurora. AE. 6: 535
Rubus, maſculini an feminini gener. E. 3: 89
Rudens prora. AE. 3: 551
Rudis terra, inculta. G. 2: 211
Ruere cum quarto caſu. G. 3: 470. AE. 8: 63. 10. 214
Ruere & furere. AE. 2: 772
Ruere proprium de ſuibus. G. 3: 253.
Rufrae oppidum. AE. 7: 739
Ruit agmen aquarum. G. 1: 322
Ruit imber aqua. AE. 5: 695
Rumore ſecundo. AE. 8: 90
Rumpere vocem. AE. 2: 129.
Rumpunt ſe radii, pro erumpunt. G. 1: 446. 4: 78
Rupto robore homines nati. AE. 8: 315
Ruſtum, ruſcum. G. 2: 414
Rutulus & rutilus thorax. AE. 11: 488

S.

SAbinorum lingua *H* in *F* mutatur, *Faliſci* pro *Haliſci*, *forda* pro *horda*, & ſim. AE. 10: 352
Sacerdos Neptuno, vel Neptuni. AE. 2: 201
Saces vel Sages. AE. 12: 651
Sacrae flammae pro abominandis. AE. 9: 109
Sacrani Ardeates. AE. 7: 796
Sacrata & ſecreta mutantur. AE. 2: 157. 9: 4
Sacri vituli, ſacrificio deſtinati. G. 3: 160
Saepes & ſaepire, non ſepes, & ſepire. E. 1: 34
Saeva & ſcaeva. AE. 1: 295
Sages, Saces. AE. 12: 651
Sagma, & ſagmarius equus. AE. 1: 417: n. 90. S.
Sallentini. AE. 3: 400
Saluere. G. 2: 384
Same. AE. 3: 271
Sanctos & ſacros confuſa ex comp. ſcos. AE. 2: 686. 11: 785
Sanctus ſenatus. AE. 1: 426
Sane, ironiae inſervit. AE. 10: 48
Sanguis poſteriori producta. AE. 10: 487
Sanguis pro gente. AE. 5: 771
Sanguinem equorum potantes gentes. G. 3: 463
Saporata melle offa. AE. 6: 420
Sardous. E. 7: 41
Sarraſtes populi. AE. 7: 738
Sat erit mihi, vel me &c. E. 7: 33
Satis eſt exhauſti poenarum. AE. 9: 356
Satis fortunam, ſatis conſilium &c. AE. 3: 348
Satis ſuperque. AE. 2: 642
Satius, melius. E. 2: 14
Saturare, implere. G. 2: 197
Saturati dolore. AE. 5: 608
Saturo colore fucata. G. 4: 335
Saturum Tarentum pro foecundum. G. 2: 197
Saturium, nomen proprium, Tarenti locus. ibid.
Saxa & faces volant. AE. 1: 150
Saxo frangere, non ſaxis. G. 1: 267
Saxoſum ſonare. G. 4: 373
Scaena, non ſcena, ſcrib. licet a σκήνη AE. 1: 164
Scaenis agitatus Oreſtes, Tragoediis. AE. 4: 471
Scalae & tranſtra navium. AE. 10: 287. n. 8. S.
Scarbundus medii aevi voa. AE. 2: 256
Scorpios. G. 1: 35
Scylaceum, prima & ſecunda brevi. AE. 3: 553
Scylla utraque a Poetis confunditur. E. 6: 74
Secludi ſpatiis iniquis. G. 4: 148
Secta via, ſectus limes. G. 2: 278
Secula de longo tempore, hominum, urbium &c. AE. 8: 508
Securim, ſecurem. AE. 11: 656
Securus amorum. AE. 1: 350
Securus pro mortuo. AE. 10: 326
Sed non &c. AE. 7: 736
Sed quid ego haec? AE. 2: 100
Sed & ſub variata. AE. 5: 5
Sedere ante aras. AE. 2: 507
Sedere circum altaria. AE. 2: 517
Sedere & tenere. ibid.
Sedere de Regibus AE. 1: 56
Sedere, in bello, ignavum eſſe. AE. 12: 237
Sedere naves dicuntur, cum merguntur, vel in vado haerent. AE. 3: 565
Sedere portu. AE. 7: 201
Sedet ſententia alicui. AE. 9: 220
Sedibus referre, terrae condere. AE. 6: 152
Seducere anima artus. AE. 4: 385
Selinus palmoſa. AE. 3: 705
Semina flammae. AE. 6: 6
Semita flammae AE. 5: 526
Semiuſtum, ſemuſtum. AE. 3: 578
Sentire carinas, de fluviis. G. 1: 135
Sentire mala &c. AE. 4: 542
Sepultus vino ſomnoque. AE. 9: 189
Sequaces Orphea ſilvae, an ſequentes. E. 3: 46
Sequi clamore. AE. 9: 466
Sera bubo. AE. 4: 462
Sera comans Narciſſus, ut multa gemens. G. 4: 122
Sera omina, ſero intellecta. AE. 5: 524
Sera ulmus, tarde creſcens. G. 4: 144

Se-

Digitized by Google

Seranus, Saranus & Serranus. cognomen gentis Atiliae. AE. 6: 845. 9: 454
Serenum pelagus, pro coelum ſerenum & mare. AE. 5: 870
Serenum pro ſerenitate. AE. 5: 850
Serere ſermones. AE. 6: 160
Sereſtus. AE. 10: 541
Sero, poſteriore correpta. G. 4: 122
Serpullum ſcrib. non *ſerpillum*. E. 2: 11. G. 4: 31
Servare limen. AE. 6: 402
Serum noctis. E. 8: 88
Secius, ſecius AE. 5: 862. 9: 441
Si cum indicativo vel ſubjunct. E. 6: 10
Si, de tempore. AE. 5: 64
Si & ſic variata. AE. 4: 614
Si & ſit tua certa voluntas. AE. 4: 125
Si in invocationibus. G. 1: 17
Si pro an. AE. 4: 110
Si pro utinam. AE. 6: 186
Sic, pro ſic temere. AE. 1: 225
Sic quoque. G. 1. 82
Sic, ſic juvat, repetitum. AE. 4: 660
Sic, ſtatum praeſentem innuit. AE. 1: 594
Sicelides an Sicilides. E. 4: 1
Sichaeus an Sychaeus. AE. 1: 343
Sichaeus cinis. AE. 4: 552
Siciliae loca a Virg. enumerata. AE. 3: 708
Siderunt carinae, pro ſederunt. AE. 10: 301
Sidus pluvium. G. 3: 278
Sidus pro Sole G. 4: 234. AE. 2: 154
Signa, in veſtibus. AE 1: 648
Signare ſaxa nomine, & ſignare nomen ſaxo. AE. 7: 4
Sila, ſylva in Brutiis. AE. 12: 715
Silarus vel Siler fluvius. G. 3: 144
Silentes dumi. AE. 9: 395
Silentia Lunae, noctis. AE. 2: 255
Silex maſculini an feminini gen. E. 1: 15. AE. 6: 471
Silicei ſcintillam excudere, non ſilicis. AE. 1: 174
Silvae & montes, paſtorum ſedes, urbi oppoſitae. E. 4: 3
Silvanus, Pan, &c. agreſtia numina. AE. 8: 599
Silveſtris Muſa. E. 1: 2
Silvis virgulta ſonantia. AE. 6: 704
Simplex mortis via, naturalis. G. 3: 482
Simul ac, Simul ut. AE. 12: 222
Simul repetitum eleganter. AE. 12: 268
Sine more furere. AE. 2: 772
Sinere rem, ſinere ſimpliciter, ſi fata ſinunt. G. 4: 7. AE. 1: 18
Singularis pro plurali G. 2: 72
Singularis poſt duo ſubſtantiva. AE. 4: 651
Sinuant pro ſinuantur, & ſim. AE. 2: 207
Sinuatus portus in arcum. AE. 3: 523
Sinus de veſtibus. AE. 4: 30. 10: 819
Sinus velorum. AE. 5: 16
Siſtere ſe. AE. 11: 710
Sithoniae nives. E. 10: 66
Socius conſilii. AE. 5: 712
Sol aeternus. AE. 2: 154
Sol perjurii vindex. ibid.
Sola, calceorum detritorum ſoleae. AE. 8: 652. n. 1. S.
Sola, viro deſtituta, deſolata. AE. 4: 32
Solidae columnae. AE. 6: 552
Solidum ungulae cornu. G. 3: 88
Solita & ſolida humus. AE. 9: 214
Sollicitus cum ſecundo caſu. AE. 7: 81
Soloeciſmus non committitur in uno verbo. AE 4 403
Solvere coelum. AE. 12: 205
Solvere metum corde. AE. 1: 463, 562
Solvere ſe luctu. AE. 2: 26
Solus de eo, qui in ſolis locis verſatur. E. 2: 4
Solutus ſomno. AE. 9: 236
Solutus vel ſepultus ſomno & vino. AE. 9: 189
Σῶμα vel δέμας Ἀγαμέμνονος, pro Agamemnone ipſo. AE. 7: 650
Somno vinoque ſepulta urbs. AE. 9: 316
Somno vel ſomnio ſimillima, vel fumo. AE 2: 794 6: 702
Sonant ſaxa ſale, ſibilus elegans, non tonant. AE. 5: 866
Sonantia virgulta ſilvis. AE. 6: 704
Sonitus incendii. AE. 2: 308
Sono tremefacta tellus. AE. 10: 102
Soporata melle offa. AE. 6: 420
Sors & pars mutata. AE. 3: 334
Sors triſtis E. 9: 5
Sparſi crines, de furentibus: *paſſi*, de lugentibus. AE. 1: 480. 2: 403
Sparſis albo pellibus capreoli. E. 2: 41
Spectare praemia, vel exſpectare. AE. 5: 400
Spectare pro exſpectare. AE. 8: 503
Spectare, exigere, examinare. E. 3: 48
Spectata pietas. AE. 6: 687
Spectata rebus juventus AE. 8: 152
in *Speculis*, & *ſcopulis* mutata. AE. 11: 897. n. 58. S.
Sperare pro rogare. AE. 1: 543, 5
Spercheus. G. 2: 487
Spes generis AE. 6: 364. 10: 524
Spirabilis, ſpiritalis. AE. 3: 600. n 10. S.
Spiracula & ſpiramenta terrae. AE. 7: 568
Spirant vada, & ſpiracula aequoris. AE. 10: 291
Spirare animam. AE. 12: 883
Spiritus poeticus E. 4: 53
Splendidus, & ſplendere, de apparatu conviviorum. AE. 1: 637
Spoliis Orientis onuſtus Auguſtus, de ſignis a Parthis relatis. AE. 1: 289
Sponde AE. 9: 296
Spondere ſibi an recte dicatur. AE. 9: 296
Spumantia colla equorum. G. 2: 542
Stabula ferarum. AE. 6: 179
Stagna fluviorum. G. 1: 384
Stant lumina flamma, Stat pulvere coelum, & ſim. AE. 6: 300
Statius, Comicus antiquus. AE. 2: 777. n. 75. S.
Statuere urbem, pro condere. AE. 2: 295
Steterunt, ſecunda correpta. AE. 10: 334
Sthenius & Sthenelus. AE. 10: 388
Stirps maſculini & fem. generis. AE. 12: 208, 781
Stratis relictis excubare. AE. 4: 82
Striae in architectura & in veſtibus quae dicantur. AE. 8: 660. n. 13. S.
Stridere tertiae conjugationis. G. 4: 262. AE. 4: 689. 12: 691
Stringere ſe corpore alicujus. AE. 10: 476
Stringere frondes, fruges, decerpere. G. 1: 317. 2: 300
Stringit fluctus latera. AE. 3: 655
Strinxit mentem pietas. AE. 10: 824
Studia crecentia, de favore partium. G. 3. 498
Studium pecudum, arvorum &c. G. 3: 163
Stuppa, non Stupa. AE. 5: 682
Stygii lacus AE. 6: 154
Sua arbor. E. 1: 38
Sua poma. E. 7: 54
Sua contract. monoſyl. ibid.
Sub aciem. AE. 12: 719
Sub culmina. AE. 8: 456
Sub divo, vel, ſub dio. G. 3: 432
Sub pectora. AE. 9: 718
Sub rupe, pro in. E. 1: 57
Sub Sole, ſummo mane. AE. 1: 431
Sub tecta, & in tecta. AE. 9: 502
Sub terra, an ſub terram G. 4 43
Sub ubera vel ubere nati. AE. 5: 285
Sub umbris vel umbras. AE. 11: 831
Subeſt natura ſolo. G. 2: 49
Subjecta flamma. G. 4: 385
Subjecta oneri colla. AE. 2: 721
Subjectare. G. 3: 241
Subjectat, ſubvectat. G. 3: 241
Subigere pro cogere. G. 4: 85
Subigit conto ratem Charon. AE. 6: 302
Subire muros & muro. AE. 7: 161. 9: 371
Subire humeris. AE. 2: 708
Subit & fuit cura, mutantur. AE. 8: 396
Subit haſta. AE. 10: 340
Subitae Harpyiae. AE. 3: 225
Subiit artus. AE. 7: 445
Subitum monſtrum. AE. 5: 522
Subjuncti roſtro leones. AE. 10: 157
Sublapſa & ſublata mutantur. AE. 2: 169
Subminere, ſupplere, ſucceſſorem mittere. E. 1: 46
Submovere aliquem, opponitur τῷ recipere. AE. 6: 316
Submovere & ſemovere. ibid.
Subnixus & ſubnexus crinem mitra. AE. 4: 217
Suboles. E. 4: 49
Subſidere cum quarto caſu, Subſedit Aſiam. AE. 11. 268
Subterlabentia muros flumina, alluentia. G. 2: 157
Subvectare arenam. G. 3: 241. 4: 385
Subulci. E. 10: 19
Subvolvere ſaxa. AE. 1: 424
Succedere, & ſuccurrere. AE 10: 439
Succedere currum & curru. AE. 3: 531
Succedere antrum & antro. E. 5: 6
Succedere tumulos & tumulo. AE. 7: 161. 11: 103
Succinctus lituo & trabea, pro inſignis lituo, & trabea ſuccinctus AE. 7: 187
Suſcipere. AE. 6: 248
Sueus unico e ſcribend. E. 3: 6
Sudare mella. E. 4: 30
Sufferre laborem. G. 2: 343
Sufferre, pro ſe ſufferre. AE. 2: 491
Suffoſſus, ſuffuſus equos. AE 11: 671
Suffundere ora rubore, & ore ruborem. G. 1: 430

Su-

Sumere audaciam, ſumere ſcelus. AE. 12: 500. n. 96. S.
Sumere, ICtorum verbum in legatis capiendis. AE. 5: 533
Summa vel prima poteſtas. AE. 10: 100
Summus pontus, ſummum aequor. AE. 7: 528
Suo ſibi nomine. AE. 8: 519
Suos & duos confundunt librarii. AE. 7: 317
Super, pro inſuper. AE. 2: 71
Super his, pro propter haec, vel praeter haec. AE. 2: 348
Super imperiis moveor, pro propter. AE. 10: 42
Super fuga nulla, pro ſuper eſt. AE. 8: 251
Super uſque. AE. 11: 317
Superare undis, non undas. AE. 2: 207
Superaſtat arce, vel arcem. AE. 6: 17
Superi, viventes, reſpectu mortuorum. AE. 6: 481
Superincumbere. AE. 10: 727
Superinfundere. AE. 6: 254
Supplicia vota vel dona. AE. 8: 61
Supra, prima brevi. AE. 7: 32
Supra. AE. 7: 381
Supremus clamor, in funere. G. 4: 460
Surgunt aſtra orientia. AE. 4: 352
Sus maſculino genere. AE. 12: 170
Suſcipere & ſuſpicere. AE. 6: 668, 723
Suſcitare ignes. AE. 8: 543
Suſpectus coeli. AE. 6: 579
Suſpenſus. AE. 3: 9
Suſpenſus numine. AE. 3: 372
Suſpicere Lunam. AE. 9: 403
Suſtinere palmis undam. AE. 8: 70
Suſtollitur flamma. G. 4: 385
Suta aerea. AE. 10: 313
Suum ſibi munus. AE. 6: 142
Suum quaerit deciſa dextra, pro dominum. AE. 10: 395
Suus ſol, ſua ſidera. AE. 6: 641
Sychaeus, Synchaeus. AE. 1: 343
Symaethia flumina. AE. 9: 584
Synaereſis *aureâ* biſyllab. AE. 7: 190
Syncope, *Extinxti* pro *Extinxiſti*. AE. 4: 682. *Tranſe* pro *Tranſiſſe* &c. AE. 5: 786
Syntheſis. AE. 9: 463
Syracoſius, Syracuſius. E. 6: 1
Syrtis. AE. 7: 302

T.

TAbentes genae. AE. 12: 221
Tabo languent corpora. G. 4: 251
Taburnum. G. 2: 38
Tacentia loca. AE. 6: 265
Taciti remi. AE. 8: 108
Tacitum coelum. AE. 2: 255
Tacitum pectus. AE. 1: 502
Tacitus loquitur, taciti dicunt, pro ſecreto, vel ſecum. AE. 2: 125
Taeniis evincti tempora. AE. 8: 286
Taetra & terra mutata. AE. 3: 589. n. 97. S.
Talentum auri & argenti. AE. 5: 112. 9: 265
Talia vel talea in arboribus. AE. 10: 58. n. 20. S.
Tamen pro autem. AE. 2: 185
Tamen, non praecedente licet, vel quamvis. E. 10: 31
Tandem in interrogatione, ſtomachantis & increpantis. AE. 1: 370
Tangere ambroſia, pro ungere. G. 4: 416
Tangere & tingere mutata. G. 3: 403
Tangit fluctus latera. AE. 3: 655
Tanto, praecedente quantum. AE. 12: 19
Tantum adſis, vel tandem. AE. 8: 78
Tantum ponitur, non praecedente aut ſequente quantum. E. 6: 30
Tantus gurges. AE. 5: 814
Tapetes alti. AE. 9: 325
Tarcon, vel Tarcho, & Tharcon. AE. 8: 506, 603. 11: 727, 746
Tarda ſenectus, & ſera. AE. 9: 610
Tarda gloria. AE. 11: 430
Tardat pro tardatur. AE. 10: 857
Tardi bubulci. E. 10: 19
non Tardus pro peritiſſimo. G. 2: 125
Tarquinius ſecundam corripit. AE. 6. 818
Tartareae vel Tartarinae ſorores AE. 7: 328
Tauromenitani. AE. 3: 420. n. 60. S.
Taygeti juga, Taygeti culmina. G. 3: 44
Tecta & arces. AE. 4: 260
Tecta ferarum. AE. 6: 8
Tecta & regna. AE. 6: 14
Tegea pro Tegeaea, ut Nemea pro Nemeaea. AE. 5: 299
Tegere pace Latinos. AE. 7: 426
Tegmen & tegumen. AE. 7: 666
Tegmina arborum. E. 1: 1
Tegmina pro exuviis quibus ſe tegebant Heroes. AE. 1: 275
Tegumen. AE. 3: 594
Tellus tremit excita. AE. 7: 722
Temerare thalamos. AE. 10: 389
Temperare ſibi ab aliqua re. G. 1: 360
Tempora duo diverſa ſaepe juncta. AE. 2: 12. 3: 3
Tempus ſing. num. de parte capitis. AE. 9: 418
Tempus agi res. AE. 5: 638
Tempus erat, quo, vel, cum. AE. 2: 268
Tenaces cerae. G. 4: 161
Tendere & tollere palmas ad ſidera, geſtus minantium. AE. 5: 256
Tendere curſum, & curſu. AE. 2: 321
Tendere oculos & tela, diverſo ſenſu. AE. 5: 508
Tendere equos. AE. 11: 871
Tendere pro ire. G. 4: 534
Tendere & intendere mutata, pro magna vi aliquid conari. AE. 1: 18
Tenebat & tegebat mutata. AE. 8: 194
Tenebat & trahebat. AE. 8: 308
Tenent carmina vacuas mentes. G. 3: 3
Tener aër. AE. 9: 699
Tenere ſpeluncam, pro occupare. AE. 8: 194
Tennes, a quo Tenedos. AE. 2: 21. n. 86. S.
Tentanda falcis acies. G. 2: 365
Tentare fluvios. G. 3: 77
Tenuis rivus. G. 4: 19
Tepentes Zephyri. G. 2: 330
Terebrare. AE. 3: 635. & S.
Terere otia, tempus. AE. 4: 271
Terere calcem calce, in curſus certamine. AE. 5: 324
Tergeo ſecundae, & tergo tertiae conjugationis. AE. 7: 626
Tergum pro ſcuto. AE. 9: 412
Tergus hominis. AE. 9: 764
Terra, mater hominum. AE. 6: 152
Terrae graviora. AE. 6: 84
Terrae & venti confunduntur. G. 2: 345
Terrae, pro hominibus ac pecudibus. ibid.
Terram coelumque, non terras. AE. 6: 724
Terrea progenies hominum. G. 2: 341
Tetricus, montis nomen. AE. 7: 713
Teucrum duces, non Teucri. AE. 8: 161.
Teucrus pro Teucer. AE. 3: 108
Thalami taedaeque. AE. 4: 18
Thamirus AE. 12: 341
Thapſus inſula. AE. 3: 689
Thebe, Aſopi filia. AE. 3: 466. n. 7. S.
Thermodon. AE. 11: 659
Theron, Tyrannus Agrigentinus. AE. 10: 312. n. 25. S.
Theſeus, non Tereus, infelix, apud inferos. AE. 6: 618
Theſſandrus unus ex illis, qui equo Trojano incluſi. AE. 2: 261
Thiaſus Graecorum convivium. E. 5: 30
Θιασῶται & Ἐρανισταὶ iidem. ibid.
Thyias an Thyas. AE. 4: 302
Thyle, Thule. G. 1: 30
Thymoetes. AE. 2: 32
Tiberinus ſcribendum, non Tyberinus G. 4: 369
Tiberis & Thybris ſcribendum. AE. 1: 13.
Tiburni manus. AE. 11: 519
Tilia, Talia. G. 4: 183
Timavus. AE. 1: 244
Timidus, & tumidus. E. 6: 20
Tiniae, tineae. G. 4: 246
Tithonus Laomedontis filius, non frater. AE. 4: 585. n. 36. S.
Tityrus, non Tytirus, & unde dicatur. E. 1: 1
Titubata veſtigia AE. 5: 332
Tmarius Doryclus. AE. 5: 620
Tmarius & Iſmarius mutata. ibid.
Tmaros mons. E. 8: 44. & AE 5: 620
Tmolus, molus. G. 2: 98
Tmoleticum vinum. ibid.
Tollere ſe ad auras. AE. 2: 699
Tollere fluctus vento, tollis ſe mare, & ſim. AE. 1: 66
Tonat Aetna. vel ſonat. AE. 3: 571
Tondens jecur vultur. AE. 6: 598
Tondent hirci, pro tondentur. G. 3: 312
Tonſae pro remis. AE. 7: 28
Tori riparum. AE. 6: 674
Tornata & toreumata differunt. E. 3: 38
Torquere pro curvare. G. 2: 448
Torquet Atlas axem humero. AE. 8: 141
Torvi vel torti Tiſiphones angues. AE. 6: 571
Tota veſte aliquem vocare. AE. 8: 712
Totum & tutum mutata. AE. 9: 245
Totus collucet veſte. AE. 10: 539
Tractim. G. 4: 260
Tractus ſtellae. AE. 2: 693
Tractus rotae. G. 3: 183

Tractus

Tractus coeli, aëris hauſtus. AE. 3: 138
Trahae, traheae. G. 1: 164
Trahere moras, & trahere ſimpliciter. AE. 7: 315
Trahere comitem. AE. 8: 308
Trahit & rapit mutata. G. 1: 203
Trajectio pronominis relativi. E. 1: 54
Trajectum telum. AE 10: 587
Tranſabire, & tranſadigere coſtas. AE. 9: 432
Tranſegerat medium axem dies. AE. 6: 536
Tranſilit parmam mucro. AE. 10: 817
Tranſverſa fremunt venti. AE. 5: 19
Tremeſcere, paveſcere, & ſim. AE. 3: 648
Tremulum Lunae lumen. AE. 7: 9
Trepidant Manes. AE. 8: 246
Trepidant trieterica. AE. 4: 302
Trepidare de equis, & equi trepidarii, AE. 4: 121. G. 50. S.
Trepidi artus. AE. 3: 627
Trepidum aenum. G. 1: 296
Trepidum & tepidum. ibid.
Triboli, tribuli. G. 1: 151
Tridentia prorae roſtra, non ſtridentia. AE. 5: 143. 8: 690
Tris, tres. AE. 10: 350
Triſti ore. AE. 11: 533
Triſtia facta, dicta. AE. 2: 548
Triſtis ſors. E. 9: 5
Triumphata urbs. AE. 6: 837
Troios, non Troicus. AE. 1: 119
Trudes, genus conti. AE. 5: 208
Trunca pinus, myrtus, baculi paſtorum e trunco illarum arborum. AE. 3: 659
Tueri ſe moribus. AE. 7: 204
Tulerunt ſecunda correpta. E. 4: 61
Tumor pro ira. AE. 8: 41
Tunſae fruges. G. 3: 133
Tunſus vel Tuſcus Gallae ſapor. G. 4: 267
Turba, de duobus. AE. 3: 233
Turbare verbum in bellis proprium. E. 5: 12. AE. 6: 801
Turnus, poëta antiquus. G. 3: 325. S.
Turpare capillos ſanguine. AE. 10: 832. & pulvere. AE. 10. 844
Turpis podagra. G. 3: 299
Turrim. AE. 2: 460
Turtur femin. gen. E. 1: 59
Tympana rotae plauſtrorum ſine radiis. G. 2: 444
Tyrrhenum duces. AE. 11: 835
Tyrrhus & Tyrrhidae, Tyrrhi filii. AE. 7: 485
Tyrus, Tyros. AE. 4: 670

V.

VAccinia, hyacinthi. E. 2: 18
Vadere in mortem. AE. 2: 359
Vadoſus amnis. AE. 7: 728
Vagare. AE. 3: 76. n. 14. S.
Vale longum, de non redituris. E. 3: 79
Valentes furcae. G. 2: 359
Validis viribus. AE. 2: 50
Validus fremor AE. 11: 296
Valles pro vallis, contra vulpis pro vulpes. AE. 11: 522
Variatio caſuum. AE. 3: 349. n. 19. S.
Variatio temporum. AE. 6: 294.
Variatio modorum. AE. 3: 234. 4: 591
Variatio numeri ſingularis ac pluralis, ruit & certant ſequuntur, mirantur ſequente ſtupet, &c. AE. 2: 32. 6: 677
Variatio perſonae verborum. AE. 5: 355
Varius Poeta. E. 9: 35
Varronis Rerum Humanarum Libri. AE. 3: 148 n. 3. S.
Ubi quaeque matres Latinae. AE. 7: 400
Udi dentes. G. 3: 514
Vel pro &. AE. 6: 769
Velint portus. AE. 6: 366
Velivolum mare. AE. 1: 224
Velle arma. AE. 12: 242
Velle fallere, & ſim G. 4: 448
Venerari paſſive. AE. 8: 76
Venia & vita ſaepe confuſa. AE. 2: 145
Veniam vitamque rogare. ibid.
Veniens Auſter. E. 5: 82
Venire, de hoſtili animo. E. 9: 13. G. 1: 322. AE. 1: 22. 7: 470. 10: 456
Venire excidio, pro eſſe. AE. 1: 22
Venire pro pervenire. AE. 1: 2
Venire terram, non ad terram. AE. 2: 781. 12: 861
Ventum eſt. G. 4: 484
Vera fides. AE. 3: 316
Verba duo activae & paſſivae formae conjuncta. G. 1: 130. AE. 5: 773
Verba duo idem notantia cumulantur. *deceptam fefellit*, & ſim. AE. 4: 17
Verba precantia. AE. 7: 237
Verba ſynonyma repetita. *fatur* & *inquit*. AE. 5: 551
Verbanus lacus, Maximus dictus. G. 2: 159
Verberat amnem rete. G. 1: 141
Verberat aures nuntius, vel vulnerat. AE. 8: 583
Verbere, flagello, armatae Furiae. AE. 7: 451
Vere Phrygiae. AE. 9: 617
Verrere remis aequora. AE. 3: 668
Verrere ſpicula. AE. 5: 586
Verſare dolo, & dolos. AE. 2: 62
Verſus remorum triplex, a verrere. AE. 5: 119
Verſus adulterini Virgilio inſerti. E. 1: 18, AE. 2: 76, 100. 4: 528. 7: 444, 587. 8: 41. 9: 29, 121, 151, 529
Verſus aliquot Virgilio detracti. AE. 2: 567
Verſus dactylici. G. 3: 449
Verſus duo ab eadem voce incipientes. AE. 2: 483
Verſus duo in eumdem ſonum deſinentes. AE. 3: 656. AE. 4: 256
Verſus iidem diverſis locis apud Virgilium, ſed mutata una alterave voce, a librariis ſaepe corrupti vel interpolati. E. 5: 37
Verſus, in quibus plures voces ab iiſdem literis incipientes. E. 3: 76
Verſus hypercatalecticus. AE. 6: 33. 7: 237, 633. 11: 11
Verſus hypermetri, *Scyllamque Charybdimque*, & ſim. AE. 3: 684. 4: 629. 6: 653. 7: 160, 470. 10: 883. 11: 333
Verſus reciproci, vel Sotadici. AE. 7: 634. n. 97. S.
Vertere coelum in Tartara. AE. 12: 205
Vertere fundo. AE. 10: 88
Vertere pro evertere. AE. 1: 20
Vertex, vortex. G. 1: 481
Verubus vel veribus. AE. 5: 103
Veſaevus. G. 2: 224
Veſci auras. AE. 3: 339
Veſcum, veſcae frondes. G. 3: 175
Veſte aliquem vocare. AE. 8: 712
Veſtigia premere & torquere. AE. 6: 547
Vetus fama. AE. 6: 527
Vexare rates. E. 6: 76
Vexum & convexum, a veho. AE. 7: 543
Vi multa vel magna aliquid facere, pro magno animi ardore. AE. 1: 271. 9: 724
Via flammae. AE. 5: 526
Via ſalutis. AE. 12: 405
Viae coeli. G. 1: 418
Viae & vices mutata. ibid.
Viae veſtium quae dicantur. AE. 8: 660. n. 13. S.
Vices praeliorum. AE. 2: 433
Vices variare, ſtationes. AE. 9: 164
Victor, voti compos. G. 3: 10, 17. AE. 3: 439
Victor, propoſiti effector. AE. 2: 329
Viden'. AE. 6: 780
Videre & movere mutata. AE. 9: 471
Vides, & video, δεικτικῶς. AE. 9: 195
Vidi ante oculos meos. AE. 12: 638
Vidi, & vidi ego. G. 1: 197
Vigilanda nox. G. 1: 313
Vio' pro vis. AE. 6: 818
Vincere aliquem, exorare, perſuadere. G. 4: 398
Vincere flamma, torrere. G. 3: 560
Vincire linguam, de vino. G. 2: 94
Vincla legum. AE. 7: 203
Vinctus vino. AE. 9: 337
Virecta in Mſſ. AE. 6: 638
Vires animique. AE. 10: 357
Virgae auratae in veſtibus. AE. 8: 660
Virgiliomaſtix. AE. 5: 521. n 95. S.
Virgilius ſaepe alludit ad templa Romae ſui temporis, cum alia templa deſcribit. AE. 1: 448
Virgilius variare ſolet ſaepe loquendi modos. E. 5: 37. AE. 5: 88, 486. 9: 123, 814
Viri, mollibus & effeminatis oppoſiti, E. 3: 7
Viribus contendere, de lucta vel de certamine jaculi, & coeſtus. AE. 5: 67
Viſa. AE. 3: 172
Viſco fallere, de aucupio. G. 1: 139
Viſu haud temere eſt, vel, viſum. AE. 9: 375
Vita, pro vivendi modo. G. 2: 467
Ulixei. E. 8: 70
Ulixes, Ulixi. AE. 2: 7, 90. 3: 273
Ultima vitae pars, ſenectus. E. 4: 53
Ultus paſſive. AE. 10: 737
Umbra & herba. E. 3: 55
Umbra pro frondibus arborum. G. 4: 511
Umbram & urbem. AE. 2: 768
Umor pro humor. G. 1: 30
Umquam & numquam confunduntur. AE. 2: 321
Unanima ſoror, non Unanimis, exanimus, ſemianimus, & ſim. AE. 6: 8. 7: 335
Unanimus frater AE. 7: 335
Undat ſanguine litus AE. 2: 582
Undique & undique. AE. 5: 9
Unguere tela. AE. 9: 773

Uno & imo in corde AE. 10:871. 12:667
Vocalis brevis ante *ſt.* & ſim. producta. AE. 9: 37
Vocant fata aliquem. AE. 10: 471
Vocant tympana. AE. 9:619
Vocant vela aurae. AE. 3: 356, 454
Vocare curſibus auras, pro, provocare. G. 3: 193
Vocare Deos, precari. AE. 12:176
Vocare & trahere fata AE. 9: 94
Vocare umbrem votis. G. 1. 157
Vocare in artes. G. 2: 52
Voce, vel ore, precatur AE. 6: 186. 9:403
Voce vocare. AE. 5. 860
Voces a duabus conſonantibus incipientes corruptae a librariis, omiſſa una conſonante. *molus* pro *Tmolo*, & ſim. AE. 5: 620
Voces conjunctae vel disjunctae in MSſ. *ſed &* pro *ſedet*. AE. 11:522. n. 28. S. *cogit &*, pro *cogitet*, & ſim G. 1:461. *etiam* pro *& jam* G. 2:18. n. 3: 189. AE. 6 485. *agitata*, & *agit atra*. G. 2:130. 3: 129. *inſtrabunt* & *inſtra dabunt* *vaſtabo* & *vaſta dabo* AE. 1:608. 9: 323. *ſublit*, *ſubit &*. AE 2: 562. *hodieque* & *hodie quoque*. AE. 3: 80. n. 22. S. *ambroſiae nectare*, pro *ambroſia & nectare*, AE. 6: 314. n. 91. S.
Voces & verba. AE. 4: 460
Voces geminatae. AE. 5: 136
Voces tres literam *n* habentes, *ſemper tuta lacu* AE. 6: 238
Vulaema pira. B. 2: 88
Volens & volans. G. 2: 41. AE. 5: 219
Volens, favens. G. 2: 41
Volgo, vulgo G. 1: 481
Volitantia ſimulacra, in ſomnis. AE. 7:89
Volnus, volgus, divom, Volcanus, & ſim. in MSſ. AE. 2: 539
Volſcens AE. 9: 370
Voltus pro vultus. AE. 2: 529
Voluptas de amore. E. 2: 65
Volutare & voluptare. AE. 6: 157
Volutare tela pro jactare. AE. 10: 883
Volux, Bocchi filius. AE. 5: 540. n. 18. S.
Vomere flammas. AE. 8: 620
Vomis, vomer. G. 1: 46
Vortex, & vertex. G. 1:481. 3: 241. AE. 7: 31, 567
Vota & dona mutata. AE. 8: 61
Vota ſolemnia. E. 5: 74
Voti damnatus. E. 5: 80
Vox & vultus conjuncta, unde quis dignoſcitur. AE. 1:327. 5:648
Vox tubae, & de omni ſonitu. AE. 3:668
Upilio & upilio. E. 10. 19
Ur in verbis, ut *jactetur*, vocali ſequente, productum ob caeſuram. AE. 1: 668
Urbes terraeque de maximo imperio. G. 1: 25
Urbs de tota regione. AE. 5: 52
Urbs & domus junctae. AE. 1: 600
Urget timor ſollicitam. AE. 9: 89
Urguere ſcribendum. AE. 6: 561
Urguet & angit mutata. AE. 9: 89
Urſi in Africa. AE. 5: 37
Uſque ad. E. 5: 43
Ut pro dum. AE. 7: 72
Ut pro poſtquam. AE. 11: 151
Ut ter repetitum. AE. 1: 486
Ut vereor! AE. 1: 671
Uti & ubi confunduntur. AE. 2: 497
Utrumque litus, utrumque mare. G. 3: 33
Uvidus Jupiter. G. 1: 418
Uvidus, pluvia madidus. E. 10: 20
Vulgus maſcul. *in vulgum*. AE. 2: 99
Vulnus pro telo quo vulnus infligitur. AE. 2: 529. 10. 140
Vulneris & ſanguinis unda. AE. 9:700

Z.

ZAcynthus. AE. 3: 270
Zema. AE. 3: 466. n. 8. S.

IN

INDEX
AUCTORUM VETERUM
EMENDATORUM VEL ILLUSTRATORUM,
NEC NON
RECENTIORUM,
QUI NOTANTUR VEL LAUDANTUR
IN NOTIS AD
VIRGILIUM.

ABRAMUS (Nicolaus) AE. 4: 449
ACIDALIUS (Valens) AE. 10: 558
ADDISSON. AE. 7: 563, 712. 9: 715. 12: 163
AFRANIUS in Cineratio. AE. 4: 194. n. 86. S.
AORARIAE rei ſcriptores. AE. 11: 759
AOORNUS Urbicus. E. 7: 56
ALARDUS (Lampertus) AE. 6: 420
ALBINOVANUS Eleg. in Druſ. AE. 4: 534
ALCIMUS Avitus. E. 4: 61
ALCUINUS. AE. 11: 126
ALIARIUS (Vincentius) AE. 6: 840. n. 80. S.
AMMIANUS Marcellinus. AE. 4: 473. 6: 875
ANSELMUS (Georgius) AE. 3: 510. n. 73. S.
APOLLODORUS. AE. 3: 111
APULEJUS. AE. 5: 312. 6: 681
D'ARNAUD (Georgius) AE. 8: 596
ARNTZENIUS (Joh.) AE. 2: 620
ARUSIANUS Meſſius. E. 1: 80. & ſaepe. G. 1: 360. AE. 4: 58. 5: 185. 7: 799
AUCTOR de orig. urb. Rom. E. 4: 58. AE. 2: 261, 262
——— de Viris Illuſtribus. AE. 9: 37
——— Panegyrici ad Piſonem. E. 7: 56
——— Culicis. AE. 11: 268
——— Aetnae. G. 2: 197. 3: 193
——— Celris. AE. 8: 402
——— Supplement. Actor. Lipſienſ. AE. 2: 49
AVIENUS Periegeſi. AE. 1: 120, 174. AE. 10 587. 11: 892
——— Phaenomen. AE. 3: 589. n. 97. S. AE. 12. 865
——— in Fabulis. AE. 9: 651. 11: 714
AUSONIUS. E. 8: 22. G. 1: 208. 4: 43, 443. AE. 1: 109, 201. 2: 331, 779. 6: 325. 8: 139. 10: 291, 788. 12: 391

BAERLANDUS (Adrianus). AE. 1: 458. & paſſim eod. libro.
BARTHIUS (Caſpar) AE. 4: 31. 6: 325, 346. 8: 1. n. 13. S. 513. AE. 10: 468, 743. 11: 72, 151, 522. n. 28. S. 12: 139. n. 54. S. 898, 906
BEDA. AE. 1: 109. 11: 262
BENTLEJUS (Richardus) AE. 2: 780. 3: 708. 4: 256, 482. 5: 484, 555, 864. n. 88. S. AE. 6: 18, 395. 7: 624. 8: 439. 10: 356. 11: 699. n. 96. S.
BONAMICUS (Lazarus) AE. 6: 620
BROUKHUSIUS (Janus) G. 3: 116. AE. 5: 355, 524. 7: 29. n. 32 S. AE. 8: 660. n. 13. S. 12: 802
BUDAEUS (Gulielmus) AE. 12: 835
BYNCKERSHOEKIUS (Cornelius) G. 1: 373.

C.

CAESAR. AE. 2: 185. 6: 132. 9: 37
CALPURNIUS. G. 3: 190
CANNEGIETERUS (Henricus.) AE. 6: 563. n. 94. S.
CANTERUS (Gulielmus) AE. 7: 543. 11: 50. 12: 391
CASAUBONUS (Iſaacus) G. 1: 167
CASTALIO (Joſephus) AE. 12: 727
CASTELVETRIUS (Ludovicus) ſaepe ad Eclog. AE. 6: 391. 9: 141. & alibi.
CATALECTA Pithoei. AE. 1: 269, 552. 4: 58. 5: 88, 547. 6: 132, 793. bis. 7: 532. 11: 261, 755. 12: 17
CATROEUS. paſſim. praecip. G. 4: 415. AE. 1: 344. 2: 103, 196. 3: 111, 134. 4: 345. 5: 52. 7: 276, 295. 9: 75, 542. 10: 166
CATULLUS. E. 10: 12. G. 4: 443. AE. 3: 111, 625. 6: 456. n. 73. S. 733. 7: 302
CELLARIUS (Chriſtophorus) AE. 6: 563. n. 94. S.

CER-

Digitized by Google

CENSORINUS. G. 2: 463
CERDA (Ludovicus de la) AE. 4: 352. & alibi ſaepe.
CHARISIUS. E. 8: 70. AE. 1: 399. 3: 81, 341. 11: 715
CICERO. E 2: 65. 7: 16. G. 2: 175, 204, 407, 448, 456. 3. 67, 306. 319. AE. 1: 24. n. 80. S. 176. n. 77. S. 233, 698. n. 94 S. 732. 2: 100, 506. n. 47. S. 707. n. 24. S. 3: 348, 443. n. 83. S. 600. n. 10. S. 4: 692. 5: 287. n. 34. S. 340. 6: 291, 435. 849. 7: 234, 485. n. 12. S. 9: 37, 351, 371. n 80. S. 10 439. 12: 715, 801
CLAUDIANUS. E 1: 9. 2: 58, 73. 6: 56. 7: 16. G. 3: 349. 4: 126. AE. 1: 97, 201 317. 2: 88 3: 8, 565, 625. 4: 8, 17. 58. 5: 620. 6: 66, 132, 206. 231, 255, 733. 7: 110. 10: 154, 238, 291. bis. 468. 11: 236, 755, 870, 895. 12: 709, 862
CLEDONIUS E. 8: 70
CLERICUS (Johannes) E. 2: 10. G. 4: 290. AE. 4: 436. 12: 657 n. 45. S.
CODEX Theodoſianus. AE. 4: 454
COLUMELLA. E. 7: 1. & 65. bis. G. 1: 50. 2: 86. bis. 97, 102, 106, 268, 407. 3: 78, 176. 4: 63, 95. AE. 1: 174. 3: 533. 4: 116. 5: 449, 781. 6: 132. 7: 110, 697. 10: 291, 587. 12: 781
CORIPPUS. AE. 6: 475, 7: 712
CORRADUS (Marius) AE. 12: 709
CORTIUS (Gotlieb) G. 1: 267. AE. 4: 647
CRENIUS (Thomas) AE. 5: 284
CRUCQUIUS (Joh.) AE. 7: 129
CUJACIUS (Jacobus) AE. 7: 38. n. 35. S.
CURTIUS. E. 3: 43. G. 2: 45, 407. AE. 1: 15. 2: 61. 4: 350. 5: 685. 6: 563. n. 94. S. 7: 585

D.

DACIERIA (Anna) AE. 8: 318
DAVISIUS (Joh.) AE. 4: 297. 7: 176. 12: 219
DAUSQUEJUS (Claudius) AE. 8: 728
DELRIUS (Martin. Anton.) AE. 10: 455
DEMSTERUS (Thomas) AE. 10: 166
DICTYS Cretenſis. AE. 1: 513. 2: 234, 262, 264, 799. 7: 761. n. 43. S.
DIODORUS Siculus. AE. 7: 695
DORVILLE (Jac. Phil.) AE. 3: 92. 4: 471. 8: 422. & paſſim alibi.
DRAKENBURGIUS (Arnoldus.) E. 2: 4. AE. 2: 77. 3: 287. 4: 436. 7: 584. 10: 140. 12: 376
DUKERUS (Car. Andr.) AE. 6: 36, 473. 12: 106

E.

EMMENESSIUS. AE. 1: 543. n. 57. S. 5: 773. 11: 543. n 55. S. & alibi.
ENNIUS. AE. 7: 678. n. 71. S. 11: 896
ERASMUS (Deſiderius) AE. 11: 403. n. 73. S.
EXCERPTA Peireſciana. AE. 5: 568

F.

FABER (Tanaquillus) AE. 5: 542. 6: 32. 8: 605
FAËRNUS (Gabriel) AE. 9: 296
FANNIUS de ponderib. AE. 3: 281
FESTUS. E. 2: 4 S. AE. 5: 568
FIRMICUS. AE. 12: 835
FLORUS. G. 2: 322. 3: 122. AE. 3: 425. n. 65. S. 609. 5: 398 7: 697. 10: 809. 11: 272. 12: 292, 835
FONTANINUS (Juſtus. AE. 7: 716
FRONTINUS. AE. 2: 30
FULGENTIUS. AE. 12: 469

G.

GELLIUS. E. 5: 48. G. 4: 7. AE. PRE. 2: 119. n. 51. S. 205, 513. 7: 498. 9: 37. 10: 587
GERMANICI Aratea. AE. 7: 389. 10: 377
GESNERUS (Conradus). AE. 11: 406. 12: 219
GIFHANIUS (Obertus) AE. 8: 712. & alibi.
GLOSSAE Mſſ. Voſſianae. AE. 7: 498. 9: 375
GOTHOFREDUS (Jacobus) AE. 4: 473
GRANDAEUS (Iſaacus). AE. 12: 437
GRATIUS. G 4: 95. AE. 12: 388
GRAVIUS (Valentinus) AE. 6: 793
GRONOVIUS (J. Fred.) AE. 9: 37. & alibi.
GRONOVIUS (Jacobus) G. 2: 480. AE. 6: 777
GUNTHERUS. AE. 12: 835

H.

HARDUINUS (Johannes) AE. 4: 84, 110, 116, 156, 210, 221, 227, 229, 244, 260, 313, 344, 361, 367, 388, 402, 403, 411, 430, 431. 436. 449, 451, 496, 502, 506 510, 516, 542, 554, 565, 579, 594, 622, 625. 5: 10, 16, 37, 45, 46, 115, 136, 149, 294, 306, 592, 621, 628, 839. 6: 16, 36, 46, 420, 471, 769, 800, 823, 837, 853, 855. 7: 28, 75, 419, 440, 447, 456, 493, 604. 9: 698
HAVERCAMPUS (Sigebertus) AE. 5: 163. 6: 727. 8: 532. 10: 850
HEINECCIUS (Joh Gottl.). AE. 2: 529
HEINSIUS (Daniel) AE. 3: 589. n. 97. S.
HESYCHIUS. AE 1: 478
HEUMANNUS (Chriſtoph. Aug). E. 3: 60. AE. 1: init. 154, 348, 374. 2: 3, 81, 84, 100, 103, 248. 3: 484. 4: 237 244, 436, 471, 538. 5: 136, 380, 466, 652. 6. 90, 311, 378, 690. 9: 186, 351, 525. 10: 439
HIERONYMUS. G. 3: 204. AE. 7: 532
HIERONYMUS Chronico Euſeb. AE. 3. 705. 9: 653. 10: 126
HIRTIUS. AE. 9: 632
HORATIUS. E. 9: 35. 10: 59. G. 2: 319, 369. 3: 116. AE. 2: 647. 3: 93. n. 56. S. AE. 3: 386, 589. n. 97. S. 5: 633. 6: 382. 8: 139. 9: 195, 197
HUETIUS (Petrus Daniel) G. 4: 511. AE. 1: 317, 343. 8: 508
HYGINUS. AE. 2: 198

I.

INSCRIPTIONES. AE. 1: 43. n. 79. S. 3: 503. 5: 568. 7: 796
ISAEUS (non Iſocrates 10 orat adverſ. Callimach. AE. 2: 65
ISIDORUS. G. 4: 301. AE. 7: 678. n. 71. S. 10: 444. n. 26. S.
JUSTINUS AE. 2: 201, 309. 3: 565. 4: 534
JUVENALIS E. 3: 16. 7: 1. 9: 31. AE. 3: 37, 170, 608. 4: 689. 5: 484. 6: 302, 800. 10: 693. n. 72. S. 12: 519

L.

LACTANTIUS. E. 1: 9. G. 3: 549. AE. 2: 223. 6: 132. bis.
LAMBINUS (Dionyſius) AE. 7: 484
LIPSIUS Juſtus) AE. 4. 213
LIVIUS. E. 5: 74. AE. 1: 579. 2: 50, 309. 3: 348, 438. n. 77. S. 4: 27, 436. 7: 277 8: 642. 11: 467. 12: 510
LUCANUS. E. 1: 9, 70. 2: 19. 3: 43. 5: 66. G. 1: 6, 318, 441. 2: 233, 497. 3: 130, 204. AE. 1: 382, 513. 2: 88, 667, 804. 3: 293, 557. 565, 687, 705 4: 17, 94. 5: 200, 323, 739. n. 70. S. 6: 171, 209, 357, 632, 832. 7: 464. n. 93. S. 8 262. 9: 37. 10: 154, 313, 587. bis. 12: 835.
LUCILIUS. AE 12: 299
LUCRETIUS G. 3: 116, 124, 309, 340. AE. 1: 513, 580. 3: 348, 625. 5: 751. 7: 110. 9: 110, 197. 10: 291, 587. 12: 736

M.

Digitized by Google

M.

MAASVICIUS paſſim & ubique.
MACROBIUS. E. I. init, O. 1: 272. AE. 2: 627. 3: 221. 4: 58. 5: 682. 6: 598, 733. 7: 464, 535, 601, 794, 796. 9: 571. 10: 186, 270. 11: 82, 154, 543. n. 55. S. 669, 755. 12: 224
MAECENATIS fragmentum. AE. 5: 279. 8: 310. O. 64. S.
MAITTAIRE (Mich.) AE. 1: 443 5: 546. 6: 209
MANILIUS G. 1: 219, 334, 418. AE. 3: 428, 706. 4: 482, 647. 5: 323, 484, 817. 6: 18, 395, 641. 7: 624. 8: 223, 439, 508. 10: 356. 11: 287
MARCIANUS Capella. E. 3: 8. AE. 3: 270. 7: 485. 11: 309
MARKLANDUS (Jerem.) E. 5: 28. G. 1: 491. 2: 486, 509. 3: 101, 435. 4: 15, 520. AE. 1: 125, 316, 616. 2: 40, 109, 154, 157, 159. 3: 341. 4: 11, 19, 98, 156, 191, 471. 5: 870. 6: 803. 7: 444, 540. 8: 272, 461, 582, 660. O. 13. S. 686. 9: 141. 10: 225. 11. 213, 909
MARTIALIS. E. 5: 30 7: 65. G. 1: 360, 419. 4: 126. AE. 1: 478. 4: 98. 5: 355. 7: 655
MATTIUS (Joh. Marius) AE. 3: 386. 6: 618. 7: 607. 8: 270, 294 11: 406
MEIBOMIUS (Marcus) AE. 5: 663
MEIBOMIUS (Joh. Henr.) AE. 12: 290, 397
MENAECUS. AE. 12: 736
MERCERUS (Joſias) AE. 3: 327. 10: 238. 11: 85
MERULA (Paulus) AE 7: 328
MEURSIUS (Johannes) AE. 7: 535
MINUCIUS Felix G. 3: 116. AE. 8: 728
MUNCKERUS (Thomas) AE. 11: 775. n. 61. S. 12: 469

N.

NAEVII fragmentum emend. AE. 3: 10. n. 39. S.
NEMESIANUS. O. 1: 441
NONIUS Marcellus. G. 1: 135. 4: 7. AE. 2: 341. 3: 111, 127, 327. 5: 162. 6: 160. 7: 508. 9: 37
NORISIUS (F. Henr.) AE. 3: 503
NUMMI veteres. AE 3: 705. 5: 568. 6: 793. 8: 632

O.

OBRECHTUS (Ulricus) AE. 2: 156. n. 17. S.
ORTELIUS (Abrahamus) AE. 3: 111
OUDENDORPIUS (Franciſcus) G. 1: 130. 4: 319. AE. 2: 469. n. 1. S. 6: 66. 11: 197. n. 58. S.
OVIDIUS. E. 1: 80. 4: 19. 5: 27. 6: 40. 7: 56, 65. G. 1: 318, 461. 2: 44, 72, 513. 3: 212, 223. 4: 7, 531. AE. 1: 25, 113, 340, 380, 578, 600, 716. 2: 52, 139. 499, 667. 3: 170, 280, 281, 678. n. 88. S. 4: 70, 94, 125, 538, 543. 5: 73, 200, 685. 6: 23, 141, 209, 231, 248. 316, 551, 690, 777. 7: 110, 400, 450, 739. 8: 262, 474, 527. 9: 86, 156, 466, 524. 10: 377, 389, 675. 11: 11, 269, 299, 352, 755. 12: 365, 718, 835, 865.

P.

PANDECTAE. G. 3: 398. AE. 5: 533
PAPIAS. G. 3: 338. AE. 1: 435. n. 33. S.
PASSERATIUS (Janus) AE. 10: 102
PATINUS (Carolus) AE. 5: 568
PAULINUS de vita Martini. G. 4: 443
PERSIUS. E. 2: 53. 5: 30. AE. 1: 120, 174. 5: 52. 6: 187. n. 86. S.
PERSII Scholiaſtes. G. 2: 532
PETITUS (Petrus) AE. 6: 579
PETRONIUS. AE. 3: 427. 6: 209, 556. 8: 527, 652. n. 1. S. 10: 154. 12: 17.
PHAEDRUS. E. 8: 70
PIUS (Joh. Baptiſta) AE. 6: 801. 12: 419. O. 50. S. 736
PLAUTUS. G. 1: 491. 3: 309. AE. 3: 386. 4: 149. n. 5. S. 5: 486. 7: 110, 289. 9: 632. 11: 620. 12: 801
PLINIUS. E. 5: 38, 43, 71. G. 1: 218, 332, 513. 2: 166. 4: 126. AE. 1: 120, 201. 3: 386. 4: 116. 5: 206. 7: 712. 9: 412, 651, 699. 10: 587. 12: 298, 709, 801
PLINIUS Junior. G. 2: 163, 260. 4: 301. AE. 1: 719. 3: 8. 8: 439, 642. 11: 186. 12: 835
POETAE veteris Verſus. AE. 4: 629
POPMA (Auſonius) AE. 11: 895
PRISCIANUS Perieg. E. 5: 48. G. 1: 441. AE. 3: 211, 533. 8: 202
PROBUS Grammaticus. E. 8: 5. 10: 12
PROPERTIUS. E. 4: init. 5: 25. 8: 4. G. 2: 407. 3: 435. 4: 338, 443. AE. 1: 48, 201. 2: 139. 3: 250, 348, 386, 442. 4: 218, 350. 6: 30, 556. 7: 110, 289. 9: 400, 502. 10: 539. 12: 715
PRUDENTIUS. E. 5: 48. 6: 30. 9: 9. G. 1: 513. AE. 1: 736. 2: 61. 3: 659. 5: 219. 7: 464, 498. 8: 295. 9: 632. 10: 377

Q.

QUINTILIANUS. E. 1: 2. G. 3: 309. AE. 3: 56, 625. 11: 142. 12: 219

R.

RIGALTIUS (Nicolaus) AE. 11: 759
ROVERIUS (Matthias) AE. 4: 436
RUAEUS (Carolus) AE. 8: 307. & alibi ſaepe.
RUFINIANUS Rhetor. E. 6: 30
RUTGERSIUS (Janus) AE. 1: 317
RUTILIUS. E. 5: 36. AE. 3: 170, 533

S.

SALLUSTIUS. G. 4: 211. n. 38. S. 238. n. 74. S. AE. 4: 132. n. 67. S. 204. n. 20. S. 290. n. 1. S. 5: 540. n. 18. S. 7: 303. n. 65. S. 633. n. 96. S. 9: 558. O. 2: S. 10: 238. 11: 421. n. 8: S.
SALMASIUS (Claudius) E. 3: 38. AE. 1: 737. 4: 217, 244. 5: 817. 7: 623. 8: 642 9: 412. 10: 455. 12: 835
SCALIGER (Joſephus) AE. 10: 713
SCHOLIASTES Horatii Cruequianus. E. 1: 18
SCHOLIASTES MS. Juvenalis. AE. 5: 312
SCHOLIASTES Perſii. AE. 7: 464
SCHOLIASTES Statii. E. 4: 61. AE. 1: 456. 2: 547. n. 89. S. 3: 127. 4: 132, 137. 6: 8, 282. 8: 246, 294. n. 15. S. 11: 151
SCHOTTUS (Andreas) AE. 4: 30. 11: 272
SCHULTENSIUS (Albertus) AE. 4: 244
SCHULTINGIUS (Antonius) AE. 5: 533. 7: 203
SCHULTZE (Joh. Henr.) AE. 12: 397
SCRIVERIUS (Petrus) AE. 7: 464
SEGRAEUS. AE. 7: 119
SENECA. E. 6: 4. AE. 2: 77. 3: 608. 5: 136, 631. 6: 96, 632. 12: 835
SENECA Tragicus. E. 2: 19. G. 2: 480. 3: 116, 183. AE. 1: 340, 513. 2: 40, 199, 433. 3: 65, 73. 516, 625. 4: 399. 5: 200, 400, 638. 7: 498. 8: 202, 447. 10: 489. 11: 260. 12: 221, 865
SERENUS Sammonicus. E. 7: 41. G. 2: 97. 4: 183. AE. 4: 116
SEVERI Aetna. AE. 3: 578
SICULUS Flaccus. AE. 6: 777
SIDONIUS Apollinaris. AE. 10: 313
SILIUS Italicus. E. 2: 19, 58. G. 1: 513. 3: 88, 204. 4: 343. AE. 1: 441, 513, 580. 2: 77, 85, 462. 3: 170, 316, 705. 4: 436, 671. 5: 52, 398. 6: 247, 255, 556. 7: 696, 714, 730, 739. bis. 740, 747, 759, 794, 799. 8: 202. 9: 110, 135, 651. 10: 140, 154, 313, 377, 388, 455, 587. bis 738. 11: 140, 236, 261, 269, 414, 487, 714. 12: 94, 536, 709.

Digitized by Google

709, 862, 865, 924
SISENNA apud Nonium. E. 7: 65
SNAKENBURGIUS (Henricus) AE. 6: 473
SOLINUS. E. 7: 41. 8: 44. O. 2: 204. AE. 3: 386, 402. n. 16. S. 625. 5: 398, 620. 6: 209, 807. 7: 623, 759. 9: 721. 10: 455. 11: 243, 260. 12: 344, 835
STAPEL (Bodaeus à) AE. 11: 137. 12: 412
STATIUS E. 1: 57. O. 1: 334, 419, 461 2: 497. 3: 432. AE. 1: init. 121, 215, 246, 441, 580. 2: 40, 234, 262, 539, 545. 3: 2, 88. n. 37. S. 317, 490, 516, 565. 4: 350, 651, 657. 5: 52, 147, 312, 380, 436, 817. 6: 31, 152. 438. 7. 246, 338, 400, 450, 518. n. 42. S. 633. n 96. S. 8: 262, 292, 353, 696. 9: 110. 375, 559. n. 3. S. 10: 143, 313, 755. 11: 35, 197. n. 58. S. 269, 522. n. 28. S. 543, 697, 909. 12: 15, 147. 242. 291, 332, 500, n. 96. S. 519
STRABO. AE 7: 695, 718
SUETONIUS AE. 1: 580, 2: 234, 491. 5: 62, 568. n. 48. S. 6: 476. 7: 498. 8: 642
SULPITIAE Satyra. O. 4: 95. AE. 9: 423
SURENS (M.°Antonius) AE. 10: 157
SYMMACHUS E. 3: 90. AE. 3: 336. 7: 799. 8: 202. 11: 261

T.

TACITUS. O. 1: init. 3: 309. AE. 3: 236. 4: 690. 7: 370
TAURMANNUS. (Freder.) AE. 4: 156
TERENTIUS. AE. 2: 502 n. 40. S. 780. 5: 864. n. 88. S. 7: 389. 8: 394. 10: 238. 11: 699. n. 96. S. 12: 147
TERTULLIANUS. AE 1: 513
THEOPHRASTUS. O. 2: 131
TIBULLUS. E. 9: 31. O. 1: 166. AE. 2: 713. 5: 335. 7: 110 12: 221, 709, 802
TITIUS (Robertus) AE. 6: 618. 12: 952
TORRENIUS (Abrahamus) AE. 5: 107. 6: 780
TRAPPIUS. (Joſephus) AE. 5: 613, 856. 6: 641. 7: 127. & alibi.

V.

VALERIUS Cordus. O. 2: 448
VALERIUS Flaccus. E. 5: 90. O. 1: 180, 275. 2: 334. 4: 7. AE. 1: 1, 441, 513, 580. 2: 85, 348. 3: 575. 4: 399. 5: 52, 486, 620, 817. 6: 206, 209. 7: 110. 9: 375, 667. 10: 313. 11: 260, 352, 909
VALERIUS Maximus. E 5: 27. AE. 6: 624. 12: 736
VALESIUS (Henricus) AE. 4: 367
VALOUARNEDA (Marianus) AE. 7: 48
VARRO. E. 7: 33. S. O. 1: 180. 2: 288. 3: 401. AE. 5: 238. 7: 211. 8: 660. n. 1. S. 11: 543. 12: 801
VECRTIUS. AE. 3: 534. 10: 313
VELLEJUS Paterculus. E. 1: 73
VIBIUS Sequeſter. E. 5: 71. 8: 44. AE. 3: 705. 7: 759, 761. n. 43. S
VICTORIUS (Petrus) AE. 11: 137
VITRINGA (Campegius) AE. 6: 66
VITRUVIUS. O. 3: 432. AE. 5: 620. 6: 231. 8: 660. n. 1. S.
VLITIUS (Janus) E. 1: 79. AE. 11: 766
ULPIANUS. AE. 5: 533
VONDELIUS (Juſtus) E. 2: 11. O. 1: 259. 2: 476. 3: 176, 180, 269, 413. 4: 82, 93, 424. AE. 1: 119, 441. 2: 255, 257, 552, 699. 3: 3, 285, 340, 551. 4: 4, 142, 436. 5: 52. 6: 347, 402, 621, 632. 8: 630. 9: 86
VOSSIUS (Ger. Joh.) AE. 4: 690. 12: 709
VULPIUS. AE. 1: 246. 3: 684. 12: 75

W.

WADDELUS. (Georgius) O. 3: 401. AE. 2: 329, 340. 4: 486, 551. 5: 59. 9: 100
WALLIUS (Hadrianus) E. 1: 71
WASSE. (Joſephus) AE. 6: 630
WESSELINGIUS (Petrus) O. 3: 432. 4: 319
WOPKENSIUS (Thomas) AE. 2: 40, 141. 4: 256

Z.

ZENO Veronenſis. AE. 8: 527

JANI

Digitized by Google

JANI BROUKHUSII

IN

JUNIUM PHILARGYRIUM

EMENDATIONES NONNULLAE.

Ad editionem Fulv. Urſini Romae 1587.

VAlde commendat hunc Philargyrii commentariolum Rutgerſius lib. VI. Var. Lect. cap. 15. unde nonnulla deſumſi, & hic notavi.

ad Ecl. I. vs. 20. *ab ipſo omnes Romam vocant*] vide Rutgerſium lib. I. var. Lect. 20. & Servium ad h. l. poëtae.

Ecl. II. 63. in Ciceronis loco lib. II. de Glor. *gloria leaenae*] Leg. *gloriae*.

70. *Frondoſa vitis id eſt de qua ſi quis biberit, inſanit.*] errat Philargyrius. vide Emmeneſſ. hoc loco.

ibid. ſic Varus *& frondoſam* &c.] anapaeſti ſunt, hoc modo digerendi,

Et frondoſam
Semiputatam
Queritur vitem.

vide Rutgerſium.

Ecl. III. 8. *id eſt, oculis, ac humilibus & languentibus oculis*] quid ſi *humidis?* vide Ovid. II. art. Am. v. 721, 722

62. *Aut me*] *Et* apud Virgilium eſt.

ibid. *nam mater Virgilii fertur Maja*] Matris nomen non exprimit auctor vitae Virgilii. forte hic quoque irrepſit e margine. tamen Servius vulgaris ad lib. I. Aen. *patre Marone, matre Maja fuit.* poſſis itaque non incommode, *Nam mater Virgilii Maja fertur, tum* &c.

90. in verſibus Domitii de Bavio: *& denique omnia, ut ajunt* &c. Lege & diſtingue,

Rura, domum, nummos, atque omnia: denique, ut ajunt,
Corporibus geminis ſpiritus unus erant.

erat in vulgatis.

105. fin. *dicit autem poëta coelum Mantuanum*] *Coelium* Rutgers. recte.

Ecl. IV. 63. *in atrio Junonis Lucinae lectus ponitur Herculis menſura.*] forte, *Junoni Lucinae lectus ponitur, Herculi menſa.* videntur autem Servii verba. de Genio & Junone intelligo. vid. Politian. Miſcellan. cap. 89.

Ecl. V. 74. *ut ad coenam vocant*] *ut;* quae ſequuntur, Terentii ſunt, Eun. Act 2. ſc. 2. v. 48. itaque debent alio charactere ſcribi. alter locus in Phormione eſt Act. I. I. 10.

--- *quod vix de demenſo ſuo*
Suum defrudans genium.

Ecl. VIII. 10. *cujus extat Thyeſtes tragoedia*] *tragoedia* videtur mihi gloſſema, additum quia Thyeſtes virile nomen eſt.

ibid. v. 77. *metrum anapaeſticum* &c.] aliena ab hoc loco. forte librarii vitio.

Ecl. IX. 35. *Cinna Smyrnam ſcripſit*] videantur illi, quos ego laudavi ad Catullum Epigr. 91.

Georg. I. 103. *Eſt & alter ſenſus*] Apparet aliquid praeceſſiſſe. quod nobis periit.

309. *feram jaculis petiit*] f. *petit.*

Georg. II. 97. *hoc ſcribit, Theſſalos fuiſſe*] lege, *hos ſcribit Theſſalos.*

134. in Plauti loco, *non ſum animata*] *anima tabida* Rutgers. V. var. Lect. 18.

167. *Gentemque Sabellam*] *pubemque* legitur in Virgilio.

168. *primuſque laborum cauſſa fuit*] atqui hodie conſtanter legitur *malorum.* verſus eſt. 169. Ae. 4. debebat laudare I: Ae. 597

172. *Ceterum quid grande ſi imbellem averti*] Atqui niſi avertiſſet Antonium, Indos avertere non poterat. vide Ae. lib. VIII. vs. 605.

193. *quae propter aſſidua ſacrificia pingueſcit*] non ſunt Plauti, ut hic exhibentur. Sed haec ſunt verba Philargyrii. vide Rutgers. lib. V. Var. Lect. c. 18.

225. Et *hoc emendavit ipſe, qui Nolam poſuerat*] vide quae notavi ad Sannazar. lib. II. Ep. 69.

299. *Corylos*] nunc legitur *corylum.*

312. *cum ſummè perierint*] f. *ſummae.*

331. *laxant arva ſinu*] *ſinus* eſt in Virgilio.

335. Plauti verba hic adducta valde ſunt corrupta. vide Rutgers. V. var. Lect. 18

336. *Varro in Satyra quae ſcribitur de ſalute*] forte *inſcribitur.*

341. *Ferrea*] noſter videtur legiſſe *Terrea*, cum exponit, *quia creditum eſt homines primo e terra natos.*

348. in Plauti loco, *Lutuoſus multo*] *Luto uſus multo* Rutgers. V. var. Lect. 18.

ibid. *& infode conchas, circa radices ſcilicet*] hic videtur ad Columellam reſpicere.

361. *eſt relatio facta ad omnes*] forte *ad domos.*

393. in Plauti verbis: *Hicilue Achilles eſt, inquit mihi*, &c.] aliter eſt diſtinctus apud Plautum locus, Mil. Glor. Act. I. ſc. I. ut notarat Rutgerſ. V. var. Lect. 18.

417. *Sunt autem extremae quadrarum partes*] melius Salmaſius ad hunc verſum, in editione Schrevelii.

ibid. v. 477. Varro in *Cyniſtore*] *Syniſtore* ſcribendum.

482. *Hibernis*] *Hiberni* legendum.

501. *quia veniam dare non norit*] forte, *norint.*

508. *favoremque miratur*] forte, *rimatur.*

Georg. III. 5. *Buſiris Aegypti rex* & ſeqq.] aliter Ovidius lib. I. Art. Am. v. 647.

21. TONSAE] *compoſitum*) forte, *compoſitae.*

33. *de Aegypto Cantabris*] ſcribe, *de Aegypto & Cantabris.*

35. *cujus Troius*] *Tros* vel *Troas* Merula ad Ennium p. 164.

53. in loco Ciceronis III. *de offic. cum paleam ejus*] *palam* eſt in Cicerone. unde igitur iſta originatio? Vide Voſſii Etymolog. in *Pala* pag. 363.

94. fin. *unde liber Philyrinus, quo coronae illigantur*] vide Politiani Miſcellanea cap. 72.

114. *cum inferat, inſultare ſolo*] vide Gellium lib. XVIII. c. 5.

121. REFERAT] *Non enim poteſt unus equus.*) Hic aliquid deſideratur, & locus aſteriſco notari debet. in verſibus, quos ex lib. III. v 397. adfert, *referunt* legitur.

136. *alib. oblimet, temperet*] non cohaerent. itaque cogitandum. nam illud Horatii notat, aere alieno obruere.

139. *& frondibus arcent*] *fontibus* eſt in Virgilio.

168. *eſt enim apta jungi*] *api*, vel, *aptari* Merula ad Ennium p. 514.

Digitized by Google

175. *Afranius in Sor-ribus, Ah puer eſt veſcus, imbecillus viribus*] Nonius Marc. in voce *veſcum*, citat hoc modo, *Ah puer eſt veſcis imbecillus viribus.*
176. in Varronis Atacini verſu, *Libyae*] ſcr. *Libye.*
177. Valgii verſus hic adducti ſunt duo hexametri. & legend. *ponere Baccho*, non *Bacchi.*
267. *Glaucus Siſyphi filius cum ad minicum certamen*] forte, *Gymnicum.*
270. *Aſcanius amnis eſt Myſiae, ſed quia in Aſia eſt*] & hic quaedam deſiderantur.
275. *hoc etiam Varro*] lib. II. de R. R. pag. 62. & vid. Juſtinum lib. XLIV. cap. 3. & ibi Bernecerum.
295. *mollis hyemps*] vid. Caſtalion. Dec. 1. obſerv. cap. 1.
305. *ut neutra feminis jungerentur*] confer Donatum in Eunuch. Terent. III. 5. 34 reliqua in fine ſic exhibenda, *non cura nobis leviore tuendae.* nam illa *Sane &c.* e Servio irrepſerunt.
313. *quod inde tomenta fiant*] *tormenta* Gronov. lib. IV. Obſerv. 22. pag. 343.
394. *arbor a Cythijo inſula*] forte *Cythno.* vid. Voſſium Etymolog. pag. 173.
451. *Sullamque*] *Scillamque* legitur hodie; *Sillamque* noſter Codex Mſ.
Georg. IV. 25. *Inertem hic pro odioſo poſuit*] forte *otioſo.* & in Lucilii verſu lege, *ars in quo non erit ulla.* non, *eſt.*
40. in verbis Salluſtii *hic glutino adoleſcebat*] *quaſi gl. adoleſcebant* Servius ad lib. III. Georg. 155.
88. Legitur & *ambo*] ita noſter Mſ.
119. *Paſtum*] *Paeſti* in Virgilio eſt.
139. *Fetus*] *fort's* in Virgilio.
144. Salluſtius *in duo.*] an, *in duodecimo?*
158. ut, *villui invigilant pueri*] leg. *venatu.* eſt in lib. IX. AE. 605
ibid. DIVISIT.] ita ſcribendum, INQUE VICEM] τὸ *Diviſit* eſt Philargyrii.
169. *flagrantia*] lege *Fragrantia*, quomodo Pierius.
170. *Fulmina properant &c.*] vide Servium ad AE. 9: 401
188. *Muſſant hic murmurant*] vid Servius ad. AE. 11: 345. & ad 12: 657. verſus Ennii ita in ordinem redigit Rutgerſius,

——— *non poſſunt muſſare boni, quae*
Facta labore enixi militiae peperere.

ſed Columna ad Enn. p 118. *Labore militiae enixi peperere. Nisi militiae peperere* Merula p. 588. ex Douza. de altero Ennii loco videndus Merula p. 519. & Douza lib. III. Plautin Explan. c. 14. ſed verba illa adjecta; *ſive ſpectans ſi muſſaret, dubitaretque denique &c.* ſunt Philargyrii. Scilicet verborum Ennii interpretatio. itaque & haec alio charactere ſcribenda.
v. 200. *& ne hoc quidem ſciant*] forte, *ut & ne hoc quidem.*
202. REFIGUNT] ita noſtrae membranae. Heinſius edidit *refingunt.* recte. vide Pierium.
211. *Sanctitas religionis*] forte *regii numinis.* in fine quae adduntur, ſunt Servii verba.
210. *Hydaſ es: apud omnes ſatis conſtat Hydaſpem flumen Indiae eſſe*] Apage. tu Voſſium vide ad Juſtin. II. 14. 4.
219. *Pythagorae ſectam verſat*] forte *ſervat.*
ibid. *quod cum ſit Epicurus*] leg. *Epicureus.* & ita quoque infra.
230. *ore fave*] ita noſter Mſ. in verſibus Ennii pro *tecti* recte emendant *contecti.* ſunt autem duo hexametri. vid. Rutgers. p. 596. qui *moerus* bene legit, non *melos*, ut & Merula ad Ennium p. 539.
246. *ex illa fabula dixit*] *illa* delendum. vide Servium.
265. Varro Divinat. lib. VI. *Canales ias deſpeſcit.* Templa femin.] lege, *Canalis ea diſpeſcit templa.* tum ſequuntur Grammatici verba. vid. Rutgers. lib. I. Var. Lect. cap. 2.
293. *Italiam longe proſpexit*] *Dardaniam Siculo* AE. 7: 289
317. *quia per ea Peneus fluvius*] forte, *fluvius fluit.*
335. *id eſt vineo colore*] forte, *uveo.*
ibid. *alibi, Sa uro*] forte, *alii*, & circa finem, *& non placet*, forte, *ſed non*
391. *Neptunus illic ſuper mare ſpecum fecit*] omnino legendum videtur *ſubter:* nam in eo conſiſtit rei miraculum.
427. *Alii ſic. ordo*] haec evidens eſt lacuna.
443. in loco Lucretii, *penitus pellacia ponti*] ſcrib. *placidi.*
452. *& aliter. hoc eſt, affata proferenda*] hic exciderat vox FATIS. & tunc legendum, *hoc eſt, ad fata proferenda.*
453. *Tiſiphone dicta eſt, quaſi ulturae mortis ultio*] videtur haec vocula, male intruſa, abundare. niſi legendum ſit, *ultimae mortis.*
462. Thracia Mavortia tellus dicitur, *Rheſus dux Thracum*, quia in &c.] male haec verba, *Rheſus dux Thracum* hic repetuntur. Jam enim ſupra leguntur, & ſenſum faciunt ineptum, quare inducantur.
464. *Atticen primo vocitatam Actiacen*] forte, *vocitatam Acten, quia ſit litoralis.*
512. *Nocturnaque orgia*] *nocturnique* eſt in noſtro. Mſ.
520. *omnes feminas faſtidit*] forte *faſtidiit.*
562. in loco Terentii, *muneraries ancillas, qui ad dominos affectant viam*] haec paullo aliter leguntur apud Terentium, Heautont. Act. 2. ſc. 3. 59.

CAR.

CAR. ANDR. DUKERI

SPECIMEN

NOTARUM

AD SERVIUM

IN VIRGIL. ECLOG. ET LIB. I. AENEID.

PAg. 3. hujus Edit. col. 1. Serv. *Aries major, qui gregem anteire conſuevit*] Servium adverſus neſcio quos defendit Scaliger ad Varron. de Re Ruſt. p. 252.

I. ECL.

v. 34. *Saeptis*] Salmas. ad Spart. Hadrian. cap. XII.

58. Serv. *Talemaſtis*] Caſaubon. ad Capitol. Gordianos cap. III. *Ita ſcribitur. mendoſe, ut videtur.* Non tentat emendationem.

II.

22. Serv. *Multo melius quam Theocritus*] Negat Tollius ad Longin. p. 351.

29. Id. *Aut furcas, quae figuntur*] Hoc probat Lipſius II. Poliorc. 2. & confirmat ea Tibullo, qui IV. 1. 89. eadem ſignificatione dixit, *defigere cervos*. Non decerno utra interpretatio praeferenda ſit; ſed magis inclino in priorem. Omnia in tota hac Ecloga paſtorum propria ſunt, nec venationis ulla mentio eſt. Et *caſis* aptius junguntur *cervi*, furcae, quam *cervi*, animalia; ad quae ſi a caſis tranſiit Poeta, eſt admodum inexſpectata & repentina *μετάβασις εἰς ἄλλο γένος*.

70. Id. *Quod furore corripiatur*] Plinius XIV. H. N. 12. ſcribit Numam prohibuiſſe ex imputata vite libari Diis, *ut putare cogerentur*. Add. ibid. cap. 19.

III.

1. col. 2. Serv. *Sed introductas tantum perſonas*] Haec deeſſe in quibuſdam MSſ. adnotatum eſt. Deſunt etiam in Iſidor. VIII. 7.

v. 13. *Salluſtius: Scaevus iſte Romulus*] Eſt ex Lib. I. Hiſtor. in Orat. Lepidi adverſus Syllam. Omnes, quas vidi, Edd. Salluſtii habent *ſaevus*; pro quo Douſa cap. III. Praecidan. pro Catullo tam ibi, quam apud Servium, putat legendum *ſcaevus*. Sed hoc non potuit placere Carrioni & Waſſio ad Fragm. Salluſtii. Cortius quoque in Salluſtio edidit *ſaevus*, nec ullam mentionem emendationis Douſae fecit, quam nec Broukhuſius videtur probaſſe, verba haec Salluſtii ad Propert. IV. 6. 21. citans. Solus, quod ſciam, eam laudavit Colerus ad Fragm. Salluſtii.

40. *Conon Dux fuit*] Iis, qui apud Emmeneſs. notarunt Servium, adde Victor. XVII. Var. Lect. 8.

64. Not. Var. *Dictis a commentatorum turba*] Et a quo non? Eraſm prov. *malis ferire*. Lipſ. Antiquar. Lect. lib. III. p. 392 Ed Veſal. Bourdelot. ad Heliodor. lib. III. p. 132. Toll. ad Longin. p. 352. Borremans cap. 21. Var. Lect.

71. *Aurea mala*] Vid. Voſſ. V. de Idolol. 13.

76. *Amicam communem*] Servii interpretationem defendit Douſa cap. XIX. Praecidan. pro Tibullo. De *ambarvali* & *amburbali* Salmas. ad Vopiſci Aurelian. cap. 22.

IV.

10. Serv. *Cui ſimulacrum factum eſt cum Apollinis cunctis inſignibus*] Caſaubon ad Sueton. Aug. LXX. *ſi ſatis vera Servii nota.*

12. Not. Var. *Inibit ita abſolute poni non memini*] Nec ego memini me uſquam legere *inire* abſolute dictum pro *exordium accipere*; niſi fortaſſis in participio haec ſignificatio eſt, quum dicunt *ineuntis aetatis* inſcientia, vitia *ineuntis adoleſcentiae*, & alia, quae in Lexicis leguntur.

ibid. Serv. *Illud tangit*] Sic etiam Aſconius ad Cicer. p. 56. Ed Leid. in 12.

13. Serv. *Peruſinum*] Ita recentiores: veteres *Peruſiam* dicunt. Vid. Cluver. Ital. Ant. p. 576. Et ſic Servius in VI. Aen. 833. & X. 198. Pro *Pompei* Baſil. habet *Pompeji* uſitatius.

21. Not. Var. *Ut Stephanus*] Et Idem, aliique ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 6. & in Del. 213.

25. *Amomum*] Legi alicubi in primis Scaligeranis e Plutarcho adnotari apud Aegyptios eſſe herbum *ἄμωμον* dictam. In Scaligeranis, quae prodierunt a Cologne 1695. hoc non legitur v. *amomum*; ſed locus Plutarchi eſt in libro de Iſide & Oſiri p. 369. Ed. Francof.

34 Serv. *Ab agro hujus nominis Colchorum*] Qui legit, quae ex Strabone, Apollonio Rhod. & Euſtathio adnotavit Munckerus ad Antonin. Liber. cap. XXVI. non poteſt dubitare, quin vera ſit conjectura Voſſii *Jolcorum*.

43. Id. *Et natis ejus in contione*] Pithoeus ad Collation. Leg. Moſaic. & Rom. Tit. 1. §. 5. ſcribit in vetuſtiſſimo exemplari Servii legi *& natis ejus in concione*. Grotius in Flor. Spars. ad l. 16 §. 8. D. de Poenis, legit *in comitio*. Mihi melius eſſe videtur *in contione*. Probo etiam ſcripturam Codd. Servii. a quibus abeſt *&*

44. *Luto*] Pierius X. Hieroglyph. 23. citat *ſucco*. Puto errorem ſcribentis, vel operarum eſſe. Nam ipſe ad h. l. nullam varietatem ſcripturae adnotat.

56. Serv. *Linus Apollinis & Pſamatis Filius, qui Theologiam ſcripſit*] Multi fuerunt Lini. Sed dubito an Servius eum, quem Apollinis & Pſamathes filium, & infantem a canibus diſcerptum fuiſſe Conon Narrat. XIX. Statius I. Theb. 570. ſeqq. & Schol. Statii ad VI. Theb. 64. tradunt, cum alio cognomine confuderit. Infans certe Theologiam ſcribere non potuit. De Lino Apollinis & Pſamathes filio plura Barthius ad Stat. l. d.

v. 62. *Incipe parve puer*] Voſſ. ad Catull. p. 146.

Ibid. Serv. *Nutritus ab ſintiis*] Ineptum eſt *ab ſimilis*, quod a quibuſdam ex vulgatis Edd. Servii deſcriptum video. Lemnii olim dicti fuerunt *Sinties*. Euſtath. ad Homer. Iliad. *α.* p. 158 Paulo poſt non intelligo haec, *ſedile fecit tale*, ut cum eo, *qui ſediſſet*, ſurgere *non poſſet*. Nam nemo ſolet *ſurgere cum ſedili*. Fort. *ut*, in eo qui ſediſſet, *ſurgere non poſſet*. Sic mox ipſe Servius, *in quo quum adſediſſet Juno.*

V.

17. Serv. *Orci tunicam*] Salmas. ad Solin. p. 751. & Hy-

Jatr. cap. xxv. Stapel. ad Theophraſt. lib. ix. p. 1021.
19. Serv. *Bullum*] *Bellum*.
49. *Alter ab illo*] Perizon. Anim. Hiſt. cap. vii. p. 282.
71. Not. Var. *Strabo libro* xv.] Libro xiv. p. 645. Add. Bochart. Chan. i. 9.
77. *Thomo*] *Thymo*.
80. *Damnabis votis*] Perizon. ad Sanct. iv. 4. 14.

VI.

11. Serv. *Docente Sirone*] In vita Virgilii *Silron* vocatur. Eadem varietate in Cicerone *Syron* & *Scyron*. Vid. Davis. ad Cicer. ii. de Finib. cap. ult.
Ibid. *A Theopompo*] Ex eo etiam Aelianus iii. V. H. 18. Multi hoc narrarunt. Vid. Interpretes Aeliani, & Caſaubon. ad Strab. vii. p. 299. & ad Athen. ii. 6. Omnes fortaſſis ex Theopompo.
16. *Serta procul*] Si Faber ſibi credi poſtulabat, proferenda ei erant exempla hujus Graeciſmi e ſermone Graeco. Vid. Perizon. ad Sanct. i. 16. 7.
17. Serv. *Manibus non emiſſa ſignificat*] Utrum cantharum & anſam? an *emiſſam*? nempe anſam, quam manibus tenebat.
v. 22. *Quod rubens color Deorum ſit*] Scaliger ad Varr. de Re ruſt. p. 225. *rubus color*. Fortitan eo faciunt, quae ad Ovidium iv. Faſt. 907. adnotantur.
Ib. Not. Var. *Primam in Sileno producendam*] Caſaubonus i. de Satyra 2. p. 48. Ed. Cren. ſcribit primam interdum corripi. Credo eum loqui de Poëtis Graecis. Etiamſi Latini interdum corriperent, quod non puto, tamen inſulſus & elumbis foret talis verſus
35. Serv. *Se durare coegerit ſolum*] Suſpicor *coeperit ſolum*. Duas interpretationes proponit; ſed eum priorem probaſſe ex adnotatione ad verſ. ſequentem apparet: *quemadmodum* terra *rerum* ſumpſerit *formam*.
Ibid. *Ad ſolum & rerum terreſtrium referentur*] Deeſt aliquid, v. 9. *ortum*, aut aliud hujuſmodi.
42. *Anulum de ipſis vinculis clauſum de monte Caucaſo lapide dedit*] Munckerus ad Hygin. Fab. cxliv. ex Hygini Poët. Aſtron., ex Iſidoro & Plinio legit *clauſo*, vel *incluſo*: ſed perperam citat Plin. Prooem. lib. xxxvi. quod eſt Prooem. lib. xxxvii. Omittit etiam e verbis Plinii, quibus maxime illuſtrantur Serviana: nam Plinii haec ſunt: *Fabulae primordium* (anulorum) *a rupe Caucaſea tradunt --- primumque ſaxi hujus fragmentum incluſum ferro.*

VII.

21. Serv. *Muſicen effecit*] Alia lectio *Muſicam*. *Muſicen* etiam Iſidorus viii. ii. in fin.
37. Serv. *Acyn, quam Nympha diligebat*] Leg. *Acin*, *quem N. d.* Vid. Ovid. xiii. Metam. 750. Servius ad Eclog. ix. v. 39. *Quae* (Galatea) *quum* Acin *quendam paſtorem* amaret.
49. *Alii loci ſignificationem accipiunt*] Fort. *loci ſignificatione*.

VIII.

12. Serv. *Sicut & de Ennio ait Horatius*] Credo tuto addi potuiſſe i. Epiſt. 19. 7. ut in aliis. nam non dubito quin Servius ad locum illum Horatii reſpexerit.
26. Id. *Varro in Nuptiis*] *Attiis* ante Urſinum, ni fallor, legiſſe Scaligerum intelligi poteſt ex ejus Collectione Fragmentorum Varronis pag. 75. Ed. Dordr.
30. *Tibi deſerit Heſperus Oetam*] Multa de hoc verſu, & interpretatione Servii diſputat Voſſius ad Catull. p. 250.
Ibid. Serv. *Lyco & Carya appellatae ſunt*] Graeci Κάρυα & Κάρυαι, & Diana Καρυᾶτις, non Καρυωνῖτις dicunt. Et ſic etiam Latini. Vid. Berkel. ad Stephan. p. 453. & Meurſ. Miſcellan. Lacon. i. 2. & iv. 14.
Ib. Not. Var. *Quod ipſe interpretatur latius defundere*] Credo Heinſium ante oculos habuiſſe verba Columellae quae lib. v. cap. 6. Ed. Rob. Stephani (in aliis quibuſdam, ut Aldina, & quae ex illa editae ſunt, cap. 5. ſed perperam, quum in iisdem Caput praecedens ſit quintum) leguntur, *eoſque vel protinus ferro compeſcunt, vel longius promittunt, ut vites laxius diffundantur.* Ita ſex Edd., quas inſpexi. Recte ſine dubio *diffundantur*: Quod autem Heinſius pro *laxius* citat *latius*, neſcio utrum ſciens fecerit, an in aliqua editione invenerit. Sed, quidquid eſt, conſideratione dignum videtur.
39. *Alter ab undecimo*] A Servio & Donato diſſentit Perizonius Animad. Hiſtor. cap. vii. p. 282.
44. Serv. *A conſortio humanitatis remoti*] Praepoſitionem Iſidorus ix. 2. agnoſcit.
Ib. *Aut Tmarus*] Add. Heinſ. ad Claudian. de Bell. Get. v. cit.
68. Serv. *Inveniſſetque in Phrygia apud Lytierſem*] Locum Hygini, e quo Heinſius pro *Phrygia* conjiciebat *Illyria*, credo eſſe Fab. clxxxiv. ubi *Licoterſes* dicitur fuiſſe Rex *Illyriae*, ad quem Agave confugit. Sed is huc non pertinet. Retinendum eſt *in Phrygia*, ex Athenaeo x. 3. Polluce iv. 54. & Schol. Theocriti x. 41. quos laudarunt Interpretes Aeliani ad I. V. H. 27. Add. Athen. xiv. 3. Verſus Soſibii in Daphnide de hac fabula ex Scholiaſte Mſ. Theocriti leguntur apud Caſaubonum cap. xii. Lection. Theocrit. quem etiam vide ad Athen. ll. dd. in Servio porro ſcribendum eſt *Lityerſem*, non *Lytierſem*: nam Graecis eſt Λιτυέρσας.
v. 69. *Quae pro ea vel fieri poſſint, vel facta ſint*] In his non eſt idoneus ſenſus. Quid pro *quae* ſcribendum, ſit non invenio: ſed vix dubito quin *pro* in *per* mutandum ſit. *per ea*, nempe carmina.

IX.

13. Not. Var. *Cito neci datus eſt*] Vid. an ſcriptum fuerit *data*, nempe columba.

X.

2. Not. Var. *Modoca lobat*] Vitium operarum, pro *modo capiebat*.
18. col. 6. Serv. *Et hoc a Minerva & Diana diligeretur*] *Hoc* fortaſſis poteſt eſſe, *ob hoc*, *propter hoc*; ſed ſatis inſolens eſt. mallem *& ob hoc*.
Ibid. *Quem poſteaquam ſollicitare nulla fraude in ejus amorem potuit*] Videndum eſt, an potius ſcribendum ſit *quam*: nam non in Adoni, ſed in puella irritos fuiſſe conatus Veneris, ex ipſa narratione apparet. Paullo poſt etiam praeferrem *perduxit*.
44. Not. Var. *Duris me Martis in armis*] Credo emendandum eſſe *Duri*, ut in Poeta.

GEORG.

PAg. 507. col. 1. v. 453. Philargyr. *Quaſi alterae mortis ultio*] Hoc mendoſum eſſe, & ex Servio emendari poſſe videtur, *quaſi cui curae eſt mortis ultio*.
508. 1. 464. Serv. *Cum regrediens Nilus*] Eadem ſunt apud Iſidorum ii. 21. niſi quod *inter corium* habet, & *ſonitum dedit: ad cujus ſpeciem Mercurius Lyram fecit, & Orpheo tradidit*.
513. 1. 518. S. *Quo munere*] Non habet locum ſuum. fuerat rejiciendum in pag. ſeq. & v. 520.
514. 1. 52. S. *Oeagrius flos*] *Oeagrus* jam olim erat in edit. Baſil. in Servii verbis nihil ſani eſt. mutilata eſſe credo.

AEN.

PAg. 1. *Aeneidos Liber primus*] Servius in vi. Aen. 752. *In antiquis invenimus Opus hoc appellatum eſſe non Aeneidem, ſed Geſta Populi Romani.* Non ſatis liquet antiquos ſcriptores dicat, an vetuſtos Codices: ſed antiquam & veram Inſcriptionem hujus Operis eſſe eam, quae vulgo recepta eſt, conſtat ex Ovidio & Statio, quorum loca in Lexicis ſunt.

2. De

3. *De numero librorum nulla hic quaeſtio eſt, licet in aliis inveniatur Auctoribus*] Quid in aliis auctoribus invenitur? numerus librorum, an quaeſtio? Neutrum placet, & ſuſpicor, *licet alius*, vel *varius*, *in aliis l. a.*

4. 2. Burm. *Coegi ut parerent arva an eleganter ſit dictum dubito*] Ennius ap. Priſcianum (pag. 63. Ed. Helſ.) *Cogebant hoſteis lacrimanteis ut miſererent.* Salluſt. Jugurth. cap. xcı. *Res trepidae, metus ingens — coegere uti deditionem facerent.*

7. Var. Lect. n. 48 Videtur addendum fuiſſe antea lectum fuiſſe *Polytes* & *Polytorium*, ut Lector ſciret, quid emendatum eſſet. *Polites* & *Politorium* etiam citarat Holſten. ad Steph. v. Πολιτώριον. Et ita recte ediderat Maaſvic.

Ibid. 1. v. 6. S. *Quoniam aliis ortos eſſe recognoſcebant*] Si αὐτόχθονες fuerunt, quod Servius in vııı. Aen. 328. & alii tradunt, conſiderandum eſt, an hic deſit particula negans. Putſchius ad Salluſt. Catil. cap. vı. citat, *quoniam a diis ortos eſſe recognoſcebant.* Utrum ex libris ſcriptis, an e conjectura ſit, non ſcio. ſed vulgata ſcriptura, mea quidem ſententia, vitioſa eſt.

12. 1. v. 8. S. *Has Muſas Siculus Epicharmus non multas, ſed ὁμονοούσας dixit*] Ὁμονοούσας non eſt, quod ſciam, vox Graeca. Prope ad eam accedit ὁμονοούσας: nam κοινὸν ἐστιν ἐπίταγμα τῶν Μουσῶν. ut ait Euſtath. ad Homer. Il. α. p. 161. quem & vid. ibid. p. 9. & 10. Sed haec conjectura non optimam reddit ſententiam: nam quum non ratum ſit non multos ὁμονοεῖν, potius demta negatione dicendum fuiſſet, *Epicharmus multas, ſed ὁμονοούσας dixit.* Locus fortaſſis eſt ex Epicharmi Μούσαις, vel, ut Dores dicebant, Μώσαις, a μῶ, μῶμαι, id eſt, ζητῶ. quo Epicharmum uſum fuiſſe ſcribunt Etymol. M. & Helladius in Chreſtomath. apud Photium Bibl. pag. 1581.

15. 1. v. 13. S. *Salluſtius: longe alia mihi mens eſt*] Catil. cap. LII: pro *longe mihi alia.*

Ibid. S. *Cicero pro Rabirio*] Neque in Orat. pro Rabirio perd. reo, neque in ea pro Rabirio Poſtumo legitur. Si non eſt error in nomine Rabirii, eſt inter deperdita ex Oratione priore.

16. Virg. v. 18. *Jam tum tenditque*] *Jam tunc* Tertullian. adv. nat. II. 17.

17. 1. 20. S. *Et artes genus teli*] Recte Iſidor. xv. 2. & xvııı. 9. *arcus.* Sed Servius admodum improprie *arcus genus teli* dicit; ſi modo haec verba ab eo ſunt: nam Iſidorus non habet.

18. 1. 22. S. *Λαυΐνια τοῦ ἔαρ*] In fragm. Varronis p. 211. Ed. Dordr. eſt λαύινα. Sic quoque, vel λαυΐνη, videntur voluiſſe ſcribere, qui hic ediderunt λαυΐνα: nam hoc non poteſt eſſe properiſpomenon. Λαυΐνη non eſt nauci.

Ibid. 23. fin. S. *Es germana Jovis*] *Et g. J.* ut in editis.

20. 1. 27. S. *In domo Pelei, quando conſecraverant nuptias illius*] Forte *concelebraverant.* Catull. Carm. LXIV. 32. *Domum conventu tota frequentat Theſſalia, oppletur laetanti regia coetu.*

22. 2. 35 S *Secundum Lucanum — Non ſoliti luſere Sales*] In Servio Mſ. Biblioth. Daventr. *riſere Sales.* Non video ibi ab Oudendorpio adnotari ullam varietatem ſcripturae.

25. 1. 42. S *Antiqui Jovis ſolius putaverunt eſſe fulmen*] Probo conjecturam Cuperi in Harpocr. p. 100. *non Jovis ſolius.* ita enim ſcribere debuerat.

Ibid. 2. 43. S. *Ratlaniae dicuntur*] Gell. x. 25. & Iſidor. xıx. 1. *ratariae.* Scaliger ad Feſt. v. *rates* putat *ratianias & ratiarias* dictas, ut *pedaneus* & *pedarius*, *extraneus* & *extrarius.* Sed quod in Gellio dicit eſſe *ratiariae*, in meis edit. Gellii non invenio. Nec tamen video cur apud eum & Iſidorum potius legendum ſit *ratariae*, quam *ratiariae.*

26. 1. 45. S. Ἀπὸ τοῦ σκαρίζειν] Iſidor. xvı. 3. ἀπὸ τοῦ σκιρτᾶν.

Ibid. 2. 47. S. *Igni, id eſt, Jovi*] Munckerus ad Fulgent. lib. II. p. 36. pro ſua emendatione videtur venditare, quod dudum in quibuſdam Edd. lectum fuerat.

27. Virg. v. 48. *Et quiſquam numen*] Non liquet ex verbis Servii ab eo agnoſci *aut quiſquam*, quod dicit Pierius. niſi fortaſſis Codices illius diverſi fuerunt ab his, quos Editores Servii adhibuerunt.

Ibid. 1. 49. S. *Aut honore redduntur*] Cuper. II. Obſ. 1. *honores.* quod verum puto.

29. 1. 54. S. *Dictus quaſi arcer, ab arcendo*] Vulcanii & Dion. Gothofredi Edd. Iſidori. v. 57. *quaſi arcens.* Sed Baſil. A. 1498. recte *arcer.* Junianus Majus *quaſi coarcer.*

Ibid. 1. 57. S. *Ventos ait ἀπὸ τῶν ἀήτων*] Dubito an potius pertineat ad v. 53.

30. 1. 58 S. *Poſtremum poteſt & ad maria & ad terras referri*] Si hoc recte habet, *poſtremum* non poteſt aliud eſſe, quam poſtremum vocabulum hujus verſus, nempe *profundum.* Sed propemodum credo ex praecedentibus *ſupremum, ſupreme*, ortum, & ſcribendum eſſe, *Profundum poteſt.* —

32. Var. Lect. n. 82. Recte Munckerus. Potuiſſet addere, quae habet Salmaſius ad Spart. Hadrian. cap. xv. p. 149.

Ibid. 2. 68. S. *Ne facere contra invictos nollet*] Conſiderandum puto an ſententia poſtulet *vellet.* Mihi vel ita, vel *ne facere contra victos nollet* legendum videtur.

40. 1. 97. S. Tydei & *Deiphylei*] *Deipyles* Muncker. ad Hygin. F. LXIX. Apollodor. 1. 8. 5. & 1. 9. 13. & Schol. Theocr. xvıı. Idyll. 53. Δηιπύλη. Schol. parv. Homeri Iliad. Δ. 376. Δηιπύλη, Barnes. emendavit Δηιπύλη.

Ibid Var. Lect. n. 87. *Licet alias*] Haec quoque a duobus ſcriptis Zinzerlingi aberant. Vid. ejus Crit. Juven. Promulſ. cap. 21V.

42. 1. 108. S. *Tris Latinum eſt*] Haec auctiora habet Malaſpina ad Ciceron. IV. ad Attic. 3. ubi etiam de vetuſtate Virgilii exemplaris Vaticani.

Ibid. S. *Vel, ut quidam tradunt, tranquillo mari: nam quemadmodum latent, quae nomen habent*] Non capio. Primum ex ſua ſententia dicit Poetam *modo* haec ſaxa latentia appellare propter tempeſtatem, id eſt, quia tum fluctibus tempeſtate ſuperfuſis tecta latebant, ut ad v. 110. Deinde addit aliorum ſententiam, qui dicant ea etiam tranquillo mari, atque adeo ſemper, latere; ſed hanc rejicit, quia, ſi ſemper laterent, nomen habere non poſſent. Videtur legendum *non, ut quidam tradunt*; Vel, *Sed quemadmodum latent.*

Ibid. fin. S. *Varro de Ora maritima lib. 1.*] Hoc fruſtra quaeſivi in fragmentis Varronis. Sed *latente* ſuſpectum eſt, pro *latentem.*

44. 1. 110. *Dorſum*] Add. Caſaubon. ad Strabon. lib. 1. p. 86. Ed. Almel.

49. 2. 133. S. *Juppiter enim trifido utitur fulmine*] Munckerus ad Fulgent. Mythol. 1. 3. p. 37. ſcribit haec fruſtra quaeri in editis Servii. Non ſunt in Baſil. Sunt in Venet. 1514. fol. & alia Ven. 1534. minoris formae, & haud dubie etiam in aliis Edd. Servii. In Venet. 1514. pro *trifido* eſt *tricuſpem.*

Ibid. Var. Lect. n. 74. *Sed Aſtraeus rectum eſt*] Ita ea Heſiodo emendavit Cuperus II. Obſ. 2. & poſt eum Munck. ad Hygin. Praef. p. 8. add. Apollodor. 1. 2. 2. & 5.

51. 1. 140. S. *Qui ſunt in aliqua re glorioſiſſima*] *Res glorioſa* recte dicitur, ut in Phaedro, *glorioſus eſt convictus deorum*, Sed credo hic reſpici ad perſonas, & ſcribendum eſſe *glorioſiſſimi.*

Ibid. 2. 144. S. *Neptuni & Salaciae*] *Salaciae* Muncker. ad Hygin. Praefat. p. 9. Nec uſquam aliter ſcriptum vidi. De ea etiam eſt in Reines. III. Var. Lect. 4.

Ibid. Var. Lect. 99. Parum congruere locum Pſeudoli Plautinae Barthius quoque ad Stat. vıı Theb. 7. adnotavit.

Ibid. n. 12. & 15. Scriptum eſt *Faber*: non ſcio quam bene: ſed puto indicari Fabricii editionem Servii.

52. 2. 146. B. *Rectius navigabiles facit, ut Servius*] Serv. ad v. 145. *levat* exponit *navigabiles facit*, nempe naves; ad

Digitized by Google

ad v. 146. *aperit Syrtes, aptat ad navigandum facit.* Mihi quod ad v. 145. adnotatum ad 146. & quod ad 146. ad 145. pertinere videtur. Vid. ad v. 170. *Naves navigabiles facere* eſt ſatis inſolens genus loquendi.

55. 1. 159. S. In loco Homeri pro τιθασσεύοντες leg. τιθασσεύοντες.

56. 1. 164. S. *Situa autem pars theatri adverſa ſpectantibus, in qua ſunt regia.*] Quae ſunt illa *regia* in ſcena? an valvae *regiae*? Pollux. IV. 124. mediam trium januarum ſcenae βασίλειον vocari dicit. Vitruv. V. 7. *Ita ut mediae valvas ornatus habeant aulae regiae.* Vid. quos laudat Pitiſc. ad Sueton. Aug. cap. XXXI.

Ibid. 2. 161. B. *Reductos*] De hac voce rurſus Serv. ad VI. Aen. 703. & VIII. 609. Livius XXII. 47. *reductas alas* opponit *aciei prominenti.*

57. 2. 172. S. *Cudamus, id eſt* —] Iſidor. XIX. 7. *cudamus, id eſt, feriendo producamus.*

58. 2. 174. H. *Male etiam in nonnullis Codd. excuſſit*] Male quidem hoc loco. Si tamen Frontini auctoritas (aliam nunc non habeo, nec lubet quaerere) ſufficit, hoc etiam dici poteſt *excutere.* I. 12. 10. *Lapidibus in conſpectu omnium colliſis ignem excuſſit.* Ibi nec ſcripti, nec editi, quibus uſus eſt Oudendorpius, quidquam variant.

63. v. 195. Verg. *Vina, quae cadis oneravat Aceſtes*] Salmas. ad Vopiſc. Aurelian. cap. XLV. p. 537.

68. Var. Lect. 94. Videndum eſt an *praetereuntibus* huic loco convenire poſſit. Nam quum metuerent ne in mari periiſſent, quomodo ſepulcra eorum, qui nec ſepulturam habebant, ad quam vocarentur, ut ait Servius, praeteriri poterant? Sed quidquid eſt, locus ſine dubio corruptus eſt.

74. 1. 242. S. *Et filiis Helicaone & Polidamante*] *Helicaone & Polybo*, quos Antenoris filios memorat Homerus, illum Iliad. γ'. 123. hunc Iliad. Λ. 59. *Polydamanta* Panthoi filium fuiſſe ſcribunt Euſtath. in Iliad. μ. p. 900. & Schol. parv. ibid. v. 231. Ita alicubi in Chronico hoc emendavit, ſi recte memini, Simſonius. Sed locum nunc invenire non potui.

2. Ibid. 2. 242. B. *Et falli Servium*] Vid. etiam Meziriac. ad Ovid. Epiſt. Did. pag. 157.

1. Ibid. 2. 292. S. *Ab Achaeo, Jovis & Pithiae filio*] Hoc nuſquam alibi inveni. Xutho, Hellenis filio & Creuſa Erechthei, Regis Athenienſium, filia Achaeum & Jonem genitos produnt Apollodor. I. 7. Pauſan. VII. 1. & alii. Pro *Pithia* non dubito quin legendum ſit *Phthia*, unde *Phthiotis*, ſedes Achaeorum. Vid. Steph. Φθία, & ibi Holſten. Nec tamen *Phthiam* Achaei matrem fuiſſe apud alios legi.

77. 1. 252. S. *Aut quia eas periſſe non ignorat Aeneas*] Immo ignorabat. v. 218. Legendum puto tranſpoſita negatione, *quia eas* non periſſe *ignorat Aeneas.*

78. 2. 256. S. *Id eſt non preſſum*] In Commentar. Salmaſii ad Vopiſc. Prob. cap. XXIII. p. 687. eſt *preſſim*, & paullo poſt *hilarus Jupiter:* incertum ipſo volente, an errore operarum.

Ibid. 2. 252. B. *An non aque*] Videndum puto an conſentientibus in vulgatam ſcripturam omnibus libris ſuppleri poſſit praepoſitio. *Disjungimur* hic non ea ſignificatione, qua apud Valerium Flaccum, pro ſeparamur, nam inter ſedes noſtras πολλὰ μεταξὺ Οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα, ſed pro arcemur, repellimur, poſitum accipio, etſi auctoritatem aliam non habeo. Ut ita accipiam ſuadet verbum praecedens *prodimur*, & quod v. 31. de Junone dicit poeta, *arcebat longe Latio*, quo hic reſpicere, & idem aliis verbis dicere mihi videtur. Nec alia ſignificatione accipi poſſe puto, etiamſi certiſſima eſſet conjectura *aque*. Hoc ergo ſolum quaeri poteſt, cur hic minus ſuppleri poſſit praepoſitio, quam v. 31. & in eo, quod habet Livius XXV. 26. *Criſpinus Hippocratem non repulit tantum munimentis.*

79. 1. 257. S. *Aut certe ideo metum aufert*] Hic, ſi recte attendas, quaedam perturbata ſunt, quae ita ordinanda puto, *Alii* metu *pro* metui *accipiunt, ablativum pro dativo, Omnia autem, quae dicit Jupiter, ad ſolutionem pertinent antedictorum. Ideo autem nunc dicit* parce metu, *quia ſuperius dixerat* triſtior: *aut certe ideo metum aufert, ut animo ſecuriore poſſit audire, ut infra v. 561.* Solvite corde metum, Teucri CYTHEREA.

Ibid. 2. 258. S. *Et ab Latino ſuſceptus eſſet*] Non bene procedit oratio, niſi tollatur &.

Ibid. Var. Lect. 10. Fortaſſis *templi orationem* intelligit eam, quam Dido in templo Junonis ad Trojanos habuit infr. v. Eſt quidem inſolenter dictum *Oratio templi*, pro oratione in templo habita. Sed in Servio, quem nunc habemus, & aliis veteribus Interpretibus Poetarum, non omnia ad accuratam rationem linguae Latinae exigi poſſunt.

81. 1. 267. S. *Vel quaſi* Juloni, *id eſt, ſagittandi peritum*] Non ſcio, quid hoc monſtri ſit. Sed vocem Graecam a Servio ſcriptam fuiſſe mihi perſuadeo ex interpretatione *Sagittandi peritum.* Conjiciebam ἰοβόλον, vel ἰοβόλον τινα, ab ἰὸς, *telum, ſagitta, jaculum,* & βάλλειν.

Ibid. 2. 267. S. Salluſt. 1. Hiſtor. *Cui nomen oblivionis condiderant*] Adſentior legentibus *indiderant.*

82. 1. 269. S. *Ad Tyrum paternum paſtorem*] *Tyrrhum* verius puto. v. VII. Aen. 485.

83. 1. 272. S. *Ut pius Aeneadas appellari*] Fort. *appellant*, ut *dant.*

84. 1. 273. S. *Et tardio maris ſuaſiſſe ſedem*] Non magnopere improbo: nam potuit habere comites: mallem tamen *ſumſiſſe.* Paullo poſt in his, *Aſcanii, Aeneae filii, Romulum parentem urbis*, deeſt aliquid, ut *filium*, vel aliud.

84. 1. 275. S. *Unde Graece* Ἀγχιαλὸς *appellatur*] Quaero quis eum ſic appellaverit. Ἀιγίοχον dictum fuiſſe conſtat.

Ibid. 2. 272. not. Var. *Quare forte ſcripſerit haec*] Ita ſane ſaepiſſime Poetae, rarius proſae ſcriptores, e quibus nonnulla hujus generis adnotarunt Gronov. & Drakenb. ad Liv. I. 17. Neque tamen credo magis perire vim praepoſitionis *ſub*, ſi dicas *Hic*, id eſt, Albae, *regnabitur* ſub XIV. *Regibus*, quam ſi, *Haec*, nempe Alba, *regnabitur* ſub XIV *Regibus.* Liv. I. ult. *Regnatum eſt Romae ab condita urbe ad liberatam annos* CCXLIV. Hic ſi addidiſſet *ſub Regibus ſeptem*, neque *Romae* dativum caſum, neque *regnata eſt Roma* ſcribendum eſſe, ſed praepoſitionem vim ſuam ad poteſtatem ſignificandam obtinere putarem.

85. 1. 278. S. *Lavinio triennium, Albae trecentos*] Haec melius videntur poni poſſe inter praecedentia *finem ſtatuit*, & *Romanis aeternitatem.*

86. 2. 283. S. *Quod poſt quinquennium unaquaeque civitas luſtraretur*] Hoc nuſquam traditum eſt. Recte Simſon in Chron. A. M. 3439. *unumquodque*. nam de Romana loquitur.

2. Ibid. Var. Lect. 85. *Cangius in Lexico*] Etiam Grotius ad German. Imagin. p. 44. & Meurſius in Gloſſar. Gr. Barbar. rurſus Cangius in Gloſſar Med. & Inf. Graec. Locum Salmaſii credo eſſe ad Vopiſc. Aurel. cap. XLV. p. 543. Kuſterus nihil peccaſſet, ſi ex his illuſtraſſet Suidam v. πεντάμερον.

1. Ibid. 2. 284. S. *Ut XI. Aen. 266. Ipſe Mycenaeus*] Rejici debet ad ſequentem adnotationem: de Agamemnone enim dicitur.

89. 1. 299. S. *Horatius 1. Od. 55.*] 1. Od. 35. 20.

Ibid. Var. Lect. 16. *Vulcaniaque* etiam Iſidor. VIII. 11.

90. 2. 297. S. *Quartum Cyllenis*] Fort. *Cyllenii.* Ampel. cap. IX. *Quartus Quilleni Fil., qui Aegyptiis literas & numerum dixit*, ſed ab hoc Argum occiſum non addit. Cicero III. de N. D. 22. Mercurium Ἀργειφόντην, qui in Aegyptum venit, Mercurium quintum facit, patrem illius non memorat. In Ampelio forte legendum *Aegyptias l. & n. docuit.*

93. 1.

93. 1. 312. S. *Varias quidem dicuntur*] *Varia*, ut in aliis Edd.

95. 1. 317. S. *Rex Amymaaorum Thraciae gentis*] Hyginus Fab. cxciii. & ccLII. *Amymneorum*. Munckerus mavult *Amymonidarum* ex Servio, ut dicit. Ita in Edd. Dan. & Fabr. eſſe ex Var. Lect. intelligo, idque etiam Emmeneſſ. ſequutus eſt. *Amymnaeorum* dedit Masvic. Utrum melius ſit non facile dici poteſt, quum neutra appellatio aliorum ſcriptorum teſtimoniis confirmata ſit. ſed in Servio jam olim lectum fuiſſe, quod hic editur, probabile faciunt loca Hygini, etſi vix credere poſſum nomen hoc non corruptum eſſe. Cogitabam de Thracibus *Haemimontanis*, de quibus Ammian. Marcell. xxvii. 4. Ed. Gron. & alii. vid. Cujac. 1. Obſerv. 26. & Servium fortaſſis hoc velle, Harpalycum in ea parte Thraciae regnaſſe, quae deinde ſub Principibus Romanis *Haemimontium* vocata eſt. Sed hoc quoque plane incertum eſſe arbitror.

Ibid. S. *Sed falſus eſt: nam eſt quietiſſimus*] Virgilium ex Plutarcho de Fluminib. cap. iii. defendere conatur Meziriac. ad Ovid. Epiſt. Phyllidis p. 129. ſed infirmo, ut mihi videtur, argumento. Non dubito quin verum ſit *Euro*. Pro Ἕβρου in Arrian. 1. de Exped. Alex. c. 11. perperam ſcribi Εὔρου dudum obſervavit Ortelius in Theſ. Geogr. v. *Hebrus*.

Ibid. S. *Cypſalae civitatis*] Sic rurſus Serv. in xii. Aen. 331. *Cypſelae* Meziriac. l. d. ſine dubio recte. Vid. Weſſ. Addend. ad Thucyd. pag 671. In Itinerar. Antonini pag. 332. *Cypſala*, quod Servii auctoritate videtur tueri velle Weſſeling. certe non dicit utrum probet.

101. 1. 343. S *Quoties Poeta aſpera invenit nomina*] Adſentior Meziriaco ad Ovid. Ep. Did. p. 212. nihil eſſe in nomine *Sicharbas*, cur id minus ingredi potuerit metrum, quam *Sichaeus*, etſi aliquanto aſperius eſt.

Ibid. S. *Belus, Didonis pater, Methres*. Vid. Serv. ad v. 642.

102. 1. 350. S. *Non amorem vocans honeſtum*] An potius *vetantis*? ut ad *Pygmalionis* referatur.

104. 1. 357. S. *In Latino invenitur*] *In Latio* Barth. ad Stat. 1. Theb. 468. Niſi memoria fallit, puto me prius alibi quoque in Servio legiſſe.

106. Var. Lect. 91. Forſitan ſumſit ex Iſidor. 1. 43. *Salluſtius ex hiſtoricalibus, Euſebius & Hieronymus ex annalibus & hiſtoria conſtat*.

109. 1. 381. S. *Omne quod continetur, ſupra illud eſt, quod continet*] Sic rurſus ad iii. Aen. 522. *Omne, quod continetur, altius eſt ab eo* (in quibusdam rectius *altius eſt eo*) *quod continet*. Hoc mihi mirum videtur. Mare continet terram, terra continetur mari, ut ipſe ſupr. ad v. 133. dicit, & ex illius ſententia mare altius eſt terra, terra humilior mari. Itaque, ne ſecum pugnet, praeferenda eſt ſcriptura Ed. Baſil. vel hic legendum, *infra illud eſt, quod continet*, & ad iii. 522. *O. q. continet a. e. eo, q. continetur*.

115. 1. 408. S *Omnem eorum honorem*] In fragm. Varronis p. 75 Ed. Dordr. *omnem majorum h. item conſtetiſſe*, &c, *ob quam rem in ſalutationibus hoc venerabantur e. p.* Omnia quoque pro verbis Varronis habentur.

117. 1. 417. *Veneris flores praeſto eſſe videantur*] Fortaſſis defendi poteſt melius tamen puto eſſe *Veneri*.

Ibid. Var. Lect. n. 92. Add. Torrent. ad Sueton. Calig. cap. xxxiv.

118. 2 426. *Qui* poſt *a Servio Tullio e plebe electi ſunt*] Ex eo, quod dicit *poſt*, videtur apparere in praecedentibus aliquid deſiderari. forte *a Romulo ſeparatos*.

119. 1. 427. *Aut quia* Graecis *urbs conditur*] Quomodo Carthago Graecis? an, *quia ita Graecis urbs conditur*?

120. 1 433. *Stipulo interponitur vaſis*] *Stuppa* Salm. ad Tertullian. de Pall. p. 129. ubi vid. plura.

121. Var. Lect. n. 30. Servius ibi, *de equis crabrones, de mulis fucos*. Et ſic Iſidor. xii. 8.

Ibid. n. 31. Deſunt etiam Iſidor. xii. 1.

Ibid. n. 33. Adde Kuhnium Diſſertat. Philologicar. Pentad. ii. 5.

123. Var. Lect. n. 44. *Hic Grammaticis*] *Grammaticus*.

130. 1. 474. S. *Troili amore Achillem ductum*] Hic nulla varietas ſcripturae adnotatur. Aliis exemplaribus, in quibus haec corrupta erant, uſus eſt Barthius ad Stat. ii. Silv. 6. 33.

133. Var. Lect. n. 44. Ante Munckerum ita emendarat Cuper. ii. Obſ. 2. ex Dicty iv. 14. Sed is *Eurypylum* dono vitis aureae a Priamo illectum ſcribit, ut & Euſtath. cujus locum ibi deſcripſit Anna Fabri.

134. 1. 491. S. DUCIT autem & ARCET] ARDET.

135 1. 505. S. Cicero in Bruto] Cap. xxii.

139. 1. 520 S. *Ut Homerus dicit: Phorbas*] Haec ab inepto gloſſatore videntur adſuta. Homerus Il. Ξ. 489. ſeqq. Ilionea F. Phorbantis a Peneleo occiſum tradit, nec quidquam ibi eorum eſt, quae hic leguntur, niſi τὸν (Phorbantem) ῥα μάλιστα Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει.

142. 2. 535. S. *Oenopion Rex*] *Hyricus* Vid. Simſon Chron. in A. M. 2598. Toll. ad Palaephat. p. 167. & Munck. ad Hygin. Fab cxcv.

143. 1. 535. S. *Ubi Hyades circa frontem Tauri*] Ita Cuper. ii. Obſ. 2. pro *Siles*, &c, ni fallor, alicubi ad Hyginum Munckerus. Eſt facilis emendatio ex Ovidio v. F. 165. Gell. xiii. 9. Hygin. Fab. cxcii. & Poet. Aſtron. ii. 21. atque ipſo Servio in 1. G. 138. *Suculas* Latine dici tradunt. excepto Ovidio, iidem. Hujus literae prima, tertia, & quarta eaedem ſunt, quae in corrupto *Siles*; unde ſatis probabilis eſt emendatio *Suculas*. ſed anceps eſt conjectura: nam *l* & poſtrema pars *cles* iisdem prope accedunt ad *Hyades*, ſi *cl* pro *d* ſcriptum putamus ut ſaepe.

Verſ. 544. col. 1 Serv. *Nam ſi fuit dixiſſet, fiduciam habuiſſe videretur*] Senſus videtur poſtulare *fiduciam* non *habuiſſe videretur*. ſi dixiſſet *fuit*, id eſt, periit, nullam fiduciam habuiſſet; quum autem dicit *erat*, ſignificat ſe ſperare eum non periiſſe, & ita petit cum fiducia aliqua, terrorem injiciens, ut dicit Servius ad v. 522. Et hic, *quia vult eum* (Aeneam) *timeri*. Et ad v. 549. *arma latenter minatur*.

Ibid. Serv. *Duo laudat in Aenea, pietatem & virtutem*] Quum addit, *nam pietas pars juſtitiae eſt, ſicut ſeveritas*, reſpicit, opinor, ad juſtitiam, quam *univerſalem* vocant. ſed puto *tria* in Aenea laudari, *juſtitiam*, *pietatem*, & *virtutem bellicam* Ita accepit Donatus, & Servius ipſe paullo poſt *pietatem* & *juſtitiam* duas virtutes Regum facit. Quod Ilioneus laudat juſtitiam Aeneae, poteſt opponi iis, quae de Poenis dixerat v. 539. *Quod genus hoc hominum* — quae injuſtitia eſt: quod pietatem iis, quae eos v. 543. monet, *At ſperate deos*. *juſtus* & *juſtior pietate* an quiſquam dixerit, non ſcio. In Colon. Edit. Virgilii cum Notis Cerdae diſtinctio minima eſt poſt *alter*. Si recte, quod propemodum puto, ex ſequentibus ſupplendum eſt *nec*, ut ſit, *nec juſtior alter*.

548. 2. S. *Beneficium autem eſt, quod Graeci τὸ καθῆκον appellant*] Non dubito, quin *beneficium* hic ortum ſit a praecedenti voce *beneficiis*, & Servius ſcripſerit, *Officium autem eſt*. Apertum eſt ex multis locis Ciceronis. Vid. Interpretes ad lib. 1 de Offic. cap. 1. & 3. Henr. Stephan. in Lexico Ciceron v. Καθῆκον. & Menag ad Diog. Laert vii. 4. Hoc etiam vidit Maſvicius in Indice in Serv. v. *Officium*.

557. 1. S. *Quia ex Hiberia profugos de nomine fluminis Sicoris, quem reliquerant Sicani, nominaſſe*] Lego, *Quidam ex H.* Nam duplex proponitur ſententia; *quidam αὐτόχθονας tradunt; quidam ex H. p.* Sic in viii. Aen. 328. *ſecundum nonnullos*. Adde Thucyd. vi. 2. In his, *quem reliquerant Sicani nominaſſe*, diſtinctio ante *Sicani* ponenda, & *Sicanos ſe*, vel *ſe Sicanos nominaſſe*, ſcribendum videtur. Thucydides fluvium Iberiae *Sicanum* vocat. Adeundus eſt de hac re Cluverius I. Sicil. Ant. 2.

l 567.

Digitized by Google

567. 1. S. *Sophocles i Aἴας*] Ajac. v 293.

562. 1. S. *Partim objecta purgat, partim petit*] An *partim promittit*? ut ad v. 257. *ante objecta purgat, & ſic venit ad promiſſionem.*

Ibid. S. *Deinde ſi qua vult ſubjungere*] Diſtinguo, *Deinde, ſi qua vult, ſubjungere*

Ibid. Not. Var. *Senſus vero eſt, quem & Catrouus vidit*] Si diſcedendum eſt a Mſſ., credo non abſurde tentari poſſe *res durae*, *e* facile intercidere potuit, quod eadem eſt prima litera vocis ſequentis. Et *res durae* ita dici poſſunt, ut *res anguſtae*, *res aſperae*, & *tempora dura*, quae Livius XXXIV. 6. opponit paci, & florenti ac beatae Reipublicae. Virgil. I. Georg. 146. *Duris urgens in rebus egeſtas.* Nec tamen ob id hic quidquam mutandum cenſeo: nam nihil obſtare video, cur minus dici poſſit *res dura* quam *res dubia*; quod ſatis uſitatum eſt, etſi fortaſſis ſaepius legitur *res dubiae*. Quae autem ſit *res* illa, quam *duram* dicit, Servius & Donatus exponunt.

564. 2. B. *Praeſidia & praetexturas*] In Salm. eſt *praetenturas.*

599. 1. S. *Clade hauſi*] Palam eſt requiri accuſativum. Vid. IV. Aen. 353.

601. 1. S. *Ab utroque poſſibilitatem*] Primum, haec puto ſcribenda poſt verba, *Nec quidquid ubique eſt.* Deinde, ſuſpicor legendum eſſe *impoſſibilitatem*, nempe *dicit*: nam nec mihi, ait, nec genti Trojanae poſſibile eſt. Si retinetur *poſſibilitatem*, ſupplendum eſt *negat*, vel aliud eadem ſententia.

619. 2. S. *Ceterum quae de liberata dicuntur Heſiona*] Haec multipliciter corrupta eſſe dicit Munckerus ad Hygin. Fab. LXXXIX. nec tamen aliam tam corruptis medicinam adhibet, quam quod emendat, *vel ejus & fratris filium Euryſacen* Sed hoc jam occupaverat Ger. Voſſius ad Vellej. Paterc. I. 1. & pleraſque corruptelas vetuſtarum Editionum Servii ſuſtulerat. Sed quod pro *Sidona venit*, maluit legere *Cydoniam venit*, non ſcio, quam rationem habeat. Nam Teucrum *Sidona* veniſſe, ſeque ibi, non *Cydoniae*, quae urbs Cretae eſt, haec ex eo audiviſſe dicit Dido.

636. 1. S. *Plautus in Mercatore: Quis*] eſt in Mercat. Prolog. v. 4. Sed *Qui*, non *quia*. Sciopp. I. Suſp. Lection. 21.

638. 1. S. *Et ſi dicamus, in mediis*] Fort. *ut ſi dicamus.*

639. 1. S. *Sicut* VI. 176. *Rapuitque*] Eſt I. 176.

642. 2. S *Unde & ἥλιος*] Sic etiam Edit. Maaſv. Salmas. ad Vopiſci Aurelian. Cap. XXXI. pag. 490. habet ἀέλιος. Cuperus in Harpocrate pag. 104. emendat *Helios*, quod in quibuſdam Editionibus eſt *Helois*: Sed in aliis dudum legebatur *Helios*.

647. 1. S *Si ornatus Helenae, quam cum Antenore Trojam prodidiſſe manifeſtum eſt*] Cuperus II. Obſerv. 2. extr. emendat, *bellorum cauſa (quamquam cum Antenore Trojam prodidiſſe manifeſtum eſt*, non pro P. -- Parum feliciter, ut puto. Locus mea ſententia non indiget emendatione.

651. 2. S. *Quam ob cauſam nubentes ejus invocant numen*] Quia Servius non adſentitur iis, qui Hymenaeum Deum nuptiarum eſſe dicebant, credo potius legendum eſſe *ejus invocant nomen*, quam *numen*, ut paullo ante *nominatur in nuptiis*, & deinde, *placuit Athenienſibus omnibus nuptiis Hymenaei nomen intereſſe.* Nam etiam quod de Talaſſione a Romanis in nuptiis invocato dicit, de nomine illius intelligendum eſt. Vid. Liv. I. 9. & Plutarch. in Romulo. Quod deinde legitur, *ipſe mediocriter ortus*, vix mihi perſuadere poſſum a Servio profectum eſſe. Eſt fortaſſis a ſemibarbaro ſcriba. Certe multo elegantius Scholiaſtes Statii in III. Theb. 283. *mediocribus ortus parentibus.*

693. 1. S. *Dum ferret unguenta*] Iſidor. IV. 12. *quam plura unguentorum genera. &c, ex commixtione.*

720. 1. S. *Hanc Itali Poſtvotam dicunt*] Cuperus l. d. *Poſtvertam*, quam partubus praeeſſe ex Varrone ſcribit Gellius XVI. 16. Nec Heinſius quoque ad Ovid. I Faſt. 633. ad *Poſtvertam*, comitem Carmentae, quam ibi memorat Ovidius, & Servius in VIII. Aen. 336. trahit locum Varronis. Sed is mihi non valde certa ratione videtur advocari ad confirmandam emendationem Servii a Cupero propoſitam. Nam quid Deae, quam ſub nomine Veneris Obſequentis, quod ſibi in bello obſequuta fuerat, & ſe compotem voti fecerat, Fabius conſecrarat, cum partubus commune eſſe potuit? Nolim quidem affirmare nomen *Poſtvotam* hic ſine vitio eſſe: Sed nec videre poſſum melius eſſe *Poſtvertam*, in quo nihil eſt, quo ſignificetur quo, ex more Ducum Romanorum in proeliis, facto Fabius ſibi obſequentem hanc Deam reddidit.

Ibid. 2. S. *Porrigine olim capillos cecidiſſe foeminis*] Cuperus ibidem, *prurigine.* Haec alibi quoque permutantur. Vid. Interpretes Juſtini XXXVI. 2. & Burmann. ad Seren. Samonic. v. 35. e quorum adnotatis liquet nihil cauſae eſſe, cur hic emendari debeat *prurigine.*

726. 1. S. *Atria magnas ſedes*] Iſidor. XV. 3. *Atrium magna aedes eſt, ſive ampla & ſpatioſa domus.*

730. 1. S. *Ut diis honor haberetur tacendo*] Hujus loci ſententiam explicare conatus Cuperus II. Obſerv. 3.

734. Virgil. *Adſit laetitiae Bacchus dator*] Ita in omnibus ſuis eſſe teſtatur Pierius. Sed ex Servio conſtat jam olim alios legiſſe *Adſis*. Et ſic eſt in Edd. Venet. in minore forma, cum Commentariis Servii & Probi, in Plantin. cum Notis Germani, in Henr. Stephani, & Taubmanni. Nec improbat Cerda, & tuetur Cuperus l. d. Nec ſine ratione: nam quum, quod de Jove praecedit, in ſecunda perſona efferat; *velis*, & quod de Tyriis ſequitur in eadem, *vos celebrate*, quae cauſa eſſe poteſt, cur in eo, quod in medio eſt, ad tertiam tranſire voluerit? quum praeſertim in hujuſmodi invocationibus plurimum ſecunda perſona utantur, ut ex iis patet, quae Briſſonius congeſſit I Formul. p. 67. Suſpicor *adſit* magiſtellis deberi, qui putaverint non recte dici *Adſis Bacchus*, pro *Bacche.* Sed his reſpondet Servius, & multa ſunt ubique hujus generis. Virgil VIII. Aen. 77. *Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum Adſis, o tandem.*

738 1. S. *Alibi vidit, ut: hauſit coelum*] Haec omnia ponenda ſunt ante verba, *Et pleno ſe proluit auro*: nam pertinent ad interpretationem verbi *hauſit* in verſu praeced.

741. 1. S *Atlantem vero Telamonem*] Rurſus Servius ad IV. Aen. 247. *Latine Atlas Telamon dicitur.* Reineſius in Epiſtola CCL. II. ex Biblioth. Gud. quaerit, *at a quibus Magiſter?* Reſpondet pro ſe Servius idoneum auctorem citans Ennium, quod ſatis eſt. Nam non poteſt oſtendi Servium in eo falſum fuiſſe.

P. VIR-

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS

B U C O L I C A.

E C L O G A P R I M A.

T I T Y R U S.

MAURI SERVII HONORATI, GRAMMATICI, COMMENTARIUS.

BUCOLICA, ut ferunt, [1] dicta a cuſtodia boum, id eſt, ἀπὸ τῶν βουκόλων Praecipua enim ſunt animalia apud ruſticos [2] boves. Hujus [3] autem carminis origo varia eſt. [4] Nam alii dicunt eo tempore, quo Xerxes, Perſarum rex, invaſit Graeciam; cum omnes intra muros laterent, nec poſſent more ſolito Dianae ſacra [5] perſolvi: perveniſſe ad montes Lacones ruſticos, & in ejus honorem hymnos dixiſſe: unde natum carmen Bucolicum aetas poſterior elimavit. Alii dicunt Oreſtem, cum Dianae [6] Faſcelitidis ſimulachrum raptum ex Scythia adveheret, [7] & ad Siciliam eſſet tempeſtate [8] delatus, completo anno, Dianae feſtum celebraſſe hymnis, collectis nautis ſuis, & aliquibus paſtoribus convocatis: & exinde permanſiſſe apud ruſticos conſuetudinem. Alii non Dianae, ſed Apollini Nomio conſecratum carmen hoc volunt,

VARIAE LECTIONES IN SERVIO.

1 Inde dicta ſunt a. Leid. Reg. dicta ſunt, Voſ. Forte, a cuſtodibus. 2 deeſt Mentel. R. boum. B. Voſ. 3 deeſt Mentel. 4 deeſt. Ment. 5 perſolvere, L. R. 6 Faſcilidis, L. Faſcilidis, Voſ. V. Facilidis, R. B. 7 deeſt L. 8 delatum, ec mpletoque, L. delatum completum, al.

ſunt, quo tempore Admeti regis pavit armenta. Alii ruſticis Numinibus a [1] paſtoribus dicatum hoc aſſerunt carmen; ut [2] Pani, Faunis, [3] Nymphis, ac [4] Satyris. Et hic eſt hujus carminis titulus. Qualitas autem haec eſt, ſcilicet humilis character. Tres enim ſunt [5] characteres; humilis, medius, [6] grandiloquus; quos omnes in hoc invenimus poëta. Nam [7] in Aeneide [8] grandiloquum habet; in Georgicis medium; in Bucolicis humilem; pro qualitate negotiorum, & perſonarum. Nam perſonae hic ruſticae ſunt, ſimplicitate gaudentes, [9] a quibus nihil altum debet requiri. [10] Adhibetur autem ad carmen Bucolicum, [11] quod debet quarto pede terminare partem orationis. [12] Qui pes ſi ſit dactylus, meliorem efficit verſum: ut *Nos patriae fines, & dulcia*. Primus etiam pes ſecundum Donatum [13] & dactylus eſſe debet, & terminare partem orationis: ut *Tityre*. Quam legem Theocritus vehementer [14] obſervavit; Virgilius non adeo. Ille enim in paucis verſibus ab iſta ratione deviavit: hic [15] eam in paucis ſequutus eſt. Terentianus cum de hoc metro [16] diceret, *Plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus, Noſter rarus eo paſtor Maro*; intentio Poëtae haec eſt; ut [17] imitetur Theocritum Syracuſanum, meliorem Moſcho, & caeteris, qui Bucolica ſcripſerunt; unde eſt, *Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu Noſtra nec*, &c. Et aliquibus locis per allegoriam [18] agit gratias Auguſto, vel aliis nobilibus, quorum favore amiſſum agrum recepit: in qua re tantum diſſentit a Theocrito. Ille enim ubique ſimplex eſt: hic neceſſitate compulſus aliquibus locis miſcet figuras, quas perite plerumque etiam ex Theocriti verſibus facit, quos ab illo [19] dictos conſtat eſſe ſimpliciter. Hoc autem fit poëtica urbanitate. Sic Juvenalis II. 100. [20] *Actoris Aurunci ſpolium*: nam Virgilii verſum de haſta dictum figurate ad [21] ſpeculum [22] tranſtulit. Et cauſſa ſcribendorum Bucolicorum haec eſt: Cum poſt occiſum [23] III. Iduum Martiarum die in ſenatu Caeſarem, Auguſtus ejus filius contra percuſſores patris, & Antonium, civilia bella moviſſet, victoria potitus, Cremonenſium agros, qui contra eum ſenſerant, militibus ſuis dedit: qui cum non ſufficerent, etiam Mantuanorum juſſit [24] diſtribui, non propter culpam, ſed propter vicinitatem: unde eſt: *Mantua, vae miſerae nimium vicina Cremonae*. Perdito ergo agro Virgilius Romam venit, & potentium favore meruit, ut agrum ſuum ſolus [25] reciperet. Ad quem accipiendum profectus, [26] ab Arrio centurione, qui eum tenebat, pene eſt interemptus, niſi ſe praecipitaſſet in flumen Mincium: unde eſt allegoricūs: *Ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat*. Poſtea ab Auguſto miſſis [27] triumviris, & ipſi integer [28] ager eſt redditus, & Mantuanis pro parte. Hinc eſt, quod [29] cum in prima Ecloga legimus eum recepiſſe agrum, poſtea eum querelantem invenimus, ut: *Audieras, & fama fuit; ſed carmina tantum Noſtra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum Chaonias dicunt aquila veniente columbas*. Nec numerus hic dubius eſt, nec ordo librorum: quippe cum unus ſit liber. De [30] Eclogis [31] multi dubitant: quae licet decem ſint, incertum tamen eſt, quo ordine ſcriptae ſint. Plerique duas certas volunt ipſius teſtimonio, ut, *Extremum hunc*: [32] & primam, ut in Georgicis, *Tityre*, [33] *te patulae cecini ſub tegmine fagi*. Alii primam illam volunt, *Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu*. [34] Sed eſt ſciendum, VII. eclogas eſſe meras ruſticas; quas Theocritus X. habet. Hic in tribus à Bucolico carmine, ſed cum excuſatione, diſceſſit: ut in [35] genethliaco [36] Salonini, & in Sileni theologia: vel ut ex inſertis altioribus rebus poſſet placere, vel quia tot varietates implere non [37] poterat. Poëtae vitam in Aeneide diximus. Operis explanatio in ſequentibus comprobabitur. Sane ſciendum Virgilium XXVIII. annorum ſcripſiſſe Bucolica. Unde etiam ipſe in fine Georgicorum, *Audaxque juventa, Tityre*, [38] *te patulae cecini ſub tegmine fagi*. Et dicit Donatus (quod etiam in Poëtae memoravimus vita) in ſcribendis carminibus naturalem ordinem ſecutum eſſe Virgilium. Primo enim paſtoralis fuit in montibus vita; poſt agriculturae amor; inde bellorum cura ſucceſſit. Notandum quoque, Bucolica, vel Georgica, cum apud Graecos in fine habeant accentum, apud nos in tertia a fine habere: nam [39] ut in ultima ſit, Latinitas vetat: ut in penultima non ſit, brevitatis efficit ratio. Etiam hoc ſcien-

1 Paſtoralibus, V. 2 Panis, V. 3 deeſt Steph. Dan. 4 Satiris, R. 5 deeſt V. Voſ. R. 6 Grandilocus, V. Voſ. R. 7 & in V. 8 grandilocum, B. R. Voſ. 9 deeſt B. V. R. ſcilicet a quibus, al. 10 adhibentur, V. Voſ. 11 deeſt V. 12 Quippe, L. 13 deeſt Steph. Dan. al. 14 obſervat, R. & al. aſtruit, al. 15 eum, L. 16 doceret, al. 17 imitetur, al. 18 agat, L. V. Voſ. 19 dictatos, L. V. Vol. R. 20 Auctoris, Voſ. Arunci, L. 21 ſpolium, L. R. R. 22 trahit, Voſ. 23 III delendum hunc numerum, natum ex litera ultima m vocis praecedentis ſuſpicatur recte Cl. Dukerus. nam & ad 1 Georg. 466. pridie idus Martias, id eſt ante caedis diem, ſolem defeciſſe narrat. quod tamen non refert Suetonius inter prodigia. BURM. 24 attribui, V. 25 receperit, al. acciperet, R. 26 Abarrio, L. Ario al. 27 tribus viris, L. Voſ. 28 deeſt L. ager redditus, R. 29 deeſt: & mox eum, al. 30 Eglogis, B. Voſ. R. 31 tantum Steph. Dan. tantum multi al. 32 deſunt, L. V. R. Voſ. 33 tu, V. 34 ſane, L. V. B. R. Voſ. 35 genethliatico, L. Voſ. 36 Salonii E. Voſ. 37 poterit, L. 38 Tu, V. 39 deeſt, B.

ſciendum, & perſonas hujus operis ex majori parte nomina de rebus ruſticis habere conficta, ut Meliboeus, ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν, id eſt, [1] quia curam gerit boum. [2] Et Tityrus: nam Laconum lingua tityrus dicitur aries major, qui gregem anteire [3] conſuevit: ſicut etiam in comoediis [4] invenitur: nam Pamphilus, eſt [5] totum amans; Glycerium, quaſi dulcis mulier; [6] Philumena, amabilis. Perſonae, ſicut ſupra dixi, ruſticae ſunt, & ſimplicitate gaudentes. Unde nihil in his urbanum, nihil declamatorium invenitur; ſed ex re ruſtica ſunt nomina, negotia, comparationes, & ſi qua ſunt alia. [7] [Hinc eſt, quod annos a fructibus computat, ut: *Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.*] Hinc etiam [8] illae comparationes ſunt: *Nam neque me tantum venientis ſibilus auſtri, Nec percuſſa juvant fluctu tam littora, nec quae Saxoſas inter decurrunt flumina valles.*

VARIORUM.

VIRGILII MARONIS BUCOLICA: In Mediceo codice omnium illo optimo & vetuſtiſſimo, ſed truncato aliquot pagellis ſub initium operis, in fine Poëmatis hujus exaratum erat, VIRGILII MARONIS BUCOLICON LIBER EXPLICIT. Quam genuinam inſcriptionem eſſe cenſeo: in nonnullis P. VIRGILII MARONIS CARMEN BUCOLICON INCIPIT, vel BUCOLICON ſimpliciter, ut in Gudiano, quod Priſcianus minus bene eſt ſecutus, quia paſſim citat *Virgilium in Bucolico*: rectius Columella *Bucolicon Poëma* vocat lib. VII. cap. 10. Gudianus quoque, *explicit liber Bucolicon*. Sic GEORGICÔN LIBRI QUATUOR, non GEORGICORUM, in optimis membranis, quomodo & *P. Ovidii Naſonis Metamorphoſeôn Libri XV.* & *M. Valerii Martialis Epigrammatôn* libri, non *Epigrammatum*: & *C. Valerii Flacci Argonauticôn libri*. Citatur & a Macrobio Saturnalium 1. cap. 9. *Xenon Italicôn primo*: ita vetuſti codices, non *Italicorum*. Idem Macrobius Saturn. lib. V. cap. 17. de Marone noſtro, *denique omnia carmina ſua maluit Graece inſcribere, Bucolica, Georgica, Aeneis, cujus nominis figuratio a regulis Latinitatis eſt aliena.* Mentelianus prior & tertius Leidenſis, PUBLII VIRGILII MARONIS CARMEN BUCOLICON, IN QUO THEOCRITUM VICIT, EXPLICIT. UTERE FELICITER. Quod librarii non neminis commentum eſt plane nugatorium. parem inſcriptionem ex Voſſianis quoque unus exhibebat. Mentelianus alter, prioris aetate non multum inferior, hanc habet inſcriptionem, uti & primus Leidenſis, PUBLII VIRGILII BUCOLICON, INCIPIT DRAMATICON VEL MICTICON. Gloſſarium Philoxeni ex editione Labbaei. TACTUS. *Virgilius libro Bucolicôn, de coelo tactas quercus*, [illegible]. *Cimmerion* etiam *arces* Tibul. IV. 1. 64. & *Chalybon* Catull. LXIII. 48. Frontin. lib. 1. cap. XI. 13. *Hoc genere ſtrategematicon utendum eſt*, & lib. IV. praefat. *exempla potius ſtrategicon, quam ſtrategematicon.* vid. etiam Titulum operis. VERGILIUS ſemper Columella, etiam in veterrimis membranis. NIC. HEINS. In multis codicibus titulus hic praeſcribitur. *P. Virgilii Maronis Mantuani Bucolicôn liber ad C. Aſinium Pollionem conſulari dignitate fulgentem*: vid. Nannium. in Leidenſi codice, *Publii Virgilii Maronis Bucolicon, incipit, Dramaticon vel Micticon, Meliboeus, Tityrus, Ecloga prima.* Burm.

ECLOGA; vox *Ecloga* in exemplaribus, quotquot mihi datum eſt videre, paullo vetuſtioribus, nuſquam comparebat, ſi primum Leidenſem & alterum excipis Mentelianum cum Gudiano: qui PRIMA, SECUNDA ECLOGA, atque ita porro praefert. Nonius Marcellus, & caeteri Grammatici ex Bucolicis frequenter verſus producunt, nulla Eclogarum facta mentione. Fabius tamen Planciades in libello de continentia Virgiliana *Eclogas primam, ſecundam* & ſic porro diſtinguit. Mediceus & prior Mentelianus codices exordio carminum truncati erant, ille Ecl. VI. ℣. 48. incipiebat, hic Ecloga I. ℣. 55. N. HEINS.

1 quod al. 2 ut V. Voſ. 3 conſueverit, al. 4 invenimus, Voſ. Steph. Dan. al. 5 totus, al. 6 Philomela, V. 7 deſunt al. 8 deeſt V.

Digitized by Google

P. VIR-

Digitized by Google



P. VIRGILII MARONIS
Bucolica.
ECLOGA PRIMA.
Tityrus.

MELIBOEUS, TITYRUS.

TITYRE, tu patulae recubans ſub tegmine fagi
Silveſtrem tenui Muſam meditaris avena:

Nos

MAURI SERVII HONORATI, GRAMMATICI, COMMENTARIUS.

1. TITYRE TU PATULAE, *&c.* [1] Introducitur paſtor quidam, jacens ſub arbore ſecurus & otio-

VARIORUM NOTAE.

1. TITYRE; Multi codices & Regius etiam *Tytire*, ſed Graecis eſt Τίτυρος. quod nomen non ab hirco, qui Graecis Τίτυρος, ſed a fiſtula deducit, Grae-

1 Inducitur, B. L. V. R. Voſ. ſed ad Ecl. III. introductae perſonae, & alibi.

Nos patriae fines, & dulcia linquimus arva;
Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſilvas.

T.

SERVII.

tioſus, dare operam cantilenae; Alter vero, [1] qui cum gregibus ex ſuis pellitur finibus: qui cum Tityrum reſpexiſſet [2] jacentem, ita [3] exorſus eſt. [4] Et hoc loco ſub perſona Tityri Virgilius intelligitur; non tamen ubique, ſed tantum ubi exigit ratio: [5] [ſub Meliboei plebs Mantuana, vel Cornelius Gallus.] Quod autem ſub fago [6] dicitur jacere, allegoria eſt honeſtiſſima: quaſi ſub arbore glandifera, quae victus cauſſa fuit. Antea enim homines glandibus veſcebantur. Unde etiam fagus dicta eſt ἀπὸ τῦ φαγεῖν, id eſt, [7] a manducando. Hoc videtur dicere, jaces ſub umbra fagi in [8] agris tuis, tuas [9] retinens poſſeſſiones, quibus aleris, ſicut [10] etiam glandibus antea mortales [11] alebantur. [12] [A lite, o Virgili, ſub protectione Auguſti ſecurus quieſcis.]

1. Patulae; patulum dicitur quod [13] patet naturaliter, ut nares, arbor, [14] crux: Patens vero eſt, quod [15] clauditur & aperitur, ut [16] oſtium, & oculi.

2. Silvestrem Musam, Id eſt, ruſticum carmen. Tenui avena. Culmo, ſtipula: unde ruſtici [17] plerumque cantare [18] conſueverunt. Alibi: iii. Ecl. 27. *ſtridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.* Dicendo autem tenui avena, humilis ſtyli genus latenter oſtendit: quo [19] in bucolicis utitur. Meditaris. [20] [cantas, quaſi melitaris, *d.* pro *l.* poſita:] quod Graeci μελετᾶν dicunt, per [21] *ἀντίστοιχον meditor* dixerunt Latini: l. & d. enim interdum ſibi invicem cedunt; unde & *ſella* pro [22] *ſeda* dicitur, a *ſedendo.*

3. [23] [Nos Patriae fines linquimus: non voluntate, ſed vi Caeſaris & militum ejus compulſi, victo Antonio. Et dulcia arva. Unicuique propria terra dulcis [24] ſibi videtur, nec enim omnis res delectationem habens dulcis appellatur. Allego-

VARIORUM.

Graecis ita dicta, Victorius lib. xvii. Var. Lect. 7. & ante eum Parrhaſ. ad Claud. ii. Rapt. 268. v. Ecl. viii. 35. Scal. ad Varron. de R. R. iii. xvi. 26. ubi ex Servio laudat, quae hic non reperio, nempe Tityrum eſſe vervecem ſectarium. vid. Taubm. BURMAN.

1. Tegmine: Coluth. de Rapt. 119. Καλύπτρην, vocat: Ὡς ἄμ̓ ὑψιλόφοιο φυτῶν ὑπένερθε καλύπτρης, Τηλόθεν Ἑρμάωνα διάκτορον εἶδε λιγαίνων. Ita *folia tegmina* frugibus arboreis in Cornificii dicuntur loco a Servio laudato ad i. Georg. 55. & *tectis ſilvis* iii. Aen. 583. ita *tecta ferarum* ſilvas vocat lib. vi. Aen. 8. *ſub tegmine coeli*, Lucret. ii. ℣. 661. dixit. Noſter Epiſt. ad Meſſal. *patulae ſub tegmine quercus*, BURM.

2. Silvestrem Musam. Fab. Quintilianus *Agreſtem* citat, ſed alteram lectionem magis probo: quia & antiquorum librorum eſt, & materiem argumenti magis expreſſit. vult enim Sylvas & Nemora, non opus ruſticum, hoc eſt paſtorem, non agricolam deſcribere. FABRIC. Fabius *Agreſtem* citat. Memoria lapſus ſcilicet. neque enim ullius codicis auctoritate confirmatur. DAN. HEINS. Quintilianus ix. 4. *Agreſtem* hoc loco agnoſcit, uti a Pierio Valeriano quoque obſervatum eſt. ſed ἀμάρτημα μνημονικὸν Quintiliani haud dubie habendum, cui fuerint in animo illa Eclogae vi. *Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam.* utrumque epitheton in Lucretio occurrit, qui lib. iv. 593.

Fiſtula ſilveſtrem non ceſſat fundere Muſam.

Et lib. V. 1397.

Agreſtis enim tum Muſa vigebat.

At vero cum in hoc Maronis loco nullus veterum librorum Quintiliano ſubſcribat, vellem Joannes Baptiſta Egnatius quoque, vir caetera haud indoctus, ne ſubſcripſiſſet: & tamen perperam in Florentinam

1 Quomodo B. V. L. R. Voſ. 2 deeſt, R. 3 locutus eſt, B. L. V. R. Voſ. Steph. 4 ſub perſona Tityri Virgilius intelligitur, ſub Meliboei plebs Mantuana, vel Cornelius Gallus, al. Tityrum ſub perſona Virgilii debemus accipere, R. Voſ. Steph. 5 deſunt B. L. V. R. Voſ. 6 eum dicit B. R. Voſ. Steph. al. deeſt dicitur Steph. L. V. 7 a comedendo, B. quod eſt comedere Steph. 8 agreſtivis, L. 9 retentans, B. L. V. R. Voſ. 10 deeſt al. 11 deeſt al. cum al. gl. R. 12 deſunt ad quieſcis, L. V. Voſ. Steph. uſque ad carmen, tenui, B 13 per ſe patet, Steph. al. 14 deeſt, R. Steph. 15 & clauditur, al. 16 oſtia, V. 17 pleriſque, V. 18 conſuerunt, R. Voſ. 19 ut ſupra dictum eſt in B. L. V. R. Voſ. in Bucolico, V. in Bucolica, R. 20 deſunt R. Steph. 21 antiſtoethon, R. 22 ſedda, R. Voſ. 23 deeſt nota haec R. Voſ. L. Steph. 24 deeſt al.

Digitized by Google

O Meliboee, Deus nobis haec otia fecit.
Namque erit ille mihi ſemper Deus: illius aram
Saepe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.

Ille

SERVII.

gorice voce utitur Mantuanorum, qui ſuis poſſeſſionibus expellebantur.]

4. [1] [Nos PATRIAM FUG. Plus eſt, quam ſi diceret relinquimus. Sic Horatius: I. Od. 7. *Teucer Salamina patremque cum fugeret.*]

4. LENTUS. Id eſt, otioſus, [2] [ſive ſecurus. IN UMBRA. Allegorice ſub tutela Imp. Auguſti,] ut XII. Aen. 337. *Qui nunc lenti conſedimus arvis.*

5. RESONARE DOCES AMARYLLIDA SILVAS. Id eſt, carmen tuum de amica [3] Amaryllide compoſitum doces ſilvas ſonare. & melius eſt, ut ſimpliciter intelligamus: Male enim quidam allegoriam volunt, Tu carmen de urbe Roma componis celebrandum omnibus gentibus. Plus enim ſtupet Meliboeus, ſi ille ita ſecurus eſt, ut tantum de ſuis amoribus cantet.

6. [4] [O MELIBOEE. Scilicet quid miraris? DEUS, id eſt, Caeſar. HAEC OTIA, hanc ſecuritatem vel foelicitatem.]

7. NAMQUE ERIT ILLE MIHI SEMPER DEUS. Et iteratio ipſa excluſit adulationis colorem. Semper. Id eſt, & poſt mortem, & dum vivit. Alii [5] enim imperatores poſt mortem in numerum referuntur deorum: [6] Auguſtus templa [7] vivus emeruit. Horatius, II. Epiſt. I. 155. *Praeſenti tibi maturos largimur honores, Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras.* Sic Lucanus de Nerone, I. 63. *Sed mihi jam numen.* [8] [ILLIUS. Octavii Caeſaris.]

8. IMBUET AGNUS. Imbuere, eſt proprie inchoare, & initiare. Nemo autem unam eandemque rem ſaepe inchoat: ſed conſtat ſaepe paſcua mutare paſtores: ſicut etiam in Georgicis III. 342. legimus, *Itque pecus longa in deſerta ſine ullis Hoſpitiis, tantum campi jacet.* Unde neceſſe eſt [9] paſtores totiens aras imbuere, quotiens mutaverint paſcua. Invenimus etiam apud antiquiores, imbuere, eſſe non inchoare, ſed perfundere & madefacere. Secundum quod, abſolutus eſt ſenſus: ut ſit, ſaepe [10] perfundet.

9. ERRARE. Id eſt, paſci. ut II. Ecl. 21. *Mille meae Siculis errant in montibus agnae.*

10.

VARIORUM.

nam Juntarum editionem id receptum eſſe animadverti, cum vox ea paullo poſt denuo ſubſequatur.

Ludere quae vellem calamo permiſit agreſti.

HEINS. Silveſtrem videtur firmare imitatio Calpurnii Eclog. IV. 12.

Quidquid id eſt, ſilveſtre licet videatur acutis
Auribus. vid. Erythraeum & Cerdam. BURM.

3. ET DULCIA LINQUIMUS ARVA: *Nos dulcia linquimus arva*, non inconcinna repetitione, quartus Moretanus, quod & ejuſdem Moreti fragmentum a manu prima videbatur occupaſſe. HEINS. *Liquimus*, Parrhaſ.

4. FUGIMUS: Recte Servius: eſt enim fugere proprie de exſulibus dictum, vid. Torr. ad Horat. II. Od. 16. & ita *fugam* dici pro exſilio notum eſt. vide Tacit. III. Ann. 24. *Adulteros fuga, aut morte punivit.* BURM.

4. LENTUS. *Letus* Rottendorphii codex, id eſt *Laetus* ſollemni variatione, quia litera *a.* millies omiſſa. eadem varietas II. Georg. 262. apud Quinct. Decl. XIV. 2. & apud Ovidium ſaepius, vid. ad XI. Met. 98. & XIV. 564. & alibi. BURM.

5. AMARYLLIDA: *Amarylida* Codd. Francii & Menagii.

6. OTIA; Intelligit libertatem Cerda. ſed rectius Servius Otia explicat ſecuritatem: opponuntur enim vitae turbatae per bellicos tumultus, a quibus nunc liberatus tam ſecuram agit vitam, ut non tantum paſcere greges, ſed & otioſo animo cantare poſſit. Nepos Hamil. 2. *tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuiſſe*: & pugnae opponi otium docet Donatus ad Terent. Hecyr. Prolog. II. 35. An *otia* vel *ocia* ſcribendum, vid. Manut. Orthog. p. 573. & Sanctii Minerv. lib. IV. p. 621. & alios. BURM.

8. AB OVILIBUS; Pro Ovilium. ſic *fidus ad limina cuſtos.* IX. Aen. 684. ovilia autem hic non pro ſeptis, quibus oves includuntur, ſed pro ipſis gregibus intelligi debent, ut apud Theocritum Id. V. 75. τὸ ποίμνιον per Metonymiam, NANNIUS. Melius quadraret huic loco, *Paſtor ab Amphryſo.* II.

Geor-

1 deſunt Dan. & al. 2 ut qui nondum conſedimus arvis, ſed caetera deſunt, R. Voſ. Steph. Dan. & L. qui nunc *lenti* habet. 3 Amaryllida, L. R. Voſ. deſunt Steph. 4. deerant B. L. R. Voſ. 5 deeſt. alii vero, Steph. Dan. V. 6 Auguſtus autem, al. 7 Vide Spanhem. de uſu & praeſt. num. diſſ. III. pag. 141. 8 deſunt B. L. R. Voſ. 9 deeſt L. 10 perfundit, B.

Ille meas errare boves, ut cernis, & ipſum
Ludere, quae vellem, calamo permiſit agreſti.
M. Non equidem invideo: miror magis. undique totis
Uſque adeo turbatur agris. en, ipſe capellas
Protenus aeger ago: hanc etiam vix, Tityre, duco.
Hîc inter denſas corulos modo namque gemellos,

Spem

SERVII.

10. Ludere. Scribere, ut IV. Georg. 565. *Carmina, qui luſi paſtorum.* Horatius, I. od. 32. [1] *Poſcimus, ſiquid vacui ſub umbra Luſimus tecum.* Calamo agreſti, Ruſtico ſtylo: [2] ſicut ſupra *tenui avena.*

11. Non equidem invideo. [3] [Excuſat ſe] ne frequens interrogatio foelicitatis alienae ex invidia venire videatur: dicit ſe admirari potius, quam invidere.

12. Usque adeo. [4] In tantum. Turbatur agris. [5] Turbamur ſine ulla diſcretione culpae, vel meriti. Et invidioſe tempora Auguſti carpit latenter. [6] Sane vera lectio [7] eſt *turbatur*, ut ſit imperſonale quod ad omnes pertinet generaliter, nam Mantuanorum fuerat communis expulſio. Si enim *turbamur* [8] legeris, videtur ad paucos referri.

13. Protenus. Porro tenus, id eſt, longe a finibus. [9] [Unde [10] & paulo poſt: *At nos hinc alii ſitientes ibimus Afros.*] nam protenus per e, adverbium loci; per *i*, protinus adverbium temporis, id eſt ſtatim. Aeger. Et corpore & animo aeger dicitur, ut, IV. Aen. 35. *Eſto, aegram nulli quondam flexere mariti.* [11] [Sed aegrotus, corpore tantum.] Ago autem, proprie: nam agi dicuntur pecora.

15. Spem gregis. Id eſt, marem & foeminam: reparatio enim gregis in ſexu utroque conſiſtit. Ah! silice in nuda. Ad hoc pertinet praemiſſa dolentis interjectio: nam ſolent herbas ſubſternere parientibus, ut ipſe in Georg. III. 297, dicit, *Et multa duram* [12] *ſtipula filicumque maniplis Sternere.* Connixa. Pro eo, quod eſt enixa, [13] [id eſt, partu ſoluta;] nam hiatus cauſſa mutavit praepoſitionem: ſicut I. Aen. 562. *ſecludite curas*; pro excludite.

16. Laeva. Stulta, contraria. Et ſenſus hic eſt, perdi-

VARIORUM.

Georg. 2. ubi v. Emmeneſ. ſic *Elephanti a ſilva,* Florus IV. 2. pro ſilveſtres, indomiti. vid. infr. ad ℣. 54. deinde ovilia pro gregibus etiam Calpur. IV. Ecl. 56. *ovilia cura*, ℣. 162. *& ſpreto dixit ovili Tityre rura prius, ſed poſt cantabimus arma.* Claud. Laud. Serenae 73.

Vellera purpureo paſſim mutavit ovili.

Imbuit vero Rottendorf. BURM.

9. Ille meas errare; *Meis* Rottendorphianus, ut intelligerentur Tityri mercenarii paſtores: quod librarius arripuit ex communi interpretatione, qua *ipſum* pro *me ipſum* dixiſſe putant. ut hi mercenarii opponantur ipſi gregis domino. ſed rectius tunc dixiſſet errantes boves paſcere quam errare: vel meis bobus errare permiſit. & licet ſciam *ipſum* pro *me ipſum* admitti poſſe, & multis exemplis viri docti probare conati ſint, ut Gronovius & Cl. Drakenb. ad Livii praefationem, & Cortius ad Plin. lib. I. Ep. 2. immo Scaliger jactet, id loquendi genus ſe in Manilio primum indicaſſe ad lib. II. 507. & Daviſius etiam ad Epitomen Lactantii cap. XLII. in verbis Lactantii lib. IV. Inſt. I. pro *Deus alios poſtea innumerabiles per ipſum creavit*, legi velit *per ſe ipſum*; vel *per ipſum* penitus abjiciat. quum potius *per ſe* legeretur, abjecto *ipſum*, quod a gloſſa irrepſit. *per ſe* vero facere centies apud optimae notae auctores occurrit. vid. Cl. Drak. ad. Sil. XI. 447. Hic tamen ego malim *& ipſum ludere* conjunctim capere: ut ſit, non modo permiſit boves meas errare, quod etiam in bello fieri ſolet, licet non tam ſecure, ſed ſemper ſollicitis paſtoribus, ne a praedatoribus & militibus intercipiantur, ita ut non vacet illis animo laeto cantare Amaryllidas ſuas, quia animo ſemper anxio, & aegri, id eſt ſolliciti, ut Meliboeus, aegre agunt pecudes & vix ducunt: ſed deus permiſit etiam me ſecuro & laeto animo

1 Poſcimur, V. Paſcimus, L. 2 ſic ſupra, V. R. Voſ. 3 deſunt R. Voſ. L. 4 deſunt L. R. Voſ. 5 Turbatur L. 1. ſec. man. R. Voſ. 6 Sana vero, al. 7 eſt turbatur ut Servius dicit, ut Dan. 8 legeres, al. 9 deſunt al. reliqua etiam ad *ſtatim* L. R. Voſ. Steph. 10 eſt, R. 11 deſunt L. R. Voſ. 12 ſtipulam, L. V. R. Voſ. 13 deſunt, L. R.

Spem gregis, ah! ſilice in nuda connixa reliquit.
Saepe malum hoc nobis, ſi mens non laeva fuiſſet,
De coelo tactas memini praedicere quercus:
[Saepe ſiniſtra cava praedixit ab ilice cornix.]
Sed tamen, iſte Deus qui ſit, da, Tityre, nobis.
T. Urbem, quam dicunt Romam, Meliboee, putavi
Sul-

SERVII

perdituros nos [14] quandoque agros, [15] manifeſto praedicebant ſigna: ſed nos mentis imprudentia intelligere nequivimus.

17 De coelo tactas memini praedicere quercus. Mire compoſitum augurium. Nam quercus in tutela Jovis eſt: & hujus arboris fructu olim homines paſcebantur. [16] [Per quercus ergo, agri: per fulmen, ira Jovis: per iram Jovis, ira Caeſaris: per damnum arborum, damnum agrorum figuratur.] Haec [17] quercus ergo tacta, id eſt afflata, leviter [18] fulminata: ut Cicero III. Catil. 8. *Tactus* [19] *eſt ille, qui hanc urbem condidit, Romulus*, [20] ſignificat motu imperatoris poſſe agros eorum perire, apud quos fulminatae ſunt arbores: nam agri cauſſa victus ſunt, ſicut olim [21] quercus. Quod autem ait *tactas*: oſtendit temporale fore damnum, quale patiuntur arbores leviter fulminatae. Et bene *praedicere*, quaſi [22] praeloqui & praedivinare: [23] cum ita manifeſtum conſtet [24] eſſe augurium. [25]

19 Da. Id eſt, dic. [26] Sic contra, II. Aen. 65. *Accipe nunc Danaum inſidias*, id eſt, audi.

20 Urbem quam dicunt Romam. Quaeritur, cur de Caeſare interrogatus, Romam deſcribat? & aut ſimplicitate utitur ruſtica, ut ordinem narrationis [27] plenum non teneat; ſed per longas ambages ad interrogata deſcendat: Aut certe, quia nullus, qui continetur, eſt ſine ea re, quae continet; nec poteſt ulla perſona eſſe ſine loco: unde neceſſe habuit interrogatus de Caeſare, locum deſcribere, in quo eum viderat. Eſt autem longum

VARIORUM.

animo cantare quidquid vellem, non modo munera & beneficia tanti Dei, ſed etiam amores meos. & ita centies *ipſum* infinitivo jungi ſolet, qui eſt loco nominis. Cicer. XIII. ad Att. 28. *ut vivere ipſum turpe*. XV. ad Fam. 15. *Interpoſitus annus alios induxit, ut victoriam ſperarent, alios, ut ipſum vinci contemnerent*. ad Att. VII 11. *Ego hoc ipſum velle miſerius dico, quam in crucem tolli*. Tuſc Diſp. IV. 20. *Ipſum illud aemulari, obtrectare, non eſſe inutile*. Quinctil. decl. XV. 9. *ipſum amare te pudet*: ut oſtendi ad Ovid. Remed. 99. ubi *quantum peccare parares* ab Heinſii correctione vindicavi hoc loquendi genere. qui & apud Lucan. VIII. 77. qui pro infinitivo *quod* uſus eſt,

Et tua cum factis pietas decertet, & ipſum
Quod ſum victus, ama.

volebat fruſtra *id ipſum*. ſed idem eſt, quod *ipſum vinci* modo in Cicerone vidimus. ſic illud etiam apud Perſium I. Sat. 8.

Et noſtrum illud vivere triſte
Aſpexi.

Quod Quinctil. lib. IX. 3. *noſtram vitam* interpretatur. plura obvia ſunt, & vide Sanctii Minerv. III. cap. 6. praeterea *ipſum ludere*, pro ludo cepiſſe videtur Servius ad Ecl. VII. 17. ubi interpretatur *ludo*, per cantilenam; & firmat hoc loco, *ipſum ludere quae vellem*, ut antiquae editiones & codd. Leid. & Voſſ. habent. ejecerunt vero *ipſum* poſteriores editores, quia pro me ipſum capientes, inutile credebant addere. ſed legitur ad Ecl. X. 2. ubi *ludum*

14 quoque, al. 15 manifeſta, al. res manifeſta praedicebat; ſed noſſe, (& noſſe V. Voſ.) im l. al. nequivimus L. V. R. ſine, intelligere. 16 deſunt V. R. L. Voſ. 17 deeſt L. V. R. Voſ. 18 fulmine, al. & leviter fulminata, B. L. V. Voſ. 19 etiam, L. V. R. Voſ. 20 Significabat, al. Forte, pro *motu* ſcribendum *nutu Imperatoris*, & ita in marg. Ryckius. fulmen & alia numi Jovis adſcribi ſolent. ſic apud Cic. II. de N. D. 2. *Jovem omnia nutu* regentem, ubi alii *motu*. vid. Daviſii notas, & ita alibi variatur. Apud Amm. Marc. tamen XXVII. 2. *imperiali motu*, ubi vid. Lindenbr. & quia agitur de irato imperatore, *motu* retineri poſſe judicabat Gl. Dukerus. BURM. 21 Quercus: & quia Jovi conſecrata eſt haec arbor, fructus ejus juglandes, quaſi Jovis glandes dicuntur. C. repetitum ex Ecl. VIII. 30. 22 loqui & divinare, L. loqui & praedivinare, V. R. Voſ. 23 cui tamen m. conſtat augurium, L. 24 deeſt R. 25 addit Cod. C. aliter: arbores fulminatae potentes ſunt & rebelles, fulmine, id eſt, ira Imperatoris exſtincti, quorum exemplo poteramus ante terreri, niſi mens laeva, id eſt averſa, fuiſſet. 26 Sic nunc econtra. L. ſic econtra V. R. V. 27 plene, al.

Stultus ego, huic noſtrae ſimilem, quo ſaepe ſolemus

Paſto-

SERVII.

Hyperbaton, *Urbem quam dicunt Romam.* [28] *Hic illum vidi juvenem, Meliboee.* [29] [Roma ante Romulum fuit, & ab eo Romulus nomen adquiſivit: *Sed Dea flava & candida, Roma, Aeſculapii Filia, novum nomen Latio facit. Hanc conditricis nomine omnes Romam vocant:* Marinus Lupercorum poeta dixit.]

21 STULTUS EGO. Id eſt, ruſticus, qui [30] *neſcio* judicare. NOSTRAE, [31] Mantuae. QUO: Id eſt, ad quam: nam adverbium poſuit pro nomine: ut, II. Aen. 6. *Genus unde Latinum*, id eſt, a quo.

PHILARGYRII.

20. URBEM QUAM DICUNT ROMAM. Roma ante Romulum fuit, & ab ea ſibi Romulum nomen adquiſiviſſe Marianus Lupercaliorum poëta ſic oſtendit: *Sed* [32] *Dea flava & candida Roma, Aeſculapii filia, novum nomen Latio facit: quod conditricis nomine ab ipſo omnes Romam vocant.*

VARIORUM.

dum apud poëtas eſſe *ſcribere* docet, & addit, ut *& ipſum ludere*. ceterum Servius ut ibi, ita & hoc loco *ludere* videtur capere pro *ſcribere*, admodum inconcinne, nec paſtori rudi adcommodatum, ſed illo loco Poëta de ſe loquitur: denique imitatus haec videtur Claudianus in Sec. Conſ. Stilic. ℣. 282.

Poſita ludat formidine paſtor,
Securiſque canat Stilichonem fiſtula ſilvis.

ubi male *laudat* codices alii. & hoc etiam firmat reſponſio anxii Meliboei, & mirantis in tantis rerum turbis, Tityrum tam otioſo animo ludere. pro *permiſit* ſollemni variatione Zulichemianus codex habebat *promiſit*. BURM.

12. TURBATUR AGRIS; Quatuor Moretani & tres alii ex noſtris *turbamur*, cui ſcripturae palam obnititur Quinctiliani lib. I. cap. 8. & Servii auctoritas, etſi eam in vetuſtioribus ſuis apparere teſtetur Pierius. *Turbatur* etiam agnoſcit in Arte Grammatica Conſentius duobus locis, & copioſe illuſtrat & interpretatur. Quod Leidenſes tres, utrumque Mentelianum, cum Gudiano & alios ex noſtris codicibus praeſtantiores occupavit. HEINS.

13 PROTINUS; *Protenus* a Nonio Marcello agnoſcitur, qui id pro valde interpretatur, ut ſit *animo & corpore valde aeger*. Neque aliter Mentelianus alter cum Gudiano aliiſque nonnullis. Velius Longus de Orthographia, *protenus* agnoſcit in illo Virgilii, & pro *porro tenus* interpretatur, lib. III. 416.

Cum protenus utraque tellus
Una foret.

Protinus in illo agnoſcit lib. V. ℣. 485.

Protinus Aeneas celeri certare ſagitta.

ut alterum ſit adverbium locale, alterum temporale, quae paene totidem verbis apud Bedam de Orthographia iterantur. HEINS. Acriter contendunt de forma ſcribendi. *Protinus* erat in Franciano & Regio, ubi tamen alia manus *e* ſuper *i* ſcripſerat. vid. & ad Georg. IV. I. & III. Aen. 416. & alibi. & hic Taubmanni, & ad Horat. I. Epiſt. VIII. 8. Lambini notas. Ego certe hic *protenus* malo: ut enim *hactenus* eſt ad hunc uſque locum, ita *protenus* longius a me, vel ab eo loco, in quo nunc ſum: & hoc verba *agere* & *ducere* indicant, vix ante me ago, paſtum ſcilicet, & deinde ad ovilia, capellas: hanc vix fune poſt me duco, tam infirmis nimirum viribus, & mentis ſollicitudine aeger erat. *ducere* enim eſſe *fune* trahere, nunc oſtendam ſolo ex libro II. Aen. ubi ter quaterque ut verſ. 33. &c. *duci intra muros*, de equo illo ligneo dicit, & tandem ℣. 238.

Funemque manu contingere gaudent.

ſic qui unco trahebatur Sejanus, a Juvenale Sat. X. 66. dicitur, *Sejanus ducitur unco.* & ita centies. minime ergo *protinus aeger*, pro *valde aeger* debet capi. BURM.

13. AEGER; Ita Terent. Eun. II. II, 5. *ſqualidum, aegrum:* ubi Donatus *ad maciem* refert, unde infirmitas colligitur. BURM.

14. HIC; Auguſtinus de Grammatica in fine *hinc* citat. *haec* eſt in aliis.

14. CORYLOS; *Corilos* Codd. Reg. Leid. Zulichem. & duo alii, & Edit. Junt. quae tamen Ecl. V. 3. & 121. *Coryli*, ubi itidem variant libri. *denſos* etiam Leid. a m. ſec. *haec inter denſas* Moretanus & alter Heinſii. BURM.

15. AH! *A* pro *ab* vetuſtiores membranae. & ſic

28 uſque *Hic*. L. 29 haec uſque ad *dixit* deſunt B. L. V. R. Voſ. ſed in C. erat. Hic dicit pro illic, praeſens adverbium pro abſenti. Roma autem ante Romulum fuit, & ab ea ſibi Romulus nomen acquiſivit, *ſed de flava & candida Aeſculapii filia nomen Latio fecit, ut Marinus*, &c. De flava etiam ab *Aeſculapi illa n. n. L. fecit, tantum conditricis n. omnes Romani vocantur*, aliae edd. Agit de his Marini verſibus Rutgerſ. lib. I. Var. Lect. cap. ult. & Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 6. 30 neſcii, L. neſcivi Steph. Dan. al. 31 autem V. L. R. Voſ. al. 32 *De flavo & Cano, ita*, al. *De Italo & Tano ita. Roma Aeſc. f. nomen Latium.* *Quo t. n.* de ipſo R. V. Barth. Adv. XX. 2. & paullo aliter lib. XXV. cap. ult. *De Flavo & Cano.* * ita &c. Scal. ad Manil. IV. 775.

Digitized by Google

Paſtores ovium teneros depellere foetus.

Sic

SERVII.

22. OVIUM TENEROS. Periphraſis agnorum.
11 [DEPELLERE. Id eſt, a lacte removere.]

VARIORUM.

ſic paſſim apud ſcriptores antiquos; nec aliter ſcribendum monent Grammatici veteres; mediae codices aetatis plerumque *ha*: quod peſſimo exemplo Gebhardus in Crepundiis II. 2. revocare eſt conatus. ſic *pro*, non *proh* dicebant, omiſſa adſpiratione. Graecis etiam ὢ exclamationis locum obtinet. HEINS. *A* citat Auguſtinus in Gramm. in fine. vid. ad Ovid. II. Met. 492. apud Non. in *ſilex* edidit Mercerus, *a ſilice in nuda*. in codice Puteaneo Ovidii ſemper eſt *A*. ſed *h* manu recentiori additum, & ita in Regio hoc loco. BURM.

15 IN NUDA; Apud alios auctores variant MSS. in genere τῦ *ſilicis*. vid. ad Ovid. IX. Met. 225. & Claudian. Gigant. 99. & quae diximus ad Quinct. I. de Inſt. Orat. 6. ſed quia inter Grammaticos conſtabat auctoritate Virgilii feminino genere dici, hinc conſtanter *nuda* hic ſervarunt librarii. vid. ad VIII. Aeneid. 333. *in media* Cod. Non. Marc. BURM.

15. CONNIXA RELIQUIT; *Conixa* Gudianus, duo Leidenſes, alter Mentelianus & Moretanus primus. Neque aliter ſcripſiſſe veteres teſtis eſt A. Gellius lib. II. cap. 17, ubi *conexus* & *colegatus* per ſimplex *n*, & *l* ſolere ſcribi aſſeverat; huc adde *conixus* & *conubium*, aliaque ejuſdem rei, atque ita paſſim in antiquiſſimis exemplaribus, per totum hoc opus. HEINS. Et ita Regius.

17. DE COELO TACTAS MEMINI; *De coelo memini tactas* Menagianus.

18. SAEPE SINISTRA; In antiquis & in Aldinis hic verſus deſideratur. ideo ei notulam appoſui. FABRIC. Jam monuerunt homines eruditi a pleriſque exemplaribus vetuſtis hunc verſum abeſſe. Abeſt & a noſtris codicibus, ſi duo tresve recentiores excipiuntur, quorum unus Venetiis a me redemtus, *dicebat ab ilice*, non *praedixit*; quomodo & duo Pieriani: non male. *dicere* pro vaticinari aut praedicere uſitatum optimis ſcriptoribus. hinc *fata dicere* dicuntur, de qua locutione non pauca nos curis ſecundis ad Epiſtolam Oenones Naſonianae ℣. 33. & ad Claudianum lib. I. in Eutrop. ℣. 160. Eſt autem hic verſus adumbratus ex illo Eclogae IX. *Ante ſiniſtra cava monuiſſet ab ilice cornix*, ſive hoc ab ipſo Marone factum, ſive ab alio quocunque, qui Maronem aemulari voluit. Ego tamen perſuadeor ut credam non eſſe Maronianae venae. Ex ſcriptoribus antiquis certe ſolus, quod ſciam, Scholiaſtes Horatii Crucquianus eum producit lib. III. Ode 17. cujus tamen apud me magna non eſt auctoritas, utpote qui ſit interpolatus foedum in modum, adeo ut & Iſidorum illic citatum offendas, poſteriorum temporum ſcriptorem, & alios nihilo fere antiquiores. ſic Ecl. VI. ineptiſſimum verſum inculcarant. *Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno*. mox ſeptem codices, *quis ſit*, non *qui ſit*. ſed perperam, ut dicemus Ecl. II. 19. alter Mentelianus notae vetuſtiſſimae recte cum vulgaris hic facit. HEINS. Deeſt & Regio. defendit H. Steph. de Criticis p. 47.

19. QUI SIT. *Quis ſit* Rottend. Venet. & Francian. vid. Ec. ſeq. 19.

21. QUO SAEPE SOLEMUS. *Qua* unus Moreti a m. ſec. *quo* autem varie explicant. Servius *ad quam*, ſcil. urbem, & tunc *depellere* non ſimpliciter poteſt ſignificare a lacte removere, ſed ſimul depulſos foetus in urbem ferre: nam, ut alii ſumunt pro *abigere*, mihi inconcinnum, & contra morem loquendi videtur, quo *depulſi* agni, lacte prohibiti & a matre abducti notantur: nec etiam tam teneri foetus a paſtoribus in urbem agebantur, ſed portari ſolebant, ut ſupra ℣. 13. gemellos videtur portaſſe, matrem duxiſſe. hinc credo etiam violentius, pro agnorum tenera aetate, hoc verbum viſum fuiſſe librario codicis, quem laudat Torr. ad Horat. IV. Od. II. in quo eſt *deducere*: ipſe Lambinus Servium ſequitur, & hinc Ramus etiam *depellere* interpretatur deducere, Camerarius in urbem ducere. & ita fere Emmeneſſius. ſi *qua* placeret, poſſet pro *in qua* ſumi; ſi hi paſtores fingi poſſent oves in urbe incluſas ſtabulis habuiſſe, ibi peperiſſe & lactaſſe tunc ſimul credendum erit. ſed *rure* agitur hic res, ut ſolet in Bucolicis. vid. ℣. 36. ubi ex urbe pro vendito foetu & caſeo domum redibat manus non gravis aere. in Regio codice erat ſuperſcripta gloſſa *quo*, id eſt *unde*, ſed id abſurdius etiam. quare putem aeſtum hunc poſſe componi, ſi pro *quo* antiqua conſuetudine ſcriberetur *quoi* pro *cui*, ut alibi etiam factum notatur ab interpretibus ad Ecl. IV. ℣. 60. & ſaepius: jam vero ſenſus optimus: cui urbi, id eſt in cujus commodum, & facilitatem victus, nos ſaepe teneros ovium foetus depellere lacte

33 deſunt L. R. V. Voſ.

Sic canibus catulos ſimiles; ſic matribus haedos
Noram: ſic parvis componere magna ſolebam.
Verum haec tantum alias inter caput extulit urbis,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.
M. Et quae tanta fuit Romam tibi cauſſa videndi?
T. Libertas: quae, ſera tamen, reſpexit inertem;

Can-

SERVII.

23. SIC CANIBUS CATULOS SIMILES. Vult urbem Romam non tantum magnitudine, ſed etiam genere differre a caeteris civitatibus; & eſſe [34] velut quemdam alterum mundum, aut quoddam caelum, in [35] quo Deum Caeſarem vidit. Qui enim comparat cani catulum, vel hoedum capellae; magnitudinis facit, non generis differentiam. Qui autem dicit, leo major eſt cane; & generis facit, & magnitudinis differentiam, ſicut nunc de urbe Roma fecit. Putabam, inquit, ante ita Romam comparandam eſſe aliis civitatibus, ut ſolet hoedus caprae comparari: nam quamvis major eſſet, tamen [36] eam civitatem eſſe [37] ducebam: nunc vero probavi eam etiam genere diſtare: nam eſt ſedes Deorum. Hoc autem eum dicere, ille comprobat verſus: *Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.* Nam viburnum, [38] virgultum breviſſimum [[39] eſt, ſemper virens & forma & genere a cupreſſo [40] remota.] Cupreſſus vero, arbor eſt maxima. Hoc autem genus argumentationis & apud Ariſtotelem lectum eſt, & apud Ciceronem. COMPONERE. Comparare.

27. [41] [ET QUAE TANTA FUIT Quae tanta: ad magnum enim aliquid nimia neceſſitas venire compellit. Unde quaſi miratur hominem ruſticum Romam videre potuiſſe.]

28. LIBERTAS, Amor libertatis. [42] & aliter dicit ſervus, libertatem cupio: aliter ingenuus. Ille enim carere vult ſervitute; hic habere liberam vitam, pro ſuo ſcilicet arbitrio agere: ſicut nunc Virgilius, ſub perſona Tityri, dicit ſe amore libertatis Romam venire compulſum: & [43] item latenter carpit ea tempora, quibus libertas, non niſi in urbe Roma, erat. Aut certe ſimpliciter intelligamus hoc loco Tityrum ſicut paſtorem locutum: nam ubique eum Theocritus mercenarium inducit. Item Virgilius IX. Ecl. 23. *Tityre, dum redeo (brevis eſt via) paſce capellas.*

28. [[44] RESPEXIT INERTEM. Deſidem, ſeſe non requirentem. Nam culpat ſuam inertiam, quod non ante Romam ierit, & ſit uſus puer libertate, qua uti coepit provectioris aetatis.]

29. CANDIDIOR POSTQUAM TONDENTI BARBA CADEBAT. Aut mutatio perſonae eſt, ut quendam [45] ſenem ruſticum accipiamus loquentem, non Virgilium, per ἀλληγορίαν. Nam ut diximus,

VARIORUM.

cte ſolemus, ut vel victimae ad aras adducantur, vel hominum victui inſerviant. ſic dixit mox 38. *cui pendere poma patereris.* & 44. *bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.* & 1 Georg. 14.

Cui pinguia Ceae
Tercentum nivei tondent dumeta juvenci.

& centies alibi, ut pervulgatum eſt. *Fetus* vero Reg. Cod. & in nummis etiam *Fecunditas* legi docet contra Pierium Emmeneſſius. BURM.

23. SIC CANIBUS CATULOS. In quibuſdam codicibus *catulos canibus*, ſed Columella lib. III. 4. citat, ut vulgo legitur. BURM.

23. HAEDOS. *Agnos* in quibuſdam eſſe manus docta in ora Juntinae editionis notaverat. Apud Cicer. de Opt. gen. Orat. cap. VI. in parentheſi legitur, *ut cum maximis minima conferam*, non vero reperi hoc ut praeceptum a Cicerone dari. BURM.

25 TANTUM ALIAS INTER; *Haec inter alias tantum* Cod. Francii; peſſime.

26 INTER VIBURNA; *Inter virgulta* quartus Moretanus. HEINS.

27. ECQUAE; Diomedis legit *Et quae*, inquiens, *Et* conjunctionem affirmativam eſſe, neque aliter hactenus, praeterquam in Aldino, lectum fuit. FABRICIUS. *& quae* Donat. ad Andr. I. 21. & *ita* codices noſtri. vid. Ecl. X. 28. *E quae* Rottendorf.

29. CAN-

34 Vult quidam V. 35 qua. 36 etiam V. R. Voſſ. 37 dicebam Steph. Dan. al. 38 deeſt al L. R. Steph. Dan. 39 deſunt V. R. Voſ. Steph. 40 remotum virgultum al. nam cupreſſus al. 41 deſunt B. 42 etenim Steph. Dan. al. 43 idem ab 44 deſunt B. 45 deeſt. R. V. al. Voſ. Steph. Dan. al.

Candidior poſtquam tondenti barba cadebat;
Reſpexit tamen, & longo poſt tempore venit,
Poſtquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Namque (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculî:
Quamvis multa meis exiret victima ſeptis,

Pin-

SERVII.

[46] XXVIII. annorum ſcripſit Bucolica: Aut certe eſt mutanda diſtinctio: ut non ſit, barba candidior, ſed libertas: nam [47] XXVIII. annorum barbam poteſt [48] quivis [49] metere: ſed non canam. Et bene candidior libertas: ut intelligamus etiam ante in libertate, ſed non tali, fuiſſe Virgilium.

30. ET LONGO POST TEMPORE VENIT, POSTQUAM NOS AMARYLLIS HABET, GALATEA RELIQUIT. Jungendum eſt hoc totum: nam duplici ratione tempus oſtendit, quo eum libertas aſpexerit: id eſt, quando coepit ſecare barbam, & relicta Galatea Amaryllidis amore detineri. Ἀλληγορικῶς autem hoc dicit. Poſtquam relicta Mantua Romam me contuli: nam Galateam, Mantuam vult eſſe; Romam, Amaryllida. Et bene tempora, quaſi ruſticus, computat a barbae ſectione. LONGO POST TEMPORE. Aut ἀρχαϊσμὸν eſt: Antiqui enim, *poſt*, *ante*, *circum*, etiam ablativo jungebant: quod hodie facere minime poſſumus: Aut *longo-poſt*, una eſt pars orationis; ut ſit ſenſus, Venit tempore longo-poſt: ſicut *multo minus*, *multo-magis*, *poſt-modo*, Horatius II. Sat. VI. 27. *Poſtmodo, quod [50] mi obſit clare, multumque locuto.* Et *longo poſt*, ut *poſt* poſita videatur eſſe praepoſitio, & in unitatem coacta.

32. FATEBOR ENIM. Hoc per parentheſim dictum eſt.

33. NEC SPES LIBERTATIS ERAT, NEC CURA PECULI. Nec ſperare poteram libertatem in oppreſſa civitate, nec habere curam patrimonii. *Peculi*, autem, aut antique dixit, quia omne patrimonium apud [51] majores *peculium* dicebatur, a pecoribus; in quibus [52] [eorum conſtabat] univerſa ſubſtantia: unde etiam *pecunia* dicta eſt a *peculio*. Aut certe & hoc ad morſum temporum pertinet: nam modo tantum ſervi *peculium* dicimus: ut invidioſe patrimonium ſuum dixerit *peculium*, ac ſi ſervus eſſet: quia ſe diu apud Mantuam ſerviſſe memoravit. Sane *peculi*, pro *peculii*, per ſynaereſim dictum eſt.

34. EXIRET VICTIMA SEPTIS. *Septa* [53] proprie ſunt loca in campo Martio incluſa tabulatis: in quibus ſtans Populus Romanus ſuffragia ferre conſueverat. Sed quoniam haec *ſepta* ſimilia ſunt ovilibus, duo haec invicem pro ſe ponuntur: ut hoc loco *ſepta* pro ovilibus poſuit. Item Lucanus [54] contra, II. 197. *Et miſerae maculavit ovilia Romae.* Juvenalis, VI. 529. *Antiquo quae proxima ſurgit ovili.* Sane *pinguis*, melius ad victimam, quam ad caſeum, refertur.

VARIORUM.

29. CANDIDIOR. Hanc vocem ad *libertatem* referri vult Servius. & ita in Regio & Menteliano diſtinguitur. ſed ſi per Tityrum Patrem Virgilii, ut Catroeus facit, intelligamus, omnis ſublata erit difficultas. & ita etiam *candidior* barba pro cana eſt Ramo, Cerdae & aliis. & ita edidit Junta & alii. Ruaeus hic videndus varios explicandi modos afferens, qui omnes duriores & coacti. BURM.

31. POSTQUAM. Hinc docet Donatus Terent. ad Phorm. pol. I. *poſtquam*, etiam praeſenti tempori adjungi. & ita Cortius Salluſtio in Catil. XL. recte reſtituit *poſtquam videt*, pro *vidit*: & ad Jug. LII. pluribus confirmat. Nanſius in ora codicis quoque notavit ex Turnebo ad praefationem Plinii Hiſt. Natur. hic intelligi contubernium, ut dici ſolet conjunctio ſervilis. quia de ſe Tityrus ut de ſervo loquitur, qui Amaryllin contubernalem haberet, cum antea habuiſſet Galateam: Allegoriam etiam hic nullam admittit Ruaeus. Vide Nann. VI. Miſc. BURM.

34. VICTIMA SEPTIS. *Septis pinguis*, & ita

ego

46 XXVII. V. 47 XXVII. V. 48 quis al. 49 mittere al. 50 *mihi o. c. m. locutum* V. *mihi* R. Voſ. 51 antiques Steph. Dan. & al. 52 deſunt, V. Voſ. 53 Ger. Voſ. legebat improprie. 54 econtra B. L. V. R. Voſ.

Pinguis & ingratae premeretur caſeus urbi,
Non umquam gravis aere domum mihi dextra redibat.
M. Mirabar, quid moeſta deos, Amarylli, vocares:
Cui pendere ſua intereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat. ipſae te, Tityre, pinus,
Ipſi te fontes, ipſa haec arbuſta, vocabant.
T. Quid facerem? neque ſervitio me exire licebat,
Nec tam praeſentis alibi cognoſcere divos.

Hîc

SERVII.

35 INGRATAE URBI. Quia cum alimenta civitatibus praeſtentur ex ruſticorum labore, [55] in his ruſtici [56] etiam deridentur a civibus, & multa perdunt, & advectarum rerum pretia iniqua ſuſcipiunt.

37. AMARYLLI. Vocativus Graecus eſt, qui brevis eſt, quotieſcunque nominativus in *is* terminatur: ut *Amaryllis*, *Pieris*. Horatius, IV. Od. 3. *Dulcem quae ſtrepitum Pieri temperas.*

38. [57] [CUI. Id eſt, in cujus honorem.] SUA POMA. Id eſt, ipſius arboris poma propria. QUID VOCARES. Hoc Virgilii perſonae convenit. MOESTA AMARYLLI. [58] Quae nemine [59] laetabare poeta. CUI PENDERE. [60] [Id eſt tibi;] quia laudari a te non meruerunt.

39. TITYRUS. Virgilius. PINUS, Roma vel Caeſar.

40. FONTES. [61] [Poetae, vel] Senatores. ARBUSTA. Fructeta, [62] ſcholaſtici vocabant.

41. SERVITIO. [63] [Ab ſervitio.] *Servitium* [64] eſt conditionis indicium. LICEBAT, Id eſt, nec deeſſe [65] ſervitutis officio poteram.

VARIORUM.

ego diſtinguo, ut dicat ſe victimas multas & praeclaras vendidiſſe. FABRIC. *Saeptis* Regius & Mentel: ut & *ſaepes* & *ſaepire* fere ſemper in optimis membranis. Vid. Pier. mox ad ỷ. 54 & VII. Aen. 600. & alibi. Noriſ. ad Cenot. Piſan. diſſert. IV. p. 485. In codice Francii diſtinguebatur etiam *victima ſeptis pinguis, & ingratae p. c. u.* quod & Servius & Fabricius probant, nec mihi diſplicet. nam victimas opimas & pingues oportuiſſe eſſe, vulgo notum. ſic Ecl. VI. 4. *Pingues paſcere oportet oves.* dein *erraret victima* Parrhaſ. BURM.

35. INGRATAE. Mantuae, jam non gratae, poſtquam occupata a veteranis, novis colonis. Sanctium *urbi non umquam* jungere docet Emmeneſſius.

37. AMARYLLI. Licet per Amaryllim Romam, per Galateam Mantuam intelligamus, non tamen, ut quidam ſuſpicati ſunt, dicendum eſt, alteram Romae, alteram Mantuae fuiſſe a Tityro adamatam, niſi velimus haec Meliboei verba prorſus eſſe abſurda. Tu potius utramque Mantuanam, & Mantuae cognitam intellige. JO. MUSONIUS. Recte. nam Amaryllis amica Tityri abſentis deſiderio tabeſcens, omnia negligebat, quod mirabatur Meliboeus. ita praeeunte Ramo recte Ruaeus. Carroeus vero *Galatea* tuebatur, ut eſt in aliis. BURM.

38. CUI. Id eſt, cui carpenda relinqueres, ipſa negligens ea decerpere, abitu tuo Romam contabeſceas, & deſes facta. *ſua arbor* recte explicatur a Servio. ita & lib. VI. Aeneid. 206. viſcum, *quod non ſua ſeminat arbor.* ita contra *aliena arbor.* II. Georg. 76. ubi mox addit, *miratur non ſua poma.* BURM.

39 IPSAE. *Ipſa* Menagianus. an *ipſae hae te*, ut mox *ipſa haec arbuſta*, ut pinum quamdam, ſub qua forte recubare ſolebat, deſignet, & arbuſta quaſi digito monſtret. BURM.

40. IPSI TE FONTES. ſi *te iterum* ſcriberetur in hoc verſu, verſus longe pulcrior eſſet. ſic igitur legerem:

Ipſi

55 & in his al & his V. 56 deeſt V. Voſ. 57 deſunt V. R. Voſ. 58 id eſt tibi R. Voſ. 59 laetabatur V. R. Voſ. 60 deeſt V. R. Voſ. 61 deſunt R. V. Voſ. 62 id eſt Schol. Voſ. V. R. Steph. 63 deeſt V. R. 64 id eſt R. V. Voſ. 65 deeſt R. V. Voſ. Steph. al.

Hîc illum vidi juvenem, Meliboee, quot annis
Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti:
Paſcite, ut ante, boves, pueri: ſubmittite tauros.
M. Fortunate ſenex! ergo tua rura manebunt?
Et tibi magna ſatis: quamvis lapis omnia nudus,
Limoſoque palus obducat paſcua junco:
Non inſueta gravios tentabunt pabula foetas:

Nec

SERVII.

43. JUVENEM. Caeſarem dicit Octavianum Auguſtum: decreverat enim Senatus, ne quis eum puerum [66] diceret, ne majeſtas tanti imperii minueretur.

44. DIES. Id eſt, principia menſium: vel Idus omnium menſium. FUMANT, Id eſt, ſacrificant.

45. RESPONSUM PRIMUS DEDIT. Id eſt, permiſit libere vivere. PRIMUS. Id eſt, ante quem nullus ſit.

46. PASCITE. Id eſt, ut ante eratis, o pueri, ſic & modo paſcite in pace. SUBMITTITE TAUROS. Id eſt, exercete terram & ſobolem.

47. FORTUNATE SENEX. Hoc non ad aetatem Virgilii refert, ſed ad [67] fortunam futuram praeſago uſus eſt verbo: [68] [Nam apud Philoſophos, ſenes dicuntur, qui ſpem futuri temporis habent in victu.]

48. ET TIBI MAGNA SATIS. Ordo eſt, *Magna ſatis paſcua*, [69] [ſubauditur erunt]. QUAMVIS LAPIS, id eſt, Quamvis mons ſit & lacus: Nam a monte uſque ad lacum, & inde uſque ad arborem quandam, [70] fuerat Arrio donata poſſeſſio.

49. PALUS. Id eſt, aequor. OBDUCAT. Id eſt, tegat. JUNCO. Foeno. [71] profluo. LIMOSO. Flumine Mincii.

50. GRAVIS. [72] Id eſt, foetas accuſativus pluralis, quaſi graves, [73] [id eſt gravidas: ſcilicet non enixas.]

PHILARGYRII.

50 NON INSUETA GRAVIS. Gravis accuſativus pluralis, quaſi graves.

VARIORUM

Ipſi te Fontes, ipſa haec arbuſta, vocabant. Ceterum, quam Servius in hunc verſum ſcripſit notam, ſic lego, *Fontes*, *Poetae* vel *ſenatores*, *Arbuſta frutecta* ſcholaſtici vocant. TAN. FABER.

45. HIC ILLE. Mirae & profundae σεμνότητος eſt. FABER.

46. BOVES. *Greges* Menagianus. *ſubmittere* vero eſt gregem ſubinde ſupplere, ne tauri admiſſarii deſint vaccis. vide Vlitium ad Nemeſ. Cyneg. 114. &. hic Ruaeum. Varro II. 2. de R. R. ubi eſt in *gregem curare*, ut Petronius cap. XXXVIII. ita *ſummittere* in alia re eſt ſucceſſorem mittere: Cicer. de Provinc. Conſul. IV. *Huic vos non ſubmittetis? pueri* vero, cum praeceſſerit *mihi*, notat non uni Virgilii patri, ſed ut Catroeus, omni familiae ſe benignum praebuiſſe Caeſarem. Ramus *ſummittite*, pro *ſupermittite*. Cerda pro *producite* ad paſtum. alii jugo ſummittite ad arandum. omnia fruſtra, nec exempla conveniunt. Nonius in *ſummiſſum*, per *demittere* reddit, & tamen exemplum ex Georg. III. 174. noſtrae explicationi convenit. BURM.

47. SENEX. Hoc fere omnes explicant, qui futurus eris ſenex fortunatus, vel, ut Guellius ad lib. VII. Aen: 441. προσφώνησιν honoris, non aetatis nomen, eſſe volunt. Catroeus vero patrem Virgilii, quem vixiſſe hoc tempore probare conatur, intelligi credebat. quae ſententia, ſi conſtaret patrem Poetae vixiſſe hoc tempore, nec mihi diſpliceret, quia hoc modo multa in hac ecloga, quae ſcrupulos injiciunt, planiora fiunt. BURM.

50. GRAVES TENTABUNT PABULA FOETAS.

Gra-

66 vocaret. Urſin. 67 ad fortunatum praeſago V. Voſ. ad fortunatum olim futurum al. ad fortunatum futurum al. Steph. Dan. ad fortunam praeſago uſus verbo R. 68 deſunt Voſ. R. Steph. 69 deſunt Voſ. 70 Fuerat terra ei donata, Steph. Dan. al. terra donata ſua poſſeſſio. V. terra dona tua poſſeſſio V. Arrio donata tua poſſeſſio. R. 71 profluo vel fl. Mincii Voſ. foeno vel fluo, fl. Mincii R. Voſ. propter flumen. V. 72 eſt acc. R. V. id eſt, acc. Voſ. 73 deſunt R. Voſ.

Digitized by Google

Nec mala vicini pecoris contagia laedent.
Fortunate ſenex! hîc inter flumina nota,
Et fontis ſacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quae ſemper vicino ab limite ſaepes,

55 Hy-

SERVII.

51. CONTAGIA LAEDENT. [74][Morbi vel peſtilentiae corrumpent. unde contingit ut, una aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat. Dicit ergo, quod nec inſolita paſcua tentaturae ſunt pecudes: nec ex alicujus infirmitate corrumpendae.]

52. HIC INTER FLUMINA. Inter Padum & Mincium, [75][ubi nutritus es vel cognitus.] NOTA. Chara.

53. FONTES SACROS. [76][Quia omnibus aquis Nymphae ſunt praeſidentes. FRIGUS OPACUM. *Frigus*, [77] Pro aeſtivo tempore, quoniam ſub umbra fit frigus. [78][*Opacum*. Id eſt, auras proſperas: vel pro nemore:] Opacum autem, utrum pro opacis locis, incertum, an pro valde frigidum: Nam [79] unum frigus eſt hyeme: [79] alterum, quo [80] refrigeramur aeſtate.

54. AB LIMITE. Limes, eſt agri terminus. SEPES. Subaudi, fiet.

VARIORUM.

Graves fere omnes praeter Leidenſem, quae *gravis*; dein'*paſcua*, repetita voce ex praecedenti verſu, quod ſaepius factum a librariis, Moretanus unus, & duo tresve alii, etiam *foetus*, ut intelligantur agni, qui depulſi a lacte, nunc in paſcua miſſi inculta pabula, herbas carpent, unde nulla ipſis noxa naſcetur: vel ſi *foetas* retinendum, explicandum de enixis jam ovibus, ut ſumi docui ad Samonic. cap. XIII. & ut Turnebus ad Praefat. Plinii oſtendit errare Servium, qui *foetas* gravidas interpretatur, nondum enixas. *Graves* tamen non opus eſt gravidas explicare, ſed aegras, male adfectas, cum Heinſio in Epiſtolis ad Graevium CCLXX. & CCLXXIV. Sylloges noſtrae tom. IV. & hoc verbum *tentare* exigit, quod proprie de morbis dici vidimus ad Samonic. cap. II. quare praecedentia, de reliquis agris, qui impaſti & inarati veluti fuerunt poſſeſſoribus depulſis, & militibus conceſſis, capienda erunt: quum patris Virgilii rura nunc manebunt, & ſolito more colentur, ſed reliquorum Mantuanorum in his belli tumultibus horreſcent, militibus illis, novis colonis, non eam culturam adhibentibus, quam veteres: ut recte Ruaeus explicuit: & male Turnebus in praefat. Plinii hic ſubſecivos agros intelligit, qui non aſſignati fuerunt militibus, & meliorem partem eorum ademtam Virgilio, ſterilem vero & paluſtrem ipſi relictam. quum omnis ager ipſi, vel potius patri ejus fuerit prius ademtus, ſed nunc redditus, non vero reliquis poſſeſſoribus, ut ex tota Ecloga apparet. & quaenam, quaeſo, beneficium ab Octavio datum celebrandi fuiſſet cauſſa, ſi parte meliore ademta, ſterilem reddidiſſet? ſunt qui diſtinguunt,

Non inſueta graves tentabunt pabula; foetas
Nec mala vicini pecoris contagia laedent.

ſed male. *non mala* Leidenſ. Scholiaſtes Juven. ad Sat. II. 81. citat, *ne mala v. p. c. laedant*: ſed Chariſius lib. I. Inſt. Gram. vulgatum adfirmat. BURM.

53. FONTIS. *Fontes* Regius & Voſſianus & plures alii. *tentabis opacum* Rottend. alter.

54. HINC TIBI QUAE. Trajectio eſt. ita Euripides, Sophocles, Pindarus & alii. Horat. IV. Od. 15.

Phoebus volentem praelia me loqui &c.

Lyra, TAN. FABER. Deeſſe huic ſententiae aliquid docet Servius, qui *fiet* ſubaudiri vult. Marklandus ad Statii lib. I. Silv. III. 43. ſe nondum intelligere hos verſus profitetur; & alii in explicandis haeſerunt, alii in partibus exponendis operoſi, totum complexum verborum non attingunt. cogitabam olim poſſe ſenſum aptum dari, ſi pro *ſemper*, verbum aliquod ſupponi poſſit, ut, *Hic tibi quae ſurgit*, vel *ſerpit*, *vicino ab limite ſaepes*; ſed & conſtans librorum lectio retrahebat manum, & tunc aliquid detrahi laudatae huic ſaepi videbatur, quae numquam deeſt ad pabulationem apium, & ſemper ab illis depaſcitur, unde etiam perpetuus ille ſuſurrus ſomnum invitabat. quare potius in ordinem naturalem redacta verba hoc modo volebam; *haec ſaepes ab limite vicino* (id eſt agrum vicinum a tuo diſter-

74 nota haec deeſt R. Voſ. 75 deſunt R. Voſ. 76 haec leguntur poſt pro nemore, R. Voſ. 77 id eſt aeſt. t. quo ſub S. V. quia tempore ſub umbra al. Steph. Dan. al. 78 deſunt eisdem & al. 79 alterum V. 80 refrigeremur V. Voſ.

Hyblaeis apibus florem depaſta ſalicti,
Saepe levi ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.
Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras;

Nec

SERVII.

55. HYBLAEIS. [81] Hybla, vel Hyble, oppidum eſt Siciliæ, quae poſtea Megara: vel [82] locus in Attica, ubi optimum mel naſcitur: & poſuit ſpeciem pro genere. DEPASTA FLOREM. [83] Depaſtum florem habens. Hypallage. SALICTI, Virgulti genus, [84] dictum eo quod ſalit & ſurgit cito. [85]

56. [86] [LEVI SUSURRO. Dulci murmure.] Hic vocat ruſticum ad dulcia, quae ſunt in rebus, quibus [87] delectatur. SOMNUM INIRE. Id eſt, dormire, [88] [vel carpere.]

57. FRONDATOR. Id eſt, ruſticus; [89] vel animal, quod frondibus veſcitur: nam tria genera ſunt *frondatorum*: [90] *frondator*, qui arbores amputat, [91] & de frondibus manipulos facit, hyemis tempore animalibus ad paſtum offerendos: & qui manibus vitium folia avellit, quo ardor ſolis uvam maturiorem reddat: [92] [aut avis, quae in frondibus habitat, & his veſcitur: vel etiam palumbes, quae in frondibus nidificant.] AD AURAS. Id eſt, in die.

VARIORUM.

diſterminans) *quae ſemper depaſta florem ſalicti apibus Hyblaeis*, (id eſt ab apibus) *ſuadebit tibi ſuſurro levi inire ſomnum.* nam *ſaepes a limite* dictus pro limitaneus, ut ita dicam, ut *a mari piratae*, id eſt maritimi, Hygin. fab. CXC. *ab Alba* pro Albanus, Propert. IV. VI. 37. *a ſilva Elephanti*, pro ſilveſtres, Flor. IV. 2. ita ſupr. ỿ. 8. *agnus ab ovilibus*, & id genus plura, quae nemo humanior ignorare poteſt: deinde trajectio pronominis relativi, quam neſcio an Faber innuerit, obſcuravit ſenſum, *quae ſaepes* enim eſt pro *ſaepes quae*, quam obſervavit etiam Ramus, notanda: ut Ecl. V. 56. *quibus ſulcis*, pro *ſulcis quibus*. I. Aen. 157. *quae proxima litora*, pro *litora quae proxima* & paſſim. & de qua egimus ad Gratii Cyneg. 222. Rutil. I. 191 & alibi ſaepius. Cerda conjungit *ſemper* cum *ſuſurro*, qui ſemper ibi ſit, & ſuadebit tibi ſomnum inire. ſed incongrue, nec convenit τῷ *ſaepe*. ſuſurrus enim non ſuadebit ſemper inire ſomnum, ſed ſaepes ſemper plena apibus depaſcentibus florem ſalicti, & ſimul ſuſurrum facientibus, ſuadebit tibi *ſaepe*, id eſt, ubi vacabit & libebit, ſomnum inire: ita omnia puto ſatis plana. *a limite* Venetus Codex. Priſcianus etiam lib. XVIII. pag. 1176. edit. Putſch. *ſalicta* dat, quod non capio. an *ſalicta* ut adjectivum ſumſerit, ut ſit *ſaepes ſalicta*, ſed potius vitium operarum puto. nam in Aldina, Juntina & aliis Priſciani edd. eſt *ſalicti*. BURM.

57. ALTA. *Alte* ex uno codice notavit Heinſ. *ſub rupe* eſt in ipſa rupe, dum frondes amputat. vid. ad Ovid. I. Met. 689. *fondator* Cod. Francii. male. Catull. Epith. Thetid. 41.

Non falx attenuat frondatorum arboris umbram.

Quidam pro avicula capiunt, ut gloſſator codicis Regii, & Servius hujus ſignificationis meminit. Marollius Luſciniam capit, quae in rupibus an canat neſcio. quare *frondator* eſt putator arborum in ſilvis & montibus. *Ad aures* etiam Parrhaſ. ut ſolent librarii variare. vid. ad Ovid. III. Am. I. 62. & alibi. ſic *canere ad ſurdas aures* dixit Ovid. III. Am. VII. 61. ſed ad quas aures capiemus? an praetereuntium, an conſortium operis? certe ſolet aliquid addi, aut epitheton, unde ſciamus quas aures intelligant Poëtae. Vid. ad Phaedr. III. 18. apud Catullum quidem carm. LVI. occurrit

Dignam auribus & tuo cachinno.

ſed ibi *tuis* debet ſuppleri. Emmeneſſius *ad auras* interpretatur ſpirantibus auris, quod reſpondebit praecedentibus *frigus captabis opacum.* & ita *ad* centies poni vidimus ad Valer. Fl. III. 264. & ad Ovid. III. Amor. VII. 41. ubi *ad ventum* apud Horat. I. Od. 23. ita explicuimus. & ita male ſollicitant locum Stat. II. Silv. I. 143.

Torvus ad hunc Athamas inſanos flecteret arcus.

ubi

81 Hybera vel Hyble, quae poſtea Magara oppidum, Siciliæ R. Hibira id eſt quae poſtea Magara op. Sic. Voſ. quod poſtea V. quod nunc Magara dicitur Steph. Dan. al. dicitur deeſt al. 82 Barth. ad Stat. Achil. p. 1692. legit, ut Hymettus in Attica. 83 id eſt comeſta, id eſt depaſcere R. id eſt depaſcere Voſ. vel comeſta, al. 84 deeſt. 85 Salictum ubi ſunt multi ſalices. al. 86 deſunt R. Voſ. & al. 87 delectat V. R. Voſ. 88 deſunt R. Voſ. & al. 89 vel quod de floribus naſcitur V. R. Voſ. vel quod animal al. 90 unus qui a. a. alter qui frondibus man. ſ. hieme ad paſtum pecoris. tertius, qui man. V. ſ. evellit &c. al 91 & frondibus. V. R. Voſ. & qui frondibus Steph. 92 deſunt R. Voſ

Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes,
Nec gemere aëriâ ceſſabit turtur ab ulmo.
T. Ante leves ergo paſcentur in aethere cervi,
Et freta deſtituent nudos in litore piſcis:

Ante,

SERVII.

58. RAUCAE. [93] Βραγχώδεις. PALUMBES. Columbae, quas vulgus *tetas* vocat: & non dicuntur Latine: ſed multorum auctoritas Latinum facit. Cicero in [94] Elegeia, quae [95] *Talemaſtis* inſcribitur: *Jam mare Tyrrhenum longe, penitusque palumbes Reliquit.*

59. GEMERE. Canere. [96] proprie tamen dicitur de turture. TURTUR, Et maſculino & foeminino genere invenitur, ut hic: *Aëria turtur ceſſabit.* Plaut. in Moſtel. I. I. 44. [97] *Tu tibi iſtos habeas turtures.* AB ULMO. Ulmus, lignum eſt, [98] ſub quo vinea fit.

60. IN AETHERE CERVI. Id eſt, avium [99] more ante cervi volabunt, & piſces ſine aqua vivent: hoc eſt, ante rerum natura mutabitur, quam nos [100] Caeſarem [1] poterimus oblivisci.

61. FRETA. Id eſt, Maria [2] [a fervore dicta.] DESTITUENT. Id eſt [3] relinquent.

VARIORUM.

ubi Heinſius & Marcl. *ab hoc* volunt: ſed *ad hunc* eſt ſimul ac vidiſſet illum. ſed & *ad auras* poſſet de voce clara, quae ad ſuperiores coeli partes penetraret, capi. ut apud Ovid. X. Met. 11.

Quam ſatis ad ſuperas poſtquam Rhodopeius auras Deflevit vates.

ſic *clamor exit in auras* Ovid. XIII. Met. 610. & ita centies. & hanc puto meliorem eſſe explicationem, quia omnia, quae altius terra ſurgunt, aut tolluntur, *ad auras ire* paſſim dicuntur. ſic equi in *auras adſurgere* dicuntur III. Georg. 108. & *crura fundere in auras* Grat. Cyn. 503. *herba ſe tollere in auras* Ovid. III. Faſt. 239. Vid. ad Grat. Cyneg. 138. & ita centies in ipſo Virgilio, *aurae* & *ſuperae aurae*, de ſpatio ſupra terram, quod inane, vacuum aëra, aethera & etiam coelum poëtae vocant; unde mox *aëria ulmus* & ſimilia. BURM.

58. PALUMBES. Quinctianus Epograph. 2. *non tetas* in Servio, ſed *titos* legendum cenſet. NANSIUS & ita Cornutus ille ad Perſ. I. Sat. 34.

AERIA. *Aëria ulmus* conſtruendum: nec monerem, niſi Servius aëream turturem nobis obtruderet inſigni errore. HEINS. *Aëria* in Moreti quarto, Veneto & aliis quibusdam minoris rei codicibus. ex Servii vero errore, quem jam caſtigavit Cerda, videntur alii id ſibi licuiſſe crediſiſſe, ut *turtur* foeminino genere efferrent. ſic & librarii apud Ovid. II. Amor. VI. 12. dederunt *Turtur amica*, quia etiam praeceſſerat *ante alias*, ſcilicet aves: & ita interpretes ſacrae ſcripturae, & ad eorum exemplum ipſe Buchananus Pſalm. LXXIV. 19. *turtur tua*. ubi vide quae doctiſſimus Ruddimannus notavit, & quae nos ad Samon. cap. XXXII. ℣. 606. diximus. BURM.

60. IN AETHERE. Vel *in aequore*, quartus Moretanus pro diverſa lectione. HEINS. Ita jam emendare voluerat Cerda, ſi auctoritas codicum accederet, nec mihi diſplicet, quia aptior eſt oppoſitio ſequentis verſus, ubi deberent cervis in aequore paſcentibus opponi volucres, quae per aquas volarent, vel in aquis alerentur. ſed aequori recte opponit litus ſive terram. centies vero in his vocibus *aether* & *aequor* lapſi librarii; vid. ad Ovid. I. Faſt. 457. & infra VII. Aen. 65. & X. 356. *in aethera* Gudianus & duo Heinſiani. BURM.

61. NUDOS. *Nudo in litore* Venetus. ſed *nudi piſces*, deſtituti ſunt ab aqua, quae illorum tegmen & domus. Cerda ex Ovidio producit de monſtris maris, *quaeque teguntur aquis*. ſed memoria impoſuit. nam lib. I. Art. Am. 58. legitur, *Aequore quot piſces, fronde teguntur aves.* BURM.

63 AUT

[93] *βραγχίδας* id eſt *Brogidas* al. *Brongidi* V. R. Voſ. [94] *ergia* V. [95] *Talea Maſta* V. *Tabia Maſta*. in editionibus Ciceronis *Tamilaſtis*, *Tamelaſtis* &c. vocatur. Heinſius volebat *Thalia moeſta*. Voſſius Ἰαλεμαίστης, ut ab Jalemo nomen haberet carmen lugubre, de quo vid. Heinſ. ad Ovid. Amor. III. IX. 23. Urſinus *Talemaſta* codd. habere dicit. *in egia qua tabiamaſias ſcribitur*. R. & Voſ. niſi quod *maſta* habent. [96] proprietatem decutere V. R. Voſ. [97] *Tu tibi onuſtos* V. *iſtas* al. *tibi obuſtos* R. Voſ. [98] quod ſub V. R. Voſ. [99] deeſt V. R. Voſ. [100] Caeſaris al. [1] poſſimus Dan. Steph. [2] deſunt R. Voſ. [3] derelinquent Steph. Dan.

Digitized by Google

Ante, pererratis amborum finibus, exſul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quam noſtro illius labatur pectore vultus.
M. At nos hinc alii ſitientis ibimus Afros:
Pars Scythiam, & rapidum Cretae veniemus Oaxen,

Et

SERVII.

62. PERERRATIS. [4][Luſtratis, vel] errore confuſis. AMBORUM. Id eſt [5] Germanorum & Parthorum. EXUL. Id eſt, Parthus & Germanus [6] quod, duce Caeſare Germanis & Parthis victis, milites Ararim Germaniae flumen biberunt.

63. [ARARIM. [7] Arar fluvius Galliae, fluens in flumen Rhodanum, [8] quem Germaniae tribuit, vel propter vicinitatem regionum, quae Rheno tantum diſterminatur; vel ad demonſtrandam ſimplicitatem ruſticam, cui hoc carmen tribuitur, quae facile inſcientia locorum & provinciarum fallitur. TIGRIS. Armeniae fluvius, influens [9] in Perſicum ſinum. Itaque [10] per *Tigrim* & *Ararim* vult diverſa loca inter ſe ſignificare. Dicit enim, prius *Parthum* ex *Arare* bibiturum, & *Germanum* ex *Tigride*, quam ſibi oblivionem futuram [11] non diviſi agri, Caeſaris beneficio.]

64. [12] [ILLIUS, Id eſt, Auguſti Caeſaris. LABATUR, Reſpuatur, vel oblivioni tradatur.]

65. SITIENTIS IBIMUS AFROS. Tropus Synecdoche: Ab Afris enim Libyam, quae aqua indiget, intelligi vult. [13][Eſt enim calidiſſima regio & pene inhabitabilis.]

66. SCYTHIAM. Regio ſeptentrionalis [14] [frigidiſſima.] ET RAPIDUM CRETAE VENIEMUS OAXEM. Hoc eſt [15] lutulentum: quod rapiat cretam. Creta terra alba dicitur. Nam *Oaxis* fluvius eſt Meſopotamiae: [16] qui velocitate ſua rapiens albam [17] terram, turbulentus efficitur. Vel *Oaxis*, fluvius Scythiae: in [18] Creta inſula non eſt: ſed aqua cretei coloris eſt. [19] *Oaxen* [20] Philiſthenes ait, Apollinis & [21] Anchiales filium: hunc *Oaxen* in Creta oppidum condidiſſe, [22] quod ſuo nomine nominavit, ut Varro ait, *Quos magno* [23] *Anchiale partus adducta dolore, Et geminis capiens* [24] *Tellurem Oeaxida palmis, Edidit in Dicta.*

VARIORUM.

63 AUT GERMANIA TIGRIM. Quia Araris eſt fluvius Galliae, hinc inſcitiae paſtorum hoc tribuunt interpretes, qui fines certos gentium ignorantes, Ararim adſcripſerint Germaniae, & Tigrim Parthiae. Ita Fabricius, Taubman: Hadrianus Valeſius in notitia Galliarum in Arare p. 34. & ad Amm. Marcell. XV. 11. qui inde poſterioris aevi auctores in errorem ductos putat, quod Germaniae adſcripſerint Ararim. Catroeus hic duo ἀδύνατα cumulata credit, quia nec Parthus patriam ſuam cum Germano poterit mutare, nec ſi jam mutarent, Germanus potuiſſet in Parthia Tigrim potare, nec Parthus in Germania Ararim, quia neuter fluvius in eorum finibus fluit. ſed puto ſimpliciter poſſe capi ex opinione vulgi, quia jam Parthus protulerat imperium trans Tigrim, & Romani ultra ripas Rheni. jam fieri non poſſe ait, ut victis Romanis Parthus poſſet penetrare uſque ad fines imperii R. in occidente, nec ut Germanus ſubactis Romanis poſſit ad Parthiam uſque progredi. Tigrim vero jam recte Parthiae adſcribere potuit, quia jam in illorum regno fluebat. Ararim vero Germaniae, quia

Po-

4 deſunt R. Voſ. 5 id eſt Germanis & Perſis dicit Voſ. & R. ſed hic a m. ſec. Germanos & Perſas. & mox exſul. id eſt Caeſar, quo duce Caeſare Germ. indam. 6 Caeſar ſcilicet quo duce al. 7 deſunt ad vſ. 64. R. Voſ. 8 deſunt Steph. Dan. ad *Tigris* & al. 9 deeſt Steph. Dan. al. 10 Tigres vult R. Voſ. Ararim deeſt R. Voſ. al. 11 non amiſſi, Steph. Dan. de non amiſſis agris. al. 12 deeſt nota R. Voſ. & al. id eſt Julii Caeſaris V. al. 13 deſunt R. Voſ. al. 14 deeſt R. Voſ. eſt frig. Steph. Dan. 15 lutuloſum q. rapit V. R. Voſ. 16 ex velocitate qua utitur ſua V. ex v. curritur R. 17 Cretam al. 18 creta enim V. 19 Oaxen tamen al. 20 Philiſtines V. Pliſthenes Urſ. Eraſthenes al. 21 Tantilenæ V. R. Antilenæ al. Tantaloene C. Tantilene Voſ. 22 & ſ. n. nominaſſe. V. Voſ. quod deeſt R. 23 *Tantile* V. *Tentale ne* Voſ. 24 *Capiens dolorem* V. *capiens dolorem Oaxi palm. ſ. ludere dicta* R. *ſ. ludere dicta* Dan. *dicta fuit* al. Voſſ. in Cod. Urſ. eſſe *fundere dicta* ait Voſſius & ita legendum, & *Oeaxida.* ſic. lib. VIII. 159. Maja *fudit* Mercurium. expreſſos autem hos verſus ex Apollonii Rh. lib. 1. & ſine dubio eſſe Varronis Atacini, qui κατὰ πόδα Apollonium expreſſiſſe dicitur. Vibium etiam Sequeſtrem videndum monet. Vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 692. BURM.

Et penitus toto diviſos orbe Britannos.
En, umquam patrios longo poſt tempore finis,
Pauperis & tugurî congeſtum ceſpite culmen,

Poſt

SERVII.

67. PENITUS, [25] Id eſt, omnino. DIVERSOS. [26] Quia olim juncta fuit [27] orbi terrarum Britannia. Eſt enim inſula [28] ſita in Oceano ſeptentrionali: & a poëtis alter orbis terrarum dicitur.

68. EN. Ecce. UNQUAM. Aliquando. En unquam Virgilius alio loco dividit [29] interpoſito verbo: ut infra in ipſo libro VIII. 7. *En, erit unquam ille dies?* quod ſignificat unquamne, Id eſt, aliquando?

69. CESPITE. Id eſt, terra cum propria herba [30] evulſa. CULMEN. Eo quod [31] culmo [32], [id eſt, ſtipula] tegitur. [33] Sic priſca ruſticanorum aetas habitabat: ideo culmina dicta ſunt tecta: quia veteres aedificia de culmo contegebant, id eſt, paleis e meſſibus. TUGURI, a tegendo dictum.

VARIORUM.

Populos Gallos & Germanos confundere ſaepe ſolebant, quia Celtae, ex Germania oriundi, tenebant Galliam. Ita Florus lib. III. cap. 3. Cimbros *ab extremis Galliae profugos facit*, qui ex Germania venerunt, ubi vide interpretes; & in primis Cl. Dukerum, qui docet veteres fines Galliarum & Germaniae confudiſſe. BURM.

64. VULTUS. *Cultus* volebat neſcio quis. ſed ſupra praeceſſit, *hic illum vidi juvenem.* inde vultus ejus pectori & menti infixus erat. BURM.

65. AT NOS HINC ALII. In Servii nota ſupra ad ỳ. 13. hic locus adducitur, ubi in codice Leidenſi erat *aliis*, duplicata litera *s*, ex ſequenti *ſitientis* prima, ut ſup. x. 19. *quis ſit*, pro *qui ſit*, & paſſim alibi. Cerda vero putat *nos alios* dictos, ut Graecis ὑμᾶς ἄλλυς, & unde Franci *nous autres* ſuum habeant. ſed eſt hic oppoſitum τῷ *pars.* nam non ſemper ſolent bis dicere *alius*, & *alius*, aut etiam *pars* & *pars*, ſed poſt *alius* ſaepe *pars* ſequitur & vice verſa. vid. ad Ovid. I. Met. 244. Val. Flac. II. 255. & Cort. ad Salluſt. Catil. cap. II. & ita paſſim. BURM.

66. PARS SCYTHIAM, &c. Grammaticorum hic praelia omitto: qui dum Servium reprehendunt, nihilo magis nos erudiunt. Poëta videtur haec dicta ad paſtorum ingenia accommodare: qui de exteris populis quae cognoverant, auditione accepta erant a militibus, provinciarum terminos aut locorum nomina ignaris diſtinguere. Itaque hic paſtor Ararim ponit in Germania, qui Galliae fluvius eſt, in Germaniae finibus. Tygrim in Parthia qui Meſopotamiae: ſimiliter alter paſtor poſt Libyam & Scythiam caloris & frigoris intemperie graves terras, porro remotas gentes nominat: primum Meſopotamias per Oaxem, quae natura ſua flumen nominatur, ſignificat: deinde proprio nomine Britanias, quae ſunt orbe diviſae, non revera, ſed opinione: & *Orbis* hic non univerſus intelligitur, ſed Romani imperii terminus. quomodo & Horatius I. Od. 35. *Iturum Caeſarem in ultimos orbis Britanos.* & idem Poëta noſter VIII. 727. *extremique hominum Morini.* Oaxem igitur non Cretenſem accipimus; ſed quem Servius Meſopotamiae dicit lutulentum, propter terrae genus, quod radit rapitque. Neque hic exactam locorum diſtinctionem aut deſcriptionem, ſed convenientem huic argumento, & ſimplicitati paſtorum, quaerimus ſententiam. Similes loci ſunt apud Ovidium in Penelopes, Oenones, Medeæ epiſtolis, cum in perſonarum, tum in locorum nominibus: qui niſi decoro perſonarum, ignorantiaeve puellari tribuantur, aut negligentiae & imperitiae eſt accuſandus Poëta, aut quod Politianus, Beroaldus, Mariangelus, Egnatius fecerunt, vera lectio multis in locis immutanda eſt. ſed non faciemus, ut in ullo poſthac loco explicando ſimus verboſiores. FABRIC.

66. OAXEM. *Oaxen* Mentelianus uterque, Gudianus, unus Leidenſis cum altero Rottendorphiano ad I. Aeneid. 113. *rapidum Cretae* male explicat Servius. Vide Voſſ. de Conſtr. cap. X. HEINS. vulgatum probat Macrob. IV. Sat. 3. vide Alcian.

25 Surripuit. id eſt, R. Voſ. 26 deeſt Voſ. 27 continenti al. 28 repoſita V. Voſ. R. forte *ſepoſita.* BURM. 29 per interpoſitionem ut, Steph. Dan. al. Unquam int. verbo V. Voſ. R. 30 revulſa V. R. Voſ. 31 Culmis Steph. Dan. al. 32 deſunt R. Voſ. al. 33 haec conſuetudo; in paleis, & meſſibus, omiſſis mediis, V. & ita p. r. Voſſ. & R. niſi quod, hic priſca ruſticanorum eſt in paliis & in m. & Voſ. etiam in paliis.

Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor ariſtas?
Impius haec tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? en, quo diſcordia civis

Pro-

SERVII.

70. Post aliquot aristas. [34] Poſt multa tempora: & quaſi ruſticus per ariſtas numerat annos. Mea regna. Id eſt, ubi dominatus ſum. Vel ſenem ſe dicit agros ſuos recepturum. [35] [Aristas. Gradatim dictum, ex tropo metalepſi, ut per ariſtas, meſſes: per meſſes, aeſtates: per aeſtates, annos numeret.]

71. Impius Miles. [36] [Proprium militis epitheton.] Iratus Meliboeus impios milites dicit, ſeu quod agrum ſuum [37] teneant: ſeu quod civile [38] geſſerint bellum, qui pro Antonio arma portarint [39] qui bella civilia geſſit. [40] Hic laeſit Virgilius Octavianum Auguſtum; tamen ſecutus eſt veritatem. Dum miles portando [41] arma vicit alios, impius nocendo dictus eſt. Novalia. Id eſt [42] nova rura, quae per ſingulos annos [43] novantur per ſemina. [44] [Vel etiam novalia dicuntur, unde ſilva tollitur.] Habebit. In ſpe ponitur.

72. [45] [Quo. Ad quam miſeriam?]

VARIORUM.

Alciat. Parerg. xii. 4. *Oaxem* Zulich. *Oaxim* Menagianus. Vid. Franc. Flor. lect. ſubſec. i. 6. Meurſ. de Creta i. 8. & Barth. ad Claudian. Bell. Gild. 31. ubi & Heinſius & alii videndi. *Eaxem* unus Heinſii. *ad rapidum*. Cod. Maſv. male. vid. ad Aen. i. 2. *Craetae* Regius & Ed. Junt. BURM.

67. Britannos. *Britanos* in libris antiquis, & recens editis antiquitatis notitiis. ut *Germanus*, *Bragmanus*. FABRICIUS. Ita Aldus edidit.

68. En umquam. Elegans loquendi modus. ſic infra. *En erit umquam ille dies?* Terentius Phorm. Act. ii. ſcen. ii. 1. *En umquam injuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam?* ita enim & Priſcianus illic agnoſcit libr. xviii. Plura doctiſſimi duo viri Mercerus ad Non. Marcel. & ad Dictyn Cret. v. 2. & Gronovius ad Livium ſuum xxiv. 14 & xxx. 21. de hac locutione. HEINS. *En patrios numquam* Venet. *Et numquam* Heinſii alius.

69. Tuguri. De hac genitivi contractione pro *Tugurii* amplius etiam agit Pierius ad i. Aen. 147. vid. & Bentlej. ad Terent. Andr. ii. i. 20. BURM.

70. Post aliquot, mea regna videns; mirabor aristas. Locus intricatus & varie expoſitus. communiter *poſt aliquot ariſtas*, exponunt, ruſtica computatione, poſt aliquot annos, ut idem ſit quod poſt aliquot meſſes. Guellius & Cerda capiunt *poſt* adverbialiter, & exponunt, poſtea videbo tantum aliquot ariſtas, id eſt exiguam meſſem ex agro antea tam fertili. Guellius tamen & alteram explicationem addit, ut, *poſt aliquot ariſtas*, ſit dictum, ut Ecl. iii. *poſt carecta latebas*, & hic caſam ſuam tam humilem dicat, ut vix ſupra ariſtas emineret, & ideo poſt eam latere poſſet, quod Ruaeus probat. ſed quae tunc cauſſa admirationis foret? nam & antea certe latuerat poſt ariſtas, quum fertiliſſimus ager eſſet, & tugurium tunc magis latere debuiſſet, quam nunc, ubi rarae & exiguae ariſtae eſſent, per quarum intervalla & exiguitatem proſpici poſſet. & tunc dolendi magis cauſſa foret, quod jam non lateret, ut antea; quare magis priorem ſequor ſententiam: ut *poſt* ſit pro poſthac, ut lib. i. Aen. 140. & alibi. & dicat, recepta patria & agris, videns mea regna, ubi olim vixi beatus, mirabor aliquot ariſtas etiam ſurgere, in agro tam deformato. *regna* vero ſatis copioſe illuſtrarunt Cerda & alii: non vero huc pertinent *regna avita* iii. Georg. 218. ibi enim agitur de Taurorum pugna & victoris regno, de quo multi multa jam adnotarunt. vid. ad Phaed. i. 30. ſed hinc illuſtrandus locus Lucani lib. ii. 458. *Regna videt pauper Naſamon errantia vento*, quae de tugurio ventis diſſipato capiunt, & hinc etiam in quibusdum codicibus *tecta*, vel a librario vel gloſſatore, ſupponitur. ſed ſequuntur *domus* & *caſae*, quae non patiuntur hic regna de tugurio intelligi. quare rectius regna hic diſtingui debent a domibus & caſis, & hinc, credo, Heinſius malebat ibi *rura*, ſed nullo libro veteri auctore. debent tamen *regna* per

rura

34 id eſt Voſ. 35 deſunt R. Voſ. & al. 36 deſunt R. Voſ. al. 37 teneat al. 38 geſſerit, & portavit R. Voſ. Steph. Dan. 39 quia al. 40 id eſt deſiderat hic Virgilius R. Voſ. &, tamen ſe e veritate R. 41 portando, vincendo alios, ſequentibus omiſſis R. Voſ. forte, *impius vincendo factus eſt.* BURM. 42 deeſt R. Voſ. 43 Novare R. Voſ. 44 deſunt R. Voſ. 45 deeſt R. Voſ.

Produxit miſeros! en, quîs conſevimus agros!
Inſere nunc, Meliboee, piros, pone ordine vitis.
Ite meae, felix quondam pecus, ite capellae.
Non ego vos poſthac, viridi projectus in antro,

Du-

SERVII.

74 INSERE. Sibimet [46] ipſe imperat: [47] [& apoſtrophen facit ad ſeipſum, dolendo vel invidendo non habere ſe id quod Tityrus. PONE ORDINE VITES. Quia quadrato ordine vites ponuntur.

75. QUONDAM FELIX PECUS. Quando manebat mihi haereditas: vel] [48] quaſi, jam diu ego foelix fui aliquando in finibus noſtris. Hic videt ſe paſtor excluſum eſſe: & [49] invidet ſe non habere illud, quo Tityrus utitur.

VARIORUM.

rura ſive agros explicari, quae arare & depaſcere debebat, ſed quae vento tam vehementi vexata, ut ipſa terra pulverulenta, vel ejus ſumma pars, in quam ſemina erant jacta, ceu levis pulvis diſſiparetur: & ita paullo ante dixerat, *pars plurima terrae tollitur*, ita ut periret omnis agricolae labor, & ſublata venti violentia penderet & erraret terra in aëre. Simili fere modo Maro Lib. I. Georg. 319. de ventis dicit:

Quae gravidam late ſegetem ab radicibus imis
Sublime expulſam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hiems culmumque levem ſtipulaſque volantis

& ita *rura* & *caſas* noſter Maro etiam diſtinguit Ecl. II. 21. & eodem ſenſu Martial X. 61. dixit *regnatorem agelli*. & Plinius VII. Ep. 4. *quo usque regnabis?* Antiquus commentator Horatii ad lib. II. Sat. VI. 16. *regna* hic etiam villam explicat. BURM.

71. MILES HABEBIT? BARBARUS. Hadrianus Wallius noſter, politae eruditionis, & ad unguem factus homo, diſtinguebat:

Impius haec tam culta novalia miles habebit
Barbarus? has ſegetes? HEINS. & ita erat in codice Francii.

73. PERDUXIT. *Produxit*, in Menteliano priore, primo Moretano, & Veneto meo & Gudiano a manu prima. quo modo & Pieriani vetuſtiores. quod & in editione P. Danielis legitur. Ita apud Vellej. Paterc. II. 128: *Haec naturalis exempli imitatio eo Populum R. produxit, ut quod uſu optimum intelligit, id in tutelam ſecuritatis ſuae libenter advocet.* Ita enim codex, qui nobis Vellejum conſervavit, non *perduxit*, ut nunc legitur. A. Hirtius lib. VIII. Bel. Gall. 48. *Ille autem cum Voluſenum longius produxiſſet.* ſic convivia & ſermones in multam noctem *producere*, Ciceroni & aliis ſaepe, diem *producere* fabulando, noctem bibendo & ſimilia. Cicer. Verrin. V. 28. *capitibus involutis cives Romanos ad necem producere inſtituit.* & ſic ille frequenter. HEINS. Variant fere ſemper codices in *perducere* & *producere*: ita infra VI. Ecl. 60. & de his verbis apud Lucanum quoque permutatis videbimus ad Lib. II. 561. & IX. 589. hic vero *produximus* ex Heinſii & Pierii codicibus dedimus. BURM.

73. EN, QUÎS CONSEVIMUS AGROS! Gudianus, *en quis conſevimus agris?* Zulich. *en quis conſuevimus agris.* in Pierii nota ed. Steph. quam ſecutus Maſvicius, legitur, in Romano codice eſſe, *his nos conſevimus agris*, quod ſenſu caret. ſed in editione Brixienſi legitur in Pierio *his nos conſuevimus agris*, & ita voluiſſe Pierium apparet ex illis, quae addit de dulcedine natalis ſoli. in Baſil. Lucii editione legitur *his non conſuevimus agris*, quod a mente Pierii longe abfuit. Ita ut jam criſis non in veteres modo auctores, ſed in Typographorum & editorum aberrationes ſit exercenda. Catroeus, qui *conſuevimus* praefert, id firmat auctoritate plerorumque codicum ex editione Baſileenſi 1586. neſciens quae ibi proferuntur ſine nomine eſſe ipſa Pierii verba, quae refectis plurimis in illam & alias editiones ſunt tranſlata. edidit vero, *en queis conſuevimus agros*, ut conſtructio ſit, *en agros, quis conſuevimus.* ſed ego praeferrem *conſevimus agros*, ut optimae editiones, quod melius ſequentibus reſpondet; fruſtra ſe laborem terrae colendae, inſerendi piros, ponendi vites inſumſiſſe queritur, quae aliis meſſes faciendi, fruges legendi & vindemiam faciendi, dederunt locum, nullo labore eorum in illa impenſo. *conſuevimus* poſſet & mercenarius & ſervus, qui operas praeſtat domino, dicere; ſed acerbior eſt querela poſſeſſorum, qui capiendi fructus facultate privati ſunt. & huc pertinet illud dictum Fabii apud Liv. X. 24. quod in proverbium fere abiit, *quam arborem conſeruiſſet, ſub ea legere alium*

46 Ipſi al. id eſt ſemper imperat Voſ. R. 47 deſunt ad *quaſi* verſ. 75. 48 quam diu al. 49 videt Dan. Steph.

Dumoſa pendere procul de rupe videbo:
Carmina nulla canam: non, me paſcente, capellae,
Florentem cytiſum, & ſalices carpetis amaras.
T. Hîc tamen hanc mecum poteras requieſcere noctem

Fron-

SERVII.

77. DUMOSA. Id eſt, *[49] rigida, ſpinoſa. PENDERE. [50] Quia cum paſcuntur ſpinoſa, quaſi pendent.

78. CARMINA. [51] Id eſt, quia non libet ruſtico canere carenti poſſeſſione.

79. CYTISUM. Genus fruticis, vel herbae, quae naſcitur inter campos & ſylvas in Cytiſa civitate, [52] [amara hominibus, non capris.] AMARAS. [53] [Ad noſtrum ſaporem:] nam capris dulces ſunt.

VARIORUM.

lium fructum, indignum eſſe: ut & *alienam meſſem metere* & ſimilia. *quis* pro quibus eſt, ut ſup. 21. & 44. explicavimus, in quorum fructum & uſum. BURM.

74. INSERE NUNC. Id eſt, quid retulit arbores digeſſiſſe? TAN. FABER. *nunc* inſervire ironiae recte animadvertit Ruaeus poſt Cerdam. BURM.

75. FELIX QUONDAM. *Quondam felix* noſtri, exceptis uno alterove. aliter Pieriani meliores. HEINS. & ita Reg.

76. PROJECTUS. Ex Nonio pro extenſus capit Emmeneſſius. Vid. ad X. Aen. 586. Heinſii notas. ſed hic eſt ſimpliciter abjectus, temere jacens, ut IX. 577. *projectus corpore terrae*. BURM.

77. DUMOSA. *Frondoſa* etiam Pomponius Sabinus. ſed male. Servius ad IX. Ecl. 50. mutato ordine legit:

Dumoſa de rupe procul pendere videbo.

Calpur. V. Ecl. 5.

Quas errare vides inter dumeta capellas.

& dein ỳ. 29.

Tum campos ovibus, dumeta capellis
Orto ſole dabis.

& ita paſſim. Vid. ad Ovid. Remed. 179. de *rupe procul pendere* Parrhaſ. BURM.

78. PASCENTE. *Paſtore* Mentelii pro varia lectione.

79. CYTISUM. Amophyllum dicitur, quod eo delectentur agni. FABER. De hoc frutice copioſe egiſſe Geſnerum de Animalibus in Bove lit. C. notavit Nanſius. & ille *Cytiſum civitatem* apud Servium neſcit, an per auctoris imperitiam an librariorum vitio, irrepſerit, quum in Cythno inſula primum inventum ex Plinio docuerit. BURM.

79. SALICES CARPETIS AMARAS. Amoeniſſimi vir ingenii, & mihi dum vixit perquam amicus, Janus Vlitius ſuis in Gratii Cynegetica animadverſionibus ỳ. 390. *ſalices amatas* ſcribendum contendit. Servius alteram ſcripturam agnoſcit. Cinna:

Ab virgo infelix herbis paſceris amaris.

de Io in vaccam mutata. Naſo de eadem I. Metam. 632.

Frondibus arbuteis & amara paſcitur herba.

Apud Horat. lib. II. Sat. III.

Foliis parcus veſcatur amaris.

Apium *amarum* noſtro Ecl. VI. & *amara cortex*. Sidon. Apoll. lib. II. Ep. 2. *Salicum glaucarum fota ſemper dulcibus aquis amaritudo*. HEINS.

80. HAC NOCTE. Diverſa & Grammaticorum & veterum exemplarium lectio: Helenius ablativum ponit, Chariſius accuſativum. Eadem ſententia, fateor, ſed alterum differt ab altero, ſuavitate & uſu. FABRIC. Minus bene in aliis *hac nocte*, quod tamen ſcholiaſtes Crucquianus Horatii lib. II. Od. 7. prae ſe fert. *Hanc noctem* ab Aruſiano Meſſio etiam agnoſci in elocutionum libello necdum edito vidit Pierius: verba Aruſiani ſic ſeſe habent, nam nos Neapoli olim libellum hunc deſcripſimus. *Requieſco illud tempus. Virgil. Bucol. Hic tamen hanc mecum poteris requieſcere noctem. ſic Cicero pro Cluentio. Qui cum unum & alterum diem deſideraretur. Requieſco curſum meum. Virgil. Bucol. Et mota* (lege *mutata*) *ſuos requierunt flumina curſus.* ſcripti tamen pertinaciter *hac nocte*, in hoc Maronis loco. Idem Aruſianus alibi. *Fles illud tempus.* Virgil. Georg. IV. *At illa flet noctem. volunt aliqui flet noctem, quaſi uſque ad noctem intelligi*,

*49 driſidi R. deeſt Voſ. *δρυμώδης*. C. 50 quod cum paſcitur ſpinoſa pendet Voſ. R. quia cum paſcuntur pendent Dan. Steph. *gneſi* deeſt al. 51 id eſt quia ſecundum II. libet aviſta canere. c. p. R. Voſ. 52 deſunt Dan. al. 53 deſunt al.

Fronde ſuper viridi: ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneae molles, & preſſi copia lactis.
Et jam ſumma procul villarum culmina fumant,
Majoreſque cadunt altis de montibus umbrae.

SERVII.

81. MITIA. Matura: quae non [54] remordent cum mordentur.

82. CASTANEAE. Id eſt, [55] mala apud antiquiores. MOLLES. Id eſt, maturae. ET PRESSI, [56] Emulcti, & in caſeum coacti.

83. FUMANT. Id eſt, ad veſperum [57] coena praeparanda.

84. MAJORESQUE CADUNT. Duplicantur: [58] [Cum ſol cadit, majores ſunt umbrae: ut, II. Ecl. 67. *Et ſol creſcentes decedens duplicat umbras:* quemadmodum cum oritur, quia ex tranſverſo nos ferit, longius jacit umbras.] CADUNT UMBRAE. Nox imminet.

VARIORUM.

telligi, cum videatur melius, quod noctem quoque totam flendo conſumat: ut idem in eodem,

Septem illum totos perhibent ex ordine menſes
Rupe ſub aëria deſerti ad Strymonis undam
Fleviſſe.

Omiſit tertium exemplum quod Aeneid. III. 203. occurrit:

Tris adeo incertos caeca caligine ſoles
Erramus pelago, totidem ſine ſidere noctes.

Vide Nonium de doctorum indagine, ubi plura exempla occurrunt. & Voſſ. de conſtruct. cap. XLIV. Aeneid. I. 683.

Noctem non amplius unam
Falle dolo.

Lib. III. 583.

Noctem illam tecti ſilvis immania monſtra
Perferimus.

Priſcianus libr. XVIII. monet ſic & Atticos loqui. *requieſcere noctem* Tibul. lib. III. El. 7. quoque dicit, *Quam vellem longas tecum requieſcere noctes.* HEINS. Lis illa Grammaticorum, de ablativo vel accuſativo praeferendo, eadem eſt, quae de *tot annos*, & *annis*, de qua Servius ad Aen. I. 47. & nos ad Ovid. I. Art. 347. ego ſuavius ad aures accidere putem *hanc noctem*, & etiam notare totam noctem, quam ibi requieſcere ſecure & tuto poſſet: ſubintelligi autem poſſe *per* praepoſitionem, quam ſaepe in ſimilibus locutionibus praepoſteram librariorum diligentiam addidiſſe docet Cortius ad Sall. Jug. LXIII. 3. ſic lib. I. Aen. 683. *noctem non amplius unam* pro *per noctem*, ut dixit eodem libro 305. & II. 135. BURM.

80. POTERAS. Vide de hoc loco Voſſium de conſtructione cap. XLIV. *poteras* praeterea in hoc Maronis loco videtur praeſtare, quod & Pieriani vetuſtiores & ex noſtris Menteliani tres, Gudianus, Rottendorphianus alter, & ſecundus Moretanus agnoſcunt, etſi *poteris* in Aruſiani codice exhibetur, ut jam vidimus. Sic & apud Naſonem antiquiora exempla Metamorphoſeon primo ỳ. 679. *hoc mecum poteras conſidere ſaxo*, ut illic jam monuimus, & Triſt. V. El. I. *At poteras, inquis, melius mala ferre ſilendo.* HEINS. Saepe haec tempora variant, & difficilis ſaepe electio, quid praeſtet. *Poteras* Regius & multi alii. ſic apud Martial. II. Ep. 35.

Quum ſint crura tibi, ſimulent quae cornua Lunae,
In Rhytio poteras, Phoebe, lavare pedes.

Et ibid. Epig. 73.

Grex tuus Iliaco poterat certare Cinaedo.

Ovid. III. Amor. I. 45.

Quam tu non poteras duro reſerare cothurno.

Ita optimae membranae, licet in his omnibus alii codices *poteris* & *poterit* nobis dent. BURM.

82. CASTANEAE MOLLES. Id eſt coctae; unde Latinis *madere* de cibis apud Plautum. FABER. Vel genus quoddam Caſtanearum, cujus echinus, ſive cortex, ſit minus durus & aſper, vel quae per aetatem flaccidae ſunt, ut ſenex edentulus facile poſſit veſci. Ita & *preſſum lac* recentem, non induratum caſeum, explicat Hofmannus lib. III. Variar. Lect. 19. de preſſo lacte vid. ad Nemeſ. II. 34. & III. 69. Scriverius MS. ad Mart. I. 44. legit, *Caſtaneae, mollis & preſſi copia lactis*, & Martialem ibi *metas lactantes* vocare notant interpretes. BURM.

54 Remordent cum morantur. V. R. Voſ. 55 mala antiquiora Steph. Dan. 56 id eſt caſeum lac junctum emulti, aut caſei Voſ. & R. vinctum caſeum, lac vinctum ac mulcum caſeum. V. 57 ad coenam praeparandam Voſ. 58 id eſt duplicantur, teguntur umbrae, nox imminet. reliqua ignorant R. Voſ. al. duplicantur: quia dum duplicantur umbrae, nox imminet. Dan. ita & alii. & tunc cum ſol &c.

ECLOGA SECUNDA.

ALEXIS. (*)

FORMOSUM paſtor Corydon ardebat Alexin,
Delicias domini: nec, quid ſperaret, habebat.

Tan-

SERVII.

1. FORMOSUM PASTOR CORIDON. *Corydonis* in perſona Virgilius [1] intelligitur: Caeſar *Alexis* in perſona inducitur. [2] [CORIDON, Fictum nomen eſt ab ave, quae Corydalus dicitur.] ARDEBAT ALEXIN. Id eſt impatienter [3] amabat, [4] [& alebat, & laudabat,] ALEXIN. Quem dicunt Alexandrum: fuit ſervus Aſinii Pollionis, quem Virgilius, rogatus ad prandium, cum vidiſſet in miniſterio omnium pulcherrimum, dilexit: [5] eumque dono accepit. Caeſarem quidam acceperunt, formoſum in operibus & gloria: alii puerum Caeſaris, quem ſi [6] quis laudaſſet, gratam rem Caeſari feciſſet. Nam Virgilius dicitur in pueros habuiſſe [7] alium amorem: nec enim turpiter eum diligebat. Alii Corydonem, Aſinii Pollionis puerum, adamatum a Virgilio ferunt, [8] eumque a domino [9] ipſi datum [10] Corydonem a Virgilio ficto nomine [11] nuncupari, ex eo genere avis, quae [12] Corydalus dicitur, dulce canens. *Alexim* vero, puerum quaſi ſine reſponſione, ac ſuperbum; hunc autem dilectum fuiſſe Pollionis: & [13] Virgilium gratum ſe futurum exiſtimaſſe, ſi [14] eum laudaret, cujus forma Pollio delectabatur: qui eo tempore Tranſpadanam Italiae partem tenebat, & agris praeerat dividendis.

2. [15] [DELICIAS DOMINI. Hoc eſt, qui ſuo domino Caeſari, vel Pollioni, in deliciis erat.] NEC QUID SPERARET. Id eſt, nec ſpem potiundi habebat.

VARIORUM.

1. CORYDON. *Choridon*, Voſ. Leid. Cur hoc nomen datum ſit Paſtori inquirit Barthius v. Adverſ. 22. ubi in hanc Eclogam quaedam obſervat. quod autem Servius ſub Alexi Caeſarem intelligi ſcribat, a Gloſſa eſſe profectum, non Servio credit. forte legi poſſit, *Caeſaris puer Alexis, in perſona inducitur*, vel *Alexander*, *Alexis in perſona inducitur.* Vide & Torr. ad Horat. I. Epiſt. XVIII. 75. Ramus putat communem affectum ſine tropo fictis nominibus a Poëta cantari. *Delicias* vocat, ut Solinus cap. XLII. Hylam *Delicias Herculis*: & Antinous Hieronymo ad ann. MMCXLV. Hadriano in deliciis fuiſſe dicitur. tales *delicati* & *deliciae* dicti. vid. ad Suet. Aug. LXXXIII. & Veſp. III. in codice Leidenſi titulus hujus eclogae erat, *Carmen vel micticon*; *Poëta*, *Corydon*, *Ecloga ſecunda*. In aliis pro *Alexis*, ut nunc inſcribitur, *Poëta Corydon.* in Voſſiano & *Coinon* vel *miſton.* *Alexim* ſex vel ſeptem codices ab Heinſio conſulti: *delitias* etiam nonnulli, inter quos Regius. BURM.

1. ALEXIN. Rectius quam *Alexim.* vid. ad verſum ult. quanto modeſtius Mantuanus Poëta ſe quidem *Corydonem*, puerum amici ſui Pollionis *Alexin* vocat? Maecenatis puer fuit teſte Martiali VIII. 56. Plato in Epigram. lib. III. cap. ult. p. 427. Alexim & Phaedrum pueros laudat. HEINS.

4. So-

(*) ALEXIS hujus loco libri veteres, POETA, CORYDON. Gudianus addit DE AMORE PUERI.

1 Oſtenditur *vel* intelligitur R. 2 deſunt R. Voſ. & al. 3 diligebat Voſ. Steph. Dan. al. 4 deſunt al. 5 eum quem V. R. 6 deeſt Voſ. R. 7 alii amore Voſ. alios V. deeſt Steph. Dan. al. 8 eundemque ei a. d. datum al. 9 ipſi deeſt R. V. al. ei al. 10 Corydona R. Voſ. al. 11 nuncupatum videri V. nomine videri R. Voſ. 12 Corydalis Voſ. R. V. 13 deeſt R. Voſ. 14 eos V. 15 deſunt R. Voſ.

Tantum inter denſas, umbroſa cacumina, fagos
Adſidue veniebat: ibi haec incondita ſolus.
Montibus & ſilvis ſtudio jactabat inani:
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?
Nil noſtri miſerere? mori me denique cogis.

Nunc

SERVII.

3. TANTUM. Tantummodo.

4. ASSIDUE, Id eſt, ſaepius: INCONDITA. Incompoſita, ſubito dicta, agreſtia: vel [16] inſanientis dicta verba: vel *incondita*, id eſt, inconſcripta: ut Salluſtius [17] in *Jugurthino*: *At illi, quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas*, [18] *incondita tenere.*

5. MONTIBUS, Qui amorem ei [19] praeſtabant. JACTABAT, Id eſt, fundebat incaſſum. STUDIO INANI, Prae amore nihil ſibi procurans; ſed [20] in abſentem [21] juvenem loquebatur.

6. CRUDELIS, Id eſt, inexorabilis: [22] [qui non flecteris meo amore: nec te potiundum praebes. Vel allegoricōs, crudelis Caeſar,] qui non flecteris meis ſcriptis, & non das ereptos agros. ALEXI, Id eſt, Caeſar. MORI, [23] Prae contemptu: quia opprimit me tuus amor: vel, quia non delectaris meis carminibus.

VARIORUM.

4. SOLUS. Cl. Drakenborchius ad Sil. Ital. III. 429. malebat, *ſolis montibus.* ut ita Ecl. X. 13. *ſola ſub rupe jacentem.* IV. Georg 465. *ſolo in litore.* & ut *ſolae terrae*, & ſimilia obvia. ſed conſtanter libri ſcripti *ſolus* retinent: & ſi ita ſcripſiſſet Virgilius, Servius ſine dubio meminiſſet: hinc nihil temere mutandum tot alia loca ſuadent, ubi *ſolus* dicitur, qui in ſolis locis verſatur. Ita Servius ad IV. Aen. 462.

Solaque culminibus ferali carmine bubo
Viſa queri.

Ubi quaerendum eſſe dicit, an pro *ſolis*, id eſt deſertis dixerit, an ἐμφατικῶς *ſola.* ſic & Ecl. IX. 44.

Quid, quae te pura ſolum ſub nocte canentem
Audieram?

Propert. I. XIII. 30.

Cogor ad argutas dicere ſolus aves.

praeterea Servius infr. ad ℣. 50. *ſolus* vindicat. denique locus Nemeſiani mox. ad. ℣. 12. ab Heinſio adductus, vulgatam lectionem confirmat. BURM.

7. COGIS. Praeſtantiores *coges*, quos inter optimus Vaticanus Pierii, & ex meis Mentelianus prior, idque rectius. ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς eſt in Theocrito. quod Pierius quoque jam animadvertit. HEINS. ſed *cogis* efficacius. vide Cerdam. & ita Regius, Parrhaſ. & alii.

9. OCCULTANT SPINETA LACERTOS. Moretanum fragmentum, quod ex vetuſtiſſimis membranis profluxit, *incultant ſpineta lacertas*, HEINS. *Etiam virides occultant* Venetus. *Lacertas* Leid. unus & Uratiſl. quod & Voſſius teſtatur ſe in MSS. reperiſſe: & certe utitur hac forma Horat. I. Od. 23. in Regio & Voſſ. manus correctrix mutaverat aliquid, & videtur antea fuiſſe *lacertis.* *Textilis* Ed. Venet. BURM.

10. RAPIDO AESTU. Clericus, mercenarius, dum viveret, bibliopolarum inſtitor, vitiis ſcatentem editionem Virgilii, quam dedit Sauzet 1724. invidioſis praeconiis commendans in Bibl. Antiq. & Hodiern. tom. XXII. p. 224. ea occaſione hunc locum tangens, emendat *rabido aeſtu.* quales conjecturae vel tironi obviae ſunt, quia hae voces ſemper fere a librariis permutatae ſunt. & ridet Cerdam Philoſophus, qui ſolem *rapidum* dici notaverat, quia

16 Inſanae mentis Steph. Dan. & al. 17 V. C. habet Salluſtius lib. II. Hiſt. Non erit autem alienum ab hoc loco Feſti Fragmentum ſupplere in *Schedia*: nam ibi deſideratur nomen Lucilii, quod reſtitui poteſt ex Apulejo de Deo Socratis, qui ſic ſcribit. *Etiam in iſto, ut ait Lucilius, ſchedio & incondito, experiundum, an idem ſim repentinus, qui praeparatus.* Feſti vero Fragmentum ſic habet. *Appellavit ſchedia . . . int, cum dixit, qui ſchedium facit inconditum & inelaboratum* &c. ſupplendum igitur. *Appellavit ſchedium Lucilius, cum dixit.* URSIN. 18 Inconditi tendere al. inconditi tenere. V. R. Heinſ. volebat *temere.* Voſ. Voſſius ex MS. Urſini. lib. II. Hiſt. *illi quibus res incognita erat, ivere cuncti ad portas incognita tendere.* Vid. ad Fragm. Sall. lib. II. Hiſt. in fin. Porſchium. 19 praeſtabat V. R. 20 contra V. quia contra R. 21 deeſt V. R. 22 deſunt ad *qui non* Voſ. R. 23 pro contemtu & reliqua deſunt MSS. & Ed. al.

Digitized by Google

Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant:
Nunc viridis etiam occultant ſpineta lacertos:
Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus aeſtu
Allia ſerpillumque herbas contundit olentis.

At

SERVII.

8. Frigora. [24] Non aprica loca. Aestu, [25] Aeſtiva.

9. [26] Lacertos, Genus ſerpentis.

10. Thestylis. Nomen ruſticae mulieris, quae meſſoribus aeſtu fatigatis, diverſa genera herbarum contundens, pulmentarium his parat: Vel concubina Corydonis: Vel [27] *Theſtylis*, Id eſt, fictilis: ruſticum nomen eſt, [28] ut ab eo, [29] quod ponat cibum ruſticis. Fessis, [30] [vel labore, vel] aeſtu. Vel feſſis, id eſt, ferventibus, vehementi ardore fatigatis, [31] [vel laboris inſtantia.]

11. Allia, serpillumque, Herbas calidas, quae aeſtum repellunt. Nam ut etiam Plinius dicit in Naturali hiſtoria: *Omnis medicina, aut a contrario, aut a ſimili quaeritur*. Unde etiam calor poteſt aut frigore, aut alio calore depelli. Hinc eſt quod in ultima Ecloga, cum amator remedium [32] quaerit ardori, dicit ſe iturum aut ad Scythiam, aut ad Aethiopiam, ut Ecl. x. 68. *AEthiopum verſemus oves ſub ſidere Cancri*. [33] [quarum regionum altera eſt frigidiſſima, altera fervens calore.] Sane *Serpyllum* herba eſt, quae in Graeco aſpirationem habet, quam Graeci [34] ἕρπυλλον dicunt. In multis enim nominibus [35] [quae in Graeco aſpirationem habent] nos pro aſpiratione, S ponimus. Inde eſt, [36] *quod* pro herpyllo, ſerpyllum: pro ἕξ, *ſex*: pro ἑπτὰ, *ſeptem*.

VARIORUM.

quia omnia rapit, & exemplo Lucretii firmaverat, ubi de aqua maris, quam trahit & rapit ſol, agitur. at noſter ſophus hic debuerat animadvertere *rapidum aeſtum* egregie convenire feſſis meſſoribus, qui labore & aeſtu exhauſti, cibo & potu vires, raptas a ſole & aeſtu, reparare debebant. & haec eſt illa *rapidi potentia ſolis* I Georg. 92. ita *rapidus Sirius torrens ſitientes Indos* IV. *Georg.* 425. & paſſim *rapidus* ſol, ignis, calor quicumque a Poetis dicitur. Vide quae notarunt viri docti, & ipſe ego ad Ovid. III. Amor. VI. 106. II. Faſt. 310. ad Calpur. I. Ecl. 10. & ſaepe alibi. certe ſi hoc loco *rabido* dediſſent librarii, alius jure reſcribendum *rapido* conjeciſſet. ſed tenuis in talibus labor & gloria. BURM.

11. Allia, *Alia* in nonnullis codicibus ſe teſtatur inveniſſe Valerianus Pierius, atque ita ſcribendum jam alii monuerunt. Probus arte Grammatica pag. 1435: *Alia cum intellexerimus nomen eſſe, primam ſyllabam longam eſſe exiſtimamus. ut Alia ſerpillumque herbas. cum vero pronomen eſt, brevis erit, ut Perque nives alium.* ſic & Scholiaſtes Horatii Epodon III. *Serpullum* etiam in Plinii codice pervetuſto: ut lib. XVI. 44. & in Columellae MS. S. Germani libr. IV. 4. HEINS. *Serpeliumque* Francian. *ſerpullum* in codice Servii noſtro. *Serpyllum* Ald. & al.

11. Herbas olentis. Non animum induxi verſiones Virgilii in linguas vernaculas, ubicumque aberrarunt, reprehendere, quae immenſi laboris res eſſet: quia tamen apud noſtrates inter principes habetur vulgo Vondelius, hic & illic quaedam adducere libet, ut videant, quo duce utantur elegantioris doctrinae ſtudioſi, quibus hodie Latina fere ſordent, & qui hunc eloquentiae Belgicae ducem ſequi ſolent. Ille hic *olentes*, pro bene olentes cepit: ſed non cogitabat has dapes parari meſſoribus, qui longe a bene olentibus herbis aberant, ſed quibus allia & ſerpullum erat quotidianus cibus. meminiſſet dicti Veſpaſiani apud Suet. cap. VIII. *Maluiſſem allium oboluiſſes*: nec *olens Maevius* apud Horat. Epod. X. credo bene olebat. ſolet vero *bene olentes*, ne erremus, ſaepe Virgilius dicere. ut mox 48. quod non opus, ſi *olens* idem eſſet. lib. I. Georg. 188. quidem *ramos olentes* dixit pro odoriferos;

24 id eſt aprica loca V. aprica loca aeſtu, omiſſo τῷ aeſtiva. Edd. al. 25 deeſt al. 26 Lacertia carpent lacertos, id eſt gen. ſerp. Voſ. R. 27 Textilis al. Teſtilis al. 28 ut ab eo, al. aut al. vel ab eo C. & ab eo ponat R. 29 quod in fictilibus ponit al. 30 deſunt Voſ. R. & infra ad vſ. 12. leguntur al. Edd. 31 deſunt R. Voſ. 32 quaerat V. Voſ. R. 33 deſunt ad *ſine* B. R. Voſ. 34 ἕρπυλλον vel *Erpilon*. al. 35 deſunt B. R. V. Voſ. 36 *Erpillo* Voſ. R.

Digitized by Google

At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro,
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.
Nonne fuit ſatius, triſtes Amaryllidis iras,
Atque ſuperba pati faſtidia? nonne Menalcan?
Quamvis ille niger, quamvis tu candidus eſſes.

O

SERVII.

12. AT MECUM RAUCIS, TUA DUM VESTIGIA LUSTRO, &c. *Ad*, ſi per *d* fuerit, erit hyperbaton: ut ſit, *Dum tua luſtro veſtigia, ad me arbuſta reſonant, cum raucis cicadis.* Sed melius eſt, ut AT, conjunctio ſit: & ita intelligamus, Theſtylis herbas tritas meſſoribus [37] parat; verum mecum reſonant arbuſta, [38] cum raucis cicadis.

14. TRISTIS AMARYLLIDIS IRAS, Bene addit *triſtes*: plerumque enim, ut ait Terentius And. III. III. 23. *amantium* [39] *irae, amoris* [40] *integratio eſt.* ut veram iram oſtenderet, addidit *triſtes*, [41] non fictam illam, quae aliquid gratiae habere conſuevit. Unde Horatius: I. Od. 19. [42] *Urit grata protervitas.*

15. SUPERBA FASTIDIA. Ex faſtidio enim venit omnis ſuperbia. NONNE MENALCAN. Tres dicitur amaſſe Virgilius, Alexandrum, quem donavit ei Pollio: & Cebetem puerum, cum [43] Leria puella, quos a Maecenate dicitur accepiſſe. Unde volunt quidam per Amaryllida, Leriam: per *Menalcam*, Cebetem intelligi.

16. [44] [QUAMVIS ILLE NIGER, Q. T. C. E. Quia Caeſar Romanos, Antonius Aegyptios habuit, Antonius niger dicitur propter Aegyptios, quos habuit.]

VARIORUM.

feros; ſed credo eſſe ut apud noſtrates *ſterck rieckende*. & II. Georg. 134. ubi vide Serv. & Philarg. & ubi *olentia ora* ſunt male olentia, putentia. BURM.

12. AT MECUM RAUCIS. *τὸ mecum* omnino in duas voces eſt dividendum, quicquid obſtant ſcripti editique codices. *At me arbuſta cum raucis cicadis reſonant.* ſic *reſonare doces Amaryllida ſilvas* Ecloga prima. imitatus eſt Nemeſianus Ecloga IV. *Solus cano: me ſonat omnis Silva, nec aeſtivis cantu concedo cicadis.* Pari modo & Florens Chriſtianus diſtinguebat. Aeneidos Septimo 11 habes, *Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu.* HEINS. vid. Non. in *Luſtrare.* dubito tamen an non *reſonant* ſit neutrum: arbuſta reſonant raucis cicadis mecum, id eſt me etiam cantante. ut ita *mecum* I. Georg. 41. & II. 8. I. Aen. 675. ubi vide; nam & II. Georg. III. 28. *Avia tunc reſonant avibus virgulta canoris.* XII. Aen. 607. *reſonant late clangoribus aedes.* & alibi. BURM.

14. SATIUS. *Melius* Zuylichianus. ut apud Propert. I. XVII. 15.

Nonne fuit melius Dominae pervincere mores?

quem locum adduxit Taubmannus. ſed apud eumdem II. XIX. 51.

Nonne fuit ſatius duro ſervire Tyranno?

BURM.

18. ALBA LIGUSTRA. *Liguſtra*, ut ego ſentio, ſunt flores fruticis illius, quem noſtrati lingua *Cambroſmum* appellamus. *Vaccinia* dicuntur Hyacinthi, id quod facile ex Dioſcoride colligi poteſt. Nec te moveat, quod *vaccinia nigra* hic dixerit Poëta, & Ecl. III. 63. legatur, *Et ſuave rubens hyacinthus.* & IV. Georg. 183. *ferrugineos hyacinthos.* Hyacinthi enim rubor tendit ad nigrorem & ferrugineum. ut jure optimo poſſit & rubens, & ferrugineus, & niger appellari. JOAN. MUSONIUS. Vid. Cerdam & Duran. ad Plin. lib. XXXV. cap. 13. p. 218. ubi *ſuave rubentem* eſſe idem, quod Vaccinia, docet poſt alios. BURM.

18. VACCINIA. *Vacinia* Cod. Francii & Parrhaſ. & ita alibi.

19. NEC QUI SIM. *Qui* pro *quis* mollius & rectius. *Quis* ſubſtantiam notat. *Qui* rem accidentem, manifeſto Comici exemplo, Eun. V. I. 7. *Quis fuit igitur?* Pyt. *iſte Chaerea* Th. *qui Chaerea?* & quae ſequuntur. FABRIC. *Nec qui ſim quaeris, Alexi*, meliores ſcripti apud Pierium, non *quis*. accedit alter Rottendorphianus ex noſtris cum Voſſiano vetuſti-

37 Potat V. R. Voſſ. 38 a V. R. Voſ. 39 *ira* C. 40 *redintegratio* Steph. Dan. al. 41 & non Dan. Steph. al. 42 *Urit* V. 43 videtur *Aleriam Pictam* intelligere. Vide vitam Donati. VOSS. 44 haec nota deeſt aliis Edd. & omnibus MSS. nec unde habeat Maſvicius, docuit.

O formoſe puer, nimium ne crede colori.
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Deſpectus tibi ſum, nec qui ſim quaeris, Alexi:
Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans.
Mille meae Siculis errant in montibus agnae.

Lac

SERVII.

17. O formose puer. Bene dicit Donatus ſuſpendendum O, & ſic dicendum, *Formoſe puer:* [45] ut intelligamus per ironiam eum aliud voluiſſe dicere; ſed in haec verba, ne Alexin offenderet, amoris neceſſitate compulſum. Ne crede. Ne confide. Salluſtius: *Virtuti ſatis credebant*, id eſt, confidebant.

18. Alba ligustra cadunt. Et ruſtice, & amatorie, ex floribus facit comparationem. *Liguſtrum* autem, flos eſt [46] candidus, ſed viliſſimus. *Vaccinia* vero, ſunt violae, quas purpurei coloris eſſe manifeſtum eſt. [47] [Vel liguſtra flores papaverum ſunt, vel arborum.]

20. Quam dives nivei pecoris. Tria ſunt, quibus amatores poſſunt placere, Divitiis, Pulchritudine, Cantilena: quibus omnibus ſe valere commemorat. Et multi ſecundum Homerum, qui ait *καὶ γάλα λευκὸν*, legunt, *nivei quam lactis*. Sed melius eſt, *Quam dives pecoris nivei*. Nam candidae oves in ingenti ſunt pretio. Unde in Georgicis legimus: III. 386. *Continuoque greges villis lege mollibus albos.* Item III. Georg. 391. *Munere ſic niveo lanae, ſi credere dignum eſt.*

21. Mille meae siculis errant in montibus agnae. Theocritus: [48] [Ἀλλ' οὗτος τοιοῦτος ἐὼν] βοτὰ χίλια βόσκω. Errant autem, cum ſecuritate paſcuntur. Et quod ait [49] *agnae*, & a ſexu & ab aetate laudavit: nam ex foemineo ſexu in pecoribus copioſior poſſeſſio provenit.

VARIORUM.

ruſtiore & altero Menteliano, ſed a ſecunda manu, & recte. in primo Moretano *qui ſum*. Aruſianus tamen Meſſius *quis ſim*. Mendoſe, ut & Ecloga prima. ℣. 19. ut & illic Nonius agnoſcit. *Sed tamen iſte Deus qui ſit, da, Tityre nobis.* quomodo & apud Silium Italicum libro XV. ex membranis: *Qui Deus infernis quenquam noſtrum eximat umbris?* apud Ennium Hectoris lytris: *nomen qui uſurpat meum?* Aeneidos tertio - - - - *qui ſis fari, quo ſanguine cretus Hortamur.* Ita & illic vetuſtiores libri, & Georgicon initio: - - - *qui cultus habendo ſis pecori.* libr. IV. *ſed modus orandi qui ſis, prior ordine dicam.* Sedulius libro III. *ſcio denique qui ſis.* Apud Prudentium: *Qui ſis, quid venias*, ex ſcriptis. Silius libro III. - - - *ut noverit una Me tantum Carthago, & qui ſim neſciat orbis.* libro IX. ex ſcriptis: *Sed comprimit enſem Neſcio qui Deus.* Plautus: *ne quis miretur qui ſim paucis eloquar.* Seneca Oedipo ℣. 318. ex membranis Etruſcis: *Quis deſit illi, quive ſit dubites color.* Lucanus libro VII. *Scit cruor imperii qui ſit, quae viſcera rerum.* ita ex optimis membranis ſcribe. non *viſcera regum*. Romanos rerum dominos innuit. HEINS. Vide Ecl. I. 19. ad Phaedr. I. 13. & infr. VI. Aen. 561. & millies, ideoque notata tantum codicum varietate, in his non morabimur poſtea. BURM.

20. Nivei, quam lactis abundans. Sic diſtinguendum eſt. non *pecoris nivei*, quod multos codices occupavit, & Priſcianum libro XVII. Naſo in Faſtis, IV. 780. *Lac niveum potes, purpureamque ſapam.* Metamorph. XIII. 829. *Lac mihi ſemper adeſt niveum.* ſic & γάλα λευκὸν Cratino dicitur, χορταζόμενος γάλα λευκόν. apud Homerum quoque Iliad. Δ. ἀμελγόμεναι γάλα λευκόν. *nivei lactis pocula mixta mero* apud Tibullum. lib. III. Eleg. V. verſ. ultimo. apud Senecam Oedipo habes *Nivei lactis candidos latices.* mox, *libat & niveum inſuper lactis liquorem* HEINS. Contra Broukhuſius ex codice Franciano probabat *pecoris nivei. nivei agni* Calpurn Ecl. V. 37. & infr. III. Georg. 386. Vide nos ad Phaedr. III. 15. BURM.

22. Lac

45 Velut inc. per iram V. Voſ. per iram R. Steph. al. 46 Candidiſſimus al. 47 deſunt R. Voſ. Steph. & al. 48 deſunt V. R. Voſ. 49 agnas V. R. Voſ. al.

Lac mihi non aeſtate, novum non frigore deſit.
Canto, quae ſolitus, ſi quando armenta vocabat,
Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho.
Nec ſum adeo informis: nuper me in litore vidi,

Quum

SERVII.

23. LAC MIHI NON AESTATE NOVUM, NON FRIGORE DESIT. Multo melius quam Theocritus; [50] *qui* [[51] *non* lac, ſed caſeum dixit:] τυρὸς δ' οὐ λείπει μοι, οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ, οὐ χειμῶνος ἄκρῳ. Sed [52] quia caſeus ſervari poteſt, non mirum eſt, ſi quovis tempore quis habeat caſeum. Hoc vero laudabile eſt, ſi quis habeat *lac novum*, id eſt [53] coloſtrum, quod neutri generis eſt: nam foeminini eſſe penitus non poteſt. Sane hunc verſum male diſtinguens Virgilio-maſtix vituperat: LAC MIHI NON AESTATE NOVUM, NON FRIGORE: DESIT. Id eſt, ſemper mihi deeſt.

24. AMPHION DIRCAEUS IN ACTAEO ARACYNTHO. *Amphion* & *Zetus* fratres fuerunt ex Jove & Antiopa: ſed *Zetus* ruſticus fuit: *Amphion* vero muſicae artis peritus: Sane *Aracynthus*, mons eſt Thebanus. Unde *actaeo*, [54] littorali debemus accipere, (ut v. 613. *At procul in ſola ſecretae Troades acta*) non [55] Athenienſi: licet Athenae primo [56] Ἀκτὶς dictae ſint: quanquam plerique, *Actaeo Aracyntho*, Athenienſi accipiant, non quod *Aracynthus* apud Athenas eſt; ſed ut oſtendatur ruſtici imperitia. Nam & Theocritus ad exprimendam ruſticam ſimplicitatem, multa aliter quam res [57] habeat, dicit. Hac ratione poteſt & [58] *Oaxis*, Cretae fluvius accipi: cum & [59] mons ſit, [60] ut diximus, [61] Scythiae.

25. NEC SUM ADEO INFORMIS. Verecunde ſuam commemorat pulchritudinem. Sic Cicero in Caeliana: *Ut eum poeniteat non deformem eſſe natum.* Nam pulcherrimum voluit dicere. IN LITTORE VIDI, CUM PLACIDUM VENTIS STARET MARE. Negatur hoc per rerum naturam fieri poſſe: ſed Theocritum ſecutus eſt, qui hoc dicit de Cyclope, [[62] ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δὲ γαλάνα.] Sed [63] illa eſt excuſatio; vel quia ingentem habet oculum Cyclops: vel quia filius Neptuni eſt. Unde quia ait, *in litore*, volunt quidam in aqua a fluctibus relicta, [64] id eſt, in lacuna littoris, eum ſe videre potuiſſe. Quam rem illud excludit, *Cum* [65] *placidum ventis ſtaret mare.* Sed ideo in mari imago non cernitur, quia non ſtat: quod ſi ſtet, non poteſt etiam [66] nobis imaginem reddere. [[67] Ni intelligas, *In littore*, intra portum: ut ipſe in III. Aeneid. 570. de portu Cyclopum: *Portus ab acceſſu ventorum immotus.*]

VARIORUM.

22. LAC MIHI. Rectius diſtinguas, ut ambiguitas orationis vitetur: *Lac mihi non aeſtate, novum non frigore deſit.* etſi aliter ſcripti, & veterum Grammaticorum nonnulli. HEINS. Ego etiam ſequor diſtinctionem Heinſii; quid enim jactatione dignum, ſi aeſtate ſibi lac novum non deeſſe glorietur, quod apud omnes paſtores abundabat, niſi negligentia eorum lac praecepiſſet aeſtus? Sed hieme & frigore intenſiſſimo etiam ſibi lac novum, quod aliis deerat, ſuppetere glorioſum erat. ita *novum* lac infr. Ecl. v. 67. Steph. de Criticis p. 42. vulgatam diſtinctionem probat. vid. & ad II. Georg. 150. Servium. *Hic mihi non aeſtate* erat in Menagiano altero. *nec frigore* quidam codices & Edit. Junt. & al. & codex Servii d. l. BURM.

23. SI QUANDO ARMENTA VOCABAT. Barth. in codicibus ſuis ait extare, ſi *quanto armenta vocabant*, quod ego me intelligere nego. an operas erraſſe dicas, pro, *ſi quando armenta vacabant*, neſcio. BURM.

24. ACTAEO ARACYNTHO. Palmerius in Graecia Antiqua libr. IV. cap. 10. pag. 448. explicat de Aracyntho Aetolico, in vicinia Acarnaniae, cujus tractus Ἀκτὴ Ἠπειρῶτις dicta, quod nomen & in Aetoliam extendebatur, quia Aetoliae & Acarnaniae fines ſaepe confuſi. quem vide pluribus de hoc lo-
co

* 50 Ille enim ait τυρὸς Steph. Dan. al. 51 deſunt Voſ. R. Dan. Steph. al. 52 deeſt R. Voſ. al. 53 coluſtrum R. Voſ. 54 pro lit. al. 55 Athenienſis R. Voſ. V. al. 56 Ἀκτὰ al. 57 habet B. V. R. Voſ. 58 *Oaxes* B. R. Voſ. 59 deeſt al. cum Oaxis ſit Steph. 60 ſed ut Voſ. R. V. 61 Meſopotamiae Steph. al. mons Scythiae al. 62 deſunt R. 63 illi Steph. Dan. al. illic. B. R. V. Voſ. 64 deeſt V. R. Voſ. 65 *placitum* B. R. 66 Voſſius legit, non imag. 67 deſunt Voſ. R. B. V. Ed. al.

Digitized by Google

Quum placidum ventis ſtaret mare. non ego Daphnim
Judice te metuam, ſi numquam fallat imago.
O tantum libeat mecum tibi ſordida rura,
Atque humilis habitare caſas, & figere cervos,

Hae-

SERVII.

26. NON EGO DAPHNIN. Daphnis filius fuit Mercurii, formoſiſſimus puer; qui primus dicitur paſtor fuiſſe.

27. SI NUNQUAM FALLAT IMAGO. Nulla enim res ita decipit quemadmodum imago. Nam & in ſpeculo contraria oſtendit univerſa: & in aqua, remum integrum quaſi fractum videmus: quod etiam Cicero in Tuſculanis plenius docet. JUDICE TE METUAM. Ac ſi diceret, Qui meam deſpicis pulchritudinem.

28. TIBI SORDIDA RURA. Utinam libeat tibi mecum habitare rura, tibi ſordida, id eſt, quae tu putas ſordida: nam [68] tibi bis accipimus.

29. ATQUE HUMILES HABITARE CASAS. Sane melius, habito illam rem: quam, habito in illa re, dicimus. Nam etiam principalitas verbi hujus frequentativi accuſativum regit, ut: *habeo illam rem*, [69] Inde fit, *habito illam rem*: non in illa re, ut, *habitare caſas*. [[70] CASAS. Quae *mapalia* dicuntur.] FIGERE CERVOS. Aut furcas, quae figuntur ad caſae ſuſtentationem: quae dictae ſunt cervi, ad ſimilitudinem cornuum cervinorum. Aut, quod melius eſt, *figere cervos*, id eſt, venari & [71] jaculari, intelligamus: ut magis ad voluptatem eum, quam ad laborem, invitare videatur. VIRIDI HIBISCO. Ad hibiſcum compellere, ſcilicet a lacte depulſos. *Hibiſcus* autem, genus eſt herbae, & ſic dixit *hibiſco*, ad hibiſcum, ut: *It clamor caelo*, id eſt, ad caelum.

VARIORUM.

co agentem. Maroll. ab Actaeone dictum conjicit, quod Probo debet. vide hic Urſinum & Barth. ad Stat. II. Theb. 229. qui omnium ſententiis examinatis Actaeum pro Athenienſi capit, & licet in Boeotia revera ſit, a vicinitate ita dictum credit. *Arctheo* & *Arachincto* Leid. *Dircheus* Reg. *Arachincto* Reg. & Mentel. *Arachintho* alter ejuſdem. BURM.

25. NEC SUM. *Non* Venetus & Parrhaſ.

25. IN LITORE. *In* deeſt in Leidenſi & tertio Menteliano & quarto Moretano, ſed agnoſcit Seneca lib. I. Natur. Quaeſt. ult. qui ibi & lib. V. cap. I. *cum placidum* etiam habet, quum in Zulichemiano & Leid. Antverpiano & quarto Moreti ſit *Dum placitum*. Quae vero monet de *litore* Servius, neſcio an vera ſint, quum ſaepe mare, ſimile fluvio tranquillo, ſtet. certe Luciani locum ex Dial. Marino primo p. 99. notaverat Heinſius in ora codicis: ἐπεὶ τάγε ἄλλα ὁπότ' ἂν ἐθελήσῃς μαθεῖν, οἷος τυγχάνεις ὢν τὴν ὄψιν, ἀπὸ πέτρας τινὸς, εἴποτε γαλήνη εἴη, ἐπικύψας εἰς ὕδωρ, ἴδε σεαυτὸν οὐδὲν ἄλλο ἢ χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς. Quem locum & Eobanus Heſſus & H. Stephanus de imitatione Virgiliana jam adtulere. denique ad litora Italiae maris tranquillior facies eſt, quam Oceani, & magnis fluviis ſimilior. Alb. Gentilis *mare* de Lacu Mantuano capit. ut ita *mare* de Timavo lib. I. Aen. 244. explicant viri docti, ut videbimus. non tamen hic probo. BURM.

26. DAPHNIM. *Daphnin*, Rufinianus de Schem. Dian. p. 57. & ita ſeptem ex noſtris & etiam Regius.

27. SI NUMQUAM FALLIT IMAGO.] *Fallat* plerique veteres, Mentelianus prior *fallet* cum Veneto meo. vulgata ſcriptura exſtat apud Scholiaſten Horatii Crucquianum libro III. Ode XXVII. HEINS. Barth. Adv. V. 22. ſi *unquam*, vel *ſi nunc qua fallit*. *fallat* Edd. Vet. Servii. *fallit* Parrhaſ. & Venetus, Daniel. Steph. mox *o libeat tantum* Venet. & Parrh. BURM.

29. ATQUE. *Adque* hic & aliis locis exhibere Vaticanum codicem teſtatur Politianus lib. IV. Ep. 8.

29. CERVOS. Cape de vero animali, non de furcis. *figere* enim paſſim de telo, & venabulo, ut Georg. I. 308. *figere damas*. Ovid. X. Met. 131. *figere jaculo cervum*, *apros*. XIV. 343. & ita Cerda. BURM.

30. HI-

68 deeſt al. 69 unde V. 70 deſunt al. R. Voſ. *mappalia* Dan. Steph. al. 71 maculari R,

Haedorumque gregem viridi conpellere hibiſco!
Mecum una in ſilvis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cera conjungere pluris
Inſtituit: Pan curat ovis, oviumque magiſtros.
Nec te poeniteat calamo triviſſe labellum.
Haec eadem ut ſciret, quid non faciebat Amyntas?

Et

SERVII.

31. IMITABERE PANA CANENDO. Exemplo numinis, in agris mecum poteris canere. Nam *Pan*, deus eſt ruſticus, in naturae ſimilitudinem formatus. Unde & *Pan* dictus eſt, id eſt omne: habet enim cornua in radiorum Solis, & cornuum Lunae [72] ſimilitudinem: rubet [73] ejus facies, ad aetheris imitationem: in pectore nebridem habet ſtellatam, ad ſtellarum imaginem: pars ejus inferior hiſpida eſt, propter arbores, [74] virgulta, feras: caprinos pedes habet, ut oſtendat terrae ſoliditatem: fiſtulam ſeptem calamorum habet, propter harmoniam caeli, in qua ſeptem ſoni ſunt, ut diximus in Aeneide VI. 646. *Septem diſcrimina vocum*: [75] καλαύροπα habet, id eſt pedum, [hoc eſt baculum recurvum,] propter annum, qui in ſe recurrit: [76] quia hic totius naturae deus eſt, [77] Poëtis fingitur cum [78] Amore luctatus, & ab eo victus: quia, ut legimus Ecl. x. 69. *Omnia vincit amor*. Ergo *Pan*, ſecundum fabulas, [79] amaſſe Syringam nympham dicitur: [80] quam cum ſequeretur, illa implorato Terrae auxilio, in calamum converſa eſt: quem *Pan*, ad ſolatium amoris, incidit, & ſibi fiſtulam fecit. Sane ſciendum, *Pana*, *pa*, habere accentum: Graeca enim monoſyllaba, quae ad nos tranſeunt, creſcunt in obliquis caſibus: & in genitivo & dativo [81] tantum ſingularibus, ultimae ſyllabae accentum dant, ut, *Panos pani*, *Lyncos* [82] *lynci*. Plurales vero etiam iſti duo [83] habent accentum; licet ad nos tranſire [84] poſſint.

PHILARGYRII.

32. PAN PRIMUS CALAMOS. *Pan*, id eſt, Natura omnium rerum, inventor eſt fiſtulae. *Pan* paſtoralis deus; per [85] cornu Solem ſignificat & Lunam: per fiſtulam, ſeptem planetas ſtellas: per pellem maculoſam, caeli ſidera: per cannam, ventos: per ungulas [86] caprinas, ſoliditatem terrae. Villoſus eſt, quia [87] veſtitu gaudet terra. Hic autem natus eſt Mercurio in arietem converſo, & Penelope uxore Ulyſſis.

VARIORUM.

30. HIBISCO. Pro virga vel planta Hibiſci evulſa cum radice, qua compellit gregem, capit Barth. v. Adv. 22. & ita Car. Steph. cepiſſe docet Cerda.

31. MECUM UNA. *Meque una in ſilvis* fragmentum Moret. ut ſit conſtructio, & compelles gregem, & ſimul imitaberis Pana canendo me: vel imitabere me canendo Pana, quod rectius, ob ſequentia. ſed maneat vulgata. deeſt vero hic verſus in Zulichemio. BURM.

32. PRIMUS. Probatur *Primus* ex VIII. Ecl. 24. paſſim vero hoc nomen proverbio mutarunt ſcribae. Vid. II. Georg. 340. & IV. 340. & alibi. *primus* etiam Scholiaſtes Horat. IV. Od. 12. 11. BURM.

32. CERA. In nota Servii ad Ecl. III. 25. Cod. Leidenſis *cerae* dabat.

33. MAGISTROS. *Miniſtros* Cod. Francii.

34. POENITEAT. *Paeniteat*, Regius & Mentelii duo. *peniteat* Parrhaſ. & alii.

35. QUID NON FACIEBAT. Ex Servii nota, quam nobis dedit Maſvicius, aliquis hic quid turpe ſubeſſe colligeret; ibi enim legitur, *quemadmodum mihi non cognoſcebatur*. quicumque hujus lectionis inventor ſit, ille meminerat & in facris literis *cognoſcere aliquam* eo ſenſu occurrere: ſed in omnibus

72 ſimilitudine formatus, unde & Pan eſt dictum. V. 73 enim al. 74 virg. ferentes R. 75 ῥάβδον al. *carauropa* V. Voſ. *carauropa*, recurvum baculum carauropa habet, id eſt pedum propter &c. B. in R. V. Voſ. deerant, hoc eſt b. r. 76 hic quia R. Voſ. 77 a Poetis V. R. Voſ. 78 Amore deo al. 79 Amans vel amaſſe V. amans S. n. amaſſe dicitur B. amans. Voſ. 80 quia al. 81 deeſt al. 82 *Lyci* al. 83 Ita habent V. Voſ. R. 84 non poſſint B. Voſ. R. Dan. Steph. 85 cornua VOSS. 86 hinc τραγέαν. VOSS. 87 veſtitis al. veſtiri ſe Barth. xx. Adv. 2.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula, Damoetas dono mihi quam dedit olim:
Et dixit moriens: Te nunc habet iſta ſecundum.
Dixit Damoetas: invidit ſtultus Amyntas.
Praeterea duo, nec tuta mihi valle reperti,
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo,

Bina

SERVII.

33. Nec te poeniteat calamo trivisse labellum. Non tibi parum [88] videatur. Terentius Heaut. I. I. 20. *At enim quantum hic operis fiat*, [89] *poenitet*. Id eſt, parum videtur. Et notandum, *poeniteat triviſſe*, praeteritum pro praeſenti poſitum, uſurpative *: quod in defectivis licenter fit, ubi praeſens non invenitur. Ut *Quamquam animus meminiſſe horret*. Labellum. [90] [Parvum labrum. Hinc] [91] inaniſſimam quidam tentant facere diſcretionem; ut virorum *labra*, mulierum *labia* dicantur.

35. Quid non faciebat Amyntas? Quemadmodum mihi non obſequebatur? Et ex affectu alterius hunc cogit.

36. Disparibus septem compacta cicutis. Inaequalibus cannis. Nam & harmonia inaequalis eſt. *Cicuta* autem eſt [93] ſpatium, quod eſt inter cannarum [94] nodos. Compacta. [95] Conjuncta: ut, XII. Aen. 674. *Turrim compactis trabibus, quam eduxerat ipſe.*

38. Te nunc habet ista secundum. Commendat munus: & ex eo, quod ei haereditarium datum eſt: & ex eo, quod invidiam meruit. Nam res optimae, & difficiles [96] donantur a vivis, & acceptae facile merentur invidiam.

39. [Invidit stultus Amyntas. [97] Amyntam Cornificium vult intelligere; quia conatus eſt contra Virgilium ſcribere; vel, ideo *ſtultus*, quia invidit.]

40. Nec tuta mihi valle reperti capreoli. Commendat a difficultate. Sic in primo, VII. Aen. 243. *Relliquias Troja ex ardente receptas.*

41. Sparsis pellibus albo. Qui habent adhuc maculas a prima aetate venientes. Acceſſu enim temporis mutant colorem: & eorum maculae eſſe gratiae minoris incipiunt. Ergo [98] hoc dicit: Servo tibi capreolos, qui adhuc [99] ſunt pellibus [100] albo [100] * ſparſis.

VARIORUM.

bus editionibus, quas inſpexi, in codice Regio & Leidenſi Servii legitur *obſequebatur*, neque Ryckius ullam ad hoc verbum varietatem notavit, unde negligentiam Maſvicii videmus, qui debuerat ſcire etiam & *obſequi* & *obſequium* de turpibus & venereis rebus dici. Vide, quae diximus ad Quinctil. VIII. de Inſt. Orat. 3. pag. 691. Jam vero *facere* eſſe nequitiae verbum nulli non humaniori poteſt eſſe notum. Vide ad Petron. cap. IX. & alibi. BURM.

37. Damoetas. Catrocus Lucretium intelligit, qui verſus hexametros illi quaſi hereditatem reliquit, & qui mortuus eo die, quo Virgilius togam virilem ſumſit. ſed hic de fiſtula, quae Bucolici carminis eſt ſymbolum, agitur. ſi de Epico carmine intellexiſſet, *tubam* illi dediſſe debuiſſet, quae *arma virumque canenti* melius conveniret. caute vero Catrocus hexametrum verſum, non Heroicum vel Epicum Lucretio tribuit. BURM.

40. Valle. *Vale reperti Capriols* Cod. Francii. *non tutam* dicit, quia ibi a feris erat periculum, quo contemto illos capreolos inveſtigaverat. Cerda *repertos* interpretatur, quos antea amiſerat. ſed ego vel in venatu, vel inveſtigando inventos & caprae matri ſubductos credo, quia mox ovem praebuiſſe ubera addit. BURM.

41. Sparsis etiam nunc pellibus albo. Pic-

88 videantur V. 89 *non poenitet* al. *nondum poeniteat* al. 90 eſt quod Dan. Steph. 91 deſunt V. R. Voſ. 92 inania, quam quidam t. ſ. d. Voſ. inanes quidam V. hanc quidam diſcretionem facere volunt, *ut* R. 93 deeſt V. R. Voſ. 94 modos V. 95 vide Scalig. I. de Poet. cap. 4. pag. 18. juncta V. 96 dominantur Voſ. 97 haec nota deeſt omnibus MSS. & Edit. 98 deeſt al. aut Voſ. R. 99 ſunt V. 100 albos Voſ. 100 * aſperſis. l.

Bina die ſiccant ovis ubera: quos tibi ſervo.
Jam pridem a me illos abducere Theſtylis orat:
Et faciet: quoniam ſordent tibi munera noſtra.
Huc ades, o formoſe puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphae calathis: tibi candida Naïs
Pallentis violas & ſumma papavera carpens,

Nar-

SERVII.

42. QUOS ETIAM NUNC TIBI SERVO. Id eſt, quos adhuc tibi ſervo: licet [1] roger a Theſtyli amica, quae [2] hos a me cupit abducere. SICCANT. Sugunt.

43. ORAT ABDUCERE. Orat, ut abducat: [3] figuratum eſt, ut, X. Aen. 701. *donat habere*, id eſt, donat, [4] ut habeat.

44. ET FACIET. Noluit dicere, & faciam: ne, quem amabat, offenderet, ſi ſe velle alteri [5] dare munus [6] dixiſſet, quod ipſi [7] paraverat.

45. HUC ADES, O FORMOSE PUER; TIBI LILIA PLENIS, &c. Tantum honoris habet puero, ut ei dicat etiam numina obſecutura. Sane [8] *calathus* Graecum eſt: nam Latine [9] *quaſillum* dicitur. Cicero in Philipp. [10] III. cap. 4. *At vero* [11] [*hujus domi*] *inter quaſilla* [12] *appendebatur aurum.*

46. CANDIDA NAIS. Vel pulchra, vel dea. Nam dii umbris contrarii ſunt, quas nigras eſſe conſtat. Hinc eſt V. Ecl. 56. *Candidus inſuetum miratur limen olympi.*

47. PALLENTES VIOLAS. Amantium tinctas colore. Horatius III. Od. 10. *Et tinctus viola pallor amantium.* Unde non praeter affectionem amantis, eos flores nymphas dicit offerre, qui [13] ſunt amantibus ſimiles. PAPAVERA CARPENS; NARCISSUM ET FLOREM BENE OLENTIS ANETHI. Sane Papaver, Narciſſus, Anethus, pulcherrimi pueri fuerunt: [14] quique in flores ſuorum nominum verſi ſunt: quos ei offerendo, quaſi admonet, [15] nequid etiam hic tale [16] aliquid unquam ex amore patiatur.

VARIORUM.

Pierius ex Vaticano veterrimo malit - - - *ſparſis etiam nunc pellibus, ambo Bina die ſiccant ovis ubera.* Sed perperam: etſi id ipſum ego quoque in duobus aut tribus offendi. apud Naſonem Metam. III. 221. - - - *nigram medio frontem diſtinctus ab albo Harpalus.* Noſter in Georgicis III. 56. de bove; *Nec tibi diſpliceat maculis inſignis & albo.* praeterea in fragmento Moreti, *etiamnum.* quod & Naſoni ex veterrimis membranis reddidimus non ſemel. Vide Georgicôn IV, 134. HEINS. *Sparſis pellibus* ſufficere poſſet videri, quod maculoſos capreolos notat, ut apud Terentium Heaut. V. ✠. 18. *Sparſo ore.* ſed quia & Codices fere omnes Heinſii & Philargyr. ad d. l. in Georgicis *albo* habent, & maculae diverſi coloris poſſent eſſe, retinendum. Sic Senec. III. Nat. Quaeſt. 25. *ſpargitur albo cutis.* aliam lectionem *ambo* ſequitur Catroeus. ſed ea vox mihi hic ſuperflua videtur, quum *duo* praeceſſerit: nec facile librarius ex *ambo*, feciſſe *albo*, quod reconditioris eſt doctrinae, credendus eſt. BURM.

42. DIE. Solet Virgilius ponere pro quotidie, uno die, Ecl. III. 34. XI. Aen. 397. & ita Quinct. X. de Inſt. Orat. 3. *Virgilium pauciſſimos die compoſuiſſe verſus, auctor eſt Varus.* BURM.

43. A ME ILLOS. *Ipſos a me* ſecundus Rottendorphius. *a me ullos* Leid. pr. *abducere*, per blanditias abſtrahere Barthius capit V. Adv. 22. BURM.

47. PALLENTIS. *Palantes* Leid. a m. pr. ſollemni aberratione. V. ad Calp. Eclog. VII. 9. inf. III. 59. BURM.

48. JUNGIT BENE. *Bene jungit* fragment. Moreti. *Narciſſum* etiam quatuor codices, & *aneti* nonnulli.

49. TUM. *Cum caſia* Venetus & Parrhaſ. *Timo* quidam alii.

50. MOLLIA LUTEOLA.] *Pinguia* apud Nonium Marcellum in *Caltula.* Sed lapſu memoriae,

ni

1 Rogatus V. a m. ſec. 2 hoc Steph. Dan. 3 & fig. al. 4 deeſt V. 5 dari al. 6 diceret Steph. Dan. 7 praeparaverat R. Voſſ. V. 8 *calathis* V. 9 *quaſillus* al. 10 in Philippicis Steph. III. deeſt V. R. Voſ. 11 deſunt V. R. Voſ. 12 *pendetur* Voſ. R. & C. *inter quos illa* Cod. Urſini *an non inter quaſilla pendet aurum* Steph. 13 eſt a. ſimilis. R. B. 14 qui. Dan. Steph. 15 ne ipſe etiam tale al. 16 deeſt V. V.

Narciſſum & florem jungit bene olentis anethi.
Tum, caſia, atque aliis intexens ſuavibus herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia caltha.
Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneaſque nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addam cerea pruna: honos erit huic quoque pomo.

SERVII.

49. TUM, CASIA. Herba ſuaviſſimi odoris: ut [17] in ſequentibus declaratur: quam Graeci [17*] κασίαν dicunt. Et ſic dictum eſt: *Tum caſia, atque aliis intexens ſuavibus herbis:* ut in Salluſtio: *Leonem, atque alias feras.*

50. MOLLIA LUTEOLA PINGIT VACCINIA CALTHA. *Mollia vaccinia pingit*, id eſt, componit, *de caltha luteola.* Nam niſi *luteola* ſeptimus ſit caſus, non ſtat verſus. *Mollia* autem, tactus plumei ſcilicet. [18] Et hoc dicens, ex colorum diverſitate quaerit ornatum.

51. CANA LEGAM TENERA LANUGINE MALA. Mala dicit [19] Cydonea, [a Cydonibus primum allata; Latine, Cotonea,] quae lanuginis plena ſunt: ſed non praeter obliquitatem. Nam [20] ut in Aeneide x. 325. diximus, apud Cretenſes, infamiae genus juvenibus fuerat, non amatos fuiſſe. Et verecunde rem inhoneſtam ſupprimit, quam Theocritus aperte commemorat.

52. CASTANEASQUE NUCES. Bene ſpeciem addidit, [21] [dicens *caſtaneas.*] Nam *Nuces*, generaliter dicuntur omnia, tecta corio duriore: ut avellanae, amygdalae, juglandes, caſtaneae; ſicut [22] contra poma dicuntur, omnia molliora. MEA QUAS AMARYLLIS AMABAT. Ne eas viles exiſtimes, quas Amaryllis eſt amare dignata: nam apud illam in ingenti fuerunt honore.

53. CEREA PRUNA. Aut cerei coloris: aut mollia. *Horatius* I. Od. 13. *Cerea Telephi* [23] *laudat brachia.* HONOS ERIT HUIC QUOQUE POMO. Si a te dilectum fuerit: ſicut caſtaneae in honore fuerunt amatae Amaryllidi. [24] [Talis mixtura ſchematum in bucolico decorum inducit.]

VARIORUM.

ni fallor. nam aliter apud Priſcianum libro III. & in ſcriptis exemplaribus. HEINS.

50. PINGIT. Gloſſa Reg. Cod. *compingit*, quaſi *pangit* fuiſſet; ſed *pingit*, eſt variat diverſis coloribus ſertum odoriferum. *calta* alter Mentelianus. BURM.

52. CASTANEASQUE NUCES. Has eſſe Heracleoticas docet Macrobius lib. II. 14. de quibus vide Hofman. lib. III. Variar. Lect. 21. BURM.

53. CEREA. Ita & Alcman dixit, κηρίναν ὀπώραν. Id eſt, *fructus cerei coloris.* FABER. Nanſius *flava* interpretatur: Gloſſa Regii codicis *matura. cerea poma* Venetus.

53. ET HONOS ERIT HUIC QUOQUE POMO. Tollendum τὸ *&* ex auctoritate noſtrorum codicum, quod & Pierius jam vidit, quanquam minime auditus a Maronis editoribus, vidit & Giphanius ad Lucret. p. 463. Hujuſcemodi hiatus Maroni perquam familiares eſſe poſtea paſſim videbimus. Solus ex noſtris omnibus Moreti quartus τὸ *&* hoc loco perperam agnoſcit: Ecloga tertia: *Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis*, tum, *Munera ſunt lauri, & ſuave rubens hyacinthus.* mox: *Et longum formoſe vale, vale, inquit, Iola.* Ecloga VI. *Clamaſſent, ut littus Hyla, Hyla omne ſonaret.* Ecloga VII. *Stant & juniperi & caſtaneae hirſutae.* & *Credimus, an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt.* Ecloga octava, uti in vetuſto codice exaratum offendi, *Daphnis me male urit. ego hanc in Daphnide laurum:* ſed hoc pro vera ſcriptura non auſim amplecti. &, *Aut Tmarus aut Rhodope aut extremi Garamantes.* Ecloga x. *Nam neque Parnaſſi vobis juga, nam neque Pindi Ulla moram fecere, neque Aoniae Aganippae. Illum etiam lauri, etiam flevere myricae.* Quae illic loci opti-

[17] ſequentia indicant Steph. Dan. Voſ. [17*] *Caſia* Voſ. *Caſſiam.* R. [18] deeſt Steph. Dan. al. [19] Cydea quae Can. &c. V. B. R. Voſ. & Steph. Dan. niſi quod *Cydonea* habeant hi duo, omittunt vero media. [20] deeſt Dan. Steph. [21] deſunt al. [22] econtra al. [23] *laudas* V. Voſ. R. [24] deſunt V. Voſ. R. Dan. Steph. & al.

Et vos, o lauri, carpam, & te, proxima myrte.
Sic poſitae quoniam ſuavis miſcetis odores.
Ruſticus es, Corydon; nec munera curat Alexis:
Nec ſi muneribus certes, concedat Iolas.
Heu, heu, quid volui miſero mihi? floribus auſtrum

Per-

SERVII.

54. O LAURI. Licet Horatius dixerit, II. Od. 7. [25] *Depone ſub lauru mea:* melius tamen eſt juxta ſecundam formam inflectere: nam melius ſonat. PROXIMA MYRTE. Vel vicina lauro: vel ad odorem proxima: poteſt enim utrumque intelligi.

55. SIC POSITAE QUONIAM SUAVES MISCETIS ODORES. Quoniam permixtione veſtra ſuavem odorem creatis.

56. RUSTICUS ES CORYDON. Arguit ſe ſtultitiae, quod eum ſe ſperat placare muneribus, qui poteſt habere meliora: nam ſupra ait: *Delicias domini.*

57. IOLAS. Vel ditior amator: vel ejus dominus.

58. EHEU QUID VOLUI MISERO MIHI. [26] Quomodo cum diſcedere dicit, quem ſupra cum eo diximus non fuiſſe? Nam [27] quod ait, *ſolus montibus & ſylvis*, [28] ratione [29] non caret. Epicurei enim dicunt (quod etiam Cicero tractat) geminam eſſe voluptatem: Unam, quae percipitur; & alteram imaginariam; ſcilicet eam, quae naſcitur ex cogitatione. Unde ita debemus accipere, [30] hunc [31] uſum per cogitationem illa imaginaria voluptate, qua & cernere & alloqui videbatur abſentem. Sed poſtquam objurgatione ſua in naturalem prudentiam eſt reverſus, caruit utique illa imaginaria voluptate; ubi nunc ſibi ſe obfuiſſe dicit per hanc ratiocinationem. *Ruſticus es Corydon: nec munera curat Alexis. Nec ſi muneribus certes*, [32] *concedat* [33] *Iolas*. FLORIBUS AUSTRUM. [34] Quo facilius areſcunt.

VARIORUM.

optimorum codicum eſt ſcriptura. Apud Perſium Satyra tertia conſtanter libri veteres: *Diſcite, o miſeri & cauſſas cognoſcite rerum:* quamquam & poſſit legi, *Diſcite io miſeri*. HEINS. *Et* agnoſcit etiam Francianus codex ſolus ex noſtris.

54. O LAURI. Vid. Oudend. ad Lucan. I. 28. qui carpit Servium, quod melius *lauri* quam *laurus* flectere & ſonare dicat. Sed quia utrumque licet dicere, & in uſu eſt, vid. Pier. ad Ecl. VIII. 13. Virgilius ſemper ea forma uſus fuit, quam Euphoniam poſcere judicabat. & ita certe mollius eſt *lauri carpam*, quam *laurus*, ut etiam apud Ovid. II. Am. XII. 1.

Ite triumphales circum mea tempora lauri.

ubi *laurus* Puteaneus, duriter. & ita aliis in locis. BURM.

54. PROXIMA. Ita *vicinam* vocat Calp. IV. Ecl. 91. quia ſemper fere junguntur. Vide Torr. ad Horat. III. Od. IV. 19. Barthius V. Ad. 22. *Proximam* honore lauri interpretatur. ita fere Ecl. VII. 23. *Proxima Phoebi verſibus ille facit.* & ita Horat. I. Od. 12. *Proximos honores* dixit. ſed *ſic poſitae*, id eſt junctae, vicinae, reſpuit illam interpretationem. BURM.

57. CONCEDAT IOLAS.] *Concedet*, ſeptem ex noſtris. *Concedit* primus Moreti. *Concedat* Romanus Pierii veterrimus, & prior Mentelianus cum Gudiano & Voſſiano primae notae, aliique ex noſtris praeſtantiores. Mentelianus tamen alter *concedet*, ut de aliis ſeptenis jam dixi. HEINS. *Iollas* etiam plerique codices. *Iolla* ſecundus Rottendorphius, & ita Eclog. ſeq. & apud Calpurnium etiam. *Yollas* codex Vratiſlavienſis. *Concedet* Cod. Francii & Leid.

58 EHEU. Placet, *Heu, heu* geminata, ut apud Theocritum αἴ, αἴ. Nam *eheu* videtur priorem ſyllabam corripere. Quod ex Terentiano ſenario ſatis conſtat, qui legitur in Heautont. I. I. 31.

Quae-

25 deeſt al. 26 haec nota pertinet ad vſ. 60. & in V. à man. ſec. *Quem fugis ah demens.* in Voſ. erat Quomodo & Epicurei, omiſſis mediis. 27 deeſt B. R. 28 ſed ratione. Dan. R. 29 ut caret. B. 30 hoc R. 31 verſum Dan. Steph. unum Voſ. 32 *concedet* al. 33 *Iola* V. *Iolla* B. Voſ. R. 34 quod Voſ.

Perditus, & liquidis inmiſi fontibus apros.
Quem fugis, ah demens? habitarunt Dî quoque ſilvas,
Dardaniuſque Paris. Pallas, quas condidit, arces
Ipſa colat: nobis placeant ante omnia ſilvae.
Torva leaena lupum ſequitur: lupus ipſe capellam:

Flo-

SERVII.

59. Fontibus apros. Qui puros fontes coenoſos efficiunt.

60. Quem fugis ah demens? Iterum per phantaſiam quaſi ad praeſentem loquitur: & quaſi ille dixiſſet *ſylvas*, hic infert: Habitarunt dii quoque sylvas, Dardaniusque Paris. [35] Et Paris habitavit ſylvas, qui de Dearum pulchritudine judicavit.

61. Pallas quas condidit arces, ipsa colat. Ideo Dea [36] arcium Minerva dicitur, quia de capite Jovis nata eſt: ſed quia dea eſt artium, & ingenii, ideo iſta finguntur. Nihil enim excellentius eſt ingenio: quippe quo reguntur univerſa.

63. Torva leaena lupum. Theocriti ſunt iſti verſus: [37] *ἁ αἲξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει, ἁ γέρανος τ' ἄροτρον, ἐγὼ δ' ἐπὶ τὶν μεμάνημαι.* Et bene ſe revocat ad ruſticas comparationes: pene enim fuerat lapſus, dicendo: Pallas quas condidit arces. *Leaena* autem dictum eſt, ſicut *dracaena*. Et quod ait: Torva leaena lupum sequitur: verum eſt: Nam neceſſe eſt, ut, veniente lupo, adventus agnoſcatur leonis.

PHILARGYRII.

63. Torva leaena &c. Hoc nomen, licet veteres Latinum negent, auctoritate tamen valet. Dicebant enim *leonem* maſculum & feminam, ut Plautus in Vidularia: *Nam audivi feminam ego leonem ſemel parire.* Cic. de Gloria lib. II. ſic ait: *Statuerunt* [37*] *aeream leaenam.* Leam vero Varro ad Ciceronem dicit, lib. III. *Sicut nocet panthera & lea.*

VARIORUM.

Quaeſo, quid de te tantum meruiſti? eheu.

Eheu hic eſſe iambum, notius eſt, quam ut ulla egeat comprobatione. Iambum autem, Quinctiliano auctore, non recipit Herous. JO. MUSONIUS. Parrhaſ. & Venet. etiam *Heu, heu*, & in Venet. Edd. invenit Maittaire. & forte ita ubique ſcribendum, ubi prima ſyllaba in *Eheu* producitur. Certe in multis veterum locis ita exhibent codices, ubi nunc *eheu* legitur. ſic apud Propertium II. XIX. 22. & 23. *Heu, heu* eſt in tribus ſcriptis, & in pluribus Ovidianis, ut I. Art. 176. III. Met. 495. 496. II. ex Pont. X. 30. & in Tibull. I. IV. 8. teſte Broukhuſ. & apud eumdem II. III. 2. *Ferreus eſt heu, heu*, in pleriſque eſſe teſtatur Achil. Statius, & exhibet Corvini codex, & ita capio illa Servii ad II. Aen. 69. qui dicit, *interdum duas ſyllabas fieri propter metrum*, quod τῷ *eheu* convenire nequit, quia prima corripitur. non audiendus ergo erat Modius, qui apud Silium lib. XI. 212. volebat,

Poſt Paullum, poſt Flaminium componimur eheu.

quum codices & Edd. priſcae habeant *heu, heu.* ſic & apud Claudian. II. in Rufin. 49. *Eheu quam brevibus* &c. editur, quum codices cum prima editione habeant *heu, heu.* Multum ergo debemus Muſonio, etſi nemo fere ei obtemperavit, qui librariorum hoc peccatum emendavit. BURM.

59. Inmisi. *Immiſit* Parrhaſ.

59. Perditus. *Proditus* quartus Moreti. *perditis* Lutat. ad Stat. VII. Theb. 228. ſed *perditus* amore ſcilicet, & ut gloſſa Regii Cod. deceptus & amens. ut inf. VIII. Ecl. 88. *Perdita.* Vid. ad Nemeſ. IV. Ecl. 30. BURM.

60. Quem fugis. *Quam fugis* ſecundus Menagii, ſed VI. Aen. 466. *Quem fugis.* *a* etiam pro *ah* multi. quidam *ha*, ut inf. ỷ. 69. & fere ſemper ita in hac particula librarii variarunt. v. ad Ecl. I. 15. BURM.

61 Pallas, quas condidit, arces. In verbis Servii Maſvicius credebat aliquid hiulci, ideo edidit *ſed & quia dea arcium.* Quaſi hoc diverſam a prioribus nobis opinionem daret. *&* vero Regio & omnibus deeſt, & recte. nam Minerva dici-

[35] Et Lamis Voſ. vel Paris V. [36] artium Steph. Dan. [37] Graeca deſunt Steph. Dan. &c. S. V. R. Voſ. [37*] *Gloria Leaena* al. *Leaenae* Commel. *Statua erat Gloriae Leaena* Barth. Adv. XXV. ult.

Florentem cytiſum ſequitur laſciva capella:
Te Corydon, o Alexi. trahit ſua quemque voluptas.
Adſpice, aratra jugo referunt ſuſpenſa juvenci,
Et ſol creſcentis decedens duplicat umbras:
Me tamen urit amor: quis enim modus adſit amori?

Ah

SERVII.

64. [[38] CYTISUS. Herba eſt. LASCIVA. Voluptuoſa & deſidioſa].

65. TE CORIDON, O ALEXI. *Don o a*, antibacchius eſt: ſed *o* brevis fit: quia vocalis vocalem ſequitur. ſic Homerus: *πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν*.

65. TRAHIT SUA QUEMQUE VOLUPTAS. [39] Notatur a Criticis, quod hanc ſententiam dederit ruſtico, ſupra bucolici carminis legem, aut poſſibilitatem. [[40] Excuſari tamen poteſt, quia ſententia vulgata eſt; ut Terentius in Andria I. Act. Sc. I. dat Servo: *Ne quid nimis.*]

66. ARATRA JUGO REFERUNT SUSPENSA JUVENCI. Horatius Epod. II. 63. *Videre feſſos* [41] *vomerem verſum Boves, collo trahentes languido.* Et hoc vult dicere, Omnia, excepto amore, finiuntur.

67. ET SOL CRESCENTEIS DECEDENS DUPLICAT UMBRAS. Variavit: nam ait ſupra I. 64. *Majoreſque cadunt altis de montibus umbrae.* DUPLICAT autem, auget: Salluſtius lib. VI. Hiſt. *Et Marius victus duplicaverat bellum.*

68. ME TAMEN URIT AMOR. Cum jam calor ſit Solis exhauſtus.

VARIORUM.

dicitur arcium dea, quia Jovis de capite eſt nata. ſed (cauſam reddit cur) quia dea eſt artium &c. iſta finguntur. quia nimirum caput eſt arx corporis. Ser. Sam. Cap. I. ℣. 13.

Principio celſa de corporis arce loquamur.

Ubi videri poſſunt adnotata. ſic *ἀκρόπολις* dicitur Plutarch. in Sympoſ. III. I. BURM.

62. IPSA COLAT. *Colit* unus Heinſii & Francii. *colere* vero eſt inhabitare ut Juv. III, 193. *nos urbem colimus.* BURM.

64. FLORENTEM. Hic verſus deſiderabatur in Veneto & Rottendorphio ſecundo.

65. TRAHIT SUA QUEMQUE VOLUPTAS. Quia *ſequitur Leaena Lupum* modo dixit Poëta. Donatus ad Terent. Phorm. I. II. 36. *voluptatem* hic de amore aut libidine recte interpretatur, ut taurus ſequitur buculam, aries ovem. Vid. ad Petron. cap. LXXXI. & Sabini Epiſt. I. ℣. 80. ſic *ſectari matronam* Horat. I. Sat. II. 78. ubi Torrentius videndus, ut & Paſſerat. ad Prop. I. II. pag. 237. qui docet eſſe verbum ſtupri: tranſiit vero hoc in proverbium, quod variis modis proverbiorum collectores extulerunt. alii *ſuam cuique rem cariſſimam.* ut Petron. cap. XV. ubi vide. & hinc paroemiographi fecerunt etiam, *ſuam cuique ſinas ſponſam, mihi meam*, & *ſuum cuique amorem, mihi meum*, quod effinxerunt ex Ciceronis ad Att. Lib. XIV. Ep. 20. ubi *ſinas* interpoſuerunt. Sed ut ſenarii fiant, legendum puto,

Suam cuique linque ſponſam, mihi meam,
Suum cuique linque amorem, mihi meum.

Quod ex vulgi ſermone ſumtum, ut & Virgilianum: aliter enim, ut recte notat Servius, jure reprehenderetur Maro, quod Ruſtico ſententias dediſſet, quod licet, ſi in ore omni populo eſſent. BURM.

66. ARATRA JUGO REFERUNT. Ut *referunt* Leid. & alii quidam. Quomodo Ecl. IV. 52. *Adſpice venturo laetentur ut omnia ſeclo.* ubi *lactantur* alii Codices. & v. 6. *Aſpice ut antrum Silveſtris raris ſparſit labruſca racemis.* X. Aen. 20. *Cernis ut inſultent*, ubi alii codices *inſultant*. *ut* enim hic valet quî, quomodo, ut VI. Aen. 77. & 780. & alibi. Vide ad Calpurn. VI. Ecl. 37. & 40. ſed omittit *ut* Scholiaſtes Horatii lib. III. Od. 6. vid. Ecl. V. 15. BURM.

67. DECEDENS. Ita Cod. Franc. & Parrhaſ. Heinſius orae adſcripſerat, Forte *deſtendens*, quod ex pr. Edit. notavit Maittaire, & Voſſian. à m. pr. habet. ſed aliter commentator Crucquianus Horatii III. Od. 6. vid. ad Ovid. Met. IV. 91. & infr. IV. Georg. 466. BURM.

70 TI-

[38] haec nota deeſt R. V. Voſ. CYTISUS aliis deeſt. [39] notabatur Steph. Dan. al. [40] deſunt al. omnibus MSS. & Edd. [41] *vomeres inverſum* V. *vomere inverſos* R. ſed ex *m*, fecerunt *in* librarii, ut centies alibi.

Ah Corydon, Corydon, quae te dementia cepit!
Semiputata tibi frondoſa vitis in ulmo eſt.
Quin tu aliquid ſaltem, potius quorum indiget uſus,
Viminibus mollique paras detexere junco?
Invenies alium, ſi te hic faſtidit, Alexin.

ECLO-

SERVII.

69. Quae te dementia cepit? Id eſt, cur amoribus vacas, cum multa ſint, quae [42] debeas in agro perficere?

70. Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est. Plus eſt, quam ſi imputata diceret: tolerabilius enim eſt non incipere aliquid, quam incoepta deſerere. Hinc eſt illud in primo ỳ. 37. *Mene incoepto deſiſtere victam?* Item in Georgicis III. 519. *Atque opere in medio defixa reliquit aratra.* Sane geminam arguit negligentiam: & quod ſemiputata vitis [43] ſit: & quod frondoſa ulmus: nam utrumque obeſt. Unde eſt in Georgicis II. 410. *Bis vitibus ingruit umbra.* Et, aut ſimpliciter intelligimus hunc locum, ut ſuam arguat negligentiam; aut certe illud eſt: Non mirum [44] me eſſe dementem, qui habeo vites ſemiputatas: nam in ſacris dicitur, quod corripiatur [45] furore, qui ſacrificaverit de vino, quod eſt de vitibus imputatis. [[46] Vel alio ſenſu; ſicut *ſemiputata vitis* tarde fructus ſuos facit, ita ego tarde adquiram gratiam Caeſaris bucolico carmine. Vult ſe intelligi Aeneidos ſcripturum Caeſari. Debuiſti perfectiora carmina componere, non ſic vilia.]

71. Quin tu. Quin immo, hortantis eſt. Quorum indiget usus. Id eſt, quae uſus ruſticus requirit. Sane & *eget illa re*, dicimus: ut, *eget ille Senatu: & eget illius rei*, [47] unde eſt *indiget*: nam & hoc [48] utrique jungitur caſui.

72. Detexere. [49] Multum texere, finire, perficere: nam *de*, modo non minuentis eſt, ſed augentis. [[50] Ea, quae viminibus & fortioribus ſunt alliganda, tu molli junco vis ligare; id eſt, amicitiam vili carmine quaeris bucolico.]

73. Invenies alium, si te hic fastidit Alexin. Alium Alexin, alium puerum [51] formoſiſſimum, qui te minime ſpernat. Et volunt quidam, [52] hoc loco eſſe allegoriam antiquam, in Auguſtum, ut intelligamus, Invenies [53] alium imperatorem, ſi te Auguſtus contemnit pro agris rogantem. [54] Sed melius eſt, ſi ſimpliciter accipimus hunc locum. Nam nihil habet, quod poſſit ad Caeſarem trahi: Illud vero paulo poſt, pene aperte dicetur in Auguſtum Caeſarem, x. Ecl. 5. *Quoniam [55] fors omnia verſat.*

PHILARGYRII.

70. Semiputata. t. f. v. *Frondoſa vitis*, Id eſt, de qua ſi quis biberit, inſanit. Sic Varus: *Et frondoſam*, inquit, *ſemiputatam queritur vitem.* Aſper: *Tarditatem queritur*, inquit, *quia ſtatim poſt vindemiam putant vites.* Vel *frondoſa vitis*, quia ajunt mente ſanos non haberi, qui ex ſemiputata vite bibunt vinum.

VARIORUM.

70. Tibi frondosa. *Tibi eſt fr. v. in ulmo* Heinſianus unus.

72. Paras. *Para*, Mentelii codex & alius & Francii.

73. Si te hic fastidit Alexis. Concinnius libri nonnulli veteres apud Pierium, *Invenies alium, ſi te hic faſtidit, Alexis*, vel *Alexim.* Quomodo ex noſtris a manu prima veterrimus Voſſianus & Moreti fragmentum. nec aliter agnoſcit Servius, dum interpretatur, *Alium Alexim, alium puerum formoſiſſimum.* Alexin quoque Mentelianus alter. ſic infra nunc *Daphnin*, nunc *Daphnim* vetuſti codices in pharmaceutria. Sed cum Cariſius Soſipater *Irim & Parim & tigrim* a Virgilio dici obſervet, nec his aut *Alexim* aut *Daphnim* ſubjungat, praeſtiterit opinor *Daphnin* & *Alexin* non mutari. Vide annotata Æneidos ſeptimo ỳ. 84. Priſcianus tamen initio hujus Eclogae *ardebat Alexim*

42 debet Steph. Dan. al 43 eſt, L. Voſ. K. 44 deeſt L. 45 favore B. 46 deſunt aliis omnibus MSS. & Ed. forte etiam *Aeneida*, vel *libros Aeneidos*, legendum. 47 inde Steph. Dan. al. 48 utroque L. Voſ. 49 perficere, finire, multum texere Steph. al. 50 deſunt aliis omnibus MSS. & Edd. 51 formoſum L. Voſ. 52 in hoc Steph. Dan. al. 53 deeſt al. 54 Melius ſimpliciter Voſſ. Steph. al. melius ſi ſimpl. V. 55 *fors* Steph. Dan. & al.

ECLOGA TERTIA.

PALAEMON.

MENALCAS. DAMOETAS. PALAEMON.

M. DIc mihi, Damoeta, cujum pecus? an Meliboei?
D. Non; verum Aegonis: nuper mihi tradidit Aegon.
M. In-

SERVII.

I. DIC MIHI, DAMOETA. [1] Tranſit in Eclogam plenam [2] litigii, & paſtoralium convitiorum. Qui enim Bucolica [3] ſcribit, curare debet ante omnia, ne ſimiles ſibi ſint eclogae: quod etiam Virgilius fecit. Nam prima habet unius otium: & alterius, qui de ſuo agro pellitur, conqueſtionem. Secunda, amantem exprimit ruſticum. Haec vero lites habet & altercationem. Unde etiam dramatico charactere ſcripta eſt: nam nuſquam poëta [4] loquitur; ſed [5] introductae tantum perſonae. Novimus autem tres characteres [6] hos eſſe dicendos: Unum, [7] exegematicum, in quo tantum poëta loquitur: ut eſt in tribus libris Georgicorum: alium, dramaticum, in quo nuſquam poëta loquitur; [8] [ſed introductae tantum perſonae]; ut eſt in comoediis & tragoediis: Tertium, [9] miſtum, ut eſt in Aeneide: nam & poëta illic, & [10] introductae perſonae loquuntur. Hos autem omnes characteres in bucolico eſſe convenit carmine: ſicut liber etiam iſte demonſtrat. Nam [11] habet illum exegematicum, in quo tantum poëta loquitur, ut II. Ecl. I. *Sicelides Muſae, paulo majora canamus.* Habet miſtum, ut Ecl. I. *Extremum hunc, Arethuſa, mihi concede laborem.* Nam etiam Gallum illic in-

VARIORUM.

xim quater agnoſcit, etſi veterrimi duo Menteliani *Alexin* illic exhibeant, quod & Marius Victorinus agnoſcit in grammatica, & Donatus in Eunuchum Terentii, & ſcholiaſtes Horatii ad Oden IX. libri IV. *Moerim* habes bis terve Ecloga nona. HEINS. *Si te faſtidit* etiam ſecundus Rottendorphius. in Editione Bucolicorum cum notis Eobani Heſſi in margine legitur, *Faſtidat*, pro *faſtidiat*, corrupta loquendi conſuetudine, ut apud Auſon. Epig. XCII. *faſtidiata* pro *faſtidita* in MSS. *Alexin* legendum docet & imitatio Theocritiana, de qua ſatis viri docti. ita *alius Camillus* Claudian. in Stil. II. 390. apud quem lib. I. 303. malim legere, *Quis Briareus alius numero creſcente lacertis:* non *alius.* & ita *quem Cephalum* dici, pro juvene Cephalo ſimillimum, vidimus ad Ovid. I. Amor. XIII. 73. BURM.

I. DIC MIHI. Objurgantis, & exprobrantis vel increpantis hoc initium truci vultu & voce: ideo ita pronuntiandum, ut Menalcas ſtatim animum ſuum inimicum erga Damoetam indicet. Vid. ad Ovid. Epiſt. XVI. 341. Donat. ad Terent. Andr. IV. I. 43. & Decemb. Polit. liter. par. 23. Brouk. ad Prop. IV. III. 23. BURM.

I. DA-

ECLOGA. Haec Ecloga inſcribitur MENALCAS, DAMOETAS, PALAEMON in pleriſque codicibus vetuſtis. HEINS. Caſtelvetrius in Operib. Criticis p. 139. multa recenſet, quae in hac ecloga Virgilius commiſerit peccata, & quibus inter partes non convenit, quae ſingula excutere notarum ratio non permiſit. BURM.

1 Tranſit L. R. Voſ. 2 jurgii 2. L. V. Voſ. R. 3 ſcripſit B. 4 ſed deeſt Steph. & reliqua deſunt ad *loquitur* in Voſ. 5 inductae L. 6 hoc eſſe dicendum L. hos deeſt Steph. Dan. al. 7 deeſt V. L. B. exegematicôn. 8 deſunt R. L. Voſ. Dan. Steph. 9 Miſtum Voſ. mixtum R. 10 inductae L. V. Voſ. 11 hic exegematicon R.

M. Infelix o ſemper, oves, pecus! ipſe Neaeram
Dum fovet, ac, ne me ſibi praeferat illa, veretur,
Hic alienus oves cuſtos bis mulget in hora:
Et ſucus pecori, & lac ſubducitur agnis.

D. Par-

SERVII.

ducit loquentem. Habet [13] dramaticum, ut in prima Ecloga: item in hac, quam miro ordine, ex rebus communibus [14] veniente, compoſuit. Habet enim in [15] ipſo quaſi primo occurſu lites & jurgia: Inde quaeritur judex, quo praeſente, [16] habeant conflictum & diſceptationem: Sequitur inde ſententia. quae univerſa [17] concludit. CUJUM PECUS. Ab amaritudine coepit: Nam dicendo, *cujum pecus*, oſtendit eum eſſe mercenarium. [[18] Eſt autem Theocriti carmen: Idyl. IV. I. Εἰπέ μοι, ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἦ ῥα Φιλώνδα; Οὐκ, ἀλλ' Αἴγωνος. *Cujum* autem antique ait, vitans ὁμοιοτέλευτον, ne diceret *cujus pecus*: quod modo trium eſt generum. Antiqui dicebant, ſicut *meus*, *mea*, *meum*, ſic *cujus*, *cuja*, *cujum*. Terentius Eun. II. III. 29. *Quid, virgo cuja eſt?*

2. NON, VERUM AEGONIS. Amare etiam [19] haec rivalis ejus pecora eſſe dicit: ut & divitias illius oſtendat; & dicat duras eſſe hujus [20] partes, ſiquidem rivalis, [21] ei traditis ovibus, ſolus amicae communis amoribus vacet. MIHI TRADIDIT. Meae fidei commiſit, & credidit.

3. [22] [INFELIX O SEMPER OVES, PECUS! Ordo eſt, *o infelix pecus ſemper ovis!* id eſt, ſemper futurum imbecille.] NEAERAM. Amicam communem ſuam & Menalcae.

4. DUM FOVET. Dum amplectitur. PRAEFERAT [23] ILLA, VERETUR. Ac ſi diceret, ideo timet ab [24] illa diſcedere: quia ſcit me praeferri, ſi ipſe diſceſſerit.

5. [[25] ALIENUS. *Alienus* dicitur quamvis fuiſſet de ipſis, & non ſit *alienus*; propter crudelitatem & avaritiam dicitur *alienus*.] BIS MULGET IN HORA. Quod vix per totum diem [26] poteſt in ovibus foecundis fieri. Nam pro laude in Georgicis III. 400. poſuit, bis ad diem [27] mulgeri oves, dicens: *Quod ſurgente die mulſere, horiſque diurnis, Nocte premunt: quod jam* [28] *tenebris & ſole cadente, Sub lucem exportant calathis.* Quid autem ſit, *Bis mulget in hora*, ipſe dicit: [29] *Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.*

VARIORUM.

1. DAMOETA. *Damaeta* Menagii ſecundus, & Mentelii primus a manu ſecunda. vid. inf. ℣. 74 *ain' Meliboei* Leid. unus.

1. CUJUM. Jam deſueta vox erat. *ſic rure loquuntur* ajebat Virgiliomaſtix. Donatus. FABER.

3. INFELIX O SEMPER, OVES, PECUS. *Oves* praeſtantiores libri apud Pierium: quod ſequor. Habet enim venuſtatis multum haec appoſitio, ut Ecloga prima, *Ite meae felix quondam pecus, ite, capellae.* quamquam *ovis* pro *oves* plurali numero poſuiſſe poteſt videri noſter. *Oves* a manu ſecunda Leidenſis. HEINS. *Ovis* Reg. Parrh. & Voſſ. Cerda perperam *pecus ovis*, capit, ut *labor Herculis* & ſimilia, ſed *oves pecus* per appoſitionem, ut *fucos pecus* IV. GEORG. 168. Vid. Heinſ. ad Claudian. Bell. Gild. BURM.

4. ILLA. *Ille* codex Leidenſis in Servii nota.

5. HIC ALIENUS OVES. *Hice' alienus* legendum monet Marius Victorinus in grammatica. Adi annotata Æneidos II, 664. *ovis* praeterea Marius Plotius libello de metris, & ſcripti potiores. HEINS. ſi *ovis* legatur, ambiguum erit, an *cuſtos ovis* ſit jungendum, & *mulget* abſolute capiendum: quare *oves* reſtitui. BURM.

5. MULGET. *Mulgit* Mentelii optimus.

6. SUCCUS. *Sucus* Regius & optimi quique codices, de quo jam ad Calpurnium V. Ecl. 107. & Samonicum 48. diximus. *& pecori ſuccus* Parrhaſ. ſed vulgatam agnoſcit Donatus ad Terent. Eunuch. II. III. 25. qui *ſucum* quaſi *ſugum* dictum vult. Unde patet, ſaltem uno *c* ſcribendum. BURM.

7. VI-

13 Dramaticon R. 14 venientem L. R. Steph. 15 ipſa V. 16 habeat B. V. 17 condidit L. 18 deſunt V. L. R. in B. tantum Graeca deſunt 19 hic L. V. R. 20 deeſt L. V. 21 ejus Dan. Steph. & al. 22 deſunt L. R. 23 ILLAE L. 24 ea al. 25 deſunt MSS. & Edd. plurimis 26 debet L. V. B. R. 27 mulgere B. 28 *a tenebris* L. 29 deeſt al.

D. Parcius iſta viris tamen objicienda memento.
Novimus & qui te, tranſverſa tuentibus hircis:
Et quo, ſed faciles, Nymphae, riſere, ſacello.

10. M.

SERVII.

7. Parcius. Melius hic diſtinguitur: licet poſſit dici etiam, *parcius iſta*. Senſus autem eſt: Noli valde haec objicere; tamen ſcias viris [30] fortibus objiciendas rapinas. Ipſe enim ait [31] in VII. 49. *Convectare juvat praedas, & vivere rapto.*

8. Novimus et qui te. [32] Subaudi, corruperint: quod ſuppreſſit verecunde: licet Theocritus aperte ipſam turpitudinem ponat & exprimat. [33] Ἢ οὐ μέμνασ' ὅτ' ἐγώ τυ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς εὖ πόκα κιγκλίζευ. [34] Figura haec eſt brevitatis per detractionem; non tamen ἀποσιώπησις, ut in IX. 3. ait Quintilianus: nam in ἀποσιωπήσει quid taceatur eſt incertum, aut longiore ſermone explicandum: hic unum verbum, & manifeſtum quidem deſideratur. Porro *faciles Nymphae*, clementes, [35] te pro tua turpitudine non punientes.]

8. Transversa tuentibus Hircis. *Hircos*, Id eſt, capros: libidinoſa conſtat eſſe animalia. Unde Horatius: Epod. x. 23. *Libidinoſus immolabitur caper, & agna, tempeſtatibus.* Quod etiam Plinius Secundus dicit: [36] *Hirci, ſi caſu* [37] *aliquos coeuntes vident, adeo indignantur, ut in eos pene impetum faciant.* Hinc eſt: *Tranſverſa tuentibus hircis*, id eſt veſtram turpitudinem indignantibus. Alii hoc improbant, & legunt *hirquis*. *Hirqui* autem ſunt oculorum anguli, ſecundum Suetonium Tranquillum, in Vitiis corporalibus; ut ſit ſenſus: *Novimus, qui te* [38] *corruperint, hirquis tranſverſa tuentibus*: [39] ut ſit Hypallage, pro oculis in hirquos retortis: quam rem ſolet libido perficere. Unde Juvenalis, VII. 24. *Oculoſque in fine trementes.* Perſius: I. 8. [40] *Patranti fractus ocello.* Sed faciles Nymphae risere. Ideo, inquit, indulſere Nymphae; quia mites ſunt & exorabiles. Sic in Georgicis: IV. 535. *Et faciles venerare Napaeas.*

9. Sacello. Id eſt, in [41] loco ſacro: nam diminutive dictum eſt.

PHILARGYRII.

9. Transversa tuentibus hircis. Legitur & *hirquis*, id eſt, oculis, [42] acuminibus languentibus ac udis, non ignorante populo. Juvenalis: *oculoſque in fine trementes.* Perſius: *patranti fractus ocello.*

VARIORUM.

7. Viris. Matius lib. I. Opinionum cap. 2. capit, quaſi diceret *objicienda a viris*, id eſt ab illis, qui ſunt puri & moribus & exiſtimatione integri, non a te polluto & turpi libidine infami. Parrhaſ. ut erat in Leid. & Regio Cod. diſtinguebat, *Parcius: iſta*, ut & Servius faciebat. Ego ſequor vulgatam diſtinctionem, ut ita exprobret mollitiem adverſario, qui ut mulier patiebatur. *viris* de Aegone & Damone capit Caſtelvetrius in Oper. Crit. p. 146. quos viros eſſe, non molles & effeminatos, indicat, neque decere turpem & ignavum Damaetam hoc objicere viris. BURM.

8. Hirquis. Emendandus Marcianus Capella libro I. de Hercule p. 21. Ed. Grot. *Dehinc quidam roboris inauditi & ſemper exſtirpandis adverſitatibus praeparatus. Sed ejus miros lacertos rictuſque Cleoneos limis Juno cernebat: quis inter eos decernentes feminae.* forte *toros lacertoſos*; ſic ſupra eodem libro de Mercurio, *praeſertim, quod palaeſtra crebriſque diſcurſibus exercitum corpus lacertoſis, in juvenilis roboris excellentiam, Jovis renidebat.* dein ſcribe, *limis Juno cernebat hirquis. Inter eos decentes feminae*: nec *rictus Cleoneos* ſollicitari velim a viro magno. nam ſic paſſim Poëtae. *Hiatu Cleonaeo tempora cluſus Alcides.* Val. Flacco. Lib. I. 34. HEINS. *Hirquis* Donat. ad Terent. Hecyr. V. II. 6. & Quinct. IX. 3. *Hircis* Macrob. IV. 6. Alciatus lib. IV. Parerg. 26. de veris hircis capit, qui, licet libidinoſiſſimi, tamen erubeſcerent, rectis oculis inſpicere, ſed potius tranſverſim intuerentur. Nec diſſentit Vincent. Alſarius lib. I. Ephem. cap. 3. qui de

30 deeſt L. 31 in noco al. 32 Subaudis corruperint Voſ. V. R. Subaudis qui te cor L. corruperunt. 33 Graeca deſunt R. Voſ. V. L. 34 Figura haec ad finem notae deſunt aliis, ſed ultima porro al. corripuerunt al. habet L. 35 & L. 36 id circo ſi B. L. V. R. Voſ. 37 aliquo B. L. V. R. Voſ. 38 *corruperit* Steph. Dan. & alii. 39 & eſt Dan. Steph. & al. 40 *Patrantis fractus ocellos* Voſ. 41 deeſt loco aliis: in quodam ſacro loco Steph. & al. credo additum ab aliquo, qui ignorabat *ſacrum* dici pro quovis loco ſacrato. *&c.* Diis vid. ad. Gratii Cyneg. 484. quae diximus. BURM. 42 ac humilibus & languentibus oculis, non Commel. Cannegiet ad Avian. Fab. XIII. corrigit etiam *contremiſcente popula*, vel *non rotante pupula*.

M. Tum, credo, quum me arbuſtum videre Myconis,
Atque mala vitis incidere falce, novellas.
D. Aut hîc ad veteres fagos, quum Daphnidis arcum

Fre-

SERVII.

10. TUM CREDO. Et ruſtice, & naturaliter reſpondet: non enim ante purgat objecta; ſed alia objicit. Ita enim irati facere conſueverunt, cum, aut non[43] potuerint, aut noluerint, objecta diſſolvere.

11. MALA FALCE. [44] Qua tu male uteris. Et dictum eſt ex affectu utentis, ſicut II. 510. *Inutile ferrum Cingitur*. In hoc autem maximum [45] nefas eſt, quod ait, *vites novellas*, [46] quia vetulae & cum utilitate inciduntur. Fuerat autem capitale ſupplicium arbores alienas incidere. Et ARBUSTUM, quidam locum, in quo arbores ſunt, volunt accipere; ſicut *ſalictum*.

12. ARCUM, ET CALAMOS. [47] [Rurſus & iſte ruſticus diſcrimen objicit. Et eſt ſenſus, quaſi dicat. Aut forte quum te vidi, quum fregiſti arcum & calamos Daphnidis, id eſt, alterius paſtoris, ut videlicet ei malitiam ſimul & invidiam objiciat.] Nam habent arma paſtores: ut in Georgicis docuit III. 345. *Armaque, Amycleumque canem, Creſſaſque pharetras*.

VARIORUM.

de pudore explicat, qui prohibet vultum tollere & oculos. qui & ſub *qui te* ſubintelligit *corruperunt*. ſed debent ſua Servio. Gloſſ. Reg. Cod. *Stupraverunt*. an vero ſit ellipſis ſive defectus verbi, an apoſiopeſis, videndus Quinctil. d. l. & Voſſ. lib. v. Inſtit. Orat. Cap. VI. §. 5. quam logomachiam eſſe cenſet Daviſius ad Ciceronis III. Tuſcul. Diſp. 18. Ed. pr. multis etiam & egregie agit de hoc loco Cannegiet. ad Aviani Fab. XIII. ubi,

Aſt ubi ſubmiſſa meditantem irrumpere fronte
Obvius obliquo terruit ore caper.

Cui in explicatione hujus loci Virgiliani de *hircis* facile accedo, ſed Avianum non de oculis Hirci agere puto, ſed per *os* intelligere totum ejus caput, quod caper obliquat, ut irrumpentem taurum excipiat obliquo ictu, & cornibus in eum ſtrictis, & directis, ut ita ſolent obliquos ictus cornutis & dentatis animalibus adſcribere Poëtae. Ut verri *obliquum ictum* tribuit Horat. III. Od. 22. quae verba Horatii adfert Lutatius ad illa Statii VIII. Theb. 592. de Apro, *in latus iras frangente*, explicanda. ſic & Ovid. IV. Epiſt. 104. *Obliquo dente timendus Aper*. Vide & eumdem Stat. XI. Theb. 450. & Ovid. VII. Met. 757. & X. 712. & Juvenal. VI. Sat. 483. & quos non? denique *transverſa tueri* dixit & Val. Fl. II. 145. ubi vide notas. BURM.

9. FACILES. De clementia explicant: ſed ego de facilitate, qua ſe praeberent aliis, qui ridebant paſtores libidine perverſa uti, quum poſſent faciles Nymphas corrumpere & potiri. Ut ita Nimpharum libidinem tangat, ut ſaepe etiam Ovidium illis occulte exprobrare vidimus laſciviam: vid. ad II. Met. 452. *faciles Naiadas* eo ſenſu Nemeſian. Cyneg. ỳ. 94. ubi vide notas. Gudius vero ad Calpur. I. Ecl. 15. in ipſo ſacello Fauni admiſſum hoc propudium intelligebat. BURM.

10. VIDERE. Caſtelvetrius putat referri ad eos, quos antea dixerat Damoetas ſe noviſſe. Vel ad hircos, ſed *videre* ſcilicet homines, viri quicumque, ut ſolent loqui. vid. III. Aen. 106. IX. 86. ubi Servius hoc notat, & paſſim. BURM.

11. MALA FALCE. Non qua male utitur, ſed non acuta vel rubigine exeſa, & obtuſa, qualis falx nocet ramis & vitibus. Columella lib. IV. de R. R. 42. *Obtuſa & hebes & mollis falx putatorem moratur.* &c. *Tum etiam plagae aſperae atque inaequales vites laedunt*. Vide reliqua; & II. Georg. 301. alii furtificam interpretantur, quod poſſit aliis locis convenire, non huic: quid enim ex novella vite furaretur, niſi frondes? ſed vaſtabat & corrumpebat vineta mala falce incidendo. Sic contra Petron. cap. XLV. *ferrum optimum daturus*, id eſt acutiſſimum, optime temperatum: & ita *calices boni*, Apulejus Met. III. pro fabrefactis, ut recte Pricaeus explicat; & exemplis illuſtrat. *incidere* vero aliud eſt quam amputare, hoc fit, ut juventur vites, & exonerentur inutilibus ramis, illud ut laedantur & quaſſentur, ut Ecl. VIII. 29.

Mopſe novas incide faces.

Von-

43 potuerunt aut noluerunt Voſ. 44 quia B. & Dan. 45 deeſt L. 46 nam Steph. Dan. al. 47 deſunt V. R. Voſ. Steph. Dan. & al. ſed in L. leguntur. 48 confregiſti L.

Fregiſti & calamos: quae tu, perverſe Menalca,
Et quum vidiſti puero donata, dolebas:
Et, ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.
M. Quid domini faciant, audent quum talia fures?
Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum
Excipere inſidiis, multum latrante Lyciſca?
Et quum clamarem: Quo nunc ſe proripit ille?

Tity-

SERVII.

13. PERVERSE MENALCA. Aut converſe ad turpitudinem: aut intelligamus, quendam fuiſſe Menalcam nobilem: ut iſtum, *perverſum Menalcam* dixerit, illius comparatione. Sic Salluſt. [48] * *Scaevus iſte Romulus.*

15. ALIQUA NOCUISSES. Id eſt, aliquatenus, aliqua [49] ratione.

16. QUID DOMINI FACIANT, AUDENT CUM TALIA FURES? Plerumque perſonae ſuis [50] nominibus exprimuntur: plerumque [51] per officia deſignantur: [52] ut ſi dicas, philoſophus, nomen ipſum ponis. Si autem velis dicere, ſapientiae operam dans, perſonam [53] exprimes per officium, ſicut hoc loco [54] fecit: Nam pro ſervo, *furem* poſuit. Furta enim ſpecialiter ſervorum ſunt. Sic Plautus de ſervo Aulul. II. 46. [55] *Homo es trium literarum.* Id eſt, fur.

17. NON EGO TE VIDI. [55] * Manifeſti enim furti arguit, dicendo, *vidi.*

18. EXCIPERE. Dolo capere: ut III. Aen. 332. *Excipit incautum inſidiis.* LATRANTE LYCISCA. [56] Lyciſcae ſunt, ut etiam Plinius dicit, canes nati ex lupis & canibus, cum inter ſe forte [57] miſcentur.

19. [[58] PRORIPIT. Ingerit, immittit. ILLE. [59] Fur.]

VARIORUM.

Vondelius vertit, quaſi *curva falce* dederit Virgilius. atqui omnes falces, etiam bonae, curvae. BURM.

12. CUM DAPHNIDIS ARCUM. Valerius Probus in Arte Grammatica *Daphnidos* agnoſcit, ubi agit de genitivis in *os* deſinentibus. quomodo *Phaſidos* & *Maeotidos* apud Lucanum, quibus exemplis illic hunc Maronis locum ſubjungit, ſic Aeneidos octavo, *Panos de more Lycaei.* ita enim ſcripſiſſe Maronem illic idem Probus, Phocas praeterea & Priſcianus teſtantur. Voſſius tamen de Analogia ait in tribus ſuis MSS. *Daphnidis* legi. HEINS.

13. QUAE TU PERVERSE. *Quae te perverſa*, Zulichem, a. m. pr. notandum vero, *quae donata*, neutrum, hic referri ad duo maſculina praecedentia *arcum* & *calamos*: de quo vide ad Quinctil. decl. CCXLII. Caſtelvetrius haec capit, quaſi donata eſſent ab ipſo Menalca, ſpe ejus potiundi, & deeſſe quaedam poſt *Menalca*: ubi diſtinguit tamquam ſententia plena, aut quae ſuppleri debet, poſtea tamen aliter explicat, quae tu Menalca cupiebas tibi donari. dubito. puto autem rectius explicari, ut exprobret illi turpem libidinem, quia Menalcas dolebat puero donata, quaſi in eum pronior eſſet Daphnis, & puerum hinc facilem colligebat, quod acceperit dona, & hinc aemulatione & invidia ſtimulatus & dolens fregit. BURM.

15. ALIQUA. *Aliquid* Venet. & Parrhas. *aliquem* Rottend. alter. forte librarius ille credidit dici *nocere aliquem*; de quo vid. ad Samonic. cap. XLVI. *& ſi non ex aliqua* Voſſ. unus ex gloſſa, quae ſubintelligi *ex* docebat. BURM.

16. QUID DOMINI FACIENT. *Faciant* duo optimi codices ex Pierianis, & ex noſtris uterque Mentelianus cum altero Menagiano, ut & Gudianus a manu prima, probe. Apud Catullum: *Quid faciant hoſtes capta crudelius urbe?* neque aliter

48 * *Suevus* R. Voſ. L. Steph. Dan. & alii. 49 narratione L. ſed ſubducta prima ſyllaba. 50 ominibus L. 51 etiam per V. L. R. Voſ. 52 ut dicas L. Steph. Dan. al. 53 exprimis al. exprimens B. 54 deeſt al. 55 *tu trium literarum homo vituperas me* Dan. Steph. 55 * Menifeſte al. 56 Lyciſct R. Voſ. vid. Vlit. ad Grat. Cyneg. 255. deeſt V. R. Voſ. 57 miſcerantur L. V. Voſ. 58 deſunt L. R. Voſ. & al. id eſt aufugit, & a conſpectu aufert, vel extat. Steph. 58 ille id eſt caper. Steph.

Tityre, coge pecus, tu poſt carecta latebas.
D. An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula, caprum?
Si neſcis, meus ille caper fuit: & mihi Damon
Ipſe fatebatur; ſed reddere poſſe negabat.
M. Cantando tu illum? aut umquam tibi fiſtula cera
Jun-

SERVII.

20. [61] [TITYRE. Alius paſtor. COGE. Id eſt, collige, & in unum redige.] POST CARECTA LATEBAS. Loca *caricis* plena. [62] *Carex* autem, herba eſt acuta, & duriſſima [63] ſparto ſimilis. Alibi, III. Georg. 231. *Et carice paſtus acuta.* Sane [64] hoc loco quidam ſuperfluam [65] volunt eſſe allegoriam, dicentes, rem nuſquam lectam de Virgilio. Ajunt enim hoc: [66] Varus, tragoediarum ſcriptor, habuit uxorem literatiſſimam: cum qua Virgilius adulterium ſolebat admittere: cui etiam dedit ſcriptam tragoediam, quam illa marito dedit, tanquam [67] a ſe ſcriptam. Hanc recitavit pro ſua [68] Varus: quam rem Virgilius dicit per allegoriam: nam tragoediae praemium caper fuerat: Horatius Art. Poet. 220. *Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.* Sed melius ſimpliciter accipimus: refutandae enim ſunt allegoriae in bucolico [69] carmine: niſi, [70] cum, ut ſupra diximus, ex aliqua agrorum perditorum neceſſitate deſcendunt.

21. [71] [AN. Pro ergo, ut Comminianus dicit.]

23. MEUS CAPER. Debitus merito victoriae.

24. REDDERE POSSE.. Scilicet, ne ſuo judicio videretur [72] eſſe ſuperatus.

25. CANTANDO TU ILLUM? Imperitus peritum. CERA JUNCTA FUIT. Supra: II. 32. *Pan primus calamos* [73] *cera conjungere plures inſtituit.*

VARIORUM.

aliter agnoſcit Nonius Marcellus prolato hoc Maronis loco in *Furtum*. Juvenalis Satyra II. 66.

- - - - - *Sed quid*
Non faciant alii, cum tu multicea ſumas.

Ita vetuſtum exemplar Rottendorphianum, quo ſum uſus. HEINS. Parrhaſ. & Ed. Ald. & Steph. *faciant* & ita in Regio a m. pr. fuiſſe videtur, ſed eraſa *a*, ſuppoſita *e*. Vid. ad Petron. XIV. & ad Ovid. XXI. Epiſt. 50. *facerent* quartus Moreti. *Quid facient Domini audent* Scalig. & Giſan. BURM.

17. NON EGO. *Nonne ego* Menag. ſecundus & in aliis ſuperſcriptum ut gloſſa. BURM.

18. LYCISCA. Utrumque Servii de Lyciſcis falſum eſſe ait Brodaeus ad Oppian. Cyneg. lib. I. pag. 93. NANSIUS. *Luciſca* Rottend. ſec. & alius. *Lycyſſa* Parrhaſ. *Luciſca* Venet: talis Hybrida eſt κροκόττας Strabonis lib. XVI. p. 775. BURM.

19. CLAMAREM. Scilicet ut furem tenerent, & ſimilia. Petron. XIV. *Magnaque vociferatione, latrones tenete, clamavit.* & CXXXVIII. *Aniculae, ſecutae fugientem, prebende furem, clamant.* Et *dum* MSS. plurimi & Editi olim. *clamorem* Venet. BURM.

20. COGE. Errantes matutino tempore greges circa meridiem ad umbras & aquam cogebantur: vid. inf. 98. ubi male Servius *in Ovilia* explicat. & Ecl. V. 24. & Georg. III. 327. & ſeqq. perperam etiam intellexit Vondelius. BURM.

20. POST CARECTA. *Poſt Sarecta* Rottendorphius ſecundus.

23. SI NESCIS. Hanc formulam illuſtravit Paſſeratius ad Propert. lib. II. Eleg. XV. pag. 303. BURM.

23. ET MIHI; *quem mihi* Rottendorphius ſecundus. Gloſſa Regii Cod. aliter explicat ac Servius *reddere*. Scilicet quia dederat nuperrime aliis, per quos ſtabat, ne redderet, ideoque differebat Damoetam. BURM.

25. AUT UMQUAM TIBI FISTULA CERA JUNCTA FUIT. *Vincta* in compluribus veterum. Sed perperam. Aliud plane eſt apud Horatium, Art. Poet.

61 deſunt L. Voſ. R. & al. 62 *Cherix* R. *Carix* L. V. Voſ. 63 aſparago al. 64 ut Servius dicit ſuper hoc loco Dan. 65 deeſt Voſ. quidam vult R. 66 Varius Voſ. 67 deeſt L. 68 Varrus Voſ. 69 Genev. & Commel. ediderant certamine, contra ac. Dan. 70 deeſt Steph. 71 deſunt R. Voſ. L. V. Steph. 72 deeſt L. 73 *ceras* L.

Juncta fuit? non tu in triviis, indocte, ſolebas
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen?
D. Vis ergo, inter nos, quid poſſit uterque, viciſſim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere foetus)
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.

M. De

SERVII.

26. IN TRIVIIS. Conſuetudo enim fuerat, ut per trivia & quadrivia ulularent, & flebile quiddam in [74] honorem Dianae [75] canerent ruſtici, ad reddendam Cereris [76] imitationem, quae raptam Proſerpinam in triviis clamore [77] requirebat. Novimus autem eandem eſſe Proſerpinam, quam Dianam: ſic in Aeneide IV. 609. *Nocturniſque Hecate triviis ululata per urbes.*

27. MISERUM CARMEN. Triſte, flebile; quale canunt ſtipulae; & quod [78] congruit ad imitationem matris orbatae.

28. VIS ERGO INTER NOS. Aut noſtri comparatione: aut, quod melius [79] eſt, nullo judice praeſente: poſtea enim ex improviſo Palaemon [80] adveniet. VICISSIM EXPERIAMUR. Id eſt, amoebaeo carmine. Amoebaeum autem [81] eſt, quoties [82] ii, qui canunt, & aequali numero verſuum utuntur; & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut majus, aut contrarium aliquid [83] dicant, ſicut [84] hic ſequentia [85] indicabunt.

29. EGO HANC VITULAM. Subdiſtingue, ut ita intelligamus, ne eam vilem exiſtimes.

30. BIS VENIT AD MULCTRAM, BINOS ALIT UBERE FOETUS. Ut eam laudare [86] ex foetu, & ex aetate videatur. Male enim quidam quaeſtionem movent, dicentes, *vitulam* parvam eſſe, nec congruere, ut eam jam enixam eſſe dicamus, ſed debere nos [88] juvencam ſubaudire, ut ſit: *Ego hanc juvencam* [89] *depono, vitulam ne forte recuſes.* Nam & vitula a viridiore aetate dicta eſt, ſicut virgo [90] & paulo poſt ipſe dicturus eſt: *Si ad vitulam* [91] *ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes.* Item: *Et vitula tu dignus, & hic.* [92] Unde juvencam ſubaudire non poſſumus: ſed ſecundum ſuperiorem ſenſum intelligamus. Vitula enim eſt nomen aetatis, non quod tantum ante partum [93] juvencae poſſideant. MULCTRAM. Et [94] foemineo genere dicimus *haec mulctra*, & neutro, [95] *hoc mulctrale.* Unde eſt in Georgicis: III. 77. *Implebunt* [96] *mulctralia vaccae.* Alii faciunt diſcretionem; ut ſit *mulctra*, tempus quo mulgentur animalia: [97] *mulctrale*, [98] vas in quod mulgentur.

31. DEPONO. In ſponſione colloco, ſequeſtro. [[99] QUO PIGNORE. Qua ſponſione; quia pignus ſponſioni eſt].

PHILARGYRII.

30. BINOS ALIT UBERE F. Si vitula eſt adhuc, quare *binos alit ubere foetus?* ſed, ut apud Terentium, *virgo* dicitur, quae peperit, ut in Adelphis IV. VIII. 10. *Puer natus: nihil habet virgo.* Sic virgo quae parit, ideo ad ſecundum partum virgo dicitur, poſtmodum mulier. Hic poſt partum *vitula* dicitur pro vacca.

VARIORUM.

Poet. 202. *Tibia orichalco vincta*: ſuperiori Ecloga. *Pan primus calamos cera conjungere plures inſtituit.* Sed & Rufinianus Rhetor de Schem. Dian. p. 37. & Priſcianus libro octavo ſtant pro vulgata lectione. Tibullus libro II. Eleg. 5. de fiſtula: *Nam calamus cera jungitur uſque minor.* Ovidius Metam. I. ℣. 711. *Atque ita diſparibus calamis compagine cerae inter ſe junctis nomen tenuiſſe puellae.* Nemeſianus Ecloga prima: *Tu calamos aptare labris & jun-*

74 honore L. V. Voſ. 75 cantarent al. 76 Heinſius volebat, initiationem. 77 requirebant L. 78 convenit al. 79 deeſt L. 80 advenit al. 81 deeſt L. 82 deeſt L. R. Voſ. hi al. 83 dicat Steph. Dan. 84 deeſt L. V. R. Voſ. 85 indicabuntur al. 86 & ex L. V. R. Voſ. 88 juvenculam R. 89 pono L. V. B. 90 ut R. Steph. Dan. & al. 91 ſpectas L. V. B. Steph. Dan. & laudas 92 unde & Steph. Dan. & al. 93 vaccae Steph. Dan. & al. vaccae poſſideat. B. 94 feminino L. V. R. Voſ. 95 mulctrare L. V. R. Voſ. 96 mulctraria L. V. R. Voſ. 97 mulctrare L. V. mulctrale in quod. 98 vas deeſt L. V. Voſ. in quo Voſ. 99 deſunt L. V. R. Voſ. Steph.

M. De grege non auſim quidquam deponere tecum:
Eſt mihi namque domi pater; eſt injuſta noverca:
Biſque die numerant ambo pecus, alter & haedos.
Verum id, quod multo tute ipſe fatebere majus,
(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, caelatum divini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis

Diffu-

SERVII.

32. DE GREGE NON AUSIM QUICQUAM DEPONERE TECUM. Supra enim eum aliena paſcere dixit animalia, ut: *Dic mihi Damoeta, cujum pecus?*

33. INJUSTA NOVERCA. Epitheton generale novercarum.

34. BISQUE DIE NUMERANT AMBO PECUS. Et dum vadit ad paſcua: & [1] dum inde revertitur. ALTER ET HAEDOS. Male quidam privignum accipiunt: *alter* enim, de duobus dicimus, non de tribus: Unde [2] alter, de noverca intelligamus. [3] Nec nos moveat, quod *alter* dixit de foemina: nam & in ſubauditione ponuntur ea, quae non poſſimus dicere, [4] & ſcimus: quia, quoties haec duo genera junguntur, [5] maſculinum praeponderet foeminino.

36. INSANIRE LIBET QUONIAM TIBI. Vel, ſub ſponſione contendere; vel, quod melius eſt, carmina componere: nam inſani dicuntur poëtae; [6] [pro mendaciis ſcilicet, variiſque, quibus vacant, fictionibus]

37. DIVINI OPUS ALCIMEDONTIS. Laus ab artifice. Cicero: [7] *Polycleti eſſe dicebant.* POCULA autem [8] FAGINA, quaſi rem maximam.

38. QUIBUS [9] TORNO FACILIS. Donatus ſic legit. Legitur tamen & *torno facili*, ad excludenda duo epitheta, quod eſt in Latinitate vitioſum, ſi ſit, *lenta facilis vitis.*

VARIORUM.

jungere cera Hortatus, idem Ecloga tertia *nulli fas, eſt inflare cicutas, Quas ego Maenaliis cera conjungo ſub antris.* Calpurn. Eclog. IV. *Jam puerum calamos & odorae vincula cerae Jungere.* HEINS. *Haud* Reg. Cod. Francii. & tres quatuorve alii, quorum quidam *haut*. Mox. *num tu* Menagii & Venetus. *victa* Mentel. pr. a m. pr.

27. MISERUM. *Miſere* unus Heinſianus. Sed *miſerum* Donat. ad Terent. Eun. I. I. 23 In Servii notis *mater orbata* intelligitur Ceres. Ramus etiam *miſerum* capi poſſe pro inepto, putat, ut ſolet eſſe mendicorum. & ita Nemeſ. Ecl. IV. 7. *nil triviale ſonans*, ubi vide Titii notas. praeterea in Servii nota pro *ad Cereris imitationem* Heinſius malebat *initiationem*. dubito an recte. BURM.

33. INJUSTA NOVERCA. Ut fere eſſe ſolent, & ſatis illuſtrarunt commentatores. vid. & II. Georg. 128. ſed & benignas fuiſſe ex aliquot inſcriptionibus oſtendit Fabrettus cap. III. p. 202. ubi inter alias una eſt, ubi legitur, NON INIUSTAE NOVERCAE. BURM.

34. BISQUE DIE. Caſtelvetrius p. 147. quater numeratum gregem credit, bis, cum totum gregem numerarent ambo, bis iterum ſeparatim, pater pecus, id eſt matres, & deinde haedos noverca. aliter ſemel, quum rediret a paſtu, numeratum gregem fuiſſe, patet ex fine Eclog. VI. *die*, dictum ut Ecl. II. 42. BURM.

35 TUTE IPSE. *Tu ipſe* pr. Ed. *tute multo* Leid.

37. ALCIMEDONTIS. *Alchymedontis* Vratiſlavienſis codex. *Alchimedontis* Parrhaſ. & Leid. *Alchimeduntis* Voſſ. pr. & ita mox *Alchidamos* Parrhaſ.

38. TORNO FACILI. Si Salmaſio credimus, duplex dativus erit. ridiculum. facili, id eſt, ſequaci, quo quidvis exprimas: neſcit ille quid torno queat fieri. ſed eo nihil non figurarum exprimitur. itaque

fa-

1 cum L. V. R. Voſ. Steph. 2 alterum L. 3 ne B. 4 deeſt B. R. 5 foemininum non praep. V. B. R. foem. n. praeponunt L. non ponderat. Voſ. 6 deſunt R. Voſ. Dan. Steph. quia ſunt divino furore conciti. al. 7 *Policliti* R. Voſ. 8 FAGINEA V. 9 STERNO. L.

Diffuſos edera veſtit pallente corymbos.
In medio duo ſigna, Conon: & quis fuit alter?
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem:
Tempora quae meſſor, quae curvus arator haberet:
Necdum illis labra admovi, ſed condita ſervo.

D. Et

SERVII.

39. CORYMBOS. Uvas hederarum.

40. CONON. Dux fuit, cujus nomen dicit; quia in omnium ore verſatur: [10] nam Philoſophi [11] tacet, quod non facile poteſt ad ruſticum pervenire: & bene ea [12] dicit Philoſophi, quae ad ruſticum pertinent, ut: *Tempora quae meſſor, quae curvus arator haberet.*

41. RADIO. Id eſt, virga philoſophorum, [13] qua Geometrae lineas indicant. Inventa autem haec eſt ars, tempore, quo Nilus, plus aequo creſcens, [14] confudit terminos poſſeſſionum: ad quos innovandos adhibiti ſunt philoſophi, qui lineis diviſerunt agros: [15] inde [16] Geometrica dicitur: cum non tantum terrae, ſed & maris, & coeli, & aëris ſpatia metiri conſueverit. Significat autem aut Aratum, aut [17] Ptolemaeum, aut Eudoxum.

43. NECDUM ILLIS LABRA ADMOVI. Hypallage [18] eſt: pocula enim labris adhibemus, ut III. Aen. 61. *Dare claſſibus auſtros.* Et tantam in eis dicit venerationem, ut necdum illis uſus [19] fuerit.

PHILARGYRII.

39. DIFFUSOS HEDERA, &c. Legitur & AEDERA, ab aerendo arboribus, & ſine aſpiratione dici decet.

VARIORUM.

facili ſignificat ſequaci, ἐπακολούθῳ. FABER.

38. LENTA QUIBUS TORNO FACILI. Ita cum ſcriptis exemplaribus Servius. Donatus *torno facilis*, quod, etſi Obertus Giphanius Indicis Lucretiani titulo *de epithetis geminatis* eſt amplexus inter alios, ut & vir ſummus Gerardus Johannes Voſſius de Conſtructione cap. II. mihi tamen nequaquam probatur; & homines Eruditi non advertere κακοφωνίαν τοῦ *facilis vitis*. HEINS. *Facilis* fuit a prima Virgilii manu, ſed poſtea emendavit *facili*, teſte Servio ad II. Aen. 592. & hinc manſit in quibuſdam exemplaribus *facilis*, ut in Menteliano & Menagiano prioribus. Sed praeterquam quod duplex epitheton non conveniat, *lenta* & *facilis*, vitis *facilis*, idem notaret, quod flexilis, ut facile, in quam velis partem poſſit flecti, quae rigidis & duris aliarum arborum truncis & ramis opponitur. Sed *facilis tornus* hic exprimit artificis excellentiam, qui molle & tenerum opus facili manu elaboravit. Vid. ad Ovid. I. Art. Am. 160. mox *molli acantho* eodem ſenſu dixit. ſic in muſica dicit Ovid. II. Am. IV. 28.

Haec quia dulce canit, flectitque facillima vocem,

An vero recte Salmaſius duplex hic opus, tornum & caelaturam in eodem poculo fuiſſe cenſeat, non dijudico: vid. eum in Exerc. Plin. p. 735. & ſeqq. non tamen alienus ſum ab ejus opinione, ut lenta vitis caelata fuerit, quae facili torno, quo poculum teres & arte ſumma rotundatum erat, fuit ſuperaddita. Ita ut non materies fuerit ſuperaddita materiei. nec *tornus* capiatur pro materia tornata, ut Ruaeus cavillatur, ſed in eadem materia duplex ars fuerit inſignis, tornus in poculi figura, caelatura in vite caelo expreſſa. nam vocat *caelatum opus*, cui praeter facilem tornum, id eſt tornationem, ſuperaddita fuit lenta vitis. Sed tunc *torno facili* dativi caſus eſſe deberet, cui caelata vitis eſſet ſuperaddita. quod tamen durius videtur, quum τὸ *quibus* videatur repugnare: & dura etiam eſſet appoſitio, quibus poculis, torno facili, id eſt tornatis, ſuperaddita vitis. quare haec aliis relinquo. *Toreumata* vero differre a *tornatis* ſatis viri docti docuere: & τορεύματα eſſe caelata, τορνευτὰ tornata. & ita Plinius XXXVI. 26. *aliud torno teritur, aliud argenti modo caelatur.* Sed haec jam alii occuparunt. Pretium vero hujus poculi inde auget, quia utramque artem

10 nam nomen Ph. L. 11 tacent Dan. 12 dicunt L. al. 13 quam Geometriae B. quae Geometriae R. 14 confundit L. 15 deeſt fere omnibus 16 Geometria al. Geometrica autem V. Voſ. 17 qui potuit Virgilius Ptolemaeum, qui diu poſt illum vixit, ſignificare, niſi aliquis antiquior fuerit eo nomine Gloſſ. Regii Cod. Eudoxum Platonis diſcipulum, vel Aratum vel Ptolemaeum etiam intelligit. BURM. 18 deeſt Dan. Steph. 19 ſit L.

Digitized by Google

D. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit:
Et molli circum eſt anſas amplexus acantho:
Orpheaque in medio poſuit: ſilvaſque ſequentis.
Necdum illis labra admovi, ſed condita ſervo.
Si ad vitulam ſpectas, nihil eſt quod pocula laudes.

M. Num-

SERVII.

44. Idem Alcimedon. Irriſio eſt, facta iteratione verborum: & mire omnia in vituperationem trahit, quae ille laudavit. Et nobis fecit. Ac ſi diceret: Putas te ſolum habere pocula? cui enim Alcimedon non fecit? Tu pro reverentia ea non [20] tangis: ſed ego ideo, quia vilia exiſtimo.

45. Molli Acantho. [21] [Genus eſt floris:] quia ille dixerat, *lenta vitis*.

46. Sylvasque sequentes. Non ſecutas: ſed quaſi adhuc ſequentes. [22] [ut peritiam artificis laudet.]

VARIORUM.

artem exhibebat. quod vero *fragilis* in aliis codicibus reperitur, ex ſollemni confuſione harum vocum ortum. Vid. ad Ovid xv. Met. 169. BURM.

39. Pallente. *Palante* ſecundus Rottendorphius & quartus Moreti. Vid. Ecl. II. 47. BURM.

42. Arator haberet. *Haberet arator* quartus Moreti & Zulich.

43. Necdum illis labra admovi. Servius hic hypallagen agnoſcit, quia pocula labris admovemus, non labra poculis. Acumen vere grammaticum: utrumque enim recte & cum ratione dici poteſt. ſic *manus admovere*, de quo ad Ovid. I. Art. Am. 605. *admovere aurem* Terent. Heaut. v. 6. Propert. III. II. 5. *Parvaque tam magnis admoram fontibus ora.* talis reciprocus loquendi modus Ecl. II. 34. *calamo triviſſe labellum*, ubi & potuiſſet dicere *calamum triviſſe labello*, quod certe ſaepius altero accidere ſolet, ut & in poculis, quae deteruntur uſu longo, non vero labra: ideoque dicit, ſe nondum admoviſſe labra, ne detrita crederet, ſed ſe ſervaſſe intacta & integra, ita ut a manu artificis exierint. Vide & de ſimili locutione infr. ad Ecl. IX. 20. Eodem modo dicuntur homines admoveri locis, ad quae adpropinquant, ut centies *admovere exercitum urbi*, occurrit, ſed etiam ipſa loca admoveri dicuntur, ad quae accedunt homines. vid. Gronov. Diat. Stat. cap. XL. pag. 258. ſic Lucanus VI. 180.

Ut primum tumulo creſcente cadavera murum
Admovere ſolo

Ubi *aequavere*, ut quidam codices, eſt gloſſatoris, quia hoc obvium erat. ſed nullus librarius, ſi *aequavere* reperiſſet, repoſuiſſet *admovere*, cujus verbi vis & uſus ipſi latebant. ſic apud Curtium *moles & aggeris latitudo admovebatur urbi* lib. IV. II. 21. quod recte & eleganter dictum minime ſollicitari debuit. nam admota omnia & res & loca dicuntur vicina & inſtantia. vid. Oudend. ad Lucan. VII. 50. BURM.

45. Molli Acantho: Antiquus Scholiaſtes Statii ad lib. VI. 64. a Barthio adductus, dicit Virgilium herbam peregrinam Acanthum *mollem* vocare, unde Barth. colligit eum in Statii verſu, pro

Medio Linus intertextus acantho.

legiſſe *molli*. ſed Scholiaſtes non cepit vim *mollis*; forte confundens *mollem acanthum* cum *molli herba* verſu 55. ſed *mollis* hic artificis facilem & levem manum notat. ut VI. Aen. 647. vid. ad Val. Fl. VI. 233. *aniſas* Mentel. pr. *auxas* Franc. BURM.

46. Silvasque sequentes. *Sequaces* alter Rottendorphianus. ſic *capreae ſequaces* Georgicon ſecundo 374. quarto 230. *fumi ſequaces*. *Maleae ſequaces undae* Aeneidos quinto 193. octavo, 430. *flammae ſequaces*. *Latio dare terga ſequaci* libro decimo 365. *hederae ſequaces* apud Perſium prologo. *telum ſequax* apud Silium libro XV. Diximus nonnihil curis ſecundis ad Metamorphoſes Naſonis libro XI. ✝. 2. ubi in veterrimo codice *ſaxa ſequacia* legebantur de Orpheo canente. HEINS. Ita & *loquentes* & *loquaces* legitur infr. Ecl. VIII. 22.

20 tangis ideo quia vilia eſſe exiſtimo L. ſed ego vilia eſſe ex. R. vilia eſſe etiam Voſ. & alii fere omnes. tangis ego ideo Steph. Dan. 21 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. 22 deſunt L. V. R. Voſ. ſequentes, quae motae ſunt illius cantu etiam, ut peritiam &c. C.

M. Numquam hodie effugies: veniam, quocumque vocaris.
Audiat haec tantum, vel qui venit: ecce, Palaemon.
Efficiam poſthac, ne quemquam voce laceſſas.
D. Quin age, ſiquid habes, in me mora non erit ulla:
Nec quemquam fugio: tantum, vicine Palaemon,
Senſibus haec imis (res eſt non parva) reponas.
P. Dicite: quandoquidem in molli conſedimus herba.

Et

SERVII.

49. NUNQUAM HODIE EFFUGIES. *Ac ſi diceret*, Ne contendas, excuſationes requiris: non, quia vilia aeſtimas pocula. VENIAM. Deſcendam.

50. AUDIAT HAEC TANTUM. [23] Subaudi, aliquis. *Tantum* autem [24] ideo, quia ſuſpicatur eum victum non poſſe cedere, [25] qui ita etiam ante certamen eſt contumax. VEL QUI. Quaſi requirentis eſt; cum ſubito Palaemon [26] adveniat. Alii diſtinguunt: *vel qui venit*. Bene autem dubitat: ne eum ipſe immiſiſſe videatur, & ſit credibile, quod ad ejus [27] judicet gratiam. Hoc etiam [28] Damoetas ſentiens, dicit. NEC QUENQUAM FUGIO. Id eſt, [29] conſentio etiam ad edititium judicem: Edititius autem judex eſt, quem una pars eligit. [30] Cicero pro Planco Cap. xv. *Neque enim quidquam aliud in hac lege niſi Edititios judices ſequutus.*

53. VICINE PALAEMON. Benevolum reddit ex vicinitatis commemoratione. Terentius Heaut. I. I. *Vel virtus me tua, vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitiae puto.*

VARIORUM.

22. ſed *ſequentes* magis artificium exprimit, quaſi viderentur vere Orphea ſequi, non *ſequaces* natura ſua: hinc enim in Orpheo nihil praecipui diceret: ſed quum natura ſua ſtent radicibus ſuis firmae & rigidae, Orphea contra naturam ſuam ſequentes fecit Alcimedon. ſic Pomp. Mela lib. II. 2. *canentem Orphea ſecuta narrantur nemora.* BURM.

48. SI AD VITULAM SPECTES. *Spectas* omnes noſtri, uno Leidenſi & altero Rottendorphiano exceptis, quod placet. accedit noſtris Mediceus veterrimus Pierii; ſed & *pocula laudas* in compluribus, quod poſterius parum probatur mihi. HEINS. *Quo pocula laudas* Menagianus prior. *cur. p. laudes* Venetus. ego ita conſtruo, *ſi pocula ſpectas ad vitulam nihil eſt quod ea laudas*: *ad* enim inſervit comparationi. ut Terent. Eun. II. III. 6. *ſed nihil ad noſtram.* Vide Barth. ad Gratii Cyneg. 211. *ſpectare* vero eſt, exigere, examinare ut Iuſtin. II. 10. *ſi regem ſpectas.* Vide ad Ovid. III. Amor. II. 28. & IX. Aen. 235. *laudes* vero tueri locum poteſt. Ita enim Cicero I. de Nat. Deor. 7. *ſi liber Antonii vera loquitur, nihil eſt quod Piſonem deſideres.* BURM.

49. NUMQUAM HODIE. *Non hodie*, Zulichemianus. Male. Vid. II. Aen. 670.

50. AUDIAT, *Audeat h. t. v. q. v. ipſe Palaemon* Moreti quartus. *Audiat haec tantum, vel qui? venit ecce Palaemon* Palat. & Regius. ut ita dum loquitur; & vellet ad *vel qui* addere aliquid, medio in ſermone, videns Palaemonem advenientem, dixerit, *venit ecce Palaemon.* *Audiat haec aliquis* Venet. & Parrh. qui & habet *vel quis.* BURM.

51 VOCE. Hic non de cantu, ut Ecl. v. 48. ſed ſimpliciter de verbis & conviciis capit Caſtelvetrius.

52. SIQUID HABES. *Siquid agis*, legit Lambinus ad Plauti Caſin. IV. I. 7. ſed ita ſaepe alii. Horat. I. Od. 27. *Quidquid habes, age depone tutis auribus* & ſaepe Terentius, & noſter infr. Ec. IX. 32. *Incipe ſiquid habes* & infr. Ecl. v. 11. *habes* etiam agnoſcit Plotius de metris pag. 263. gloſſator Regii cod. expoſuit, ſi quid potes. BURM.

55. IN MOLLI. *In* deeſt Leidenſibus duobus

&

23 Subaudis L. V. R. Voſ. 24 deeſt Steph. Dan. & al. 25 quia L. 26 venit Steph. Dan. al. deeſt. L. R. 27 videlicet L. 28 Menalcas V. Voſ. R. 29 conſentio ad eum judicem, quem tu eligis, reliquis omiſſis. Dan. 30 deſunt Voſ. R. V. L. Steph.

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent ſilvae: nunc formoſiſſimus annus.
Incipe, Damoeta: tu deinde ſequêre, Menalca.
Alternis dicetis: amant alterna Camoenae.
D. Ab Jove principium Muſae: Jovis omnia plena:
Ille colit terras: illi mea carmina curae.
M. Et me Phoebus amat: Phoebo ſua ſemper apud me

Mune-

SERVII.

56. ET NUNC OMNIS AGER, NUNC OMNIS PARTURIT ARBOS. Ipſe alibi II. Georg. 330. *Parturit almus ager.* Sane bene [31] ſubdidit: NUNC FRONDENT SYLVAE, referens ad arbores ſteriles: nam *parturiunt* de pomiferis dicimus. Vult autem tempus exprimere, quo & deliciae ſunt in agris, & ruſtici minus laborant: ut ſit duplex ad cantilenam invitatio.

59. ALTERNIS DICETIS. Quia quaſi iratus fuerat, quod Damoetae [32] prior locus dabatur. [33] idcirco ait, *alternis dicetis*: in Amoebaeo enim carmine difficilior pars reſpondentis eſt, qui non pro ſuo arbitrio aliquid dicit, ſed aut majorem aut contrariam format reſponſionem: ut diximus ſupra. CAMOENAE. Muſae, quibus a cantu nomen eſt inditum.

60. AB JOVE PRINCIPIUM MUSAE. Vel, Muſae meae ab Jove eſt principium: vel, O Muſae, ſumamus ab Jove principium. Eſt autem [34] Arati, qui ait: Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τ̃ ὐδὲ ποτ' ἄνδρες ἐῶμεν Ἄῤῥητον; [35] [μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα, Καὶ λιμένες· πάντῃ δὲ Διὸς [36] πεπλήσμεθα πάντες.] JOVIS OMNIA PLENA. Lucanus: IX. 580. *Juppiter eſt quodcunque* [37] [*vides, quocunque*] *moveris.* Ipſe alibi, VI. Aen. 716. *Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus Mens agitat molem.* Ipſe enim eſt ſpiritus, ſine quo nihil movetur aut regitur.

61. COLIT TERRAS. Amat. Caeterum, ſuperior colitur, non colit [38] inferiorem. Sic alibi I. Aen. 15. *Unam poſthabita coluiſſe Samo*, id eſt, amaſſe. Nec mirum ſi ruſticus ſumpſit ab Jove principium, quem amare terras conſtat, & habere carminum curam.

62. ET ME PHOEBUS AMAT. Aut ſimile eſt, quod dicit; quia unicuique Deus [39] is, quem colit, ſummus videtur, ut XI. Aen. 785. *Summe Deûm, ſancti cuſtos Soractis, Apollo:* ut Apollinem exaequaverit Jovi. Aut certe ordo ſit talis, *Me & Phoebus amat:* ut & plus dicat [40] [non ſolum Jupiter, ſed & Phoebus,] nec Jovi videatur Apollinem comparare.

PHILARGYRII.

62. ET ME PHOEBUS AMAT. Id eſt, Caeſar: aut originem geniturae ex iſto verſu comprendit: nam mater Virgilii fertur Maja, cum eundem paritura gravis eſſet, ſomniaſſe lauri fructum, variis floribus ornatum, genuiſſe.

VARIORUM.

& Voſſiano. *conſedimus umbra* Venet. quod forte repetivit ex Ecl. V. 3. ubi ſub arboribus paſtores conſident. Sed *mollis* umbra, non aeque proprie dicitur, ut herba. ſic Ecl. VII. 45. *ſomno mollior herba.* Ovid. IV. Met. 514. *mollibus incubat herbis* & X. 513. *mollibus herbis impoſuere.* jam vero centies Librarii *umbram* & *herbam* confudere. Vid. IV. Georg 459. & alibi. Apud Ovidium etiam ſaepius. BURM.

59. ALTERNIS DICETIS. *Alterni* in Menagiano priore. ut infra, *alternos Muſae meminiſſe volebant.* HEINS. *Alterni* etiam Ed. Ven. utrumque dici & a librariis ſaepe in his variatum docet Gronov. ad Stat. XI. Theb. 43. BURM.

60. Ab

31 ſubdit al. 32 prius L. Voſ. R. 33 deeſt V. L. R. Voſ. 34 verſus Arati V. 35 deſunt R. Voſ. V. L. 36 κεχρήμεθα al. 37 deſunt L. R. Voſ. V. 38 ſubteriorem V. ſuperiorem Voſ. R. 39 deeſt L. V. Voſ. 40 deſunt Ed. & MS. aliis omnibus praeter L.

Munera ſunt, lauri, & ſuave rubens hyacinthus.
D. Malo me Galatea petit laſciva puella;
Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri.
M. At mihi ſeſe offert ultro, meus ignis, Amyntas:
Notior ut jam ſit canibus non Delia noſtris.
D. Parta meae Veneri ſunt munera: namque notavi

Ipſe

SERVII.

63. SUA MUNERA. Ipſi grata, id eſt, laurus & hyacinthus. Nam ſcimus & Daphnem, Ladonis fluminis Arcadiae filiam, dilectam ab Apolline, & Terrae miſeratione in laurum converſam: & Hyacinthum amatum, tam a Borea, quam [41] ab Apolline: qui, cum magis Apollinis amore lactaretur, dum [42] exerceretur diſco, ab irato Borea eodem diſco eſt interemptus, & mutatus in florem nominis ſui.

65. ANTE VIDERI. [43] [A me,] antequam lateat. Horatius I. Od. 9. *Nunc & latentis proditor intimo Gratus puellae riſus ab angulo.*

66. OFFERT ULTRO. Iſte plus dicit, lege Amoebaei carminis.

67. NOTIOR UT JAM SIT CANIBUS NON DELIA NOSTRIS. *Deliam* alii amicam priorem volunt: alii *Dianam*, quae eſt à *Delo*: & eſt canibus nota, per quos venamur, quaſi dea venationis. Nam ſi ad amicam referas, hoc dicit: Sic frequenter ad me Amyntas venit, ut canibus meis notior ſit, quam amica Delia.

68. PARTA. Praeparata. MEAE VENERI. Meae amicae.

VARIORUM.

60. AB JOVE. *A Jove* Parrhaſ. & alii nonnulli, ſed contra Virgilii morem & aliorum Poetarum. Vid. Carr. ad Val. Fl. VI. 608. Heins. ad Ovid. I. Faſt. 236. & Cellarii Antibarb. pag. 224. cui more ſuo oblatrat Heumannus ad Cicer. orat. poſt. Red. ad Quirites cap. I. quaſi ille dixiſſet Latine dici *a Jove* non poſſe, quum vitioſis codicibus tantum niti hoc voluerit adfirmare, nec dici poſſe, id eſt non ſolere ab illis, qui elegantiae ſtudent. De hoc vero ex ſollemni & ab Arato jam celebrato argumenti principio multa viri docti ad hunc locum, unum addam ex Anthol. lib. II. cap. X. pag. 200. Edit. Wechel. ubi in fine Epigrammatis

Καὶ γὰρ σῦ μεσταὶ μὲν ὁδοὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες· πάντων δίκτυα γραμματικῶν.

BURM.

61. ILLE. *Illae* Gudian.

62. ET ME. *At me* Leid. Parr. & Heinſii unus.

63. SUAVE RUBENS. *Rubens ſuave* Parr.

64. MALO ME GALATEA PETIT. Dictis a commentatorum turba adde Suidam in *βάλλειν μήλοις*. BURM.

65. FUGIT. *Fuit* Regius.

66. AT. *Et* Menagianus.

67. DELIA. Nomen amicae, cui alter ſuam opponit nominans eam Venerem, & utrique animalia ſacra & cara tribuuntur. Deliae, quod nomen Dianae, canes, Veneri columbae. V. Caſtelvetrium. pag. 148. ita etiam fere gloſſator Regii codicis, qui Deliam ab inſula Delo ortam explicat, Galateam Gallam vel Graecam Caeſaris concubinam. BURM.

68. NAMQUE NOTAVI. *jamque* prior Voſſianus. HEINS.

69. AERIAE. *Aëreae* Mentelii alter. Heinſius orae adſcripſerat *conceſſere*, ut ipſas palumbes per *munera* deſignet. Sed *congerere* eſt nidum ſtruere, ut *conferre* Horat. III. Od. IV. *Collata myrtus* de Palumbis. Samonicus cap. LVIII. *Aut capit ex nido, vaga quem congeſſit hirundo.* V. Cerdam & Taubm. Cariſius etiam p. 28. *congeſſere* adpoſuit. BURM.

70. QUOD POTUI. Idem Voſſii codex cum fragmento Moreti *Quot potui*. HEINS. Ita & Parrhaſ. & Leid. C. ſed tanti non debet eſſe paucorum codicum auctoritas, in quibus *d* & *t*, ut in aliis etiam, centies fuere permutatae, ut locutio quae fere in formulam abiit mutetur *quod* & *quam potui* centies; pro quantum potui, occurrit. Ovid. Ep. VIII. 5. *Quod potui, renui* ubi vide quae notavimus, & ad Remed. 167. & ad Nemeſ. II. Ecl. 68. & Pier. ad XII. Aeneid. 147. *quae potui* Cod. Francii. praeterea *ſilveſtre* Gudian. BURM.

71. AUREA MALA. Non me latet alios de Arme-

41 deeſt V. 42 exercetur Voſ. B 43 deeſt L.Voſ.

Ipſe locum, aëriae quo congeſſere palumbes.
M. Quod potui, puero ſilveſtri ex arbore lecta
Aurea mala decem miſi: cras altera mittam.
D. O quoties, & quae nobis Galatea locuta eſt!
Partem aliquam venti divom referatis ad auris.

M. Quid

SERVII.

69. AERIAE. Aërii COLORIS. CONGESSERE. Nidificavere.

71. AUREA MALA DECEM MISI. Plus dicit: nam cum ille dixiſſet, ſe eſſe miſſurum · ++ iſte ſe jam miſiſſe confirmat. *Aurea* autem, aurei coloris. Et volunt quidam hoc loco eſſe allegoriam ad Auguſtum de decem Ec'ogis: quod ſuperfluum eſt: quae enim neceſſitas hoc loco allegoriae?

73. DIVUM REFERATIS AD AURES. Ita, inquit, mecum dulce locuta eſt Galatea, ut deorum auditu ejus digna ſint verba.

VARIORUM.

meniacis malis, alios de Citris aut Citriis hic intelligere: Ego vero de Cidoniis agi puto, idque haud inani conjectura. Audivi ex quibusdam fide digniſſimis Hereulis ſtatuam venerandae antiquitatis Romae inventam fuiſſe, & erutam ſuperioribus annis, in ea inerat Hercules ipſe inciſus aut conflatus cum inſignibus ſuis, praeſertim cum malis aureis, quae formam Cidoniorum, cum ſua etiam lanugine praeferebant. Vide quae Brodaeus lib. I. Miſc. 34. JO. MUSONIUS. Scholiaſtes Regii codicis haec refert ad decem Eclogas, quas Maro ſcripſit Octaviano Caeſari. vide & Servium. *Silveſtri ex arbore*, non quia odoratiora & meliora, quam ex hortenſibus, ſed ne furti ſuſpicionem daret, quam latenter adverſario objicit. ſibi autem laborem inſumtum in conquirendis his decem malis indicat his, *quod potui*. *Aurea* alii pulchra intelligunt, ut Ecl. VIII. 52. de his divitiis ſilveſtribus vide Propert. III. El. XI. 27. quo loco explicatio Muſonii de Cydoneis malis poſſet confirmari. & inter dona amantia poma praecipua fuiſſe notum, ut Ecl. II. 51. & paſſim. BURM.

71. MALA DECEM MISI. Haec Virgilii in animo habuit Claudianus utriuſque amatoris munera conjungens, Epith. Palladii ℣. 8.

Scrutantur nidos avium, vel roſcida laeti
Mala legunt, donum Veneris.

& Coluthus de Raptu Helenae, ubi de Pomo Eridis pugnantes deas indicat, de Venere addit ℣. 60.

Μῆλον ἔχειν ἐπέθηκεν, ὅτι κτέρας ἐστὶν Ἐρώτων.

BURM.

72. QUOTIES, ET QUAE. Similiter ſine copula Cicero pro Milon XIV. *Quantae quoties occaſiones, quam praeclarae fuerunt?*

73. PARTEM ALIQUAM. Obſeurior ſenſus hujus verſus interpretes ſollicitos habuit. Catroeus exponit, quaſi precaretur, ne omnia ad Deos referrent venti, ne inviderent felicitati Damoetae. Servii explicatio recepta a Caſtelvetrio pag. 84. ut dicta Galateae ſint tam delectabilia & ſuavia, ut mereantur Deos auditores habere. ſed cur partem ergo tantum, non omnia dulcia & blanda dicta ad Deorum aures referrent? ſed ipſe deinde meliorem dat, quam jam olim codici meo adſcripſeram: nimirum ne venti omnia Galateae verba, ut ſolent, irrita ferrent, & perjuria ejus, quae ridere ſolent Dii, in auras abire paterentur, ſed aliquam certe partem eorum, quibus ſe obligaverat ad fidem praeſtandam, ad Deorum aures paterentur pervenire, ut ejus perfidiam cognitam poſſent ulciſci. ordo autem eſt, o venti, referatis ad aures deorum partem aliquam eorum, quae, & quoties, locuta eſt nobis Galatea. eſt vero ellipſis, partem *eorum*, quae & quoties locuta eſt, referatis. *quae*, qualia explicat Marius ad illa Ovidii II. Amor. XIX. 17.

Quas mihi blanditias, quam dulcia verba parabat!
Oſcula (dii magni) qualia quotque dabat!

& ita reſponſio Menalcae convenit, quae & de Amyntae contemtione agit: licet enim verbis blandis eum lactaret, quaſi non ſperneret, id eſt amaret eum; revera tamen contrarium apparere, quod ad vile miniſterium eum adhiberet; nollet vero inter comites, & ſocios venatus, ſecum ducere. Vid. & Caſtelvetr. pag. 138. de retium ſervatoribus vid. Fl. Chriſtian. ad Ariſtoph. Pac. ℣. 1178. *ad auras* hic habet Menag. pr. & Ed. pr. *retia cerno* Venetus. quod reſponderet illis, quae Chriſtianus d. l. notat, *videre* eſſe antiquis ſervare, & inde *λινόπτας* dictos &c. gloſſa Voſſiani explicat *retia ſervo*, id eſt, domi

44 ipſe V. is ſe L. Voſſ. deeſt R.

M. Quid prodeſt, quod me ipſe animo non ſpernis, Amynta,
Si, dum tu ſectaris apros, ego retia ſervo?
D. Phyllida mitte mihi: meus eſt natalis, Iola:
Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.
M. Phyllida amo ante alias: nam me diſcedere flevit:
Et, Longum formoſe vale, vale, inquit, Iola.

D.

SERVII.

74. ANIMO NON SPERNIS. Id eſt, libentiſſime [45] habes. Et eſt [46] Litotes figura. ſicut VII. Aen. 261. *Munera nec ſperno*. Et multi hunc locum allegoricôs accipiunt: ut videatur Auguſto dicere; Quid prodeſt, quia me diligis: ſi ad capiendos hoſtes pergens, in otio me [47] relinquis? Dicitur enim [47] * Virgilius ſequi voluiſſe Auguſtum, contra Antonium ad [48] Actiaca bella properantem.

75. RETIA SERVO. Quae res in venatione minus poſſidet voluptatis. AMYNTA. Vocativus Graecus eſt. Et ſciendum, Graeca nomina in *as* exeuntia, ſive creſcant, ſive non creſcant, in [49] genitivo, vocativum in *a* mittere: ut *Aeneas, Aeneae, o Aenea: Pallas, Pallantis, o Palla*: ut eſt, XI. Aen. 152. *Non haec, o Palla dederas promiſſa parenti.*

76. PHYLLIDA MITTE MIHI. Amicam communem, [50] cauſſa natalis diei: in cujus [51] tantum ſacrificio licebat voluptatibus operam dare. Nam in aliis ſacrificiis erat caſtitatis obſervatio: quod etiam ſequentia indicant, ubi dicit: CUM FACIAM [52] VITULA PRO FRUGIBUS: Id eſt, cum pro frugibus ſacrificare coepero, tu [52] * tantummodo venito. Sane [53] cum *Natalis* apud majores [54] plenum fuerit, poſteritas [55] *Natalis dies* dicere coepit: nam cum Horatius dixerit II. Ep. II. 210. *Natalis* [56] *gratae numeras*. Juvenalis ait XII. I. *Natali, Corvine, die mihi dulcior haec* [57] *lux*.

77. CUM FACIAM VITULA PRO FRUGIBUS, IPSE VENITO. Cum ſacrificavero. Et figurate, *faciam vitula* ait: ut *faciam* [58] *thure*: ut, *faciam agna*. Horatius I. Od. IV. 12. *Seu poſcat agna, ſive malit hoedo*. Dicitur autem hoc ſacrificium [59] Ambarvale: quod arva ambiat victima. [60] Hinc & ipſe in Georgicis: I. 345. *Terque novas circum felix* [61] *eat hoſtia frugis*. Sicut *amburbale*, vel *amburbium*, dicitur ſacrificium, [62] quod urbem circuit, & ambit victima.

79. VALE, VALE, INQUIT, IOLA. Hic paſtor, aut habuit duo nomina (nam ſupra eum *Menalcam* dixit) aut certe *Iolam* eum, quaſi paſtorem optimum appellavit, a quodam paſtore nobiliſſimo: ſicut virum fortem plerumque Achillem: adulterum, Parin vocamus. Sane LONGUM VALE ita ait, ut *torvum clamat*: pro adverbio nomen poſuit. *Vale, vale inquit, Le* corripit ſequens vocalis, ut *Te Corydon o Alexi.*

VARIORUM.

mi manco. perperam, nam *ſervo*, hic eſt obſervo, retia poſita ad capiendas feras cuſtodio. BURM.

74. ANIMO NON SPERNIS. Quod Servius in hunc verſum dicit, ridiculum eſt: nam quando Auguſtus hoſtes ſuos juxta Actium vicit, Virgilius erat annos natus LII. & ſupra dixit eum Eclogas ſcripſiſſe anno aetatis XXVIII. eumdem errorem commiſit in nota, quam ſcripſit ad hujuſce Eclogae verſum 97. FABER. *Ipſo animo* Codices quidam & editi, inter quos Dan. Heinſii. male. BURM.

74. AMYNTA. *Amyntas* Menagii ſecundus, Rottendorphius & unus & alter praeterea. vid. ℣. 2.

76. PHYLLIDA MITTE. Obſervat Caſtelvetrius in operib. Critic. p. 148. tres voces incipere a litera M. *Mille, mihi, meus*, & Menalcam reſpondere tribus vocibus ab A. incipientibus, *amo, ante, alias*. tales verſus ſunt lib. IV. Aen. 216. & XII. 718. Deinde Phyllida uxorem Iolae fuiſſe fingit, & ideo Damoetam jactare ſe tantum valere gratia apud Iolam, ut audeat vocare uxorem ejus ad ſacra natalitia:

45 amas al. 46 Liptotes al. deeſt V. al. 47 derelinquis V. Voſſ. 47 * Virgilium Dan. Steph. 48 Accica R. 49 Genetivo. R. 50 cauſſam B. 51 tamen. 52 VITULAM B. L. Voſſ. 52 * tantum B. L. V. Voſ. R. 53 deeſt C. 54 plenum nomen, poſteritas. Dan. Urſ. Cod. plenum fuerat L. fuit. V. Voſ. 55 *Natales dies* ceperit V. *natis dies* ceperat. 56 *grate numeres* C. 57 *dux* L. 58 *ture facta magna* Voſ. *facta magna* B. R. L. 59 Arvambale R. B. Voſ. R. L. Arbamvale V & ambarbale B. 60 ſic ipſe alii. Sic & ipſe Steph. Dan. hinc ipſe B. 61 *erat* V. 62 quo Dan. & al.

Digitized by Google

D. Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.
M. Dulce ſatis humor, depulſis arbutus haedis,
Lenta ſalix foeto pecori, mihi ſolus Amyntas.
D. Pollio amat noſtram, quamvis eſt ruſtica, Muſam:

Pic-

SERVII.

80. Triste. Triſtis res.

82. Dulce. Dulcis res. Satis. Segetibus. Depulsis. A lacte prohibitis: ut, vii. Ecl. 15. *Depulſos a lacte domi quae clauderet agnos.*

84. Pollio amat nostram, quamvis sit rustica, Musam. Blanditur jam Pollioni patrono, quem [63] & tragoediarum & hiſtoriarum ſcriptorem Horatius fuiſſe teſtatur. Nam in ſecundo Carminum dicit de hiſtoriis Od. i. *Periculoſae plenum opus aleae Tractas, & incedis per ignes* [64] *Suppoſitos cineri doloſo.* Item paulo poſt: [65] *Paulum ſeverae muſa tragoediae Deſit theatris.* Quem carmen [66] ſuum, licet ruſticum, tamen amare confirmat.

VARIORUM.

litia: Menalcam vero ſe magis amari a Phyllide oſtendit, quia diſcedente ſe ab ea fleverit & formoſum vocaverit. ſed obſtat huic ſententiae vocativus ỳ. 79. *Iola*, quod non amatoris ſed mariti nomen debet eſſe. Servius Menalcam binominem fingit. Forte aeſtus ille componi poſſet, ſi ỳ. 79. *Iolas* legeretur, ut non modo Phyllis doluerit ejus diſceſſu, ſed ipſe Iolas, qui eum formoſum dixerit, & ominibus fauſtis abeuntem proſecutus fuerit. rectius tamen Iolam patrem Phyllidis fingere liceret, quem ſeniorem ad ſacra natalitia, in quibus voluptatibus opera dabatur, non vero caſtitati, non vocat, ſed ad ambarvalia, quae erant ſeria & gravia. hunc vero & ſibi favere ait, quum doloris cum filia ex diſceſſu Menalcae fuerit particeps. *Iolla* vero multi codices, ut & mox ỳ. 79. & ii. Ecl. 57. BURM.

76. Est natalis. *Et natalis* Mentelii prior. Virgilium hic non addidiſſe *dies*; quia ſerviebat perſonae ruſticae, notat Donatus ad Terent. Phorm. i. i. 14. ſed Suetonius etiam *natalem* ſimpliciter dixit. vid. quae diximus ad Tiber. cap. liii. BURM.

77. Cum faciam vitula. Ablativum Servius agnoſcit, *cum faciam vitula*. Accuſativum Nonius, *cum faciam vitulam*. FABRIC. *Vitulam* Nonius Marcellus in *facere*. Sed *vitula* verum eſt. quod & alii jam affatim monuerunt. idque Priſcianus libro octavo manifeſte agnoſcit, ut & libro xvii. bis, & libro xviii. agnoſcit & Alcuinus in Grammatica bis. Sed copioſe prae ceteris Macrobius aſſeruit Saturnal. iii. cap. 2. ubi tamen quod *vitula* pro *vitulatione*, qui cantus erat ſacerdotum, ſumi oportere contendit, minime id quidem mihi perſuadet. Scholiaſtes Juvenalis Satyra ix *vitulum* exhibet. uterque Mentelianus cum Rottendorphiano altero *vitula*. HEINS. *Vitulam* Regius & Voſ. unus & Ed. Ven. Flor. Chriſt. ad Ariſtoph. Pacem ỳ. 423. tentat, an pro frugibus non poſſit ſignificare loco frugum, leguminum &c., quae nunc natali ſuo offert, deinde majorem hoſtiam vitulam mactaturus, quam conjecturam eruditorum judicio ſubmittit. ſed melior mihi videtur differentia inter natalitium & ambarvale ſacrum, quam modo dedi. & *pro frugibus* facere, ſit dictum, ut *pro populo* factum ſacrum bonae Deae a Cicer. de Haruſp. reſp. cap. xvii. Alcuinus pag. 2135. Vet. Gram. habet, *ipſa venito*. BURM.

79. Longum vale. Graecis μακρὰ χαίρειν, quo utitur Aelianus lib. v. Var. 6. vide Emmeneſſ. ſed H. Steph. in Schediaſmate p. 55. hoc non admittit, ſed Phyllida illud, *vale, vale*, lente & in longum ducta voce pronuntiaſſe, ut quaſi diutius eum detineret: quod nimis acutum puto, quum *longum vale*, *aeternum vale* ſit uſitatum illis, qui deſperarent ſe umquam reviſuros. ut apud Claud. ii. Rapt. 234.

Sis memor o, longumque vale.

Ubi vide Parrhaſium, qui hic videtur legiſſe,

O longum formoſe vale.

longum pro diu Servius ad iii. Aen. 487. BURM.

80. Stabulis. *Stapulis* Voſſian. un.

80. Fru-

63 Deeſt Steph. Dan. & al. 64 *Suppoſito* L. 65 *paullulum ſeveremus a tragoediae deſit* B. 66 licet ſuum R. Voſ. L. B.

Pierides, vitulam lectori paſcite veſtro.
M. Pollio & ipſe facit nova carmina: paſcite taurum,
Jam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.
D. Qui te, Pollio, amat, veniat, quo te quoque gaudet.
Mella

SERVII.

85. PIERIDES VITULAM LECTORI PASCITE VESTRO. [67] Id eſt, vel paſcite ejus armenta, quia legit hoc carmen: [68] vel vitulam ei nutrite pro praemio.

86. POLLIO. Sane alii legunt [69] *Pollio*, ut prima producatur: alii *Polio*. NOVA CARMINA. Magna, miranda. PASCITE TAURUM. Hic auget: nam ille [69*] *vitulam* dixerat.

88. QUO TE QUOQUE GAUDET. [70] Subaudi veniſſe; pervenerat autem ad conſulatum poſt triumphum Dalmaticum. Nam vicerat [71] Salonas, civitatem Dalmatiae. Horatius II. Od. I. *Cui laurus aeternos honores Dalmatico peperit triumpho.*

VARIORUM.

80. FRUGIBUS IMBRES. *Imber* tres codices vetuſti, ſed aliter Priſcianus & Nonius Marcellus duobus locis. HEINS. *Imber* Cod. Francii, quod praeferrem, quia jam quatuor voces in *s* exeuntes praecedunt, & unus ſequitur. BURM.

81. AMARYLLIDIS IRAE. *Amaryllidos* pro diverſa lectione quartus Moretanus. Sic Ecl. II. 12. *Daphnidos arcus* ſupra agnoſcit Valerius Probus. HEINS. *Amaryllidis* habet Rufinianus de Schem. Lex. pag. 33.

84. QUAMVIS EST. Concinne Vaticanus Pierii veterrimus, & ex noſtris Mentelianus uterque cum Gudiano, & primo Leidenſi et Moreti quarto. apud Scholiaſten tamen Horatii ſemel iterumque vulgata ſcriptura occurrit. HEINS. *Et* Regius & alii. vid. ad Ovid. VII. Epiſt. 29. & ſaepe. lib. V. Æneid. 542. *ſis* tamen habet commentator Horatii in Art. Poët. 355. BURM.

86 POLLIO. *Polio* Cod. Francii ſemper, & ita Aldus

86. FACIT NOVA CARMINA. Magna, ut Servius explicat: admiranda Scholiaſtes Horat. IV. Od. 2. Ego pro Heroicis & Epicis capio. nam huic loco egregium Acronis locum ad Horat. I. Epiſt. III. *℣.* ult. facere credo, ubi dicit *Lyricos vitulam*, *Tragicos hircum*, *alios* (id eſt Epicos) *Poetas taurum immolaſſe*. ſic Pollio jam poſt Lyrica ad Epica ſe conferre dicitur, ideoque ipſi taurum eſſe paſcendum. Ramus vitulam Bucolicis praemium fuiſſe dicit, quod ex Servii verbis ſumſit: ſed vellem alium auctorem adſcripſiſſet. quidquid ſit, *nova* ſunt grandioris ſpiritus, non vero Tragici, tunc enim hircus deberet pro tauro poni, & *nova* etiam, qualia numquam antea fecit. Vid. Serv. ad V. Ec. 71. & ad I Georg. 43. Ita & Focas in vita Virgilii inter Catalecta Pithoei. p. 32. *Figuli ſoboles nova carmina finxit. facere* explicat Donatus ad Terent. Andr. prolog. BURM.

87. JAM CORNU. *Qui jam cornupetat*, Venet. nam feciſſe poſterioris aevi ſcriptorés compoſitum verbum *cornupetere*, & nomen *cornupetam*, notum eſt ex Gloſſis. Idem verſus repetitur IX. Aen. 629. *qui cornu petat* Parrhaſ. Venetus. vid. Ecl. IX. 25. BURM.

88. VENIAT, QUO TE QUOQUE GAUDET. Non ſatis haec intelligo: nam quae de conſulatu Pollionis, & ellipſi illa *τῦ veniſſe* Servius, & ex eo alii comminiſcuntur, vix ſe probare mihi poſſunt. ſed ex ſequenti Menalcae diſticho apparet Damoetam hic perſtrinxiſſe arrogantiam Menalcae, qui ſe fere Pollioni aequare voluerat, dicendo *Pollio amat noſtram* &c. cui nunc reſpondet, Damoetam illum, qui Pollionem amat, debere etiam inſtructum eſſe facultate illa Poëtica, qua Pollionem celebrari audit, & illi debere mella fluere, id eſt eloquentiam eſſe melleam, & difficillimas quasque materias poſſe tractari ſumma cum ſuavitate. ſed ex verbis me nondum expedio, an, *veniat, quo te quoque laudet*, ut *quo* eſſet pro *ut*? Veniat ut publice laudes tuas decantet, & ſit ille omni facundia inſtructus. Servius II. Aen. 239. *gaudet* explicat *optat*. Ed. Venet. *qui te quoque gaudet*. BURM.

89. RUBUS ASPER. Heinſius in ora codicum duorum *aſpera* emendaverat. & ita Samonic. cap. XIV. *Manditur apta rubus gingivis*. & apud Prudent.

67 deeſt L. Voſ. R. 68 deeſt V. 69 *Polio* & mox *Polio* R. 69* Nam *vitulam* Steph. Dan. *vitulum* Voſ. 70 Subaudis L. V. R. Voſ. 71 Salonos V. Voſ.

Digitized by Google

Mella fluant illi, ferat & rubus aſper amomum.
M. Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi:
Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.
D. Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga,

Fri-

SERVII.

89. Amomum. [72] Flos eſt Aſſyrius, ut Lucanus x. 168. [73] *Vicinae meſſis* [74] *amomum.*

90. Qui bavium non odit. Pro poena ei [75] id contingat, ut diligat *Maevium* pejorem poëtam: nam *Maevius* & *Bavius* peſſimi fuerunt poëtae; [76] inimici tam Horatio quam Virgilio. Unde Horatius Ep. Od. x. *Mala ſoluta navis exit alite, Ferens olentem Maevium.*

91. Mulgeat hircos. Faciat ea, quae contra naturam ſunt.

92. Fraga. Mora, quae in herbis naſcuntur. Ideo dixit: *humi naſcentia.*

PHILARGYRII.

90. Qui Bavium non odit: amet tua carmina Maevi. Duos ſui temporis poëtas dicit peſſimos, quorum carmina ob humilitatem abjecta ſunt. Vult ergo notare, qui ſunt inimici Virgilii, *qui Vavium*, id eſt, peſſimum poëtam, & *Maevium*, id eſt, pejorem poëtam, ut duplum habeant malum. Ex quibus Vavius curator fuit: de quo Domitius in *Cicuta* refert:

Omnia cum Vavio communia frater habebat,
Unanimi fratres ſicut habere ſolent.
Rura, domum, nummos, & denique [77] *omnia: ut ajunt,*
Corporibus geminis ſpiritus unus erat.
Sed poſtquam alterius mulier [77] * *communis utrique:*
Novit, depoſuit alter amicitiam.

VARIORUM.

dent. Apotheos. 55. pro *ſentum rubum* ex ſcriptis *ſentam* reſcripſit idem Heinſius. ſic & *raphanus cocta* Samonico cap. xxi. ubi vide quae dixi. ſed Priſcianus lib. v. p. 648. ubi arborum nomina feminino genere poni docet, excipit *rubum*, quia non eſt arbor. quare hic contra codices, & uſum nihil novandum, nam *a* litera adhaeſerit e ſequenti *amomum. fluunt* etiam Mentelianus prior. *robus* etiam Leidenſis, & ita codices optimi habent apud Serv. ad i. Georg. 266. BURM.

90. Qui Bavium non odit. Catroeus hic Bavium opponi Poſlioni credit, qui eſſet Maevius. ſed hoc contumelioſum in Pollionem eſſet: nam quia Damoetas Poëtam, qui amabat Pollionem, provocaverat, ut laudibus eum ornaret, hic Menalcas alium & peſſimum Poëtam, & qui laudes Pollionis detereret ineptis ſuis carminibus, eſſe oſtendit; & qui illum non odit, poſſe etiam Maevium, itidem ineptiſſimum Poëtam, & ejus carmina laudare. Utitur vero Symmachi loco ex lib. x. Ep. i. Catroeus, ubi legitur, *non idem honor in pronuntiandis fabulis Publio Pollioni, quam Bavio fuit.* Ubi Pollionem opponi Bavio putat. corruptum locum poterat ſcire, ſi C. Aſinium Pollionem numquam Publii nomen habuiſſe cogitaſſet. quare de Publio mimo, qui fabulas pronuntiavit, ibi agi certum eſt. vide ſtemma Aſiniorum apud Ryck. ad Tacit. vi. Ann. 23. & potuerat ſcire ex aliis & antiquioribus commentatoribus in Tacit. iii. Ann. 75. nullum Publium Pollionem fuiſſe in gente Aſinia. quare corruptum locum eſſe conſtat, neque tamen quid pro *Pollione* ſit reſtituendum ſcio, niſi quod forte praenomen, (quum ſit *Publius*) hoc litera P. poſitum ab alio librario in *Pollioni* ſit mutatum: quum *Publio* deberet integris literis ſcribi. poſtea conjunxerunt praenomen falſum Pollioni. quidquid ſit, locus eſt in mendo, nec ad Virgilii Bavium vel Maevium quidquam facit, & Pollionem virum conſularem & triumphalem, ad vilitatem hiſtrionis detrudere, quem ne Tragoedias quidem aut Comoedias ſcripſiſſe conſtat, eſt illius, qui Bavium non odit. pro *Bavio* Juretus & alii *Ambivio* legunt, non ſine veri ſpecie, quia ille actor fabularum etiam memoratur a Symmacho lib. i. Ep. 25. & a Cicerone *Ambivius Turpio* de Senect. cap. xiv.

72 *Flos eſt Aſſyrios plenae m. a.* R. L. & Voſ. niſi quod *Aſſyrius.* 73 *ut eſt plenae Meſſis* V. *ut Lucanus plenae* L. 4 Et Ecl. ſeq. *Aſſyrium vulgo naſcetur amomum* C 75 de Steph. Dan 76 vel inimici L. V. in imitando tam Horatium q. Virgilium R. Voſ. 77 Heinſius legebat *nomina.* ita Petronius cap. cxvii. *habere fundis nominibuſque depoſitum.* * 77 deſunt Commel. *curata cicutam* ſupplet Barth. xx. Adv. 2.

Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.
M. Parcite oves nimium procedere: non bene ripae
Creditur: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.
D. Tityre, paſcentis a flumine reice capellas:
Ipſe, ubi tempus erit, omnis in fonte lavabo.
M. Cogite ovis, pueri: ſi lac praeceperit aeſtus,
Ut nuper, fruſtra preſſabimus ubera palmis.

Heu,

SERVII.

93. LATET ANGUIS IN HERBA. Allegoria eſt: nam videtur hoc ad Mantuanos dicere, qui inter milites verſabantur armatos: quos, ſicut [78] *angues*, mortem inferre poſſe, non dubium eſt.

94. NON BENE RIPAE CREDITUR: IPSE ARIES ETIAM NUNC VELLERA SICCAT. Allegoria, ad illud, quod ſupra diximus, [79] pertinens: quia poſt acceptos agros, ab [80] Arrio centurione pene eſt interemptus, niſi ſe praecipitaſſet in fluvium. [81] PARCITE autem *procedere*, id eſt, prohibete, ſervate, ne procedant, ut Aen. x. 532. *Gnatis parce tuis.*

96. TITYRE PASCENTES A FLUMINE REICE CAPELLAS. Id eſt, o Mantua, noli modo [82] velle aliquid agere de repetendis agris: nam [83] ubi opportunum fuerit, EGO OMNES LAVABO, id eſt, purgabo [84] omnes apud Caeſarem, cum de Actiaco [85] praelio reverſus fuerit. Et bene, IN FONTE; ipſe enim per amicos Caeſaris agrum meruerat [86] recipere, tanquam per rivulos quoſdam; nunc autem Mantuanis beneficium dixit ſe ab ipſo Imperatore meriturum.

96. REICE CAPELLAS. *Reice ca.* proceleuſmaticus eſt pro dactylo: & ſic eſt poſitus, ut v. Aen. 432. *Genua labant.* Item xi. Aen. 809. [87] *Arietat in portas.*

98. COGITE OVES. In ovilia colligite, ut ſupr. III. Ecl. 20. *Tityre coge pecus.* PRAECEPERIT. Praeoccupaverit: nam naturale eſt, ut lac augeatur frigore, calore minuatur.

VARIORUM.

xiv. & in didaſcaliis Terentii actor L. *Ambivius Turpio* celebratur. *carmina Meni* Venetus. BURM.

91. MULGEAT. *Mulceat* Venetus.

92. HUMI. Servius dicit *mora quae in herbis naſcuntur.* forte *in terra.* nam ſuper *humi* in Reg. Cod. erat *terrae* ſuperſcriptum. BURM.

94. NIMIUM PROCEDERE. *Ante procedere* Zulich. *producere* etiam Rottendorphius tertius. non male, ut *o pueri* ſubintelligatur: nam eſt longius ducere. uſus ejus verbi in re militari frequens, ut *producere exercitum.* Vellej. Paterc. II. & 106. ſaepe ſubeſſe inſidias & fraudes huic verbo notavimus ad Quinctil. declam. cccv. vid. ſupr. I. Ecl. 73. Ruaeus ad ipſas oves verba haec refert, o oves, abſtinete longius ire. non male. & ita in Theſauro Fabri explicatur hic locus. neſcio an Buchnero debeatur. eadem variatio in his verbis lib. IV. Aen. 227. BURM.

94. NON BENE. *Nem bene* Dan. Heinſ. Ed.

95. ETIAM NUNC. *Etiam ſua* Menagii codex. ſed Probus lib. I. Gram. p. 1394. vulgatam agnoſcit. *Creditur & ipſe aries* Quartus Moretan. BURM.

98. SI LAC PRAECEPERIT AESTUS. Negat id in ſuis exſtare Giphanius in Lucretium in *percipere* & in *aeſtas*, ac proinde malit *perceperit aeſtas.* HEINS. *Perceperit aeſtus* Venetus & Parrhaſ.

99. PRESSABIMUS. *Prenſabimus* Zulich. *pulſabimus* Moreti quartus. Vid. III. Aeneid. 642. *preſſabitis* Ed. Venet. BURM.

100. EHEU QUAM PINGUI. Servius in II. 69. *Hëu* legit diviſis ſyllabis, ut apud Horat. I. Od. 15. *Heü quantus equis, quantus adeſt viris. Ervum*

quod

78 *anguis* Dan. Steph. al. 79 pertinet Dan. Steph. & al. 80 Ario al. 81 PARCITE autem, prohibete. PROCEDERE, id eſt ſervate n. p. Dan. Steph. *parcite* autem, prohibete, *parcite procedere* id eſt pr. R. Voſ. 82 deeſt L. 83 cum al. Dan. Steph. 84 deeſt Dan. Steph. al. 85 bello al. 86 deeſt B. L. Voſ. R. Steph. 87 *Ariete portas* V.

Heu, heu, quam pingui macer eſt mihi taurus in ervo!
Idem amor exitium pecori, pecoriſque magiſtro.
M. His certe neque amor cauſſa eſt: vix oſſibus haerent.
Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.
D. Dic, quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tris pateat coeli ſpatium non amplius ulnas.

M. Dic,

SERVII.

102. Vix ossibus haerent. Vix oſſa eorum cohaerent.

103. Teneros oculus mihi fascinat agnos. Dicit cauſſam maciei, & per tranſitum, pulchrum ſe pecus habere ſignificat, quod [88] urique meruit faſcinari.

104. Eris mihi magnus Apollo. Relicto certamine, ſibi proponunt aenigmata. Bene autem ait: *Eris mihi Apollo:* quia in rebus incertis ſola opus eſt divinatione.

105. Tris pateat coeli spatium non amplius ulnas. Ulna, [89] proprie eſt ſpatium, in quantum utraque [90] extenditur manus. Dicta ulna ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, id eſt, a brachiis: unde & λευκώλενος Ἥρη dicitur: licet Suetonius [91] ulnam cubitum velit eſſe tantummodo. Sane haec quaeſtio [92] varie ſolvitur: nam alii dicunt ſignificare eum ſepulchrum Caelii, luxurioſi [93] cujuſdam, qui, venditis omnibus rebus & conſumptis, tantummodo ſibi ſpatium [94] reſervavit, quod ſepulchro ſufficeret, & voluiſſe eum errorem facere ex *coeli* & *Caelii* ſimilitudine; [95] ut ſit: Dic mihi, ubinam ſepultus eſt Caelius, cujus tribus ulnis continetur ſepulchrum? Alii vero volunt puteum ſignificari, qui eſt in Syene, parte Aegypti: quem ad hoc nimiae altitudinis philoſophi effoderunt, ut probarent locum illum eſſe ſolum, quem [96] recto Sol intuitu irradiaret. Nam octavo Calend. Julias die, quando in centro ſuo eſt Sol, lumine ſuo [97] tam imam quoque illius putei, quam ſummam terram irradiat. [98] [Alii dicunt clypeum Ajacis trium ulnarum, in qua expreſſa coeli forma fuit: alii ſpecum in Sicilia, per quod rapta eſt a Dite Proſerpina: Alii mundum in ſacro Cereris.] Sed neutrum horum convenit ruſtico. Unde ſimpliciter intelligendus eſt cujuſlibet loci puteus, in quem cum quis deſcenderit, tantum coeli conſpicit ſpatium; quantum putei latitudo permiſerit. [99] [Aſconius Paedianus dicit, ſe Virgilium dicentem audiſſe, in hoc loco ſe Grammaticis crucem fixiſſe, volens experiri, quis eorum ſtudioſior inveniretur; volens intelligi de Caelio Mantuano, ut ſupra dictum eſt.]

PHILARGYRII.

105. Tris pateat coeli spatium non amplius ulnas. Apud antiquos fuit altiſſimus puteus, in quem deſcendebânt ad ſacra celebranda: cujus putei orbis, id eſt, ſummus circulus, quo cognoſcerent anni proventus, non amplius quam trium ulnarum habebat: cumque deſcendiſſent, non ampliorem coeli partem, quam puteus habuit, poterant videre. Vel ſpecus apud Aetnam in Sicilia anguſto ore, profunda latitudine, per quem rapta Proſerpina a Ditè patre. Vel *coelum*, pro toto mundo. Alii *coeli ſpatium*, clypeum Achillis dicunt trium ulnarum, in quo expreſſa coeli forma fuerat. Aliter: in Sicilia janua ſpeluncae, in qua Orcus Liberam rapuit. Aliter: Dicit Cornificius ab ipſo Virgilio audiſſe, quod Coelium Mantuanum quendam tetigit; qui, conſumptis omnibus facultatibus, nihil ſibi reliquit, niſi locum trium ulnarum ad ſepulturam: * Item Oledius Naſſo torificium, tantum coelum patere videtur, quantum torificium patet. Item Aſconius Pedianus ait, ſe audiſſe Virgilium dicentem, in hoc loco ſe Grammaticis crucem fixiſſe, quaeſituros eos, ſi quid ſtudioſius occultaretur. Dicit autem Poëta Caelium Mantuanum.

(quod

88 deeſt L. V. 89 propria L. 90 tenditur B. L. Voſ. qui manu. 91 unum B. & Steph. Dan. & al. Voſſius ex Suetonii libro de vitiis corporalibus eſſe credebat. 92 varia eſt B. L. V. R. Voſ. 93 deeſt Dan. qui deeſt B. 94 celebravit B. Voſ. cerebravit L. 95 ſit ſic Dic B. 96 rectum B. a m. pr. 97 tam ima L. & B. Voſ. R. 98 deſunt B. L. V. R. Voſ. & Steph. & al. 99 deſunt B. L. V. R. Voſ. Steph. & al. * idem de olei Vaſculo ad orificium t. c. p. v. q. & orificium p. Barth. xx. adv. 2. Heinſius volebat, Oledius naſſae orificium.

M. Dic, quibus in terris inſcripti nomina regum
Naſcantur flores: & Phyllida ſolus habeto.

P. Non

SERVII.

106. Dic quibus in terris inscripti nomina regum Nascantur flores. Quia ſolvere non potuit, ipſe aliam objicit quaeſtionem: & captioſe, *quibus in terris* dixit. Hyacinthus enim ubique naſcitur, flos, qui natus [1] eſt primo de Hyacinthi ſanguine, poſtea [2] de Ajacis; ſicut etiam Ovidius docet. Eſt autem [3] quaſi lilium rubrum, deſignans primam Hyacinthi literam. *Regum* autem *nomina*, non quoniam ipſi reges fuerunt, ſed quia regum filii, ut VI. Aen. 28. *Magnum reginae ſed enim miſeratus amorem*, cum de Ariadne diceret, [4] Paſiphaes reginae filia. Sane multi [5] volunt [6] *nomina regum*, pro *nomine Regis* poſitum; ut ſit, quemadmodum illud in Terentio, Eun. I. I. 3. *Non perpeti meretricum contumelias*, cum de una loqueretur. Nam flos iſte Hyacinthi tantum, [7] & non Ajacis nomen retinet. Tamen ſciendum, aenigmata haec, ſicut fere omnia, carere aperta ſolutione.

107. Phillida solus habeto. Amicam communem, quod plus eſt, quam eſſe Apollinem: nam eſſe Apollinem impoſſibile eſt, quod ille promiſerat; hic vero poſſibilia pollicetur.

VARIORUM.

(quod hic meliora habent exempla) non ὀρύζα eſt, ut vult Priſcianus, ſed ὄροβος, apta ſaginandis bobus herba, qua & nunc Apulia abundat. Plaut. in Moſtel. I. I. 59. *Ervum daturi eſtis, bobus quod feram?* FABRIC. *Hëu* ex ſcriptis Gyphanius Indice Lucret. in *Hyperbaton*. HEINS. Et hic geminarem *Heu*, *heu*, ut ſupra II. 58. & habet Parrhaſ. Venetuſque. & hoc indicat Serv. ad II. Aen. 69. qui *heu* geminari propter metrum hoc ex loco probat. BURM.

100. In arvo. *In ervo* Mentelianus uterque, Gudianus, prior Voſſii, primus Moreti, & alter Menagianus ex noſtris, etiam pro diverſa lectione tertius Leidenſis. quod Pierius ex ſuis quoque annotarat, & Plinii ac Columellae auctoritate fretus amplectitur. Vide Nonium Marcellum in *Ervum*. *Ervum* autem bubus in paſtum dari ex Columella libro II. cap. XI. libro VI. cap. 3. IV. 5. 6. & cap. 14. aliiſque rerum ruſticarum ſcriptoribus diſcimus. Petron. fragm. Tragur. cap. LVII. *Quid ſtupes tanquam hircus in ervilia*. Sic vetus codex Tigur. bene. HEINS. *Ervo* Regius.

101. Idem amor exitium est pecori, pecorisque magistro. Mentelianus uterque & decem alii ex noſtris verbum ſubſtantivum haud agnoſcunt hoc loco. quinque collocant poſt τὸ *pecori*. quomodo & Gudianus a manu prima: prior Voſſianus & alii duo poſt τὸ *magiſtro* reponunt, uti & Mentelianus alter. Ego omittendum eſſe arbitror. quomodo & fragmentum Moretanum. HEINS. omiſi τὸ *eſt*, quod verſu praecedenti, & ſequenti etiam legatur.

102. His certe neque amor caussa est. Si obſequentes haberem libros veteres, legerem haud illibenter, *Hi certe* (*neque amor cauſſa eſt*.) *vix oſſibus haerent*. Ex proximis ſubſequentibus liquet de agnis intelligendum. huc refer Senecae locum ex Oedipo, prout legitur in optimo codice Mediceo Phoeniſſis ℣. 226. *has meas*. HEINS. *Eſt* omittit quartus Moretanus. *His* agnoſcit Donatus ad Terent. Eunuch. I. II. 38. ubi *hisce* debuiſſe dicere Virgilium notat & Stephan. qui in margine Edit. ſuae, ut Heinſius diſtinguit & legit. Guliel. I. Veriſim. 12. legit, *His certe* (*neque amor cauſſa eſt*) *vix oſſibus haerent*. Et *his* pro *hiſce* dictum vult ex Donato. BURM.

103. Nescio quis teneros oculus. *Oculis* apud Marium Victorinum in Grammatica libro primo. aliter membranae noſtrae. HEINS. Gervaſius Tilberienſis in Otiis Imperialibus Decad. III. cap. 83. nuper ab illuſtri Leibnitzio editus tom. I. Rer. Brunſvic. p. 987. citat. *Neſcio quis teneros verbis mihi faſcinat agnos?* BURM.

105. Tres. *Tris* Francianus & multi alii; & *ulnis* Venetus & Ed. Venet. *tris* & *ulnas* agnoſcit Servius ad X. Aen. 74. BURM.

105. Coeli spatium. Alciatus I. Parerg. 18. per coelum intelligit clibanum vel furnum, cujus ſpatium tres ulnas patet. Claverius ad Perſii Sat. I.

P.

1 deeſt L. 2 deeſt B. L. V. R. Voſ. 3 Rubrum quaſi lilium L. V. R. Voſ. B. 4 Paſiphaae L. paſſivae B. paſite R. Paſitae Voſ. 5 nolunt B. 6 *nomen* B. 7 non & B. L. Immo in eo flore legitur Ai. Ai. Vide Moſchum & Theocritum VOSSIUS.

P. Non noſtrum inter vos tantas componere litis:
Et vitula tu dignus, & hic: & quiſquis amores

Aut

SERVII.

108. Non. [8] Hic diſtinguendum [9] eſt, ut ſit ſenſus, [10] Officium judicis eſt ferre ſententiam, non eorum, qui inter ſe contendunt. Unde male quidam totum jungunt, [11] *Non noſtrum inter vos tantas componere lites:* nam non negat ſe facturum eſſe quod faciet: judicaturus enim eſt, eos eſſe pares, dicens, *Et vitula tu dignus, & hic.* Componere. Finire: ut, I. Aen. 374. *Ante diem clauſo componet veſper olympo.* Id eſt finiet.

109. Et quisquis amores. *Aut metuet dulces, aut experietur amaros.* Et tu, & hic, digni eſtis vitula, & quicumque ſimilis veſtri eſt. Nam ſupra unus dixerat: *Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.* Item alter: *Dulce ſatis humor; depulſis arbutus hoedis, Lenta ſalix foeto pecori, mihi ſolus Amyntas.* Ad cujus [12] *amoris* ſimilitudinem pertinet, *Aut metuet dulces:* namque hic [13] Menalcas, & amabat, & amabatur; ſed tamquam prudens metuebat, ne unquam poſſet amor ille diſſolvi. [14] Et contra Damoetas amaritudinem amoris expertus fuerat, ex amicae Amaryllidis iracundia. Metuet dulces. Timebit pro dulcibus, ne eos amittat.

VARIORUM.

p. 131. F. Beroaldum medicum intellexiſſe aurifodinas, & in reſponſo Menalcae flores inſcriptos nomina regum, ſignificaſſe Maronem aurum humi repertum, adhuc nativum & ſine arte, ſed mire ſplendicans, unde nummi Caeſarum nominibus inſcripti fuerunt cuſi, qui flores aurei vocantur. Reineſ. I. var. 25. de Caelio Mantuano ex Servio & Philargyrio capit. Chriſt. Becmannus in Originibus LL. in voce *Ajax*, per flores intelligebat Conſolidam Regalem purpuream, de qua deinde conſuluit C. Hofmannum in epiſtola, quae legitur in ſpecimine Epiſtolarum poſt Richteri epiſtolas p. 88. nec multum ab ea diſcedit ſententia Th. Bartholinus de Medicis Poëtis p. 8. qui florem quemdam notum, cui nomen regum inditum, quale eſt βασιλικὸν, ſive Ocymum intelligit. quem vide. ſed illis floribus *impoſita* ſunt nomina regia, non habent *inſcripta*: ſed crucem a Virgilio fixam relinquamus. BURM.

107. Nascantur. *Naſcuntur* quartus Moreti, Leidenſis unus, Vratiſlav. Parrhaſ. Voſ. Francii & Edd. Juntin. & Aldi. & ita laudat Lutatius ad Stat. IV. Theb. 223. vid. ad Ecl. II. 57. BURM.

108. Non nostrum inter vos &c. Haec diſtinctione ſeparanda ſunt, ut in coërcenda amborum cupiditate judicis auctoritas exprimatur. Hoc modo: non, ulterius ſcilicet progrediendum eſt contendendo. Noſtrum inter vos tantas componere lites; quaſi dicat, ego ſum veſtri certaminis arbiter, *Es vitula tu dignus, & hic*, id eſt, parem cantando gloriam eſtis adepti. FABRIC. Licet Nonius ita etiam, & Cod Regius diſtinguat, durum tamen hoc mihi ſemper viſum fuit, &, ſi *non* ita abrupte ſumendum, deberet certe aliquid praeceſſiſſe, cui connecti, aut opponi poſſet. quare ſi *non* ita quis capere vellet, referrem ad *Phyllida ſolus habeto*, cui interloquitur Judex, non ſolus habebis, nec tu nec ille, quia pares eſtis. Alii explicant ſimpliciter, non poſſum dijudicare, uter dignior ſit praemio, quia tam pares eſtis, & cantare & reſpondere parati. Alii, non veſtrum eſt hanc litem, ſed noſtrum, componere. Caſtelvetr. in Operib. Criticis p. 138. addit aliam interpretationem, & legit hunc verſum per interrogationem. Ut roget, an non meae ſunt partes ſententiam ferre de certamine veſtro? quid ergo? Quum vitula ſit pignus depoſitum, nunc de Phyllide, Menalca, loqueris & ita mutas praemium? meum eſt ergo pronuntiare ſententiam: qui vos pares judico, & vitula utrumque dignum: nec in cantando modo pares, ſed & in amando, quia qui amores amaros expertus eſt, ſpe mitioris puellae ſuſtineri debet, ut etiam qui dulcibus potitus, debet metuere, ne mutet animum puella. Ita utrobique eſſe parem conditionem; nec habere Damoetam, quod de Galatea fugiente queratur, nec Menalcam quod glorietur de Amynta ſe ultro offerente, ſed amores eſſe utriuſque amaros, vel futuros. quae ingenioſa quidem, ſed longius, & fere ex Servio petita,

8. Hinc V. nam hic L. 9 deeſt R. Voſ. al. 10 Officii L. R. Voſ. & Edd. quaedam. 11 *non noſtrum ferve ſententiam inter vos* &c. L. 12 *amatoris* B. Voſ. L. Steph. Dan. & al. 13 Menalcas & amabatur, contra. reliquis omiſſis B. V. & amabat & metuebat, ne unquam L. Voſ. R. 14 deeſt B. V. R. Vet.

Aut metuet dulcis, aut experietur amaros.
Claudite jam rivos, pueri: ſat prata biberunt.

SERVII.

III. SAT PRATA BIBERUNT. Aut intelligimus, hunc exiiſſe, ut juberet pueris ſuis, ut arva irrigarent; quod illis cantantibus factum eſt: [15] aut, & revera dicit, *rivos* [16] *claudite:* aut certe allegoricōs hoc dicit: jam cantare deſinite: ſatiati enim audiendo ſumus.

VARIORUM.

petita, interpretatio; niſi quod ille de Amaryllide, non Phyllide, & Amynta. Ego puto etiam Palaemona. quum videret litem creſcere, & animoſe nimis certari: quia Menalcas, quum dixerat: *Phyllida amo ante alias*, nunc confidens aenigma ſuum ſolvi non poſſe ab adverſario, cedere eſſet paratus, nec de vitula amplius ſollicitus eſſet: Palaemonem, dico, metuentem, ne acerbius etiam quid Damoetas oggereret, rupiſſe contentionem, & pronuntiaſſe utrumque parem, & monuiſſe, ne in amando aut nimis fiderent dulci amore, aut deſperarent, ſi amatior videretur, quia uterque varias illas amoris viciſſitudines egregie cantando expreſſerant & tandem utroſque etiam dignos, ut voti ſui compotes fiant. & haec explicatio firmatur ipſo Virgilii exemplo, qui in Epiſtola ad Meſſalam, in fine ſcribit:

Non noſtrum eſt, inquam, tantas attingere laudes.

& ita Terent. Heaut. III. II. 28. *Meum non eſt mentiri* & alii paſſim. Vid. Valer. Flac. *inter nos* Voſſian. pr. *non noſtrum eſt inter vos* alter: *non veſtrum inter nos*. Parrhaſ. BURM.

III. METUET. *Metuat* & *experiatur* Venetus. *metuat* & *experietur* Leidenſes duo. *metuet* & *experiatur* Moreti quartus. BURM.

III. CLAUDITE. Caſtelvetrius Servii priorem expoſitionem amplectitur; licet eum non nominet. Palaemonem enim exiiſſe, ut pueris, id eſt ſervis vel mercenariis, imperaret, ut aperirent rivos ad irriganda prata, quo dum iret, a certantibus Damoeta & Menalca adhibitum arbitrum, nunc lata ſententia, ſe convertere ad ſuos pueros. BURM.

15 deeſt V. L. R. Voſ. 16 *claudite* B.

ECLO-

ECLOGA QUARTA.

POLLIO.

SICELIDES Muſae, paullo majora canamus;
Non omnis arbuſta juvant, humileſque myricae.

Si

SERVII.

1. SICELIDES MUSAE PAULO MAJORA CANAMUS. Aſinius Pollio ductor Germanici exercitus, cum poſt [1] captas Salonas Dalmatiae civitatem, primo meruiſſet lauream: poſt etiam conſulatum adeptus fuiſſet: eodem anno ſuſcepit filium: quem a capta civitate [2] Saloninum vocavit, cui nunc Virgilius [3] genethliacon dicit: quem conſtat natum riſiſſe ſtatim: quod parentibus omen [4] fuit in-

VARIORUM.

1. SICELIDES. *Sicilides* Regius, Zulich. Rottend. Tert. & multi alii cum priſcis quibusdam editionibus. ſed & Ovidius Ep. XV. ℣. 151. *Sicelides*, & *Sicelis eſſe volo.* ubi itidem variant *codices*, ut notavi. vid. & ad XII. Met. 412. ubi non alienum me a *Sicilides* oſtendi, ſed alterum ex Graeco tractum poteſt ſe tueri, nam Σικελία & Σικελὸς dicuntur. Vid. Stephan. BURM.

3. SIL-

Ecloga Quarta. Haec Ecloga inſcribitur in plerisque vetuſtorum exemplarium SAECULI NOVI INTERPRETATIO. HEINS. in Zulichem. erat LAUS NOVAE PROGENIEI.

Scripta eſt haec Ecloga A. V. C. 713. Conſulibus Pollione & Calvino, Anno III. Imperantis Auguſti. Vide notam Servii ad Ecl. IX. verſ. 47. FABER.

De hac Ecloga multi multa ſcripſerunt, & plerique crediderunt, eſſe vaticinationem Sibyllae de Chriſti natalibus, quam Virgilius dextre ad Pollionis filium Salonicum detorſerit. Vide, praeter ab aliis interpretibus adductos, Vales. ad Euſeb. Orat. Conſtantin. Cap. XVIII. & ſeq. Buchneri Diſſert. Acad. DCCVII. p. 994. Martini de Roa Singul. II. 16. Voſſium de Sibyllis cap. IV. Fabricii Bibl. Graec. lib. I. cap. XXX. pag. 14. & plures alios. In Commentariis Trevoltienſibus Jeſuitae An. 1703. pag. 7. de Druſo Liviae filio, quem in utero gerebat, quum Auguſto nuberet, capiunt. Nanſius, ut apparet ex ejus notis ad verſ. 62. de Marcello Marcelli & Octaviae filio, de quo in fine Lib. VI. Aeneides agit, capiebat. idem nuper cenſuit Catroeus, qui infantem hunc A. V. C. 713. quo conſul fuit Pollio, natum ſtatuit, quia Dion lib. XLVIII. narrat, eo anno Octaviam utero geſſiſſe infantem, quem ex Marcello ſuſceperat, eoque mox mortuo nupſiſſe Antonio. hunc vero Marcellum obiiſſe A. aetatis XVIII. ut Servius ad VI. Aen. tradit. Dion vero lib. LIII. A. V. C. 731. mortuum ſcribit. alii Annum. XXIV. attigiſſe tradunt. ut Glandorpius in hoc Marcello p. 434. Triſtan. t. I. com. p. 133. ſed Propertius, qui ignorare hoc non poterat lib. III. El. XVIII. 15. dicit

Occidit & miſero ſteterat viceſimus annus.

Quae verba miſere torquet Catroeus, quaſi fere attigiſſet XIX. annum, quum *ſteterat* ultimum annum & vitae terminum oſtendat. denique vir doctiſſimus de Vignoles in Bibliotheca Germanica tom. XXXV. p. 173. interpretatur magna cum ſpecie veri de filio hujus Marcelli & Juliae, qui editus ante nonum diem periit, & ita nomine caruit, & magnum ordinem ſeculorum de nova aera Alexandrina, ſive initio Imperii Auguſti capit, & vers 12. pro *Pollio* legit *Tullio*, quia M. Tullius Cicero filius hoc anno 724. conſul fuit. Ego quod addam nihil habeo, niſi quod nondum ad liquidum hanc rem deductam credo, ſed tamen Vignolii conjecturam mihi prae ceteris non diſplicere fateor, niſi quod illa emendatio *Tullio*, pro *Pollio* non ſe probet, qua *Te Tulli* dicendum foret, non *Tullio*. nec ex ſuffecto conſule duxiſſe temporis notam veroſimile eſt. quare ſi ratio temporum poſſet ita iniri, ut natali Marcelli congrueret conſulatus Pollionis. in Marcellum pronior eſſem. ſed haec diſcutere notarum modus non patitur. In titulo Eclogae forte fuit *ſeculi novi integratio*, ut reſpiciatur ad vers 5. qui de Chriſto ſomniant, illi Sibyllae vaticinationem a Poeta traditam, interpretandam de Chriſto credentes, hunc titulum mutaverunt. BURM.

1. captam Salonam B. L. V. R. Voſ. 2 Saloninam L. 3 genitalia condicit B. genitalia condit L. Genethiacum R. 4 eſt felicitatis B. eſt infel. Voſ. R. Dan. Steph. al.

Digitized by Google

Si canimus ſilvas, ſilvae ſint Conſule dignae.
Ultima Cumaei venit jam carminis aetas:
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Jam redit & Virgo: redeunt Saturnia regna:
Jam nova progenies coelo demittitur alto.

Tu

SERVII.

felicitatis: nam ipſum puerum inter ipſa primordia, [[5] id eſt, nono die periiſſe manifeſtum eſt. SICELIDES autem Graecum eſt: nam Latine *Sicilienſes* facit, id eſt, [6] Theocritiae: nam Theocritus Syracuſanus fuit, quem in hoc opere Virgilius imitatur, ut diximus ſupra. PAULO MAJORA CANAMUS. Bene *Paulo* [7] dicit: nam licet haec Ecloga [8] diſcedat a bucolico carmine; tamen inſerit aliqua apta [9] ei operi: [10] [ergo non *majora*, ſed *paulo majora*.]

2. MYRICAE. Virgulta ſunt [11] humilia [& ſterilia, quod vulgo [12] tamaritium dicitur.

3. SI CANIMUS SYLVAS, SILVAE SINT. C. D. Id eſt, [13] miſceatur illis honos, ut dignae ſint conſule, id eſt, filio conſulis Aſinii Pollionis.]

4. ULTIMA CUMAEI VENIT JAM CARMINIS AETAS. Sibyllini, quae Cumana fuit, & ſecula per metalla diviſit: dixit etiam quis quo ſeculo imperaret: & [14] Solis ultimum, id eſt decimum voluit. Novimus autem eundem eſſe Apollinem. Unde dicit, TUUS JAM REGNAT APOLLO. Dixit etiam, finitis omnibus ſeculis, rurſus eadem [15] renovari: quam rem etiam philoſophi hac diſputatione colligunt, dicentes, completo magno anno, omnia ſydera in ortus ſuos redire, & [16] referri rurſus eodem motu. Quod ſi eſt idem ſyderum motus, neceſſe eſt, ut omnia, quae fuerunt, habeant iterationem. Univerſa enim ex aſtrorum motu pendere manifeſtum eſt. Hoc ſecutus Virgilius, dicit reverti aurea ſecula, & iterari omnia quae fuerunt.

5. AB INTEGRO. [17] Vel denuo, vel ab initio. *Cato* de ſuo Conſulatu: *Omnia ab integro paranda erant.* SECLORUM. Synaereſis, [18] pro [19] ſeculorum [20] [& ſeculum quidam centum annorum definiunt; quidam centum decem. Horatius: Carm. Secul. 21. *Certus undenos decies per annos.*]

6. JAM REDIT ET VIRGO. Juſtitia, quae Erigone fuit, [21] [filia [22] Themidis, dum inter homines verſaretur, propter eorum ſcelera terras reliquit; quam ideo virginem dicunt, quod ſit incorrupta juſtitia.] Et permiſcet laudes tam pueri [23] Pollionis, quam Auguſti. Nam foelicitas temporum ad Imperatoris laudem pertinet. [24] [SATURNIA REGNA. Aurea ſecula, quia Saturnus aureo ſeculo regnaſſe dicitur.]

7. JAM NOVA PROGENIES COELO DEMITTITUR ALTO. Ut videantur homines non ex mortalibus nati, ſed ex numinibus, [25] & quaſi coelo lapſi. Et hinc conjicit fore aurea ſecula, quod Auguſtus imperat: [26] vel quod talis eſt natus puer; vel quod conſul eſt Pollio: [27] [unde eſt: *te conſule inibit*.

VARIORUM.

3. SILVAE SINT. *Sunt* Rottendorphii unus, & Venetus & quartus Moreti. *ſint* praefert Emmeneſſius. vid. & Brodaeum lib. I. Miſc. 39. & alios ab eo & Taubmanno citatos. per *ſilvas* & *montes* ſaepe Bucolici intelligunt ſedes paſtorum, vid. Ecl. V. 8. quae opponuntur Urbi. vid. ad Calp. Ecl. IV. 88. *montes non dedignetur adire*. quod eodem redit, ut hic *ſilvae ſint conſule dignae*. Hic autem graviores muſas intelligit, quibus Pollio excellebat, qui *no-*

va

5 deſunt B. L. V. R. Voſ. Steph. 6 Theocriae Voſ. Theocretae R. 7 deeſt L. R. Voſ. 8 diſcedit al. 9 inſerit ei aliqua apta operi L. R. Voſ. & aliqua a. operi V. 10 deſunt R. V. L. Voſ. Steph. 11 humillima, & hinc ad vſ. IV. deſunt L. V. R. Voſ. Steph. 12 tramaritium Dan. & Voſ. 13 Miſcetur c. h. & dignae al. Miſcetur illi honos, ut d. ſ. c. i. e. filio conſulis Aſinio Pollionis Dn. ſed. Aſinii legendum 14 ſolem omnes MS. & Dan. Steph. & al. 15 innovari L. B. R. Voſ. 16 ferri L. V. R. B. 17 denuo, reliquis omiſſis ad SECLORUM L. R. Voſ. Steph. 18 deeſt Voſ. 19 deeſt Voſ. 20 deſunt L. V. R. V. Steph. 21 deſunt L. V. R. Voſ. & Steph. al. 22 Themitis Dan. 23 quam Pollionis L. V. R. Voſ. Steph. al. 24 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. 25 quaſi e B. al. & quaſi e L. V. Steph. 26 bis *vel* deeſt L. V. R Voſ. Steph. alterum B. 27 deſunt B. L. R. Voſ. Steph.

Digitized by Google

Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta fave Lucina: tuus jam regnat Apollo.
Teque adeo decus hoc aevi, te Conſule, inibit
Pollio: & incipient magni procedere menſes.

Te

SERVII.

8. QUO. Deeſt naſcente: nam hoc dicit: fave ei Lucina, cujus ortus ſecula immutabit, aureis ſcilicet ferrea.

10. CASTA FAVE LUCINA. Modo [28] *Lucinam* Dianam accipimus. Sic Horatius: Carm. Secul. 15. *Sive* [29] *te Lucinam probas vocari*, [30] *ſeu te penitus Junonem*. Terentius: Andr. III. I. 15. *Junonem Lucinam*, dicit, ut: *Juno Lucina, fer* [31] *opem*, cum tamen ambae unum ſint. Sane hic Dianam, *Lucinam* non immerito deſignat: prior enim genita, parturienti matri Apollinem tuliſſe auxilium dicitur. [[32]Nigidius de Diis lib. IIII. *Quidam Deos & eorum genera temporibus & aetatibus*, [33] *inter quos & Orpheus: primum regnum Saturni, deinde Jovis, tum Neptuni, inde Plutonis: nonnulli etiam, ut magi, ajunt, Apollinis fore regnum. In quo videndum eſt, ne ardorem* (*ſive illa ecpyroſis appellanda eſt*) *dicant*. Quidam hoc loco, *Caſta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo*, Octaviam ſororem Auguſti ſignificari adfirmant; ipſumque Auguſtum Apollinem.] TUUS JAM REGNAT APOLLO. [34] Ultimum ſeculum oſtendit, quod Sibylla Solis eſſe memoravit: & tangit Auguſtum [35] cui ſimulachrum factum eſt cum Apollinis [36] cunctis inſignibus.

11. INIBIT. Inchoabit, exordium accipiet: aureum ſcilicet ſeculum: [[37] & ideo *inibit*, non *iniit*; quia conſul deſignatus erat. Quidam Saloninum Pollionis filium accipiunt: alii Aſinium Gallum, fratrem Salonini, qui prius natus eſt Pollione conſule deſignato. Aſconius Pedianus a Gallo audiſſe ſe refert, hanc Eclogam in honorem ſuum factam.]

12. INCIPIENT MAGNI PROCEDERE MENSES. Illud tangit, quod Julius & Auguſtus, menſes, in honorem Caeſaris & [38] Auguſti, acceperunt nomina: nam antea Quintilis & Sextilis dicti ſunt. Et hoc etiam trahit ad argumentum aurei ſeculi. [39] [Poſſumus & *magni* pro pulchri accipere, id eſt, aurei ſeculi.]

VARIORUM.

va carmina, id eſt magna, Ecl. III. 26. faciebat, nec tamen humiliora, id eſt bucolica deſpiciebat. BURM.

4. CUMAEI. De *Cumaea* & *Cumana* Sibylla egit J. Vlitius ad Gratii Cyneg. 35.

4. CARMINIS. *Temporis* Menagii codex prior. *Cumei*, *Cumaei*, *Cymaei*, *Culmei* in ſcriptis varie occurrit. *jam venit* Leid.

7. DEMITTITUR. *Dimittitur* zulich. Leidenſis, Menagii ſecundus, etiam Mentelii a manu prima & plures alii.

9. AC. *Et* Menagianus prior.

10. LUCINA. Dianam & Apollinem hic, ut in Carmine Seculari, jungi docet Schottus II. Obſerv. 22. Menandrum Dianam ſub Lucina intellexiſſe ait Donat. ad Terent. And. III. I. 15. BURM.

11. DECUS HOC. Quidam conſtruunt: Pollio, te conſule, hoc decus aevi, id eſt, aurea aetas, inibit, id eſt, inchoabitur. ita lex. Fabr. in *ſcelus*. ſed *inibit* ita abſolute poni non memini. Quare forte Apollo, id eſt Caeſar, inibit decus hoc aevi, te, Pollio, conſule, id eſt, inchoabit aureum ſeculum, quod eſt decus hujus aevi. non aliter me expedio. BURM.

12. MAGNI MENSES. Alciatus Par. VIII. 8. Mart. de Roa Sing. I. 26. *magnos*, fauſtos & felices interpretatur. ſed de Roa licet non repugnet, putat etiam longos & aeternos dici poſſe *magnos*, quorum felicitas ad omnem poſteritatem permaneat.

28 deeſt L. V. R. Voſ. 29 *te* al. deeſt Steph. 30 lege *genitalem*. ita forte legit Servius, ſed apud ipſum Horatium eſt *ſive te Lucina probas vocari*, *ſeu genitalis* VOSS. *vocari*, reliquis omiſſis R. L. V. Voſ. Steph. Vid. Muncker. ad Alberic. cap. VII. 31 *opem*, *ſervus me obſecro*. tamen a. n. ſunt R. Voſ. V. L. & al. 32 Haec deſunt L. V. R. Voſ. & Steph. & al. 33 deeſt hic verbum credo, quod praeceſſerat forte. 34 & ultimum L. R. Voſ. Steph. 35 cujus L. 36 conjunctis Dan. 37 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. 38 deeſt L. 39 deſunt L. V. Steph.

Te duce, ſi qua manent, ſceleris veſtigia noſtri
Irrita perpetua ſolvent formidine terras.
Ille deûm vitam accipiet, diviſque videbit
Permixtos heroas, & ipſe videbitur illis,
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.
At tibi prima, puer, nullo munuſcula cultu,
Errantis ederas paſſim cum baccare tellus,

20 Mix-

SERVII.

13. TE DUCE. Vel [40] Auguſto, vel Pollione, vel Salonino, auctore. SCELERIS VESTIGIA NOSTRI. Bene nullum vult eſſe praeſentium temporum vitium; ſed reliquias dicit eſſe ſuperioris aetatis. Sic in Georgicis I. 510. cum laudaret Auguſtum, & [41] carperet tempora, dicens: *Vicinae ruptis inter ſe legibus urbes, Arma ferunt: ſaevit* [42] *toto Mars improbus orbe*: Intulit 513. *Fertur equis auriga, neque audit currus habenas*: ut oſtenderet tantas eſſe reliquias praeteritorum malorum, ut ne ab optimo quidem rectore ſedari poſſe viderentur. Veſtigia autem ſcelerum dicit bella civilia, quae geſſit Auguſtus contra Antonium apud [43] Mutinam: contra L. [44] Antonium, fratrem Antonii, apud Peruſium: contra Sextum Pompejum, [45] filium Pompei, in [46] freto Siculenſi: contra Brutum & Caſſium in [47] Theſſalia: contra Antonium & Cleopatram, in [48] Epiro apud [49] Actium promontorium, [50] [juxta Leucaten.]

14. IRRITA. Ad nihilum deducta veſtigia; & non dicit, *Jam irrita ſolvent terras formidine*: ſed, fient irrita, & ſolvent [51] terras timore. PERPETUA autem eſt longa: [52] [immo, *ſolvent perpetua formidine*, id eſt, ſolvent formidine in perpetuum.]

15. ILLE DEUM VITAM ACCIPIET. Sicut ſupra, artificioſe laudem confundit, ut poſſit eſſe communis: nam ad quemvis poteſt [53] referri *ille*: vel ad Auguſtum, vel ad Saloninum.

16. [[54] ILLIS. Deeſt *ab*; id eſt, ab illis.]

17. PACATUMQUE REGET PATRIIS VIRTUTIBUS ORBEM. Vel Auguſtus, Caeſaris; vel Saloninus, Pollionis virtute pacatum orbem tenebit. Et mira laus utriuſque [55] eſt, & ejus, qui pacavit, & qui pacatum [56] tuetur.

18. AT TIBI PRIMA PUER NULLO MUNUSCULA CULTU. Rhetorice digeſta laudatio: non enim improvide in principio univerſa conſumpſit; ſed paulatim fecit laudem cum aetate procedere. MUNUSCULA. Bene in rebus minoris aetatis uſus eſt diminutione: [57] [ut: *nullo cultu*, id eſt, inarata, ſed ſua ſponte nata.]

19. ERRANTES HEDERAS PASSIM CUM BACCARE TELLUS. Paſſim vagantes. Unde antiqui Lyrici dixerunt, *flexipedes hederas*: quod hac [58] atque illac vagantur. Mire autem puerum laudat ex ipſis muneribus: nam [59] hedera indicat futurum poëtam, ut VII. Ecl. 25. *Paſtores hedera* [60] *naſcentem ornate poëtam.* [61] Baccar vero, herba eſt, quae faſcinum [62] depellit, ut VII. 27. *Baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.* Per quod pulchrum indicat puerum.

VARIORUM.

neat. aliter *magni menſes* poſſunt capi, ut *magnus dies*, pro memorabili, inſigni, de quo quidam Lucanum explicant VII. 92. ſed perperam. recte autem apud Ta-

40 vel Auguſte, vel Pollio vel Salonine, id eſt auctore. Dan. deerant L. V. R. Voſ. Steph. vel A. v. P. v. Salonino duce, id eſt auctore VOSSIUS. 41 carpiſſet B. carpiſſe L. ſed carpſiſſet Voſſ. R. & Steph. al. tempora vicina al. 42 *una m. imp. orbe. L. tota m. i. orbe* R. B. *impius* al. 43 Mutenam Dan. L. 44 contra illam, Antonium autem fratrem Antonii B. L. fratrem hujus Antonii Steph. al. 45 filium autem L. R. 46 in certo L. R. in porta B. 47 Theſſaliis V. 48 Epire L. 49 Accium V. 50 deſunt B. L. V. R. Voſ. Steph. 51 terras formidine. Voſ. terrore vel formidine Steph. al. 52 deſunt MSS. & Steph. Dan. & al. 53 referre L. 54 deſunt B. L. V. R. Voſ. Steph. Dan. 55 deeſt V. Voſ. 56 tuetur, vel certe patriis illis, deeſt ab, id eſt ab illis Dan. & al. 57 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. 58 & al. 59 hederae indicant L. V. Voſ. 60 *creſcentem* B. L. V. R. Voſ. 61 Bacchar B. 62 pellit B. L. V. Voſ.

Mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho.
Ipſae lacte domum referent diſtenta capellae
Ubera: nec magnos metuent armenta leones.
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet: Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.
At ſimul heroum laudes & facta parentis

Jam

SERVII.

20. RIDENTI ACANTHO. Laeto, [63] [ſuavi, jucundo, fulgenti, ut Horatius: IV. Od. II. *Ridet argento domus:* vel quod hians & patens naſcitur:] & eſt herba, quae in Aegypto [64] naſcitur. [65] [COLOCASIA. [66] Hanc herbam videtur in honorem Auguſti dixiſſe, quae Romae poſt devictam ab eo Aegyptum innotuit: & dicendo FUNDET abundantiam floris oſtendit.]

21. IPSAE LACTE DOMUM REFERENT. Quid enim eſt aptius [67] infanti lacte? Et [68] magna laus in hoc eſt, quod ait, *ipſae referent*, [69] [id eſt, ſua ſponte.]

22. NEC MAGNOS METUENT ARMENTA LEONES. Bona uſus eſt moderatione, dicens: Erunt quidem [70] magni leones; ſed minime armentis nocebunt.

23. [71] [BLANDOS. Jucundos, ut puero.] CUNABULA. Lectuli, in quibus infantes jacere [72] conſueverunt: vel loca, in quibus naſcuntur, quaſi *cynabula*. Nam κύειν eſt Graece [73] [praegnantem eſſe, &] [74] eniti, [[75] id eſt, parere.]

24. ET FALLAX HERBA VENENI. Non cicutam dicit, quae omnibus nota eſt; ſed illam [76] Sardoam, quae apiaſtri ſimilis, homines decipit: vel aconita, ut, II. Georg. 152. *Nec miſeros fallunt aconita* [77] *legentes.*

25. ASSYRIUM VULGO NASCETUR AMOMUM. [78] *Amomum* herba eſt ſuaviſſimi odoris, quae [79] tantum in Aſſyria naſcitur. VULGO. Paſſim, [80] [omnibus locis.]

26. HEROUM LAUDES, ET FACTA PARENTIS. [81] [Epexegeſis ſi [82] ſit, melior ſenſus eſt: Quae [83] erunt heroum laudes, tui parentis virtutes, & [84] [bono ordine, primo poëtas, deinde hiſtoricos, deinde philoſophos legendos dicit.

VARIORUM.

Tacit. Agric. cap XXXIV. vid. ad Ovid. III. Amor, IX. 27. BURM.

13. VESTIGIA. *Veſtigia noſtri irrita; perpetua* Regius & Mentelii pr. ita diſtinguunt. BURM.

14. TERRAS. *Poenas* Venet.

15 DIVISQUE. *Divoſque* Rottendorphius alter.

17. PATRIIS. *Patris* Mentel. pr.

18. NULLO. *Primo* Parrhaſ.

19. ERRANTIS HEDERAS. Ex Catullo ſumptum epitheton: Lyrici antiqui flexipedes hederas dixerunt; nec non Ovidius X. Met. 99. *Vos quoque flexipedes hederae veniſtis.* Quem locum ideo adduco, quia vulgo depravatus eſt. FABRIC.

19. BACCARE. Gloſſa Regii Cod. cum racemo ſuo.

20. FUNDET ACANTHO. *Fundat* apud Macrobium Saturnal. libro VI. cap. 6. HEINS. *Fundit* Gudianus a manu prima, ut & mox *referant*. *fundet* commentator Horatii II. Od. 6. BURM.

21. IPSAE. Id eſt ſponte, *nullo ducente:* ut Ovid. XIII. Met. 655. expreſſit illa Theocriti Idyl. XI. 12.

Πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ τωὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον
Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας.

ut

63 deſunt L. V. R. Steph. ut Horatius deeſt Dan. 64 invenitur al. 65 Haec herba videtur in honorem Auguſti creviſſe q. R. p. d. *i*. e. innotuit primum VOSS. & ita Heinſ. deſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. creviſſe Dan. al. 66 innotuit Ae. Dan. 67 infantibus L. V. Voſ. R. Steph. 68 deeſt L. Voſ. R. Steph. 69 deſunt L. V. R. Steph. 70 maligni Dan. 71 deſunt L. V. Steph. 72 conſuerunt L. V. Voſ. R. 73 deſunt al. 74 niti L. V. R. 75 deſunt L. V. . . . & Dan. & al. 76 Sardoniam V. Steph. & Ed. al. Sardonicam Dan. Sardicam C. 77 *legentis* L. V. R. Voſ. 78 deeſt L. 79 deeſt V. 80 deſunt L. V. R. Voſ. paſſim, abundanter Steph. 81 deſunt ad *quae ſit* vſ. 27. Voſ. 82 fuerit al. 83 ſunt L. V. 84 deſunt R. & L. Steph. ad *quae ſit*.

Jam legere, & quae ſit poteris cognoſcere virtus;
Molli paullatim flaveſcet campus ariſta,
Incultiſque rubens pendebit ſentibus uva:
Et durae quercus ſudabunt roſcida mella.
Pauca tamen ſuberunt priſcae veſtigia fraudis,
Quae tentare Thetim ratibus, quae cingere muris
Oppida, quae jubeant telluri infindere ſulcos.

Alter

SERVII.

27. JAM LEGERE. Id eſt, cum coeperis imbui ſtudiis liberalibus. QUAE SIT POTERIS COGNOSCERE VIRTUS. Acceſſu [85] enim aetatis quanta ſit virtus [86] cognoſcitur, & cujus gloriae.

28. MOLLI. Fertili. [87] [FLAVESCET. Albeſcet.] ARISTA. Seges inculta, quae a nullo colitur.

29. [88] [INCULTISQUE R. P. S. U. Id eſt, ubique ſit uva.] RUBENS. Matura. SENTIBUS. Spinis, & aſperis frutetis.

30. ET DURAE QUERCUS SUDABUNT R. M. Id eſt, quae hodie roſcida, olim quercus ſudabunt. SUDABUNT. Defluent. ROSCIDA MELLA. Id eſt, Fragrantia.

31. SUBERUNT VESTIGIA. Id eſt, erunt, ſed latenter: & bene, *Priſcae fraudis*, Ad ſuorum temporum excuſationem: ſicut ſupra [89] diximus. [90] [Aut fraudem pro ſolertia poſuit].

32. QUAE TENTARE THETIN RATIBUS, QUAE CINGERE MURIS OPPIDA. A ſequentibus oſtendit praecedentia; quae vitavit, quaſi laudi incongrua: nam per navigationem oſtendit fore avaritiam, quae homines navigare compellit: per *muros*, bella ſignificat: per agriculturam, famis oſtendit timorem.

VARIORUM.

ut Stephanus in Virgiliana Theocriti imitatione in prolegomenis: qui hunc locum non adduxit, quia in alio argumento verſabatur. Vide Cerdam, & Taubm. Sic & *ipſae* Ecl. VII. 11. Georg. I. 27. & alibi. BURM.

22. METUENT. *Metuant armata* Mentelius prior. *Metuant* etiam Menagii ſecundus. *leonis* Leid. a manu pr.

25. OCCIDET. Deerat hic verſus Leidenſi a m. pr.

26. AT SIMUL. *Ac ſimul* uterque Mentelianus cum altero Menagiano. Mox *facta parentum* in fragmento Moretano, quod & Gudianus a ſecunda manu exhibebat. HEINS. *Et ſimul* quartus Moreti. *Ac ſimili* Francii, *ac ſimul* Reg. a m. pr. *hac* Mentelii prior. *at* & *parentis* agnoſcit Nonius in *legere*. BURM.

27. ET QUAE SIT POTERIS. *Et poteris quae ſit* unus Heinſii.

28. FLAVESCET. *Flaveſcit* Gudianus a manu prima, tertius etiam Rottendorphius, & quartus Moretanus. BURM.

30. ET DURAE. Voſſius legebat *Edurae quercus*, ut Georg. IV. 145. *Eduramque pyrum.* Vid. & II. Georg. 65. ſed *durae quercus* paſſim occurrunt. Vid. Ovid. IV. Faſt. 400. ſic *durum robur* noſtro VIII. 315. BURM.

30. SUDABUNT ROSCIDA MELLA. Manus viri docti in codice, quem poſſideo, conjiciebat *roſcida mala*, ut etiam dicuntur Ecl. VIII. 37. ſed an *mala* conveniant τῷ *ſudabunt*, dubito. *roſida* Francianus & Ed. Venet. ſollemni variatione. ſed Scholiaſtes Horatii ad lib. II. Od. 19. *ſudabunt roſcida mella* habet. BURM.

32. QUAE TENTARE THETIN. Sic ſolus ex noſtris Mentelianus alter. ceteri *Thetim.* quod maluiſſe noſtrum cenſeo. *Sic Alexin*, *Daphnin*, *Parin*, *Moerin*, *Irin*, ſimiliaque paſſim, de quibus ſuo loco uberius dicetur. HEINS. *Thetin* Scholiaſtes Horat. III. Od. 24. *Thethin* Voſſ. De verbo *tentare* vid. ad Valer. Flac. I. 197. & 529. BURM.

33. INFINDERE. *Infundere* quartus Moretanus, Me-

85 deeſt L. Voſ. R. 86 agnoſcitur L. Steph. Dan. & Ed. al. 87 deeſt Steph. & notae ad 31 deſunt L. R. Voſ. 88 deſunt Steph. Dan. 89 dictum eſt Dan. 90 deſunt L. R. Voſ. Steph.

Digitized by Google

Alter erit tum Tiphys, & altera quae vehat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella:
Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.
Hinc, ubi jam firmata virum te fecerit aetas,
Cedet & ipſe mari vector; nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non raſtros patietur humus, non vinea falcem.

Ro-

SERVII.

34. Alter erit tum Tiphys. [90] *[Vel re vera [91] *Tiphys*, vel qualis *Tiphys*, Argonautarum gubernator. Sane] ſpecialia pro generalibus [92] poſuit: nam per *Tiphyn*, quemcumque gubernatorem accipimus: per *Argo*, quamcumque navem: per Trojam, quamcumque civitatem: per Achillem, quemcumque virum fortem. Videtur tamen locus hic dictus per [93] ἀποκατάστασιν, id eſt, per omnium rerum [94] revolubilitatem, ex ſiderum ratione venientem, ut diximus ſupra. [95] [Sane fabula de hoc gubernatore talis eſt: Pelias, cum accepiſſet reſponſum ab Apolline, fore, ut ab eo privaretur regno & [96] vita, [97] qui altero pede [98] nudo ei ſacrificanti occurriſſet, forte vidit Jaſonem nudo pede veniſſe; qui [99] dum Junonem, tranſmutatam in [1] anus ſpeciem, credens mortalem, petentem per vadum fluminis transferret, alteram ex caligis in limo amiſerat. Igitur Pelias, metuens ex [2] reſponſis fata, juſſit eum Colchos proficiſci ad petendam auream pellem arietis, qui Phrixum & Hellen Colchos pertulerat: qui, fabricata navi, quam ab Argo fabricatore Argo appellavit, contractaque juventute Graeciae, Tiphyn habuit gubernatorem *[3] Sane quidam Argo a celeritate dictam volunt, unde verſo in Latinum verbo, *argutos* celeres dici. Socii vero Jaſonis Minyae appellati ſunt; vel ab [4] agro hujus nominis [5] Colchorum; vel quod multi, ex quadam Minya nati, Jaſoni ſe conjunxerint: vel quod Minya [6] Jaſoni materna avia fuerit. Qui autem cum Jaſone profecti ſint, apud eos, qui de fabulis ſcripſerunt, plenius invenitur..

35. Heroas. Quidam a terra dictos volunt, quod terra [7] ἥρα dicta ſit; unde initio nati creduntur homines, qui nomen a matre traxerunt.

37. Te fecerit aetas. *Aetas* hoc loco modum annorum ſignificat, ut, III. Georg. 61. *Aetas Lucinam juſtoſque pati hymenaeos*, nam ſubdidit: *Deſinit ante decem, poſt quatuor incipit annos.* Alias pro tempore poſita, ut, I. Aen. 284. *Veniet luſtris labentibus aetas.*]

38. Cedet et ipse mari vector. Neceſſario; ſiquidem, Omnis feret omnia tellus: Navigatio enim ex mercimonii ratione deſcendit. [8] [Sane *vector*, tam is, qui vehitur, quam qui vehit, dicitur; id eſt, & nauta, & mercator. Mutabit merces. Quia antiqui res rebus mutabant.]

VARIORUM.

Menagii alter & Venetus. *tellure* tertius Rottendorphius.

34. Tiphys. *Typhis* multi. *Argos* quartus Moreti & Rottend. an intelligit Agrippam?

35. Heroas: erunt etiam. *Herous: quoque eruut etiam* Parrhaſ.

36. Achilles. *Achillis* duo Heinſiani.

37. Hinc. *Hic* Parrh. & Venetus.

38. Vector. *Victor* Mentelii & Ed. Dan. Heinſ. *caedet* vitioſe Ald.

40. Rastros. *Nec raſtros* Vratiſlav. *nec r. p. h. nec* Francii Cod. *ratros* Zulichem. & Voſ. a m. pr.

ſeal-

90 * deſunt L. R. V. Steph. 91 *Typhis* B. 92 ponit R. Voſ. R. Steph. & al. 93 *apotaſtataſia* L. 94 volubilitatem Steph. & a. 95 hinc uſque ad vſ. 38. deſunt notae in L. V. R. Voſ. & Steph. & in B. ad vſ. 60. 96 vita ..... altero Dan. 97 quae Ed. al. 98 modo al. 99 quidam al. 1 anni Dan. 2 reſponſione facta al. 3 quidam tamen al. 4 Argo Dan. 5 Ioicorum VOSS. 6 Jaſoni a terra Dan. Jaſonis terra al. 7 ἥρα Dan. 8 deſunt L. R. Voſ. Steph.

Robuſtus quoque jam tauris juga ſolvet arator.
Nec varios diſcet mentiri lana colores.
Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandyx paſcentis veſtiet agnos.
Talia ſecla, ſuis dixerunt, currite, fuſis
Concordes ſtabili fatorum numine Parcae.

Adgre-

SERVII.

42. DISCET MENTIRI LANA COLORES. Cum enim tinguitur, mentitur alienum colorem.

43. [8*] [IPSE SED IN PRATIS A. I. S. R. M. I. C. M. V. L. Hoc in honorem vel laudem Auguſti refert. Traditur enim in libris Etruſcorum, ſi hoc animal miro & inſolito colore fuerit infectum, omnium rerum felicitatem imperatori portendi. IPSE autem quod addidit, non vacat: nam ſunt quaedam pronomina, quae addita nominibus faciunt dignitatem, ut, *ipſe modo Aenea* & *Turnus ego.* Sane in Numae legibus cautum eſt, ut, ſi quis imprudens occidiſſet hominem, pro capite occiſi [9] & natis ejus, in cautione offerret arietem. Ergo hic bene videtur arieti dignitatem dare; dicendo *ipſe*; qui oblatus, homicidam crimine homicidii poſſit exſolvere. JAM. Significat modo.]

44. MURICE. Cochlea [[10] ſimilis conchiliis], unde tinguitur purpura. MUTABIT. [11] Tinguet, inficiet per naturam. LUTO CROCEO. Rubicundo colore, & eſt Hypallage, pro *croco luteo*: nam *crocum*, lutei coloris eſt. Unde & [12] *aluta pellis*, [13] [alba per naturam.]

45. SANDYX. Herba eſt, de qua *ſandycinus* tinguitur [14] color.

46. [15] [TALIA SECLA SUIS DIXERUNT CURRITE FUSIS. Ordo eſt, *Talia ſecula currite*, *fuſis ſuis Parcae dixerunt.* CURRITE. Volvite. [16] Melius eſt, *currite*, imperativum eſſe modum: ut ſit ſenſus, *Dixerunt Parcae concordes*, *ſuis fuſis*, id eſt, vaticinationibus, *currite talia ſecla*: hoc ordine & eventu veſtro eſtote.

47. STABILI. Hic immutabili, & ſemper manenti. FATORUM NUMINE. Fata dicta a fando: quia quae Parcae dixerunt, haec credebantur evenire mortalibus. *Numine* autem, eſt, poteſtate, divinatione, ac majeſtate. PARCAE. Quae & Furiae infernales; dictae Parcae, κατ' ἀντίφρασιν, quia nulli parcunt.] CONCORDES STABILI FATORUM NUMINE PARCAE. Nam & quod una dixerit, duae ſequuntur: & fixa ſunt ſtatuta fatorum, Horatius Carm. Sec. 26. *Quod ſemel dictum* [17] *eſt*, *ſtabiliſque rerum Terminus ſervet.* .

VARIORUM.

fealcem quartus Moretanus. *Falces* Menagianus alter. *Robuſtis* etiam Venetus & Parrhaſ.

43. SED IN. *Set* Menagii.

44. MUTABIT VELLERA. Imitatur Claud. in laud. Serenae 71.

Gallaecia riſit
Floribus, & roſeis formoſus Duria ripis
Vellera purpureo paſſim mutavit ovili.

Et quae ibi plurima de natali Serenae. BURM.

45. PASCENTES. Hanc lectionem contra quemdam Anonymum, qui *naſcentes* volebat, vindicavi ad Ovidii lib. III. Art. Amat. 25. *naſcentes* tamen defendi poſſet ex III. Georg. 390. *Sandix* Mentelii, Menagii, Franc. Reg. Parrhaſ. & alii codices plurimi, ut & Edit. Ald. & Juntae Bucolicon. de *ſandyce* vid. Duran. ad Plin. XXXV. §. 12. BURM.

46. CURRITE. *Currere* Parrhaſ.

48. AG-

8 * hac nota carent L. Voſ. R. Steph. 9 delet G. VOSS. 10 deſunt duae hae voces L. R. Voſ. Steph. & Ed. al. 11 intinguet V. Voſ. 12 aliuta V. L. alutea al. luteola Urſ. 13 deſunt L. R. V. Steph. 14 color, quam Varanam ruſtici dicunt Steph & al. 15 deſunt uſque *concordes ſtabili* L. Voſ. R. 16 Quidam volunt *curritas* dici vates deas, quae fuſis ſuis, id eſt vaticinationibus ordinent cuncta & praedicant futura, & eſſe Graecum Nominativum. CURRITE. melius tamen eſt &c. Steph. 17 deeſt Steph. Dan.

Digitized by Google

Adgredere o magnos (aderit jam tempus) honores,
Cara deûm ſuboles, magnum Jovis incrementum!
Adſpice convexo nutantem pondere mundum,
Terraſque, tractuſque maris, coelumque profundum:
Adſpice, venturo laetentur ut omnia ſeclo.
O mihi tam longae maneat pars ultima vitae,
Spiritus &, quantum ſat erit tua dicere facta!

Non

SERVII.

49. JOVIS INCREMENTUM. Nutrimentum: & eſt vulgare, quod bucolico [18] congruit carmini.

50. NUTANTEM MUNDUM. Nutat praeſentibus malis: [[19] ſicut poſt laetari illum dicit:] laetus eſt, bonis futuris: [20] [& bene quaſi renaſcentem deſcribit. Sane Jovem merito puerorum dicunt incrementa curare, [21] quia cum pueri togam virilem ſumpſerint, ad Capitolium eunt. Nam & in VIII. 615. Aſcanius in Numanum intendens ſagittam, Jovem magis invocavit, *Jupiter omnipotens, audacibus annue coeptis!*] CONVEXO, Curvo, inclinato.

51. [22] [TRACTUS. A magnitudine dictum accipitur; & bene per haec omnia mundum diviſit.]

53. O MIHI [23] TAM LONGE MANEAT PARS ULTIMA VITAE. Utinam poſſim frui vita longiſſima & habere tantum ſpiritum, quantus [24] poſſit ſufficere ad tuae virtutis commemorationem.

VARIORUM.

48. AGGREDFRE. *Adgredere* Mentelianus prior & tertius Gudianus & Regius. & ita in Vaticano ſemper ſcribi notat Politianus lib. IV. Ep. 8. BURM.

49. CARA. *Clara* Sext: Pompejus *clara*, unde colligo hoc nomen interjecta aſpiratione olim ſcriptum fuiſſe: quae literarum vicinitas diverſam lectionem peperit. FABRIC. Solus Moretanus quartus hanc agnoſcit ſcripturam inter noſtros, & Schefferianus recentiſſimus. caeteri *cara*. quod apud Marium Plotium libello de Metris exſtat. Pompejus Feſtus vocabulo *ſuboles* agnoſcit *clara*, quod nec Pierius monere neglexit. immo in Feſto eſt *cara*. *Cara* etiam in Ciri v. 399. ubi totus hic verſus exſtat, *Cara Jovis ſoboles, magnum Jovis incrementum*. HEINS. De *ſubole* egit etiam Pierius ad IV. Aen. 328. ſed & ibi nos alio ablegat. vide ad Lucan. II. 331. In Feſto in *ſuboles*, legitur *cara*, quare Fabricium aut errare, aut operas puto. BURM.

51. TERRASQUE, TRACTUSQUE. *Terraſque & tractuſque* Menagianus alter. Et *terras tractusque* Zulichemius Francii.

52. LAETANTUR UT OMNIA SECLO. Ita Pierius ex codice Romano, noſtri omnes *laetentur*. HEINS. Vid. ad Ecl. II. 66.

53. O MIHI TAM LONGE. *Tam longae* Scholiaſtes Horatianus Crucquii ad oden ſecundam libri quarti, & placet, quomodo ab ſecunda manu in utroque Menteliano videbatur eſſe caſtigatum. Nec aliter a manu prima alter Leidenſis. Vide Toll. in Auſon. Epitaph. XXXVII. In multis veterum etiam praeſtantioribus *tum longe* pro *tam*. HEINS. O *mihi tam longe* Voſſ. Leid. Parrhaſ. & nonnulli alii. in Regio turbata erat ſcriptura, & dubium, an *longo* fuerit & correctum *longae*. *Tum* idem Regius & Ed. Venet. & duo codices Servii ab Heinſio inſpecti. Intricatior eſt conſtructio & diſtinctio. Heinſius in ora codicis ſcripſerat *ſpiritus & quantum ſat erit*. Alii diſtinguunt, *pars ultima vitae, Spiritus &, quantum*, quod durius videtur, & tamen recentiores plures ſecuti. ſed Schol. Horatii poſt *ſpiritus* ponit dictinctionem, & ita in codicibus Regio, Parrhaſ. Leidenſi & Ed. Junt. Bucolicorum. Aldi poſterior poſt *vitae*, & deinde *ſpiritus & quantum* &c. quod prae aliis probo. nec etiam *tum* diſplicet, ut ſenſus ſit, *Tum*, ſcilicet quum venturo ſeculo omnia laetantur, maneat mihi pars ultima vitae, id eſt

18 convenit Steph. Dan. 19 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. 20 deſunt uſque ad *convexo* L. R. Voſ. Steph. in aliis deficiunt al. ſane Jovem. 21 qui cum Dan. 22 deſunt L. R. Voſ. Steph. 23 TUM L. V. 24 poſſet Voſ. R.

Digitized by Google

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adſit:
Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.
Pan etiam, Arcadia mecum ſi judice certet,

Pan

SERVII.

55. NON ME CARMINIBUS VINCET NEC THRACIUS ORPHEUS. Genere ſtyli ſeſe Orpheo, vel Lino [25] meliorem fore commemorat: nam non ſibi arrogat; ſed hoc dicit: Tanta eſt [26] materia tuae laudis, ut etiam humile ingenium in ea re ſupra omnes poſſit excellere.

56. LINUS. *Linus* [27] vero, cum nomen hominis dicimus, brevis eſt LI: Statius, VI. Theb. 64. *Medio Linus intertextus acantho.* Cum autem *linum* dicimus, filum ſignificantes, LI longa eſt; cum producatur apud Graecos. [28][*Linus* Apollinis & Pſamatis filius, qui Theologiam ſcribit.] [29] ADSIT. Pro faveat.

57. CALLIOPEA. Graeca declinatio.]

58. PAN DEUS. [30] Redit ad ruſtica numina: nam ſatis exceſſerat, dicendo *Linum* poëtam, [31] & *Orphea* Theologum.

VARIORUM.

eſt ſenectus, & ſpiritus, quantum ſufficiat ad tua facta dicenda, de quo vide Broukh. Sed hic ſenectus debet intelligi, quae certe pars *ultima* eſt, ut juventus *optima*: & recte hoc votum comparavit Broukhuſius Propertiano lib. III. III. 69. *Exitus hic vitae ſuperet.* & idem noſter III. Georg. 10. dicit *modo vita ſuperſit*. Cicer. pro Arch. cap. XII. *quum uſque ad extremum ſpatium nullum tranquillum atque otioſum ſpiritum duxerimus.* Et ita hic ſpiritus, quo vivimus, anima poteſt intelligi, vel, ut Guellius, nimis ſubtiliter forte, qui ex pulmonibus venit, quem vigentem optat. ſimile illud Lucani VII. 600.

Aſt illi ſuffecit pectora pulſans
Spiritus in vocem.

malim tamen intelligere *ſpiritum* Poëticum, ut paſſim Horatius & Ovidius eum vocant. qui quum languidior in ſenibus ſit, optat ſpiritum, qui ſat erit dicere, id eſt, ad dicenda facta tua. BURM.

54. TUA. *Sua* Heinſianus unus. *fata* Rottend.

55. THRACIUS. *Thraceus* tres codices Heinſii; & Mentelii prior & Menagii. *Trachius* Mentelii tertius & Regius.

56. ATQUE HUIC. *Atque* deeſt Rottendorphiano uni.

57. ORPHEI CALLIOPEA. *Orphi* Priſcianus agnoſcit libro ſeptimo duobus locis, quod & nos in multis invenimus codicibus, idque Macrobius etiam expreſſit Saturn. V. cap. 17. in utroque tamen Menteliano & Gudiano *Orphei* a manu prima fuiſſe exaratum videbatur. Primus etiam horum trium Codex, *Calliopia*. Priſcianum audi. *Virgilius in bucolico Orphi Calliopea. Nam cum ſit dativus Graecus pro ei diphthongo longam habuit more ſcripturae noſtrae.* at Phocas Grammaticus *Orphei* hoc loco eſſe legendum contendit. fragmentum Moretanum *Orpheo*. HEINS. *Orpheo Calliope*, Ed. Venet. *Orphi Calliope* Mediol. *Calliopia* quartus Moreti & Leidenſis. *Calliopea* Francii. *Orphea Calliopea* Parrh. *Orphi* Leid. C. & Regius, qui *Orfi* IV. Georg. 545. & Claudian II. Epiſt. 33. BURM.

58. PAN DEUS ARCADIA. *Pan etiam Arcadia* uterque Mentelianus, & Gudianus, & ceteri magna ex parte, niſi quod in primo Moretano & Menagiano altero aliiſque nonnullis hic verſus omittitur. Vulgatum ex oblongo Pierii codice videtur promanaſſe, quod & ipſi Pierio probatur. Sed male, etſi apud Donatum in Hecyram Terentii Act. II. Scen. II. 13. legebatur *Pan Deus Arcadia*. & Voſſius Inſtit. Orat. lib. V. cap. II. p. 286. ex Pierii codice non improbat *Pan Deus*. Sed vero & Rufinianus Rhetor pag. 32. & Macrobius Saturnalium libro V. cap. 14. & Auctor de origine urbis Romanae cap. V. manifeſte agnoſcunt *Pan etiam Arcadia*. niſi quod apud poſtremum hunc *cantet* pro *certet* perperam legitur. annotat & Macrobius *amoenitatem hujus repetitionis*. Et proxime ſubſecuto verſu *dicet* exhibet, non *dicat*, quod & ipſum ego in quibuſdam exemplaribus, quanquam minus antiquis, exaratum offendi. HEINS.

59 Di-

25 ſimilem V. Voſ. parem L. aequalem Steph. 26 materies Steph. al. 27 deeſt L. V. R. Voſ. Steph. & Ed. al. 28 deſunt al. & in L. Voſ. R. Steph. etiam uſque ad 58. 29 Adſint Dan. 30 redit al. 31 vel L. R. Voſ. *Orpheum* al.

Digitized by Google

Pan etiam Arcadia dicat ſe judice victum.
Incipe, parve puer, riſu cognoſcere matrem:
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Incipe, parve puer: cui non riſere parentes,

Nec

SERVII.

59. ARCADIA JUDICE. Quae ei favet, ubi colitur.

60. RISU COGNOSCERE MATREM. Alludit ad id, quod factum eſt: & rem naturalem ait. Sicut enim majores natu [32] ſe ſermone [33] cognoſcunt, ita infantes [34] parentes riſu ſe indicant agnoſcere. Ergo hoc dicit: incipe parentibus arridere, & eis ſpe ominis boni [35] detrahere ſolicitudinem; ut [36] & ipſi tibi arrideant.

61. TULERUNT. Alii, [37] *abſtulerint* legunt; ut ſit: *Si riſeris, abſtulerint decem menſes matri tuae longa faſtidia:* matri enim decem menſes attulerunt longa faſtidia: quia praegnantes ſolent faſtidia pati. DECEM MENSES: [38] [quia mares in decimo naſcuntur menſe, [39] foeminae vero in nono.]

62. CUI NON RISERE PARENTES, NEC DEUS HUNC MENSA, DEA NEC DIGNATA CUBILI EST. Sicut Vulcano contigit; qui cum deformis eſſet, & Juno ei minime arriſiſſet, ab Jove eſt [40] praecipitatus in inſulam Lemnum. Illic nutritus [41] ab Sintiis; cum Jovi fulmina fabricaſſet, non eſt admiſſus ad epulas Deorum. Poſtea cum rogaret ut [42] vel Minervae conjugium ſortiretur, ſpretus ab ea eſt. Unde divinos honores non meruit: ad quos aut per convivium Numinum, aut per [43] conjunctionem venitur Dearum. Hinc eſt, quod Junoni in primo Aeolus [44] agit gratias, quod per ejus [45] beneficium divinos honores meruit; ut, I. Aen. 79. *Tu das epulis accumbere divum.* [46] [Alii dicunt, quod, cum Vulcanus parentes ſuos diu quaereret, nec inveniret, ſedile fecit tale, ut cum eo, qui ſediſſet, ſurgere non poſſet: in quo cum adſediſſet Juno, nec poſſet exſurgere, Vulcanus negavit ſe ſoluturum omnino, niſi prius parentes ſuos ſibi monſtraſſet; atque ita factum eſt, ut in Deorum numerum reciperetur. Sane NEC DEUS HUNC MENSA, alii ita intelligunt; quaſi tam cito extinctus ſit, ut nec Veneri, nec Libero, potuerit operari. Proinde de nobilibus pueris editis, in atrio domus Junoni lectus, Herculi menſa, ponebatur. NON DEUS. Id eſt, Iupiter. NEC DEA. Id eſt, Minerva.]

VARIORUM.

59. DICAT. *Dicet* Parrhaſ. Leid. C. Menag. Venetus & alii.

61. TULERUNT. Sic ſoli ex noſtris Gudianus & Schefferianus cum Menteliano altero a ſecunda manu, uti & Romanus vetertimus Pierii. caeteri *tulerant*. *tulerint* Mentelianus alter. Sed *tulerunt* Probus manifeſte agnoſcit Artis Grammaticae libro primo, ubi agit de productione vel correptione ſyllabarum. Donatus quoque in prologum Eunuchi Terentianae ſecundam ſyllabam in *tulerunt* hic corripi monet, ut in illo Terentii, *poſtquam aediles emerunt*. nec aliter legas apud Scholiaſten Statii Thebaidos primo 576. Thebaidos tertio 302. haec apud illum habes: *Exciderunt propter metrum --- ut decem tulerunt faſtidia menſes.* Sic ſcribendum. Alcimus Avitus de laude Virginitatis. *Et cum longa decem tulerunt faſtidia menſes, Perfectoque gravis foetu diſtenditur alvus.* Male & illic *tulerint* circumfertur. HEINS. Ramires de Prado Pentecontarchi cap. III. legit *tulerint*, & explicat: ride puer matri, nam ſic auferes faſtidium decem menſium matri tuae. ſed cur tunc non *abſtulerint* legit, ut Servius alios legere teſtatur? ſed conſtructio tunc non ſtare videtur, an decem menſes abſtulerint faſtidia, an faſtidia tulerint decem menſes. *tulerant* Ed. Ven. *tulerint* Mediol. BURM.

62. INCIPE, PARVE PUER. Si licet, poſt Politianum, ac maximum Bembum, aliquid ſuper hoc loco audere, ego quoque in campum deſcendam,

32 deeſt B. L. V. R. Steph. 33 deeſt R. Voſ. Steph. cognoſcuntur al. 34 deeſt L. B. V. 35 detrahe L. R. 36 deeſt al. 37 Alii *adtulerint* legunt, ut ſit: riſeris, ejus abſtulerint decem menſes matri tuae longa faſtidia L. ita & B. niſi quod ſi riſeris, & *ejus* ignorat. reliqua vero omittebat uſque ad 62. in R. etiam ſit, ſi, ut ſit: riſeris at in Voſ. legitur abſtulerint x. menſ. attulerint longa faſtidia. 38 deſunt Steph. 39 foemina Dan. 40 praecipitatus. vid. Schott. II. Obſ. 44. 41 a Sinciis Dan. ab Sintiis V. & Edd. al. 42 cum Minerva al. cum Minervae Dan. 43 junctionem L. 44 ait L. 45 beneficia L. 46 deſunt ad finem L. Voſ. R. ſed Steph. *Non Deus*.

Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili eſt.

PHILARGYRII.

63. Dea nec dignata cubili est. Pueris nobilibus editis, in atrio [47] Junoni Lucinae lectus ponebatur, [48] Herculi menſa.

VARIORUM.

dam, & quid ſentiam paucis explanabo. Erat hic puer, de quo agitur, Marcellus ille Caeſareus, cujus mentio in Aeneidos ſexto juxta finem. erat, inquam, fronte parum laeta, hinc eſt, quod de eo legimus: *ſed frons laeta parum & dejecto lumina vultu*. propterea ad riſum erat invitandus atque excitandus, quod facit Poëta, dicens

Incipe, parve puer, riſu cognoſcere matrem.

&

Incipe, parve puer, cui non riſere parentes.

& illud *cui* ſive *qui*, erit pluralis. itaque verborum ſtructura colligitur, unde facillimus elicietur ſenſus: Incipe, parve puer, ſcilicet cognoſcere matrem riſu; nec Deus eſt dignatus menſa, nec Dea eſt dignata cubili hunc ex illis, qui non riſere parentes, id eſt, qui parentes riſu non cognovere. De Deo & Dea nihil laboro. NANSIUS.

62. Cui non risere parentes. *Quoi* ut & lib. III. Georg. *quoi non dictus Hylas* ex Quintiliano Giphanius Indice Lucret. Vide Scaligerum ad Catullianum Mallii epithalamium, & Voſſium Analogiae lib. IV. cap. 6. & Inſtit. orat. lib. IV. cap. I. ſub finem p. 39. HEINS. Aug. Buchnerus part. II. pag. 79. Epiſtolarum, *qui non riſere parentes* explicat pro *ad parentes*, ſequutus Scaligerum. *qui* Politian. Miſc. LXXXIX. *cur non* Parrhaſ. Ald. & aliae diſtinguunt *cui non riſere Parentes: Nec Deus* &c. Et ita Cerda. Et Taubm. vid. M. de Roa Singul. IV. 9. quibus etiam praeivit Achill. Stat. ad Catul. Carm. LXI. 219. qui dixit: *dulce rideat ad patrem*. BURM.

63. Cubili est. Verbum ſubſtantivum non habetur in primo Moretano, nec in Schefferiano. a perveteri etiam Pieriano aberat. HEINS. Deeſt & Zulichiamo. ſed habet Donatus ad Terent. Phorm. I. I. 16. *Cubile eſt*. Mentelii prior & Gudianus. BURM.

[47] *Junonis* L. I. p. [48] Herculis menſum Comm. & Dan.

ECLO-

Digitized by Google

ECLOGA QUINTA.

DAPHNIS.

MENALCAS. MOPSUS.

CUr non, Mopſe, boni quoniam convenimus ambo,
Tu calamos inflare levis, ego dicere verſus,
Hic corulis mixtas inter conſidimus ulmos?

MO. Tu

SERVII.

[1] MENALCAS. Virgilius hic intelligitur, qui obitum fratris ſui, Flacci, deflet: vel, ut alii volunt, interfectionem Caeſaris. MOPSUS vero Aemilius Macer, Veronenſis Poëta, amicus Virgilii.

1. CUR NON, MOPSE, BONI. Inducuntur [2] duo amici paſtores canere ad [3] delectationem: unde & ſe [4] laudant; & ſibi invicem cedunt. BONI autem docti: & figurate ait, BONI [5] [AMBO, TU CALAMOS INFLARE LEVIS: EGO DICERE VERSUS: *Calamos*, [6] aut *leves verſus*, id eſt, ſubtiles; ſed melius eſt, *tu calamos leves, ego dicere verſus.* BONI DICERE autem [7] Graecum eſt; ita Graeci, ἀγαθὸς πολεμίζειν. DICERE ſane pro *canere*, ut Horatius I. Od. 21. *Dianam tenerae dicite virgines:* ponitur & pro nominare, ut, I. Aen. 533. *Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.*]

3. HIC CORYLIS MIXTAS INTER CONSEDIMUS ULMOS? Ordo eſt: *Cur non Mopſe hic* [8] *con-*

VARIORUM.

1. CONVENIMUS AMBO. Quos ignorantia cultae & elegantis Latinitatis non in errores ducat interpretes, exemplum dabit noſter Vondelius, tanti nominis interpres, qui *convenimus* hic capit, quaſi inter Mopſum & Menalcam conveniſſet, quia congruerent, & pares eſſent, & ut Ecl. VII. 5. Thyrſis & Corydon, ita hic Mopſus aptus eſſet ad calamos inflandos, Menalcas ad verſus dicendos: ſed caſu & forte hic in unum locum veniſſe dicit Menalcas, ambos peritos, Mopſum calamo, ſe verſu. ſic lib. I. 707

Nec non & Tyrii per limina laeta frequentes
Convenere.

& II. 799. *Undique convenere.* & ita paſſim pro in unum venire. aliter dicitur Latine *convenit illis*, vel *inter illos.* quae nota doctis viris. BURM.

2. LEVES. Dubitat Servius, an calamos, an verſus *leves* velit; ſed calamis debere hoc epitheton

Daphnis. Mopſus extinctum Daphnim deflet, Menalcas eodem artificio eumdem in coelum receptum elegantiſſima gratulatione & totidem verſibus canit. NANSIUS. Haec Ecloga ſcripta eſt de Quintilio Virgilii cognato, non vero de duce Germanico: id tibi dico, quia multi per Daphnim intelligi volunt Quintilium Varum, qui dolo ab Arminio circumventus in Germania cum tribus legionibus interfectus fuit. Gaſſendus & Sleidanus illum errorem commiſerunt: Error enim eſt manifeſtus: nam Virgilius obiit ſub conſulatu Caji Sentii Saturnini, quod incidit in A. U. C. 734. At Quintilius Varus occiſus eſt in Germania A. U. C. 762. aut circiter. de ea re conſulite Epiſtolarum mearum lib. II. Epiſt. 46. FABER. Id jam obſervavit Cerda ad Ecl. VI. 7. hanc Eclogam illuſtrat Barth. Adv. XLII. 4.

1 Haec nota deeſt B. & L. R. Voſ. Steph. 2 Hic duo L. amici deeſt Dan. 3 dilectionem B. 4 laudantes ſibi Dan. & laudant & B. Voſ. R. 5 deſunt ad vſ. 3. L. V. R. ſed Steph. ſed ad vſ. 5. B. 6 autem, Voſſius. 7 Graecum eſt, ita nos legimus, dicere Dan. 8 conſidimus L.

MO. Tu major: tibi me eſt aequum parere, Menalca:
Sive ſub incertas Zephyris mutantibus umbras,
Sive antro potius ſuccedimus: adſpice, ut antrum
Silveſtris raris ſparſit labruſca racemis.
ME. Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.
MO. Quid

SERVII.

ſedimus inter ulmos mixtas Corylis, ſcilicet, ut canamus. Sane *inter* praepoſitio, quia poſt poſita eſt, mutavit accentum, ſicut *circum*.

4. [9][TU MAJOR. Id eſt, vel natu, vel merito.]

5. SIVE SUB INCERTAS ZEPHYRIS MOTANTIBUS UMBRAS. Dicit quidem verecunde ſe illi obtemperare debere; oſtendit tamen, quid ſibi placeat: nam [10] ex ipſa laude antri, & ex arborum vituperatione, quarum incertas umbras eſſe dicit, oſtendit ſuam ſententiam eſſe meliorem. *Incertae* autem *umbrae* ſunt, & ex Solis circuitu, & ex mobilitate ventorum; quod ipſe etiam dicit: *Zephyris motantibus* [11][*umbras*. Sane *ſuccedimus* & dativo, & accuſativo caſibus, ſecutus tam veterem, quam noſtram conſuetudinem, ſuo more jungit; ſive *umbras ſuccedimus*, ſive *antro*; cum alibi ſecutus tantum antiquos, dativo tantum *ſuccedere* junxerit: VIII. 123. Aen. *Ac noſtris ſuccede penatibus.* Ex VII. 501. *Succeſſitque gemens ſtabulis.* [12] Salluſtius tamen *ſuccedere* accuſativo junxit, ſed ubi prope ſignificat: *Cum murum hoſtium ſucceſſiſſet, poenas dederat:* hoc eſt, cum prope murum acceſſiſſet. *Succedere* autem idem ſignificat, quod & *ſubire*, id eſt, penitus intrare.]

7. LABRUSCA. Vitis agreſtis, quae, quia in terrae marginibus naſcitur, *labruſca* [13] dicta eſt, a *labris* & extremitatibus [14] agrorum; [[15] vel, quod ſapore acerbo labra laedat.]

8. MONTIBUS IN NOSTRIS. Ac ſi diceret, in hoc noſtro territorio: & TIBI CERTET, uſurpatum eſt: nam hodie *certo tecum* dicimus. [16][AMYNTAS. Cornificius per ironiam dicitur.]

VARIORUM.

ton jungi docebunt notae in Phaedr. IV. I. quibus hic locus addi debet. BURM.

3. INTER CONSEDIMUS ULMOS. *Conſidimus* manu ſecunda, Mentelianus prior, cum Gudiano, & Menteliano altero à m. pr. quod placet. Vide annotata ad Eclogam VII. verſu primo & Georgicôn IV. 436. neque aliter alter quoque Mentelianus, ſed a manu prima. HEINS. Vid. Ecl. IV. 55. *inter conſedimus agros* Menagianus prior. *corulis* Mentel. alter. BURM.

4. TIBI ME EST AEQUUM. *Me aequum eſt* Leidenſis & Rottend. alter.

5. ZEPHYRIS MOTANTIBUS. *Mutantibus* duo Moretani & alter Rottendorphianus cum Voſſiano altero. & alter Mentelianus a m. pr. prior Voſſianus *mutantibus*. Similis ſcripturae diverſitas Ecloga proxime ſequenti, ad verſ. 28. HEINS. *Mutantibus* Francian. fragm. Antv. & alter Mentelianus a m. pr. *mutantibus* & correctum *motantibus* in uno Voſſiano. ego *mutantibus* retineo, quod incertis umbris convenientius. Vide Ecl. VI. 28. BURM.

6. ANTRO POTIUS SUCCEDIMUS. *Antra* Parrhaſ. quia librario videbatur ſimiles connecti debere caſus; ſed variaſſe ſaepe videbimus ad I. Aen. 41 vide & ad Suet. Veſp. XIX. & alibi ſaepe. *ſubſedimus* Zulichem. BURM.

7. RARIS. Si rari, id eſt pauci, quomodo *ſparſit* rogat Barthius XLIII. Adv. 4. quare *raris* explicat contrariis vili, formoſis. male. contra gloſſator Reg. explicat *vilibus*. Leidenſis codicis *paucis*. Vid. VII. Ecl. 46. ubi utroque modo explicat Servius. ſed licet ſint racemi rari, poſſunt tamen late ſpargi a ſtipite vel trunco labruſcae, ut ibi rara umbra, tegit tamen, arbutus. immo quia racemi rari, ideo *ſparſit*. nam labruſca novella intelligenda, quae nondum, ut aetate valida, racemis denſis obumbrat antrum, ſed hic & illic ſpargit paucos. Ita *rara animalia*, nondum per foeturam multiplicata, nec gregatim paſcentia Ecl. VI. 40. BURM.

8. CERTET. *Certat* agnoſcitur ab Aruſiano Meſſio. *Certo tibi. Virgil. in Buc. ſolus tibi certat Amyn-*

9 deeſt L. R. V. Steph. 10 ex ipſis B. forte, ex ipſius. 11 deſunt ad vſ. 7. L. Voſ. R. Steph. & al. ad vſ. 10 B. 12 Salluſtii inter fragmenta lib. III. ex Aruſiano profertur *muros ſucceſſerant*; ita ut hoc plenius videatur. inter fragmenta vero lib. VI. haec Servii retinuerunt. 13 dicitur Dan. 14 terrae L. V. Steph. 15 deſunt L. Voſ. R. Steph. 16 deſunt L. Voſ. R. Steph.

MO. Quid, ſi idem certet Phoebum ſuperare canendo?
ME. Incipe, Mopſe, prior: ſiquos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.
Incipe: paſcentis ſervabit Tityrus haedos.
MO. Immo haec, in viridi nuper quae cortice fagi

Car-

SERVII.

9. QUID, SI IDEM CERTET PHOEBUM SUPERARE CANENDO? Offenſus comparatione inferioris, hoc dicit: licet non amare Menalcas dixerit, *Solus tibi certet Amyntas*: quod tamen, quia hic aſpere accepit, ille paulo poſt curat, dicens: *Lenta ſalix quantum pallenti cedit olivae.*

10. PHYLLIDIS IGNES. Phyllis, [[17] Sitonis [18] filia,] regina Thracum fuit. Haec [19] Demophoontem, Theſei filium, regem Athenienſium, redeuntem de Trojano praelio, dilexit, & in conjugium ſuum rogavit: ille ait ante ſe ordinaturum [20] rem ſuam: & ſic ad ejus nuptias reverſurum: profectus itaque cum tardaret, Phyllis, [21] (& amoris impatientia,) & doloris impulſu, quod ſe ſpretam eſſe credebat, laqueo vitam finivit, & converſa eſt in arborem ([22] ſui nominis, id eſt,) Amygdalum ſine foliis. Poſtea reverſus Demophoon, cognita re, ejus amplexus eſt truncum: [23] quae, velut ſponſi ſentiret adventum, folia emiſit. Unde etiam [24] *φύλλα* dicta ſunt, a *Phyllide*, quae antea [25] *πέταλα*, dicebantur. [[26] Sic Ovidius in Metamorphoſeôn libris.]

11. AUT ALCONIS LAUDES. [27] Hic Cretenſis ſagittarius fuit, comes Herculis, ita peritus, ut ictus ejus non falleretur: namque poſitos ſupra capita hominum anulos trajiciebat: capillos ſpiculis ſagittarum rumpebat: ſagittas ſine ferro poſitis ex adverſo gladiorum lancearumve mucronibus findebat: cujus cum filium draco invaſiſſet, tanta arte direxit ſagittam, ut ea currens, in ſerpentis deficeret vulnere, nec tranſiret in filium.] JURGIA CODRI. *Codrus*, dux Athenienſium fuit, qui, orto bello inter Laconas & Athenienſes, cum reſpondiſſet oraculum, illos poſſe vincere, quorum [28] dux ab hoſtibus fuiſſet occiſus, & hoſtes ſcientes a Codro abſtinerent, habitu humili profectus eſt ad hoſtium vicina tentoria; & illic jurgio eos in ſuam caedem inſtigavit, [29] cum a nullo [30] fuiſſet agnitus: & ſic locum fecit oraculo: [31] [nam Athenienſes eo praelio vicerunt.]

13. [CORTICE FAGI. Ubi enim debuit magis ruſticus ſcribere.]

VARIORUM.

Amyntas. quomodo & Pierius Valerianus in omnibus ſuis exſtare, ſi oblongum unum excipis, teſtatur. *Certas* ex noſtris quoque Mentelianus uterque, prior Menagianus, primus & quartus Moreti, & uterque Voſſianus cum Zulichimiano, Vratislav. Schefferiano & tertio Leidenſi. Sex alii *certet* atque illos inter Gudianus. quomodo Scholiaſtes Horatii Crucquianus Sermonum ſecundo ſatyra quinta, & Epodon XI. HEINS. *Solum certet* Francian. *certas* Ed. Venet. Ald. & Junt. & ita Reg. Parrh. & alii. BURM.

9. PHOEBUM CERTET. Quaſi dicat, num idcirco doctior ſum, quod cum Amynta certaverim? num Amyntam peritiorem exiſtimares, quod Phoebum auderet provocare? NANSIUS. *Certet Phoebum* plurimi codices. & ita Nonius in *ſuperare*. Senſus eſt, tam temeraria eſt haec provocatio Amyntae, ac ſi Phoebum provocaret: tantum enim ego praeſtantior illo ſum, & Phoebo ſimilis, ut nihil inde mihi laudis accedat, ſi cum eo comparer, non magis ac Phoebus ideo excellere diceretur, quod Amyntas ſe illi contulerit. BURM.

11. CODRI. Vid. Scholiaſt. Horatii lib. II. Od. I. 19. ſed forte certamen paſtoritium intelligit, & illum Codrum, qui memoratur, Ecl. VII. 22. aut nomen

17 deſunt L. V. B. R. Voſ. Steph. 18 Lycurgi & Cruſtumenae filia, ut ait Lutatius, ſive alius, qui argumenta Ovidii compoſuit. VOSS. 19 Demophontem Voſ. R. L. B. mox, redeunte B. 20 eſſe rem al. 21 deſunt Commelin. 22 deſunt B. L. V. R. Voſ. & Edd. al. 23 qui B. Steph. Dan. al. 24 phyla V. filas dicta, a Voſ. 25 paetla V. 26 deſunt Ed. al. 27 inaretenſis L. Haec nota deeſt B. uſque ad *jurgia.* deerant a *comes* uſque ad *cujus* L. Voſ. Steph. Ed. al. 28 dux periſſet, habitu, omiſſis mediis B. L. V. R. Voſ. Steph. 29 & L. 30 cognitus locum fecit L. V. B. Voſ. R. Steph. al. 31 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. & B. ad 14.

Carmina deſcripſi, & modulans alterna notavi,
Experiar: tu deinde jubeto certet Amyntas.
ME. Lenta ſalix quantum pallenti cedit olivae,
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis:
Judicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.
MO. Sed tu deſine plura, puer: ſucceſſimus antro.

20. Ex-

SERVII.

14. MODULANS ALTERNA. Secundum [32] rhythmum componens. *Alterna* autem, varia, propter muſicam, cujus ſonus varius invenitur, ex pedum diſſimilitudine. Significat autem [33] cantaturum ſe epicedion & epitaphion: Nam epicedion eſt, quod dicitur [34] cadavere nondum ſepulto, ut, *Extinctum Nymphae crudeli funere Daphnin.* Epitaphion autem, poſt completam ſepulturam dicitur, ut, ℣. 43. *Daphnis ego in ſylvis hinc uſque ad ſydera notus.*

16 [[35] LENTA SALIX QUANTUM PALLENTI CEDIT OLIVAE. Ruſticis utitur comparationibus. *Salix* autem viliſſima eſt arbor, Olivae comparatione.

17. SALIUNCA. Herbae genus, quam [36] *Orcitunicam* vulgo vocant. [37] [ROSETIS. Ubi roſae naſcuntur.]

18. JUDICIO NOSTRO. Ac ſi diceret: Quid alii ſentiant, videris: [[38] & bene ſatis fecit, in quo reprehenſus eſt, quod Mopſo Amyntam comparaſſet.

19. [39] DESINE. [40] Omitte, ut: *Deſine Menalios.* Salluſtius: (ad lib. VI. Hiſt. 21. retulit Waſſius:) *Bullum, quibus poſſet conditionibus, deſineret.*

VARIORUM.

men paſtoris arbitrio Poëtae fictum. & *ut* in Leidenſi, Menteliano. BURM.

13. IMMO HAEC IN. *Immo etiam viridi* Zulichemii. Heinſius adſcripſerat, *immo haec in viridis n. q. c. fagi. In viridi nuper quae in cortice* Parrhaſ. deinde, *modulansque alterna* Zulichem. *notavit* Ald. Ed. tert. BURM.

15. CERTET. *Ut certet* in Leidenſi Mentelio & Menagio prioribus & alio. Vid Ecl. II. 66. & alibi ſaepe omittitur. BURM.

18. TIBI CEDIT. *Mihi* Zulich. *cedet* Leidenſis & Moreti unus & Rottendorphii, qui & mox, *tu ſed.*

19. SUCCESSIMUS. *Succedimus* Venetus & fragmentum Moreti, & Parrhaſ.

20. EXTINCTUM. Hic Mopſi nomen praeſcribebat Parrhaſ. Leid. & ita Ed. Ald. & Dan. Quintilium Varum non intelligi patet, quod ejus mater non potuit complecti ejus corpus, nec ille Dea erat genitus, quae juſta faceret. BURM.

20. DAPHNIM. Ita codices. ſed Sch. Horat. I. Od. 2. *Daphnin.* Sed idem ad I. Od. 15. *Daphnim* mox ℣. 51. agnoſcit. BURM.

22. CUM COMPLEXA. *Eſt complexa* unus Heinſio inſpectus.

24. NON ULLI PASTOS. Conſuetudinem in funeribus clariſſimorum virorum jejunandi ad Animalia tranſtuliſſe Virgilium, ut πάθος & miſerationem augeret, cenſet Fr. Luiſinius Parerg. lib. III. cap. 5. *nonnulli* fragm. Moreti. *Paſtos* Ramus active ſumit. male. nam paſtos revera & ſaturos prima diei parte, deinde ad flumina & umbras agebant paſtores, unde poſt requiem iterum ad paſcendum, donec ſaturos domum reducerent. Vid. ad Ecl. III. 20. & VII. 37. ubi *paſti* ſaturi ſunt. hic ergo ſenſus hujus loci; non egiſſe paſtores prae luctu boves, nec ad paſcendum, nec ad flumina. BURM.

25. NULLA. Mentelianus prior a manu ſecunda *ulla*, ut hiatus ſit, quales in Marone occurrunt perquam frequentes. Poterat enim dixiſſe *nulla vel amnem. Ulla* ex ſcriptis Giphanius quoque Indice Lucret. p. 463. ſed potius nil muta. Arnob. lib. I. *qui nullum intulerit malum nulli*, ſic apud Propert. II. XV. 5.

Nulla nec ante tuas oriatur rixa feneſtras.

ubi *ulla* alii. deinde *vel graminis* Scheffer. & Leidenſis ſecundus. HEINS. *Ulla* etiam Regius, Leidenſis & alius. *ad flumina nota nec amnem* Zulichem.

27. IN-

32 richimum B. 33 cantorum B. pro cantarum. 34 cadaveri B. 35 deſunt ad 20 B. 36 orcitonicam L. 37 deſunt L. V. R. Voſ. 38 deſunt ad 20. L. B. Voſ. Steph. 39 deſunt L. Voſ. 40 ceſſa te excuſando & alia dicendo & ſubauditur obtendere, vel dicere Steph. & al. & reliqua deſunt.

Exſtinctum Nymphae crudeli funere Daphnim
Flebant: vos coruli teſtes, & flumina, Nymphis:
Quum, complexa ſui corpus miſerabile gnati,
Atque deos atque aſtra vocat crudelia mater.
Non ulli paſtos illis egere diebus
Frigida, Daphni, boves ad flumina: nulla neque amnem

Li-

SERVII.

20. EXTINCTUM NYMPHAE CRUDELI FUNERE DAPHNIM. Multi dicunt, ſimpliciter [41] defleri hoc loco *Daphnim* quendam paſtorem. [42] [quem mater ſua compreſſa a Mercurio, & enixa, abjecit; hunc Paſtores invenerunt inter lauros, & *Daphnim* vocaverunt, quem Pan muſicam docuiſſe dicitur: qui, cum & venationis & muſices [43] peritiſſimus eſſet, adamatus a Nympha eſt; qui etiam jurejurando adſtrictus eſt, ne cum alia concumberet. Hic dum boves perſequitur, ad regiam pervenit; & ob pulchritudinem appetitus, cum regis filia conſuetudinem miſcuit: hoc cum Nympha reſciſſet, luminibus eum orbavit. [44] [Ille in auxilium patrem Mercurium invocavit; qui eum in caelum eripuit, & in eo loco fontem elicuit, qui *Daphnis* vocatur, apud quem quotannis Siculi ſacrificant.] Alii dicunt ſignificari per allegoriam [45] Gajum Julium Caeſarem, qui in ſenatu a [46] Caſſio & Bruto viginti tribus vulneribus interemptus eſt. [47] [Unde & CRUDELI FUNERE volunt dictum. Sed, ſi de Gajo Caeſare dictum eſt, multi per *matrem*, Venerem accipiunt: per *leones* & *tigres*, populos, quos ſubegit: per *thiaſos*, ſacra, quae Pontifex inſtituit: per *formoſum pecus*, populum Romanum.] Alii [48] volunt Quintilium [49] Varum ſignificari, cognatum Virgilii, de quo [50] etiam Horatius I. Od. 24. *Ergo Quintilium perpetuus ſopor urget*. Tamen CRUDELI FUNERE, ad quemvis poteſt referri. Quidam dicunt Virgilium fratris ſui Flacci mortem deflere.

21. VOS CORYLI TESTES, ET FLUMINA NYMPHIS. Bene teſtimoniis utitur in rebus incredibilibus: nam fletum facile Dearum perſona non recipit. Et bonis uſus eſt gradibus: *fleverunt Nymphae*, quibus inſita eſt naturaliter pietas: homines, ad quos [51] mortis pervenit dolor: pecudes, quae licet ratione careant, tamen non carent ſenſu: ferae, crudelitate gaudentes. Quam rem rurſus, quia incredibilis eſt, teſtimonio comprobat, dicens: *Hic &* [52] *montes loquuntur & ſylvae*. Quod autem ait, *coryli teſtes & flumina*, uſurpatum eſt: nam *teſtes flumina* non dicimus: [53] quae enim in *is* exeunt, neutrum in *e* mittunt. ut *agilis*, *agile*. Sed nec *hoc teſte*, nec *haec teſtia* poſſumus dicere; unde per definitionem debemus dicere, teſtes mihi ſunt, [54] quae res? coryli & flumina: Sic Horatius IV. Od. 4. *Teſtis Metaurum flumen*. [55] Propertius: *Teſtes ſunt ſydera nobis*.

22. CUM COMPLEXA SUI CORPUS MISERABILE NATI. [56] Lugentium eſt, ut & corpori inhaereant.

23. ATQUE DEOS ATQUE ASTRA VOCAT CRUDELIA. [[57] Per quae hominum fata moveri, atque impleri, vel mutari putabant: quae acceleraverunt Daphnidis mortem.]

25. NULLA QUADRUPES. Hic & haec *quadrupes* dicimus, [[58] ut ipſe] alibi VII. Aen. 500. *Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit*.

PHILARGYRII.

20. EXTINCTUM NYMPHAE CRUDELI FUNERE DAPHNIM. Alii luctum Salonini; nonnulli Flacci fratris ejus putant. Daphnis, Mercurii filius, paſtor eximiae formae fuiſſe dicitur. Hic dilectus a Nympha Lyca, fidem dedit nullius ſe mulieris alterius concubitu uſurum; ſed fefellit: ob quod orbatus eſt luminibus; quod licet carminibus & fiſtula ſolaretur, non tamen diu vixit.

27. IN-

41 definiri Voſ. 42 deſunt ad *alii dicunt*. V. L. B. Voſ. R. Steph. & Ed. al. 43 per .... mus Dan. 44 Haec deſunt al. Ed. ad *alii dicunt*. 45 deeſt R. Voſ. V. L. 46 Caſio V. 47 Haec deſunt ad *alii volunt* B. L. V. R. Voſ. Steph. 48 dicunt al. Ed. 49 Varrum V. & Dan. 50 etiam deeſt Dan. 51 mortalis pervenit dolore Dan. 52 *montes locuntur & ſilvae locuntur* B. *ſilvae loquuntur* L. V. R. Voſ. 53 quoniam quae in Dan. 54 hae res Steph. coryli & flumina quae res, teſtes mihi ſunt al. 55 Propertius II. El. 9. Dan. Vid. ibi Broukh. 56 lugentum e. u. corpori L. V. Voſ. R. deſunt ad vi. 65. R. 57 deſunt L. V. R. V. Steph. 58 deſunt L. V. R. B. Voſ. Steph.

Libavit quadrupes, nec graminis adtigit herbam.
Daphni, tuum Poenos etiam ingemuiſſe leones
Interitum, monteſque feri ſilvaeque loquuntur.
Daphnis & Armenias curru ſubjungere tigris
Inſtituit, Daphnis thiaſos inducere Bacchi,
Et foliis lentas intexere mollibus haſtas.

Vitis

SERVII.

28. MONTESQUE FERI SYLVAEQUE LOQUUNTUR. Hyperbolicos dicit. Et notandum, [59] quod [60] cum diceret ejus apotheoſin, [61] e contra laetitiam rebus omnibus dat, quas nunc in moerore fuiſſe memoravit.

29. DAPHNIS ET ARMENIAS CURRU SUBJUNGERE TIGRES INSTITUIT. Hoc aperte ad Caeſarem pertinet; quem [62] conſtat primum ſacra Liberi patris tranſtuliſſe Romam. CURRU. Pro currui.

30. THIASOS. Saltationes, choreas Liberi, id eſt, Liberalia. [63] [Sunt enim *thiaſi* coetus virginum atque puerorum bacchantium, plangentibus Nymphis. Dicunt etiam *thyaſos*, vel rectius *thyrſos*, eſſe haſtas, variis ſertis indutas, quibus Bacchae mulieres in ſacris Liberi patris utebantur.]

VARIORUM.

27. INGEMUISSE INTERITUM. Rarior haec conſtructio, ſed quam imitatum credo Valer. Maximum lib. v. x. 2. *Ut vos potius meum caſum doleatis, quam ego veſtrum ingemiſcerem.* Ita olim editi; quod mutaverunt inſcii librarii, quia forte *veſtrom* legerant; ut centies ita aberraſſe alibi oſtendi. Recte ita reſpondebit praecedentibus *caſum doleatis*; ut ſcribendum. vid. ad Ovid. VII. Met. 720. & ſaepe alibi. ſic & Servius ad Ecl. IX. 28. ſcribit, *bene ingemuit Mantuanorum infelicitatem.* Val. Flac. I. 530. *Amborum gemuit Saturnia queſtus.* Vid. & IV. Aen. 692. Ita & forte ex Combiano apud Ovidium IV. Triſt. II. 21. legi poſſet, *Vincula captiva reges cervice gementes. ingemuiſſe* hic retinet Macrob. IV. 6. BURM.

28. MONTESQUE FERI. *Ferae* Parrhaſ. unus Heinſii & Mentel. Tert. a. m. ſec. *fere* Menag. ſecundus & Venetus: ſed montes & *ſylvas feras* dici obvium. Vid. ad Ovid. IV. Epiſt. 38. Marcklandus ad Stat. II. Sil. v. 13. legebat,

Monteſque feras ſilvaſque loquuntur.

ut *loquuntur* ſit abſolute poſitum, ut *ferunt*, *dicunt*, ſcilicet homines, ut ſupr. III. Ecl. 10. & ita lib. I. Aen. 731.

Hoſpitibus nam te dare jura loquuntur.

Sed quum omnes ſcripti codices in vulgatum conſentiant, & magis poëticum ſit, dare vocem & ſermones rebus & locis inanimatis, quae pro hominibus & animalibus in illis verſantibus poni ſolent, nihil eſſe novandum puto. ſic paſſim *reſonare* ſilvae & montes dicuntur cantantibus paſtoribus, avibus & aliis. Petron. cap. CXX.

Non verno perſona cantu
Mollia diſcordi ſtrepitu virgulta loquuntur.

Ubi plura in notis, ut & hic Cerda, ſic *argutum nemus pinusque loquentes* habemus Ecl. VIII. 22. *Cythorium jugum loquens* Catul. carm. IV. & ut hic triſtia loquuntur montes & ſilvae, ita mox ỳ. 63. montes, arbuſta & rupes laetitiae voces ad ſidera jactant. imitationem vero eſſe Theocriti notat Luiſin. I. Parerg. 24. BURM.

29. CURRU. *Currui* Moreti unus pro varia lectione. quod Gloſſatoris eſt. *Armenia* Leid. Cod.

30. THIASOS INDUCERE BACCHO. *Bacchi* in Scriptis noſtris & Pierianis, niſi quod in quarto Moreti a ſecunda manu *Baccho*. Quare fuit cum *thiaſos indicere Bacchi* legendum opinarer, quod verbum in ſacris uſitatum. *indicuntur* enim dies feſti, qui non ſunt ſtati. Sed contra veteres membranas nil auſim immutare, quamquam & illae nonnumquam naevos inveteratos mira pertinacia tuentur. Apud Perſium Satyr. VI. 48. ſolae Pithoei membra-

59 quia Voſ. R. L. qui B. 60 condidit V. a. m. 1. cum di:ere coeperit Steph. 61 deeſt al. 62 conſtet L. 63 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph.

Digitized by Google

Vitis ut arboribus decori eſt, ut vitibus uvae,
Ut gregibus tauri, ſegetes ut pinguibus arvis;
Tu decus omne tuis. poſtquam te fata tulerunt,
Ipſa Pales agros, atque ipſe reliquit Apollo.
Grandia ſaepe quibus mandavimus hordea ſulcis,

Infe-

SERVII.

32. Vitis ut arboribus decori est. [[64] Bene, ut paſtores, ſimilitudines de rebus agreſtibus ſumunt.] Locus Theocriti eſt Idyl. viii. 79. [65] Τᾷ δρυῒ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα, Τᾷ βοῒ δ' ἁ μόσχος, τῷ βουκόλῳ αἱ βόες αὐταί.

34 Tu decus omne tuis. [66] Sic tu es Romanis, Caeſar: ſic paſtoribus Daphnis.

35. Pales. Dea pabulorum, [67] [Dea paſtoralis. Apollo. Hic] Apollinem [68] dicit Νόμιον, id eſt, paſtoralem: nam [69] Admeto regi pavit armenta: & hoc dicit, Nec pabula [70] naſcentur, nec pecora.

36. Grandia hordea. Uſurpative, metri cauſſa, dixit: nam *triticum*, *vinum*, *hordeum*, *mel*, numeri tantum ſingularis ſunt. Unde plurali in proſa uti non poſſumus: *vina* [71] tamen poſſumus dicere Ciceronis exemplo; qui ait in Praetura: i. Verr. 36. *Vina ceteraque, quae in Aſia facile comparantur.* [72] [Mandavimus. Commendavimus, vel ſeminavimus: & recte dicitur [73] reddituris.]

VARIORUM.

branae, *Dis igitur genioque ducis centum paria ob res Egregie geſtas indico*, cum in ceteris omnibus ſit *induco* vel *inluco*. Sic Aeneidos primo, 622. *ſimul divum templis indicit honorem.* Libro iii. 264. *meritos indicit honores.* Ubi pari modo in vulgatis libris peccabatur. Aeneidos xi. 737. appoſite, *Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi.* Statius Achill. i. ỳ. 656. *Sed Bacchi comites diſcuſſa nube ſoporis Signa choris indicta putant. Indicere manibus Thalaſſionem* Martial. libr. xii. Ep. 96. quod male Scriverius mutavit in *Inducere*. Megaleſiis feſto Magnae Matris, quae celebrabantur Romae multa ſolemnitate, convivia inter privatos genio indulturos vicibus alternis inſtituebantur, cum nunc ad hunc, nunc ad illum ventitarent ex pacto comiſſatum. Hoc *indictas concelebrare dapes* eſt Naſoni in Faſtis iv. 353. ubi agit de Megaleſiis: *Cur vicibus factis ineunt convivia quaeſo Tum magis, indictas concelebrantque dapes. indictos thiaſos concelebrare* poterat dixiſſe. Thiaſus enim Graecis convivium; &, cum in ſacris locum habet, bacchantium deſignat chorum. Apud Graecos uſitatum erat inſtitui collegia ſeu ſodalitates eraniſtarum, qui collata ſtipe, ſimul epulabantur, pergraecabanturque & compotabant, adoleſcentes praeſertim; quae collegia cum Megaleſiacis convivatoribus multum habebant commune. Pollux libro vi. cap. i. περὶ συμποσίου, hoſce ἐρανιστὰς etiam θιασώτας dictos teſtatur. Ut & Euſtathius ad Odyſſ P. Idem ibidem, & Athenaeus libro viii. θίασοι & ἔρανοι pro re una eademque ponunt: etſi Ariſtoteles libro viii. Ethicorum Nicomachicorum ἐρανιστὰς & θιασώτας videtur ſeparare. Conſulendi hac de re Henricus Stephanus Theſauro Linguae Graecae in θίασος, ubi multis docet id vocabulum pro convivio ſaepe poni, & Salmaſius de Uſuris cap. iii. *Indicere* igitur *thiaſos* & *indicere dapes* par loquendi modus. Graeci id uno verbo exprimebant, apud quos συναγαγεῖν eſt πληρῶσαι συμπόσιον. Nam ita Pollux vi. i. interpretatur. συναγαγεῖν quoque ἐκκλησίαν. Unde σύναξις Chriſtianorum, & Judaeorum συναγωγή. Θίασοι apud Scriptores Hiſtoriae Eccleſiaſticae non ſemel habes pro *fidelium conventu ac coetu*. HEINS. *Thyrſos ind. Bacchi* Parrhaſ. *inducere* vero & *indicere* paſſim commutari vidimus ad Quintil. Decl. xiii. 5. & xix. 10. & alibi.

32. Decori est. Abeſt τὸ *eſt* Menagiano ſecundo. *eſt & vitibus*, quartus Moretanus. qui & mox *Et gregibus*, i. ſ. *& pinguibus*.

34. Tu-

64 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. 65 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. 66 ſi Romanis Caeſar, ſi paſtoribus Daphnis B. L. V. R. Steph. 67 ſecunda Dea al. deſunt B. L. V. R. Steph. 68 autem dicit L. V. R. B. Steph. 69 Admeti regis Steph. al. 70 paſcentur L. naſcuntur Voſ. Dan. 71 tantum Steph. al. 72 deſunt L. B. R. Voſ. & al. 73 ſeminaturis al.

Infelix lolium, & ſteriles naſcuntur avenae.
Pro molli viola, pro purpureo narciſſo,
Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis.
Spargite humum foliis: inducite fontibus umbras,
Paſtores: mandat fieri ſibi talia Daphnis.

Et

SERVII.

37. INFELIX LOLIUM. Inutile, infoecundum: [74] [quia qui lolium manducant, caecitatem patiuntur.] STERILES autem *avenas*, ſecundum ſitum Italiae dixit: nam in [75] * Thracia fructuoſae ſunt. Haec autem dicit contingere, ut oſtendat terram quoque dolere [75] Daphnidis mortem.

38. [76] [PURPUREO NARCISSO. Duo ὁμοιοτέλευτα: & *purpureo*, nunc ſpecioſo.

39. CARDUUS. Spinae genus.] PALIURUS. Herba aſperrima & ſpinoſa; [[77] vel, ut quidam volunt, ſpina alba.]

40. SPARGITE. Id eſt implete: ut XI. Aen. 191. *Spargitur & tellus lacbrymis* [78] [*ſparguntur & arma*] Et dicit ornandum eſſe locum ſepulchri, ex voluntate defuncti. INDUCITE FONTIBUS UMBRAS. Facite nemora circa fontes, & hoc ideo, quia, ut diximus, heroum animae habitant vel in fontibus, vel in nemoribus, ut VI. 673. *Lucis habitamus opacis, Riparumque toros, & prata recentia rivis Incolimus.*

VARIORUM.

34. TULERUNT. *Tulere* unus Heinſii.

35. IPSE RELIQUIT. *Ipſe* deſideratur in Rottendorph. ſecundo.

36. HORDEA. Viliſſimum inter frumenta fere hordeum, quo jumenta paſcebantur, ſed pro omni frumento videtur poſuiſſe, & eum imitatus Rutilius I. Itin. 149.

Interea Latiis conſurgant hordea ſulcis,

ut legendum vidit Cl. Dorvilius. BURM.

37. INFELIX. Vid. Turneb. III. 29. & XIX. 29. NANS.

37. DOMINANTUR. *Naſcuntur* in ſcriptis omnibus Pierii. In noſtris etiam, ſi tres quatuorve codices excipiuntur, notae recentioris: alterum in Georgicis exſtat lib. I. ✠. 154. cur *ſteriles avenas* dicat vid. Voſſium de Analogia lib. I. cap. 38. Eſt autem familiare omnino Maroni ac ſolemne, ut eodem verſu eodemve hemiſtichio bis utatur, ſed voce ut plurimum una alterave permutatis. Qua de re jam non nihil diximus Aeneidos V. 466. & Aeneidos IX. 814. Amat etiam variare Noſter vocabula, quoties bis res eadem aut enarranda eſt, aut deſcribenda in hiſce operibus: quae loca parallela cum in margine codicum philologi veteres eſſent ſoliti annotare, homines inſciti coeperunt primo diverſas inde ſcripturae variantis lectiones comminiſci, deinde gliſcente audacia paulatim interpolare locos, arbitrati ſcilicet tutiſſimum fore, ut ea amplecterentur vocabula, quibus alibi jam uſum Maronem eſſe exploratum habebant. Hac impoſtura detecta nos divino ſcriptori feliciter ſaepe ſumus medicati. Vitavit enim ſtudioſe ταυτολογίας Noſter & Homeri τὸν δ' ἀπαμειβόμενος. Videtur & hoc Valerius Probus olim obſervaſſe: qua de re locus exſtat luculentus apud Servium Danielis (nam in ſcriptis apud me exemplaribus iſta non comparent) ſub finem Aeneidos noni, eum ecce. *Feſſos quatit aeger anhelitus artus. Probus ait commodius hic eſt aeger, quam in quinto, vaſtos quatit aeger anhelitus artus. Quamvis conſuetudo ſit Virgilio iſta mutandi: quidam acer legunt, & volunt in quinto aeger aptius dictum de ſene; hic de juvene acer melius convenire.* Ex quo loco apparet conveniſſe quidem inter criticos veteres de illo mutandi ſtudio Maroniano, ſed diſceptatum ſolummodo fuiſſe, utrum libro nono an quinto commodiorem haberet locum *acer anhelitus*. Georgicôn primo 494. habes, *Agricola incurvo terram molitus aratro*, ſecundo 513. *Agricola incurvo terram dimovit aratro.* ubi *molitus* in vetuſtiſſimo omnium codice ad exemplum alterius loci

74 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. quia deeſt Dan. 75 * intra in Trachia R. Voſ. in Tratia 75 Daphnis Voſ. B. R. Dan. 76 deſunt ad PALIURUS B. L. Voſ. R. Steph. Paliurum eſſe fruticem, non herbam, ait Salmaſ. Exerc. Plin. p. 370. & 729. 77 deſunt R. B. L. Steph. 78 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. *aſpergunt & arma* Dan.

Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen:
DAPHNIS EGO IN SILVIS, HINC USQUE AD SIDERA NOTUS,
FORMOSI PECORIS CUSTOS, FORMOSIOR IPSE.
ME. Tale tuum carmen nobis, divine poëta,
Quale ſopor feſſis in gramine: quale per aeſtum

Dul-

SERVII.

42. SUPERADDITE CARMEN. Duos verſus carmen vocavit: nec mirum, cum etiam de uno *carmen* dixerit, ut III. Æn. 387. *Et rem carmine ſigno: Aeneas haec de Danais victoribus arma.*

44. FORMOSI PECORIS CUSTOS, FORMOSIOR IPSE. Si ad Caeſarem referas, hoc dicit; Boni populi optimus Imperator.

45. TALE TUUM CARMEN. Laudant ſe invicem, ut diximus ſupra; [& [79] *tale*, deeſt *videtur*, vel, aliud quid.]

46. QUALE SOPOR. [80] [Qualis res] ut: III. Ecl. 32. *Dulce ſatis humor.* [81] [FESSIS. Fatigatis labore.]

VARIORUM.

ci ſcriptum fuiſſe recordor. Aeneidos primo 482. *Diva ſolo fixos oculos averſa tenebat.* Sexto 469. *Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat.* Aeneidos IV. 328. *Lenibant curas & corda oblita laborum*, Nono 225. *Laxabant curas & corda oblita laborum.* Rurſus libro IV. 532. cum dixiſſet, *magnoque irarum fluctuat aeſtu:* paullo poſt ſubjungit, 564. *Varioſque irarum concitat aeſtus*, ut quidem in optimis membranis occurrit. Vide annotata noſtra ad illum locum. rurſus ſub finem libri quarti habemus, *Mille trahens varios adverſo ſole colores.* At libro V. 89. ut veterrimi codices exhibent, *Mille jacit varios adverſo ſole colores.* Libro IV. 668. *reſonat plangoribus aether.* At libro V. ℣. 228. *reſonatque fragoribus aether.* HEINS. Vid. lib. X. Aen. 536.

38. PRO PURPUREO NARCISSO. Diomedes Grammaticus libro ſecundo, ubi agit de ſoloeciſmo, videtur legiſſe *purpurea narciſſo.* Verba ejus ecce. *Primus modus ſoloeciſmi fit per immutationem generum nominis, cum dicimus, atra ſilex, aut amarae corticis, aut purpurea narciſſus: cum ater ſilex debeat dici, & amari corticis, & purpureus narciſſus.* Certe duo alia exempla praemiſſa ex Marone depromta ſunt. *Purpurea narciſſus* Graecorum exemplo, ſic *καλὰ νάρκισσος* apud Theocritum Ecloga prima. 133. uti illic & Scholiaſtes obſervavit. Id quod Maro videtur hoc loco eſſe imitatus. Sic eidem Theocrito *ἁ γραπτὰ ὑάκινθος* Idyllio X. ℣. 28. Euphorioni *πορφυρέη ὑάκινθος.* Cujus locum Scholiaſtes illic profert. *Purpureus* autem *narciſſus* non pro albo poſuit, ut volunt, ſed propter calicem purpureum. Plinius de narciſſo lib. XXI. cap. 51. *hujus alterum genus flore candido, calice purpureo.* Ovidius quoque Met. III. 510. narciſſum vocat *croceum florem, foliis medium cingentibus albis.* Duo vero genera narciſſi habes: alterum purpurei calicis, alterum crocei ſive *belvacei*, quam diſtinctionem Plinius quoque agnoſcit, apud quem *belvacei coloris* pro *herbacei coloris* bis terve reponendum homines eruditi jam monuerunt. Vide Theophraſti Hiſtoriam Plantarum & Dioſcoridem. HEINS. *Et purpureo narciſſo* Zulichemianus. *purporeo* Mentelianus & Gudianus. *Narciſo* etiam Venetus. Mox *creſcit paliurus* Menagii primus, a gloſſatore: nam in regio ſuperſcriptum erat. *aut ſpinis* Zulichem. Nanſius ex Diomede etiam *purpurea* reſcribebat. ſic & *coſtus* & *nardus* utroque genere occurrit. vid. ad Ovid. X. Met. 3. & III. Art. 443. ubi nos diu ante viſas Heinſii notas de narciſſo quaedam notavimus. BURM.

40. INDUCITE FONTIBUS UMBRAS. *Frondibus* Voſſian. & fragm. Moreti. *frontibus* unus Leid. ſed nihil mutandum: arbores enim, quae fontes inumbrant, vel ramos frondentes eſſe ponendos dicit. ſic mutata locutione Ecl. IX. 19. *quis humum florentibus herbis Spargeret, aut viridi fontes induceret umbra.* denique ita citat comment. Horatii vetus ad lib. III. Od. 18. unde diſcimus *aras* huc importune intruſas, quas tamen tuetur Cartroeus. inf. VII. 46. dicit arbutum *umbra rara tegere fontes.* BURM.

42. FA-

79 deſunt R. L. B. Steph. 80 deſunt L. 81 deſunt L. Voſ. R. B.

Dulcis aquae ſaliente ſitim reſtinguere rivo.
Nec calamis ſolum aequiparas, ſed voce magiſtrum;
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen haec quocumque modo tibi noſtra viciſſim
Dicemus: Daphninque tuum tollemus ad aſtra:
Daphnin ad aſtra feremus: amavit nos quoque Daphnis.
MO. An quidquam nobis tali ſit munere majus?

Et

SERVII.

48. NEC CALAMIS SOLUM AEQUIPARAS, SED VOCE MAGISTRUM. Videtur allegoria, quaſi ad Theocritum & Virgilium reſpicere: hinc eſt: *Tu nunc eris alter ab illo.* [82][Fabula de *Calamo* talis eſt. Veteres Zephyro vento unam ex Horis conjugem adſignant; ex qua & Zephyro Carpon, filium pulcherrimi corporis, editum dicunt; quem cum *Calamus*, Meandri fluvii filius, amaret, a Carpo mutua vice etiam ipſe adamatus eſt; ſed Carpos cum, in Meandrum fluvium cadens, eſſet extinctus, *Calamus* patrem propter hoc ſcelus averſatus, aufugit; rogavitque Jovem, ut finem ſuis luctibus daret, ſibique mortem praeſtaret, ut amato poſt obitum jungeretur; quem, miſeratione Jupiter ductus, in harundinales *calamos* verti juſſit, qui ſemper circa oras fluminum naſci ſolent; Carpon vero in fructus rerum omnium vertit, ut ſemper renaſceretur].

49. [83][ERIS ALTER AB ILLO. Id eſt, tu ſolus poſt illum bucolicum carmen ſcribis.]

50. [84] QUOCUMQUE MODO. Prout poſſumus. Et dicit, ſe Daphnidis dicturum ἀποθέωσιν, [85][translationem ſcilicet, pertinentem ad divinitatem ipſius,] ut: DAPHNINQUE TUUM TOLLEMUS AD ASTRA. [86]*Tuum*, id eſt, quem tu diligis. [87][*Tollemus ad aſtra*, quia ἀποθέωσιν ejus dicturus eſt.]

53. AN QUIDQUAM NOBIS TALI SIT MUNERE MAJUS. Si amicum laudaveris.

VARIORUM.

42. FACITE ET TUMULO. *Et* deeſt quarto Moretano.

43. USQUE AD. Ita & Ecl. IX. 9. *Uſque ad aquam*, quare apud Plin. XXXI. 67. *inuratur uſque ad ſudorem* minime mutari debet in *ad ſudorem uſque*, ut nuper ad Plinii partem de pictura agentem recte notavit Duran. & ita millies alibi. BURM.

46. FESSIS. *Laſſis* manus Pierii ad Ed. Junt.

46. IN GRAMINE. *Per gramina* apud Priſcianum in ſeptimo. Apud Probum arte Grammatica, verſu ſuperiori: *Tale tuum nobis carmen*, non *carmen nobis*. HEINS.

47. RESTINGUERE. *Reſtringere* Francii, Regius & Ed. Mediol.

48. NEC CALAMIS SOLUM AEQUIPARAS. *Aequiperas* in vetuſtioribus. Etiam apud Prudentium Cathemerinon hymno III. longe antiquiſſimum Puteaneae Bibliothecae exemplar *Laudibus aequiperare.* Gloſſae veteres Ἐξισῶ, *Adaequo, aequipero.* In Digeſtis etiam ſic Florentinus ille liber venerandae vetuſtatis. Aruſianus Meſſius: *Aequipero illum. Virg. Buc. Nec calamis ſolum aequiperas, ſed voce magiſtrum.* Nec aliter vetuſta Macrobii & A. Gellii exemplaria. is libro III. Noctium Atticarum lemmate capitis VII. & libro V. cap. V. *aequiperationem* habet. et libro XIV. cap. III. tum capite primo ejuſdem libri in Pacuviano loco *Aequiperent Jovi.* apud eundem cap. II. ejuſdem libri *praeperari*, & lib. XX cap. primo *ad amuſſim aequiperarent. Diſpeſſas manus* pro *diſpaſſas* idem Gellius ex Plauto obſervat libro XV. cap. 15. *Depeciſci* apud eumdem libro XX. cap. I. apud Priſcianum Periegeſ. veterrima exemplaria, *quod muris acu-*

82 Fabula haec deeſt L. Voſ. R. B. & Steph. & Edd. al. 83 deſunt L. R. Voſ. B. R. 84 NOS TAMEN HAEC Adverſativa eſt ſuperiori loco, cum dicitur *Tale tuum carmen n. d. p.* quoniam extenuat ſua carmina, id eſt, deponit, & humiliat: QUOCUMQUE &c. L. 85 id eſt, relationem in Deos. ſc. per. ad divinitatem, cum homines inter Deos commemoramus Steph. Edd. al. ſed deſunt R. L. B. 86 TUUM, quem diligis L. Voſ. R. *tu* deeſt Steph. 87 deſunt Steph. al.

Et puer ipſe fuit cantari dignus: & iſta
Jam pridem Stimicon laudavit carmina nobis.
ME. Candidus inſuetum miratur limen Olympi,
Sub pedibuſque videt nubes & ſidera Daphnis.
Ergo alacris ſilvas, & cetera rura voluptas,
Panaque, paſtoreſque tenet, Dryadaſque puellas.
Nec lupus inſidias pecori, nec retia cervis

Ulla

SERVII.

54. ET PUER IPSE FUIT C. D. Modo *Daphnin* intelligimus: nam Caeſar non puer occiſus eſt, ſed majoris aetatis.

55. JAM PRIDEM STIMICHON LAUDAVIT CARMINA NOBIS. Ac ſi diceret, ſcio eſſe optima, quae dicturus es: fruſtra ea [88] verbis extenuas: quia ille ſupra verecunde dixerat: *Quocumque modo tibi noſtra viciſſim.* [89] [Quidam per *Stimichonem*, Maecenatem: nonnulli *Stimichonem*, patrem Theocriti dicunt.]

56. CANDIDUS INSUETUM. Id eſt, deus. Unde [90] etiam contra, *nigros*, mortuos dicimus. [91] [Significat benignos & bonos, [92] ſicut e contra *malos*, nigros dicimus.] Horatius I. Sat. IV. 85. *Hic niger eſt; hunc tu, Romane, caveto.* [93] [Saepe tamen *candidum* pro pulchro ponit. ut V. Aen. 571. *candida Dido*, & VIII. 138. *candida Maja.* INSUETUM MIRATUR L. O. quaſi novus Deus: & quibusdam videtur per allegoriam Caeſarem dicere, qui primus divinos honores meruit, & Divus appellatus eſt.]

57. SUB PEDIBUSQUE VIDET NUBES ET SYDERA DAPHNIS. Meritum ejus oſtendit, qui ſummos circulos, & coeli ſecreta conſcendit.

58. ERGO ALACRIS SYLVAS, [94] & CAETERA RURA VOLUPTAS. Quae ſuperius occupaverat moeror, [[95] quod ad ſydera abiit: nam ſupra ait:] [96] *Ipſa Pales agros, atque ipſe reliquit Apollo.* [97][Antiqui ERGO pro *merito* dicebant, ſicut hic accipitur. Plautus in Perſa I. I. 23. *Satin tu uſque valuiſti? haud probe: Ergo edepol palles.* Item in Milite I. I. 61. *Hiccine Achilles eſt*, [98] *inquit* [99] *mihi: immo ejus frater, inquam, eſt: Ergo mecaſtor pulcher.*]

59. PANAQUE PASTORESQUE TENET. Id eſt, [1] habet, moratur, amplectitur.

60. NEC RETIA CERVIS ULLA DOLUM MEDITANTUR. Adeo placet ſimplicitas Daphnidi, ut etiam [2] ille dolus, qui voluptati antea fuerat, conquieſcat, ſcilicet venationis: & eſt Hyperbole.

VARIORUM.

acutam Aequiperat caudam. Occurrit & id verbum apud Pacuvium *Duloreſte.* Sic *defetigatur* in Gellii codicibus libro I. cap. II. & *depeciſcor* apud eumdem, & *rederguo.* HEINS. *Aequiperas* Regius, Voſſianus & fragm. Moreti. v. Emmenes: Amm. Marc. XXVIII. 14. *itinera ſe aequiperaſſe putant Caeſaris.* & ita fere ubique. BURM.

48. SED VOCE. Pro *ſed etiam.* Vid. ad Phaedr. Prol. lib. I.

49. ALTER AB ILLO. Id eſt alter ille, ut Cerda explicat.

53. QUIDQUAM. *Quidquid* Gudianus. *tali nobis* Voſſian. & fragm. Moreti.

55. STIMICON. *Stimycon* Francii. Voſſius ex Theocrito & ejus Scholiaſte *Simichidem* eſſe vocatum dicit. *Stimichon* Regius, Leid. duo & Edd. Ald. Junt. al.

56. MIRATUR LIMEN OLYMPI. *Lumen* Giphanius & G. Canterus Novis lectionibus, libro IV. cap. II. adverſus fidem veterum librorum: Niſi quod Henricus Altiſiodorenſis libro VI. de vita S. Germani,

Igno-

88 verba Voſ. R. 89 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. 90 deeſt L. R. Voſ. B. 91 deſunt R. Voſ. L. B. 92 ſicut contra Steph. 93 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. 94 omnia tenet voluptas, quae &c. L. Voſ. R. B. 95 deſunt L. R. Voſ. B. 96 ut *ipſa* L. R. Voſ. B. 97 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. 98 *inqui* Voſſius legebat. 99 *tibi* vulgo 1 deeſt L. V. Voſ. R. B. Steph. 2 ipſe Dan.

Ulla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.
Ipſi laetitia voces ad ſidera jactant
Intonſi montes: ipſae jam carmina rupes,
Ipſa ſonant arbuſta, Deus, Deus ille, Menalca.
Sis bonus o felixque tuis! en quatuor aras:

Ecce

SERVII.

63. INTONSI MONTES. Sylvoſi, incaedui.

64. DEUS, DEUS ILLE, MENALCA. Hoc [3] conſonant, *Deus, deus eſt, Daphnis*, [4] [quaſi vox Sylvarum ſit. Et multi ſic diſtinguunt: *Ipſa arbuſta ſonant Deus*; & ſubjungunt, *Deus ille Menalca*, ut ſit ſenſus: ſi enim rupes & arbuſta deum dicunt, deus eſt, o Menalca.]

65. SIS BONUS, O FELIXQUE TUIS. Paſtoribus, ſi Daphnin accipimus: ſi Caeſarem, bene ait *tuis*: ſuis enim percuſſoribus nocentiſſimus [5] fuit: nam Auguſtus, ejus filius, omnes eſt perſecutus. FELIX autem, propitius, ut: I. Aen. 330. *Sis felix, noſtrumque leves, quaecunque, laborem.* Item e contra Juno VII. 309. *Quae* [6] *potui infelix*: Id eſt, irata: Deos enim vel felices, vel infelices, ex rebus, quas praeſtant, vocamus.

VARIORUM.

Ignotum certe lumen miratur Olympi,
Et jam ſub pedibus nubes & ſidera cernit.

HEINS. Heinſius orae codicis adſcripſerat *inſueti. nomen Olympi* Menagianus prior. *lumen* alter & Francii, ut ad Etymon Olympi referatur. *candidus* hic Marollius capit pro ſincero, quum ſit micans ut ſidus. Gloſſa Regii Cod. reddebat *glorioſus*. BURM.

58. ALACRIS. Dubium an cum *voluptas* jungenda, an cum *ſilvas alacres* Parrhaſ. *alacris* ediderunt Junta & alii. *alacris* voluptas eſſe poteſt, quae laetos & alacres facit. BURM.

59 PASTORESQUE TENET. *Paſtoreſque ſimul* Menagianus alter. *Videt* Venetus. *Dryadeſque* Leid. ſed ſuperſcriptum *Dryadaſque*. BURM.

61. ULLA DOLUM. *Malum* alii. Perperam. ita *ſubdola retia*. Vid. ad Ovidii Artem Amatoriam. HEINS. *Meditatur* Menagianus primus. *ſubdola* retia non ſunt in Ovidio, niſi ex conjectura Heinſii lib. II. Art. 194. ubi vide. BURM.

62. IPSI LAETITIA. *Laetitiae* Mentelianus prior. HEINS.

65. EN. *An* Menagianus.

66. ECCE DUAS. Servii verba ſunt in hunc locum, feci aras quatuor. &c. Unde ita legas: *Ecce duas tibi Daphni: duas altaria Phoebo.* Nec aliter codex antiquus. FABRIC. *Duo* in altero Menteliano & Gudiano: ſic *ambo* pro *ambos* Ecloga ſequente, idque manifeſte Servius agnoſcit ad ℣. 18. Eclogae ſequentis: ubi nos plura. HEINS.

66. DUOQUE ALTARIA PHOEBO. *Duas altaria* uterque Mentelianus ex noſtris manu ſecunda. nec aliter Pierii Longobardicus. Quae ſcriptura plurimum venuſtatis habet, & a Servio agnoſcitur. Exhibet quoque eam Gudianus & alter Menagianus cum uno Voſſiano, Leidenſibus duobus, & pro diverſa lectione primus Moreti. Voſſianus alter cum duobus aliis *duo altaria*. ut hiatus in verſu relinquatur. Quomodo & manus prima Menteliani videtur praetuliſſe, id quod Giphanius ad Lucretium p. 463. eſt amplexus. Inter aras autem & altaria diſtinguunt Plinius lib. XV. cap. 30. *Ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria araeve debeant.* Idem lib. X. cap. 13. *Quidam ita interpretantur incendiariam avem eſſe, quaecunque apparuerit carbonem ferens ex aris vel altaribus. Altaris aram* Prudent. Hymno B. Romani ℣. 49. & hymno Eulaliae. Quinctil. Decl. XII. *quod aris altaria non impoſuimus.* Lucret. libro IV. *multo ſanguine maeſti Conſpergunt aras, adolentque altaria donis.* Lucan. III. 404. de luco. *Hunc non ruricolae Panes, nemorumque potentes Silvani Nymphaeque tenent, ſed barbara ritu Sacra Deûm, ſtructae diris altaribus arae,*

[3] ſonant L. V. Voſ. R. ſonat B. Steph. al. [4] deſunt L. R. Voſ. Steph. & al. [5] fuerat V. L. B. R. Voſ. [6] potuis B. Dan.

Digitized by Google

Ecce duas tibi, Daphni, duas altaria Phoebo;
Pocula bina novo ſpumantia lacte quot annis,
Craterasque duo ſtatuam tibi pinguis olivi:
Et multo in primis hilarans convivia Baccho,

70 An-

SERVII.

66. EN QUATUOR ARAS, ECCE DUAS TIBI, DAPHNI, DUOQUE ALTARIA PHOEBO. [7] Feci, inquit, aras quatuor: tibi, o Daphni, [8] duas, & duas aras Apollini, quae ſint altaria. Novimus enim, aras & [9] diis eſſe ſuperis, & inferis conſecratas; altaria vero eſſe [10] ſuperorum tantum deorum, quae ab altitudine [11] conſtat eſſe nominata: quae nunc dat Apollini, quaſi deo: [12] Daphnidi vero, aras ponit: nam licet eum dixerit deum, tamen mortalem fuiſſe manifeſtum eſt. Sane quaeritur, cur duo altaria Apollini ſe poſiturum dicat; cum [13] conſtet ſupernos deos impari gaudere numero; [14] infernos vero pari, ut VIII. Ecl. 75. *Numero Deus impare gaudet*. Quod etiam [15] Pontificales indicant libri. Sed conſtat ſecundum Porphyrii librum, quem Solem appellavit, triplicem eſſe Apollinis poteſtatem: & eundem eſſe Solem apud ſuperos; Liberum patrem in terris; Apollinem apud inferos. Unde etiam tria inſignia circa ejus ſimulachrum videmus; *Lyram*, quae nobis caeleſtis harmoniae imaginem monſtrat: [16] *Gryphen*, quae eum etiam terrenum numen oſtendit: *Sagittas*, quibus [17] infernalis deus & noxius indicatur: Unde & Apollo dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν. Hinc eſt, [18] quod Homerus eundem, tam peſtilentiae dicit, quam ſalutis auctorem: Et Horatius ait Carm. Secul. 93. *Condito mitis placiduſque telo, Supplices audi pueros, Apollo*. Unde & Virgilius, rationis hujus peritus, per *altaria*, ſupernum numen oſtendit; per parem numerum, infernam indicat poteſtatem. [19] [Varro Diis ſuperis altaria; terreſtribus aras; inferis focos dicari adfirmat. Alii, *altaria* eminentia ararum, & ipſa [20] libamina, ut XII. Aen. 174. *pateriſque altaria libant*.

67. NOVO. Vel, recenti, vel, primo tempore lactis incipiente, expreſſum.] BINA. Duo. QUOT ANNIS. Singulis quibuſque annis.

68. [[21] DUO. Vetuſte dixit, ut *ambo*: VI. Ecl. 18. *Nam ſaepe ſenex ſpe carminis ambo Luſerat*. Nam hodie hoc ſignificantius *duos* & *ambos* dicimus.] PINGUIS OLIVI. Quod Graeci [22] λευκέλαιον dicunt: [23] [& olivi, & olei: nam & olea, & oliva dicitur.]

69. HILARANS. Participium eſt, ab eo, quod [24] eſt *hilaro*. Sane ſciendum [[25] nomen, unde venit] *hilarus*, vel *hilaris*, a Graeco deſcendere: [26] nam ἱλαρὸς facit.

VARIORUM.

arae, *Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbor*. Male & contra ſcriptos noſtros Grotius *ſacris feralibus* edidit, *ſacra* praeceſſere. quod hauſtum ex libro VI. 433. *triſtes ſacris feralibus aras*. HEINS. Vide ad Lucan. III. 404. ubi plura.

68. CRATERASQUE DUO. *Crateresque* Moreti quartus & Parrhaſ. & alii. *Crateresque duos* Nonius in *crateris*. *duos* editi quidem & ſcripti. *duas* Rottend. pr. & Leidenſis *duo* alter Leidenſ. Rottend. unus & Gudian. *Creteresque* Leid. a. m. pr. deinde *olivae* Moreti primus & quartus, & fragmentum. vid. ad II. Georg. 466. in verſu priore Schol. Juven. ad Sat. XI. 85. citat, *duo lacte novo*, pro, *bina*, repetens ex hoc verſu *duo*. BURM.

69. Hi-

7 facit L. 8 *duo*, *duas*. L. V. R. Voſ. duas altaria B. 9 deeſt Dan. 10 ſupernorum L. V. R. B. 11 conſtant B. 12 Daphni diverſo B. 13 conſtat L. 14 inferos Steph. Dan. 15 Pontificii B. 16 *Grype in eum* B. *Griphenaeum*, quae & terrenum Steph. Dan. Gripem L. V. R. *Gryphem aeneum* habere MS. Sarravii indicavit Cl. Le Moine Cl. Ryckio. *Gryphen* vel *Gryphem* etiam legit Torrent. ad Horat. Carm. Secul. vſ. 33. qui Apollini facer. de quo multis agit Spanhem. de Uſu & praeſt. num. Differt. 5. §. 10. tom. 1. pag. 270. Menagius in Diction. Etymol. L. Gall. in *Griper* legit *Grypen*, *quae eum etiam* &c. & ita Serravii codicem habere teſtatur, quod non convenit Ryckii notae, de qua & vid. Muncker. ad Fulg. Myth. 1. 16. qui *& indicatur* volebat. *& noxius* deeſt L. 17 infernus Dan. infernl. B. 18 etiam & Homerus Apollinem Dan. & Hom. R. Voſ. B. Steph. 19 deſunt ad *Bina* L. R. V. Voſ. Steph. ad finem Eclogae B. 20 libamina * ut Dan. ajunt ut L. Voſ. 21 deſunt L. R. Voſ. Steph. 22 Lipeleon V. L. Voſ. Lipeleono R. 23 deſunt R. Voſ. Steph. 24 dicitur al. 25 deſunt V. 26 nam id eſt L.

Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſſis, in umbra,
Vina novum fundam calathis Ariuſia nectar.
Cantabunt mihi Damoetas & Lyctius Aegon:
Saltantis Satyros imitabitur Alpheſiboeus.
Haec tibi ſemper erunt, & quum ſollemnia vota
Reddemus Nymphis, & quum luſtrabimus agros.

Dum

SERVII.

70. [27] [ANTE FOCUM SI FRIGUS ERIT S. M. I. U. Non frigori calorem oppoſuit, ſed meſſem, quae eſt tempore caloris.]

71. VINA NOVUM FUNDAM CALATHIS. Ordo eſt, *Vina* [28] *fundam calathis*, id eſt, calicibus, quae vina ſint *novum nectar*, id eſt, magna dulcedo. ARIUSIA autem, Chia, a promontorio Chii inſulae [29] *Ariuſio*: [30] [vel illud *vina Arviſia, novum nectar, calathis fundam*; alii novum muſtum intelligunt vel merum, quale nunquam habuerit, ut III. Ecl. 86. *Pollio & ipſe facit nova carmina.*]

71. [31] LYCTIUS AEGON. Cretenſis, ut III. Aen. 401. *Lyctius Idomeneus*, [32] [a *Lyctio*, urbe Cretae.]

73. SALTANTES SATYROS IMITABITUR ALPHESIBOEUS. Paſtor quidam. [33] Sane ut in religionibus ſaltaretur, haec ratio eſt, quod nullam majores noſtri partem corporis eſſe voluerunt, quae non ſentiret religionem: nam cantus ad [34] animum, ſaltatio ad mobilitatem pertinet corporis.

74. [35] [SOLENNIA VOTA. Anniverſaria ſacra, quae certis diebus celebrantur.]

75. ET CUM LUSTRABIMUS AGROS. Sic ſupra III. 77. *Cum faciam* [36] *vitula pro frugibus.* [37] [*Luſtrare*, hic circuire: dicitur enim ambarvale ſacrificium.]

PHILARGYRII.

74. SOLLEMNIA VOTA. Caenarum tria genera, unum ſolemne, aliud viaticum, * (ſeu adventitium,) ut Terent. Eun. II. II. 28. *Ad caenam vocant, adventum gratulantur*: & Geniale, quod Genio noſtro indulgentes, melius vivimus: ut idem Terent. Phorm. I. I. 9. *Quod vix de demenſo ſuo, ſuum defrudans genium.*

VARIORUM.

69. HILARANS. Hinc forte Phaedrus ſua ſumſit, lib. IV. Sat. 25.

Splendebat hilare poculis convivium.

BURM.

70. SI MESSIS. Vir doctus Waddelus Anim. Critic. p. I. legit *ſin aeſtus.* quia melius frigori opponitur. Ita in proſa loquerentur. ſed aliud eſt Poëtice loqui. BURM.

71. NOVUM FUNDAM. Servius legerat *fundens.* Male. FABER. *Nova infundam* ſecundus Moreti. *infundam* ejuſdem quartus & Menag. *Ariuſia* Mentel. tert. *Aruſia* Zulich. *Arethuſia* Leid. tert. a. m. pr. *Arviſia* multi. *Areuſia* Regius & Voſſ. & Leid. *Arentia* Fragm. Moreti. Voſſius probat *Ariuſia* ex Strabone, Plutarcho & Stephano, quem ex corrupto Strabonis loco ἀρφύσια ſcripſiſſe credit. BURM.

71. ARVISIA. Sic aliquis locum ex Plinii verbis libr. XIV. correxit. manuſcripta pleraque habent *Areuſia*, quod in medio relinquo. *Vinum Arviſium* ex Chio fuiſſe teſtantur Probus & Sequeſter. FABRIC. *Ariuſia nectar* vera hujus loci ſcriptura, quam ex noſtris agnoſcunt Mentelianus uterque, Gudianus, & quinque aut ſex alii ex melioribus. prior Voſſianus *Areuſia*. Primo Moretano ſuperſcriptum *Chia*. optime. & ſic Servius interpretatur. Non aliter in Silio admittendum libro VII. 210. *Tmolus & ambroſiis Ariuſia pocula ſuccis.* Vide Dalechamp. ad Plin. XIV. cap. 7. Stra-

27 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. 28 *fundens* Dan. 29 *Arviſio* Voſ. L. V. B. & al. *Ariſio* al. 30 deſunt L. R. Voſ. Steph. 31 LICTIUS L. V. B. *Lycius* Dan. 32 deſunt L. R. Voſ. L. V. Steph. & al. lege, *a Lycto.* 33 Sane quidem Steph. 34 animam Dan. 35 deſunt L. Voſ. B. R. Steph. 36 *vitulam* L. V. B. R. 37 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. * deſunt Commel.

Dum juga montis aper, fluvios dum piſcis amabit,
Dumque thymo paſcentur apes, dum rore cicadae,
Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.
Ut Baccho Cererique, tibi ſic vota quot annis
Agricolae facient: damnabis tu quoque votis.
MO. Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona?

Nam

SERVII.

76. DUM JUGA MONTIS APER. Sicut I. Aen. 607. *In freta dum fluvii current*, [38] [ſemper, & futurum, & praeteritum ſignificat.]

79. UT BACCHO CERERIQUE. Haec enim duo ſunt numina, quae & ruſtici maxime colunt, & quorum [39] nomina communia ſunt mortalibus cunctis. Sic in Georgicis I. 7. *Veſtro ſi munere tellus, Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta.* [40] [Cererem propter aridos, Liberum propter humidos fructus. Itaque nunc Daphnim dicit colendum, propter pecudum proventus.]

80. DAMNABIS TU QUOQUE VOTIS. Id eſt, cum Deus praeſtare aliqua hominibus coeperis, obnoxios tibi eos facies ad vota ſolvenda; quae antequam ſolvantur, obligatos & quaſi damnatos homines [41] tenent. [Alii [42] *Damnabit*, alligabis, vel abſolves: utrumque enim ſenſum habet verbum damno; vel *Damnabis*, reos voti facies.]

81. REDDAM PRO CARMINE DONA? Ille eum ſupra tantum laudaverat: hic & laudat, & de munere etiam cogitat.

VARIORUM.

7. Strabo libro XV. Ἡ Ἀριουσία χώρα τραχεῖα καὶ ἀλίμενος σταδίων ὅσον τριακοσίων οἶνον ἄριστον φέρουσα τῶν Ἑλληνικῶν. Athenaeus Libro primo de vinis. Χαριέστερος δ᾽ ἐστὶν ὁ Χῖος, καὶ τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀριούσιος. Apud Plinium quoque libro XIV. cap. 7. ſcribendum *Ex Chio, quod Ariuſium vocant.* Plutarchus in Commentario, quo diſputat vitam ab Epicuro laudatam, ne jucundam quidem eſſe, τίς ἂν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ βούλοιτο μᾶλλον Λαΐδι συγγενέσθαι, καὶ πιεῖν οἶνον Ἀριούσιον. Apud Clementem Alexandrinum libro II. Paedag. cap. 2. Οὐ πολυπραγμονητέον τοίνυν τὸν οἶνον τὸν Χῖον, ἂν ἀπῇ, οὐδὲ τὸν Ἀριούσιον, ὅταν μὴ παρῇ. Meminit ejuſdem vini & Galenus alicubi. Vibius Sequeſter de Montibus: *Arvis in inſula Chio, unde vinum Arviſium:* mendoſe. Scribo *Ariuſius* & *vinum Ariuſium.* Servii exemplaria quoque depravata ſunt, qui *Ariuſium* inſulae Chiae promontorium facit. Pierius in hoc Maronis loco plurimum aeſtuavit, cujus tamen meliora exemplaria cum noſtris conſentiunt, ac *vina Ariuſia* hic recte amplectuntur. praeterea *infundam* non *fundam* prior Menagianus & quartus Moreti. Secundus ejuſdem *nova infundam.* HEINS.

72. LYCTIUS. *Licius* Moret. quart. Zulich. Leid. & Parrh. *Lycius* Urariſl. Francii, & Reg. *Lictius* Voſſ. pr.

74. SOLLEMNIA VOTA. *Dona* Parrh. & pro varia lect. unus Leidenſis. Vide an hinc *ſollemne votum* poſſit defendi apud Livium lib. I. 5. ubi nunc *notum* malunt viri docti. *Solenia*, *ſolempnia* ſcripti. BURM.

75. ET CUM LUSTRABIMUS. *Et colluſtrabimus* Zulich. Parrhaſ. & Venetus: *conluſtrabimus* Moreti ſec. Vulgata eſt apud Macrob. III. 5. IV. 2. & Nonium in *luſtrare*. BURM.

77. PASCENTUR. *Paſcuntur* Gudianus, a cujus manu prima etiam *amavit*.

79. TIBI SIC. *Tibi ſua* quartus Moreti. *Tibi ſi* Gudianus a manu prima. *Tibi ſic nota* Ald. pr.

80. DAMNABIS TU QUOQUE VOTIS Placebat aliquando reponi *damnabis voti*. Quomodo apud Titinium in Veliterna, *nunc ejus voti condemnatus eſt, immolavit hoſtiam.* Turpilius Leucadia: *Et amplius illam apparere condecet, quandoquidem voti condemnata eſt.* Sed adverſus auctoritatem membranarum veterum nil temere mutandum eſſe cenſeo. Praeſertim cum & *voto damnatos* dixit Siſenna libro IV. Hiſtoriarum. agnoſcit vulgatam hoc Maronis loco ſcripturam Agroecius de orthographia, & Scholiaſtes Statii Thebaidos tertio ỳ. 566. cum ſcriptis ad unum omnibus libris. Seneca Ep. XL.

omnia

[38] deſunt L. Voſ. B. Steph. [39] numina Steph. al. [40] deſunt L. B. Voſ. R. Steph. [41] retinent B. L. R. Voſ. Steph. [42] deſunt B. L. Voſ. R. Steph.

Nam neque me tantum venientis ſibilus auſtri,
Nec percuſſa juvant fluctu tam litora, nec quae
Saxoſas inter decurrunt flumina valles.
ME. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.
Haec nos, Formoſum Corydon ardebat Alexin:
Haec eadem docuit, Cujum pecus? an Meliboei?
MO. At tu ſume pedum, quod, me quum ſaepe rogaret,
Non tulit Antigenes, (& erat tum dignus amari)
Formoſum paribus nodis atque aere, Menalca.

ECLO-

SERVII.

82. [43][NAM NEQUE TANTUM. Quaedam per comparationem laudata majorem emphaſin habent, ſi negatio activa a parte orationis incipiat: ut II. Aen. 496. *Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exit*. Et v. 146. *Nec ſic immiſſis aurigae undantia lora*.] SIBILUS AUSTRI. Hic *ſibilus* dicitur res ipſa: nam II. Aen. 211. *ſibila ora* participialiter dictum eſt, pro *ſibilantia*.

85. HAC TE NOS FRAGILI [44] DONABIMUS ANTE CICUTA. Bene anticipat & offert munus, quod ille ſe facturum eſſe promiſerat. [45][CICUTA. Fiſtula, ut II. Ecl. 36. *ſeptem compacta cicutis*; & fiſtulae qualitatem per principia Eclogarum oſtendit, ut: *Haec nos, Formoſum Corydon ardebat Alexin*.]

88. SUME PEDUM. Virga incurvata, unde retinentur pecudum pedes.

89. NON TULIT, ANTIGENES, ET ERAT TUM DIGNUS AMARI. Aut paſtorem quendam pulcherrimum dicit; aut Choraulam ſignificat, quem legimus admodum a Virgilio fuiſſe dilectum. [46][*Non tulit* autem, non impetravit. AMARI. Pro, qui amaretur.]

90. [47][FORMOSUM PARIBUS NODIS. Et ab arte & a natura laudavit, vel ab aere.] [48] PARIBUS NODIS, eſt, pari & aequali [49] tumore & intervallo nodorum: & honeſte locutus eſt, *formoſum nodis atque aere*: [50] ut ſi dicas: *pulcher eſt equus ſella: pulcher fraenis*. [51][FORMOSUM AERE, eſt pulchrum aere artificium. MENALCA. Vocativus eſt.]

VARIORUM.

omnia mortalium opera mortalitate damnata ſunt. Vide Voſſium de conſtructione cap. 26. HEINS. Vid. Erythraeum & Alciatum de verborum ſignificatione.

81. DONA. *Digna* Parrh. *pro munere* Leidenſ. unus. *pro carmine vota* aliter.

82. VENIENTIS. *Nec mentis* Fragmentum Moreti. Gloſſ. Reg. leniter ſuſurrantis in aeſtate; ſed eſt orientis, flare incipientis. ut apud Ovid. III. Art. 698. & VII. Met. 837. *Aura veni* & ſaepe alibi. BURM.

85. DONABIMUS. Probus in Inſtitutis artium, *donavimus* praeteriti temporis agnoſcit, ex quo colligitur Menalcae animus ad donandum paratiſſimus, acſi diceret, quantum conjicio ex oratione tua, *quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona?* cogitas de munere faciendo, volo ego te praevenire, jam ecce ego donavi te mea hac eleganti cicuta. placet haec lectio, non tamen diſplicet illa altera. JO. MUSONIUS. *Donavimus* eſt in pr. Menteliano, ſed & in Regio, abraſa ſuperiori parte literae, quae *b*. fuiſſe videtur, *donavimus*. cur hic Virgilius omiſerit Eclogae I. & IV. mentionem, vide Caſtelvetr. Oper. Critic. pag. 154. BURM.

88. AT TU. *Ac tu* quartus Moreti. *Me dum ſ. rogavit* Venetus.

89. AN-

43 deſunt B. L. R. Voſ. Steph. 44 DONAVIMUS L. R. 45 deſunt L. R. Voſ. Steph. 46 deſunt R L. B. Steph. 47 deſunt R. L. B. Steph. 48 PARIBUS NODIS, id eſt natura formoſum, hoc eſt pulchrum aere artificium, vel *paribus nodis*, id eſt, pari intervallo Dan. 49 tumore nodoſum Steph. 50 dicas *pulcher eſt frenis*, R. Voſ. B. dicas *pulcher eſt equus frenis* Steph. 51 deſunt L. Voſ. R. B.

ECLOGA SEXTA.

SILENUS.

FAUNORUM, SATYRORUM ET SILVANORUM DELECTATIO.

Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu
Noſtra, neque erubuit ſilvas habitare, Thalia.

Quum

SERVII.

1. Prima Syracosio dignata est ludere versu. [1] [Character mixtus: nam & poëta praefatur, & cantare Silenus inducitur. Syracosio. Quia Theocritum praecipue ſequitur; quamvis multi alii Bucolica ſcripſerint. Ludere versu, ut ipſe ait, iv. Georg. 565. *Carmina qui luſi paſtorum*]. Nostra. [2] Romana, inquit, Muſa non erubuit ſe ſylvis ante committere, id eſt, imitari Theocritum Syracuſanum, & Bucolica ſcribere. *Syracuſio* [3] autem Graece ait: nam [4] [Graece Συρακούσιος, Συρακόσιος, ut Ῥώμη, Ῥωμαῖος:] Latine [5] *Syracuſanus* & *Romanus* dicimus: [6] & ſic *noſtra*, eſt Romana, ut vii. Aen. 1. *Tu quoque litoribus noſtris*. [7] Dignata est vero ſic ait, quaſi [8] ex loco ſuperiore. [9] [Oſtendit ergo ſe primum poſt Theocritum Bucolica ſcripſiſſe.].

2. Sylvas habitare. Sicut ii. Ecl. 29. *Atque humiles habitare caſas*. Thalia. Muſa ſcilicet: & Graece ait Θάλεια: nam [10] Latine *Thalea* [11] debuit dicere; ſicut Κυθέρεια, *Cytherea*; ſed [12] propter euphoniam contempſit jus [13] regulae; & [14] ideo in Graecitate permanſit.

VARIORUM.

89. Antigenes. *Antigones* Francii.

89. Erat tum. *Erat cum* primus Moretanus. *tunc* quartus Moretanus & Venetus; neſcio an Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. iv. Od. 2. in f. hunc locum reſpexerit. ſed citat, *certus amari* Heuman. ad Cicer. poſt Red. in Senat. cap. ult. *&* hic pro *& tamen* poſitum vult. BURM.

90. Nodis atque aere. Ita voluit Heinſius apud Val. Fl. vi. 378.

Gravem nodis atque aere ſecurim.

Cui non potuimus adſentiri, quum ipſe diffidat conjecturae ſuae. BURM.

1. Prima Syracosio. Ita vere Romanus ille pervetuſtus Pierii. Caeteri cum noſtris omnibus mendoſe *Syracuſio*. niſi quod ſecundus Moreti & Menagianus alter *Syracuſo*. Etiam bene. in altero Menteliano eraſa erat vetuſta lectio. inſcriptionem hujus Eclogae plerique codices apud me ſic concipiunt, *Faunorum*, *Satyrorum*, *Silenorum delectatio*. quomodo & Romanus Pierii antiquiſſimus: a nonnullis tamen *Silenorum* abeſt vocabulum. HEINS. Et in Menagiano pro *Silenorum* erat *Silvanorum*: & *Silenorum* B. in Vratislavienſi erat VARUS NL. SILENUS. *prima* Cerda & Pontanus pro *primo*, vel *primum* capiunt, ſed aliter Servius: nec majoris arrogantiae damnandus quam lib. iii. Georg. 10. praeterea poteſt *prima* noſtra Thalia intelligi de primis in adoleſcentia carminibus, quae fuere Bucolica, infe-

1 Deſunt ad *noſtra* L. V. R. Voſ. B. Steph. 2 deeſt Steph. 3 deeſt Dan. Steph. 4 deſunt Dan. R. V. L. V. B. 5 *Syracuſanus* L. R. Voſ. *Syracuſanos* dicimus Dan. *Syracuſanos* & *Romanos* dicimus al. & *Romanos* deeſt L. R. Voſ. B. 6 & *noſtra, id eſt Romana* R. Voſ. L. 7 & Dignata ſic dixit quaſi Voſ. R. & digna (dignata L.) eſt ſic dixit B. L. B. 8 deeſt Dan. 9 deſunt L. R. Voſ. Steph. & B. ad vſ. 11. 10 Latina L. 11 dicitur, ſicut Cytheria, Cytherea. Dan. Cytheria, Cytherea etiam L. V. Chiſteria, Chitirea Voſ. 12 per Euph. V. 13 regale L. 14 deeſt Dan.

Quum canerem reges & proelia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: Paſtorem, Tityre, pinguis
Paſcere oportet ovis, deductum dicere carmen.
Nunc ego (namque ſuper tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant, & triſtia condere bella)
Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam.

Non

SERVII.

3. CUM CANEREM REGES ET PRAELIA. Cum canere vellem. Et ſignificat aut Aeneidem, aut geſta regum Albanorum: quae coepta omiſit, nominum aſperitate deterritus. [15] [Alii Scyllam eum ſcribere coepiſſe dicunt; in quo libro Nili & Minois regis Cretenſium bellum deſcribebat: alii de bellis civilibus dicunt: alii de tragoedia [16] Thyeſtis.] CYNTHIUS. Apollo, a *Cyntho* monte Deli, in quo natus eſt.

3. AUREM VELLIT. Id eſt, movit: Alibi II. Aen. 480. *Poſteſque a cardine vellit* [17] *Aeratos*. AUREM autem ideo, quia memoriae conſecrata eſt; ut frons Genio, digiti Minervae, genua Miſericordiae.

4. [[18] PINGUES. Figurate, *pingues paſcere*, id eſt, paſcere ut pingueſcant.]

5. DEDUCTUM DICERE CARMEN. Tenue. Tranſlatio a lana, quae deducitur in tenuitatem [19] [id eſt, bucolicum. Sane, *cum canerem reges & praelia:* Et, *deductum dicere carmen*; quidam volunt hoc ſignificaſſe Virgilium, ſe quidem altiorem de bellis & regibus, ante bucolicum carmen, elegiſſe materiam; ſed conſiderata aetatis & ingenii qualitate mutaſſe conſilium, & arripuiſſe opus mollius, quatenus vires ſuas, levioribus praeludendo, ad altiora narranda praepararet.]

6. NUNC EGO. Ordo eſt: *Nunc ego agreſtem tenui meditabor arundine Muſam:* Id eſt, carmen ruſticum ſcribam. NAMQUE SUPER TIBI ERUNT. Superabundabunt tibi, inquit, o Vare, qui ambiant tua facta deſcribere. Hic autem Varus Germanos vicerat, & exinde maximam fuerat & gloriam & pecuniam conſecutus: per quem Virgilius meruerat plurima. [[20] Alii Varum eum dicunt, qui in Germania cum tribus legionibus interiit, amiſſis ſignis, quae poſtea Germanicus, filius [21] Druſi, recepit: Alii, fuſo fugatoque Aſinio Pollione, ab Auguſto Alfenum Varum legatum ſubſtitutum, qui Tranſpadanae provinciae & agris dividendis praeeſſet, qui curavit, ne ager, qui Virgilio reſtitutus fuerat, a veteranis auferretur.]

7. TRISTIA CONDERE BELLA. Epitheton [22] bellorum perpetuum. [23] [CONDERE. Componere, ut e contrario, incondita.]

VARIORUM.

inferioris ordinis Poëmata, non Epica, ad quae, quum vellet adgredi, Apollo eum retraxit, nec convenire aetati tam grandia monuit, ſed *deductum*, id eſt tenue carmen. *Syracuſo* Parrhaſ. BURM.

2. NEC ERUBUIT. *Neque* major pars ſcriptorum. *ſilvas* omnes Heinſii & noſtri. ita Ecl. II. 60. *Habitarunt Di quoque ſilvas.* ſed VI. Aen. 673. *ſylvis habitamus opacis.* & utrumque in uſu fuiſſe patet ex lib. III. 106. *centum urbes habitant* & 110. *habitabant vallibus imis* dixit, & ſic alibi. quare ſcriptos ſequi tutiſſimum, licet Serv. ad II. Ecl. 29. praeferat accuſativum. BURM.

4. ADMONUIT. *Admovit* Rottend. a m. pr. vulgata eſt apud Schol. Horat. IV. 15. Senec. Ep. 94. *ſit ergo aliquis cuſtos, & aurem ſubinde pervellat.* ubi male *aures* alii, quod ruſticum judicat Gruterus. ita *aurem praebere*, de quo vid. ad Ovid. V. Met. 334. BURM.

4. PASTOREM. *Paſtorum Tityre* Edit. Rob. Steph. in 8.

5. DICERE. *Ducere* quartus Moretanus & Venetus. offendit ſcilicet librarium repetitio verbi in ſequenti

15 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. 16 forte *Thyeſte*. HEINSIUS. 17 deeſt L. R. 18 deſunt L. Voſ. R. L. B. Steph. 19 deſunt L. V. R. B. Voſ. Steph. al. 20 deſunt ad & verſ. 7. B. L. R. Voſ. Steph. 21 Druſiani .... fugatoque Dan. & al. Druſi recepit. alii dicunt victo fugatoque G. VOSS. 22 & bellorum L. pro *eſt*. 23 deeſt nota haec B. L. R. Voſ. Steph.

Digitized by Google

Non injuſſa cano. ſi quis tamen haec quoque, ſi quis
Captus amore leget; te noſtrae, Vare, myricae,
Te nemus omne canet: nec Phoebo gratior ulla eſt,
Quam ſibi quae Vari praeſcripſit pagina nomen.
Pergite, Pierides. Chromis & Mnaſylos in antro

Sile-

SERVII.

9. NON INJUSSA CANO. [24] Vel ab Apolline, vel ab Auguſto, [25] (vel a Maecenate.) [26] [Sive, nihil altum mens inchoat; & hoc ideo, quia dixerat, *Aurem vellit*.] HAEC QUOQUE. [27] Vel licet vilia, ſicut Theocriti. Et hoc dicit, Si quis, licet ruſtica, legere fuerit iſta dignatus, tuas tamen in his laudes inveniet: nam per *myricas* & *nemora* bucolica ſignificat.

11. NEC PHOEBO GRATIOR ULLA EST. Nec enim pagina ulla Apollini eſt gratior, quam quae Vari nomen geſtat in titulo. Quod ideo dicit, [28] quia hanc Eclogam conſtat [29] in honorem Vari eſſe [30] perſcriptam. Dicitur [31] autem ingenti favore a Virgilio eſſe recitata: adeo ut, cum eam poſtea [32] Cytheris [33] meretrix cantaſſet in [34] theatro, quam in fine Lycoridem vocat, (& [35] ſpectaret [36] Cicero) ſtupefactus, [37] dum, cujus eſſet, requireret, & cum eum tandem aliquando [38] agnoviſſet, dixiſſe [39] dicatur, & ad ſuam, & ad [40] illius laudem: [41] *Magnae ſpes altera Romae*. Quod iſte poſtea XII. Aen. 168. ad Aſcanium tranſtulit, ſicut commentatores loquuntur.

13. PERGITE, PIERIDES. Hortatur Muſas ad referenda ea, quae Silenus cantaverat pueris: nam vult exequi ſectam Epicuream, quam [42] didicerant, tam Virgilius quam Varus, docente Sirone: & quaſi ſub perſona Sileni, Sironem inducit loquentem. Chromin autem & [43] Mnaſylum, ſe & Varum vult accipi. Quibus ideo conjungit puellam; ut oſtendat plenam ſectam Epicuream, quae nihil ſine voluptate vult eſſe perfectum. [44] [Sane hoc de Sileno non dicitur fictum a Virgilio; ſed a [45] Theopompo tranſlatum. Is enim apprehenſum Silenum a Midae regis paſtoribus, dicit crapula madentem, & ex ea ſoporatum, illos dolo adgreſſos dormientem vinxiſſe; poſtea vinculis ſponte labentibus liberatum, de rebus naturalibus & antiquis Midae interroganti, reſpondiſſe: quem alii Mercurii filium, alii Panos & Nymphae: alii ex guttis cruoris Caeli natum eſſe dixerunt.] CHROMIS & MNASYLOS. [46] Iſti pueri Satyri ſunt.

VARIORUM.

quenti verſu. ſed *deductum ducere* magis eſt moleſtum. quid ſit *deductum carmen* vide ad Ovid. I. Am. XIV. 7. BURM.

7. VARE. *Varre* Parrh. & ita deinceps. vid. IX. Ecl. 26. *cupiunt* duo Moreti & fragment. Antverp.

10. CAPTUS AMORE LEGET. Priſcianus libro XVIII. agnoſcit manifeſte *legat* hoc loco, addito altero exemplo, *ſi quis in adverſum rapiat caſusve deusve* ex Aeneidos nono 211. & ſic alter Menagianus cum Moretano ſecundo. HEINS. Sed utrumque occurrit. vid. II. Georg. 49. III. 474. contra cum indicativo III. Georg. 453. variant libri IV. Aen. 684. *ſi quis errat*, vel *erret*. Ovid. I. Art. I. *ſi quis non novit*. BURM.

11. ULLA EST. *Eſt* deſideratur in Leidenſi altero.

12. PRAESCRIPSIT PAGINA NOMEN. *Perſcripſit* prior Mentelianus & Gudianus, cum Menagiano altero, & fragmento Moreti. Sed perperam. HEINS. *Praeſcribit* Parrhaſ.

13. MNASYLOS. Ita in Menteliano priore, quomodo Valerius Probus agnoſcit in Grammatica ubi hoc inter alia, *Os ſyllaba Graeci nominis maſculino genere*

24 deeſt L. B. vel a Polſione, vel ab Aug. v. a Maec. Steph. 25 deſunt L. 26 deſunt L. R. B. Steph. 27 licet B. Dan. Steph. vel licet L. 28 quid al. 29 in honore L. V. Voſ. R. B. 30 praeſc. L. V. Voſ. R. B. 31 enim Dan. 32 Cytharis L. 33 deeſt L. V. Steph. 34 theatris Voſ. 35 deeſt L. V. B. 36 Stupefactus Cicero, cujus eſſet req. L. B. V. R. Steph. 37 deeſt B. Dan. al. 38 Vix ſciſſet V. vidiſſet L. R. Steph. vixiſſet B. 39 dicitur B. L. V. R. Voſ. Steph. 40 deeſt al. 41 magna L. V. B. R. Voſ. ave ſpes V. a m. ſec. 42 didicerat Dan. 43 Mnaſylon L. Mnaſilon R. Voſ. B. 44 deſunt ad *Chromis* L. R. Voſ. B. Steph. al. 45 narrat, ut puto, etiam Maximus Tyrius, VOSS. 46 nomina Satyrorum Dan.

Silenum pueri ſomno videre jacentem,
Inflatum heſterno venas, ut ſemper, Iaccho:
Serta procul tantum capiti delapſa jacebant:
Et gravis adtrita pendebat cantharus anſa.
Adgreſſi (nam ſaepe ſenex ſpe carminis ambo
Luſerat) injiciunt ipſis ex vincula ſertis.

Ad-

SERVII.

14. [47] [PUERI. Nonnulli, *pueri*, non abſurde putant dictum, quia Sileni priusquam ſeneſcant, ſatyri ſunt: utrum ergo aetate pueros; an ut miniſtros & familiares ſolemus communiter *pueros* vocare?]

15. INFLATUM VENAS. Impletum venas: Figurate [48] locutus eſt, [[49] & SEMPER, bene addidit, id eſt, conſuetudine vini, non interdum temulentum eſſe.] IACCHO, autem, [50] aut vino, aut Libero patre, qui etiam *Iacchus* vocatur: [51] [nam Bacchus a bacchatione, id eſt, inſania dictus; unde & comites ejus Bacchae. Alii a Bacche Nympha, quae cum Brome ſorore ſua eum nutriverat, in monte Nyſa, [52] a Nyſa nutrice.]

16. SERTA PROCUL. Modo prope, [53] [id eſt, juxta.] Nam [54] ideo intulit, TANTUM CAPITI DELAPSA, ut oſtenderet non longius provolutam [55] coronam, [56] (ut eſt x. Aen. 836. *procul aerea ramo dependet.*)

17. ATTRITA ANSA. Frequenti ſcilicet potu. [57] [PENDEBAT. Manibus non emiſſa ſignificat.

18. ADGRESSI. Ordo eſt, *Chromis* & *Mnaſylus* adgreſſi Silenum: nam luſerat ambo ſpe carminis: & SPE, pollicitatione. Item alius ordo, *Adgreſſi ſpe carminis injiciunt ipſis ex vincula ſertis.* CARMINIS AMBO. Vetuſte, ut alibi IV. Georg. 88. *Verum ubi ductores acie revocaveris ambo*: & XII. Aen. 342. *Eminus ambo Imbraſidas*: ut v. Ecl. 68. *craterasque duo ſtatuam*: cum hodie ſub eadem ſignificatione, *ambos* & *duos*, dicamus.]

19. IPSIS EX. Ex ipſis, ut v. Aen. 663. *tranſtra per & remos*, id eſt, per tranſtra.

PHILARGYRII.

14. SILENUM PUERI. Apte perſonam Sileni inducit diſputantem, quem choro Liberi patris magiſtrum adhibent, qui choro modum adhibere poſſit: unde & joculariter illi ferula attributa.

VARIORUM.

genere ſive foeminino brevis eſt, ut, Chromis & Mnaſylos in antro. Ante hunc verſum vetuſtiores inſerunt hanc inſcriptionem: CHROMIS, MNASYLUS, SILENUS, AEGLE. & poſt verſum 51. iidem, CATACLYSMUS MARIS, CAUCASUS, PROMETHEUS, DEUCALION, HERCULES, HYLAS. poſt verſum 73. ATALANTA, HIPPOMENES, GALLUS, LINUS, PERMESSUS, PHAETHONTIDES, MELAMPUS, PASIPHAE, PROETIDES. a Mediceo tamen haec abſunt, & recte. HEINS. *Naſillus* Zulichemianus. *Mnapſillus* Vratiſlavienſis. *Cromis* Francii & Leid. *Cronus & Voſillus* Parrh. Leid. unus.

16. PROCUL TANTUM. Vide notas Servii & Variorum: ſed nihil agunt. nam *procul tantum*, id eſt, ſatis longe. olet Graeciſmum. FABER. *Capiti tantum* Rottendorph.

17. ET GRAVIS. *At* quartus Moretanus. *gravis* eſt plenus vino. vid. ad Val. Flac. VI. not. 2. BURM.

18. SPE CARMINIS AMBO LUSERAT. Sic & Mentelianus uterque & Gudianus & ſecundus Moreti ex noſtris, etiam Leidenſes, in quorum binis tamen vera ſcriptura erat interpolata. Vide hic Pierium. nos nonnulla jam diximus ad Naſonem Metamorph. VII. ℣. 794. Georgicôn quarto ℣. 88. *Verum ubi ductores acie revocaveris ambo.* Sic & illic vetuſti codices, ubi plura Pierius. quomodo

Maro-

47 deſunt L. R. Voſ. Steph. & al. 48 deeſt R. Voſ. B. 49 deſunt L. Voſ. R. V. Steph 50 aut a vino a Libero L. B. autem vino Voſ. 51 deſunt ad vſ. 16. L. R. Voſ. B. 52 Anyſa Dan. 53 deſunt L. R. Voſ. Steph. modo pro poena intulit B. 54 deeſt L. R. Voſ. Steph. 55 eſſe coronam Steph. al. 56 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. 57 deſunt ad vſ. 19. L. R. B. Voſ. Steph.

Addit ſe ſociam, timidiſque ſupervenit Aegle:
Aegle, Naïadum pulcherrima: jamque videnti
Sanguineis frontem moris & tempora pingit.
Ille dolum ridens, Quo vincula nectitis? inquit.
Solvite me, pueri: ſatis eſt potuiſſe videri.
Carmina, quae vultis, cognoſcite: carmina vobis;

Huic

SERVII.

20. TIMIDIS. [58] Timentibus: nam *timidus* eſt, qui ſemper timet; *timens* vero, qui ad tempus formidat ex cauſſa: Aut revera timidis: quia pueris per aetatem naturaliter timor eſt inſitus: [[59] & timentibus ne, dum vincula injicerent, expergefieret.] VIDENTI. Pro vigilanti.

22. SANGUINEIS FRONTEM MORIS ET T. P. Multi ob hoc dictum putant, quod rubeus color deorum ſit; unde & triumphantes facie miniata, & in Capitolio Jupiter [59]* in quadriga miniata. Et bene PINGIT, non inquinat: nam jam vigilantem dixerat. Sane fabula de *moro* talis eſt: Piramus & [60] Thisbe fuere, ut forma pares, ita amore conjuncti, quos vicinos paries dividebat, quibus una praeſtabat colloquium: cum amor creviſſet ad cupiditatem, placuit, ut utrique noctu extra domos procederent, locumque coëundi ſtatuerent ad arborem, quae ante erat albis fructuoſa pomis: & cum prior veniſſet Thisbe ad locum, vidit [61] leam; dum mortem fugit, veſtem reliquit: in qua veſte fera exercuit iram ſuam, cruoriſque ferae alicujus paulo [62] ante reliquit veſtigia in pallio puellae: qua veſte viſa Piramus cruentata, tunc ratus eſt interfectam eſſe Thisben, & ob [63] amorum ardorem ſe interfecit; ex quorum cruore dicitur arbor infecta: nam quae ante gerebat poma alba, nunc ſanguinea.

23. RIDENS. Irridens. QUO. Ad quam rem.

24. SOLVITE ME, PUERI. Quia putaverant eum corona ligari poſſe.] SATIS EST POTUISSE VIDERI. Sufficit enim, quia potui a vobis, [[64] qui eſtis homines,] videri. Quod ideo dicit, quia [65] ſemidei, cum volunt, tantum videntur; ut Fauni, Nymphae, Silenus. Poteſt & aliter intelligi, [66] *ſatis eſt potuiſſe* [*videri*: ſufficit, quod talis vobis viſus ſum, ut etiam ligari poſſem.

VARIORUM.

Maronem utroque loco ſcripſiſſe teſtis eſt non ſemel Cariſius. ad exemplum Graecorum, qui τους δύω, τους ἄμφω dicunt. idem Cariſius ex Afranio notat, *Revocas nos ambo ad praelium.* & ex Terentio, *ambo oportune vos volo*. Idem *duo* pro *duos* veteribus in uſu fuiſſe alibi monet Cariſ. lib. II. Helenius Acron Verrium dicit errare, qui putat *hos ambo* dici debere. Videndus vir ſummus Gerardus Johannes Voſſius operis grammatici de Analogia libro II. cap. 6. ubi *ambo* & *duo* non minus quam *ambos* & *duos* quarto caſu plurali veteres dixiſſe ex Plauto, Terentio, Cicerone, Martiale, Cenſorino, Vegetio, aliis probat. apud Silium libro IV. 175. *Cryxus Picentem Laurumque, nec eminus ambo, Sed gladio Laurum: Picenti raſilis haſta Ripis lecta Tagi letum tulit.* noſter denuo in potioribus membranis Aeneidos XII. ỷ. 342. *Hunc congreſſus & hunc: illum eminus: eminus ambo Imbraſidas.* Ecloga praecedente in vetuſtis membranis pari modo inveni *Craterasque duo*, non *duos*. HEINS. & ita Regius & multi alii.

19. EX. *Ex ipſis* Voſſianus prior. *& vincula* alter Menagii, *vingula* prior Mentelii.

20. TIMIDISQUE. *Tumidiſque* Leid. alter a manu ſecunda. male. vulgatum agnoſcit Donatus ad Terent. Eun. IV. II. 24. & Hecyr. prol. I. ubi pro *timentibus* poſitum docet, ut & ad Phorm. I. III. 28. & Rufinian. de figuris pag. 31. in palilogia, vulgatum habet *timidis*, hic naturae puerorum, qui ultra vires & aetatem aliquid audebunt, conveniens

58 aut timentibus R. B. Voſ. pro timentibus Steph. al. autem timentibus Dan. 59 deſunt uſque ad vſ. 24. *ſatis eſt* L. Voſ. R. B. Steph. al. 59* in quadrigas miniatas Dan. 60 Hisbe Dan. & ita poſtea & al. 61 leaenam, dum ergo Edd. a. 62 *ante*; forte deſideratur *interfectae*, *laceratae*, aut quid ſimile. BURM. 63 amoris al. 64 deſunt L. R. Voſ. Steph. 65 ἡμίθεοι Dan. leg. ἡμίθεοι emithei V. Voſ. R. 66 *ſolvite m. p. ſ. e. p. v.* ſufficit enim &c. B. R. Voſ. Dan.

Huic aliud mercedis erit: ſimul incipit ipſe.
Tum vero in numerum Faunoſque feraſque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phoebo gaudet Parnaſia rupes:
Nec tantum Rhodope mirantur & Iſmarus Orphea.

Nam-

SERVII.

26. Huic aliud mercedis erit. Nymphae minatur ſtuprum latenter: quod verecunde dixit Virgilius. [67][Haec autem omnia de Sileno a Theopompo in eo libro, qui Thaumaſia appellatur, conſcripta ſunt. Ipſe addidit ad commendationem.]

27. In numerum ludere. [68]Id eſt, ſaltare ad modum rhythmi & cantilenae: [69][vel, ad certam modulationem. Faunos. Fauni ab effatione dicti, quod voces de ſacris reddebant, quod in ſeptimo Aeneidis ℣. 47. plene [70] habet.

28. Ludere. Id eſt, illo cantante.] Motare cacumina [[71] Montium vel arborum;] quaſi hoc genus ſaltationis vult eſſe in arboribus, cacuminum [72] motu.

29. Parnassia rupes. Mons eſt [73] Theſſaliae, Apollini conſecratus.

30. Rhodope et Ismarus. Montes Thraciae, in quibus Orpheus [74] conſueverat canere. Et hoc dicit: Non tantum iſti montes gaudent cantante Apolline vel Orpheo, quantum cantante Sileno laetatus eſt mundus. Namque etiam paulo poſt dicturus eſt ℣. 86. *Et* ℣. *invito proceſſit veſper Olympo.*

VARIORUM.

niens epitheton. vid. infr. & 77. & ideo ut adjuvaret eos Aegle ſupervenit. BURM.

21. Jamque. *Namque* primus Moreti & Ed. Mediol.

23. Quo. *Quid* Ed. Venet.

25. Vultis. *Voltis* alter Mentelii, & ita in Regio a. m. pr. *carmina nobis* Venetus.

26. Ipse. *Ille* Venetus & Parrhaſ.

27. Faunosque ferasque. *Faunos ſilvaſque* Vratislavienſis.

28. Motare. Longobardus Pierii *mutare*. ut ſuperiori Ecloga v. 5. nonnulli codices, complura Nonii Marcelli exemplaria, etiam ex editis, voce *rigidus*, *nutare* non *motare*, ut ſit Graeciſmus. ſic libro Aeneidos ſecundo de orno ℣. 627. *illa uſque minatur. Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat.* ubi *mutat* etiam in nonnullis exemplaribus. libro IX. 681. *Conſurgunt geminae quercus intonſaque caelo Attollunt capita, & ſublimi vertice nutant.* Ennius, *Capitibus nutantes pinos rectoſque cupreſſos.* non diſſimili Graeciſmo *animum fluctuare* Aeneidos X. ℣. 680. habebimus. HEINS. *Nutare* Parrhaſ. *Motare*, cum Pierio praefero. Vide quae dixi ad Ovid. VII. Metam. 287. eadem varietas Ecl. V. II. Aen. 581. & alibi. BURM.

30. Tantum Rhodope. Virgilianum Ἀνακόλουθον, quod implere quidam ſic auſi ſunt, *Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno.* Verum hic verſus, quum neque numeris conſtet ſuis, quod eſt vitioſiſſimum, neque elegantiae quidquam habeat, quod doctiſſimo poeta indignum; merito ante nos ab Helio Eobano repudiatus eſt: quamvis eum, quod miror, alicubi citet P. Victorius. FABRICIUS. *Mirantur* vetuſtiores apud Pierium, quomodo & ex noſtris Menagianus prior, ſecundus Leidenſis, prior Voſſianus, primus Moreti & Schefferianus, neque aliter legendum eſſe liquet ex Julio Rufiniano de Schematis Lexeos pag. 30. *Prolepſis eſt ſchema* λέξεως, *id eſt figura elocutionis, cum ante numerus redditur verbis quam res perſonae adſimiantur, ut, Nec tantum Rhodope mirantur & Iſmarus Orphea*, quamquam male apud illum *miratur* exſtat in vulgaris exemplaribus, quod etiam bis perperam in Scholiaſte Statii Thebaidos quinto & ſexto. Sic Aeneidos X. ℣. 760. ex optimo codice Mediceo, *Hinc Venus, hinc contra ſpectant Saturnia Juno.* Apud Prudentium Pſy-

67 deſunt L. R. Voſ. Steph. 68 vel L. 69 deſunt ad *cantante* L. R. B. Voſ. Steph. 70 Heinſ. legebat *habetur*. 71 deſunt L. R. Voſ. Steph. montium vel arborum, quibus hoc genus ſaltationis adſignat, quia hoc Dan. 72 motum L. V. R. Voſ. B. recte, ut puto. 73 deeſt L. V. R. Voſ. 74 conſuerat L.

Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animaeque, mariſve fuiſſent,
Et liquidi ſimul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipſe tener mundi concreverit orbis.

35 Tum

SERVII.

31. Namque canebat, uti magnum per inane coacta semina. Variae ſunt Philoſophorum opiniones de rerum origine: nam alii dicunt omnia ex [75] igne procreari, ut Anaxagoras. Alii ex humore, ut Thales Mileſius. Unde eſt IV. Georg. 382. *Oceanumque patrem* [76] *rerum*. Alii ex quatuor elementis, ut Empedocles: ſecundum quem ait Lucretius I. 716. [77] *Ex imbri, terra atque anima naſcuntur, & igni.* Epicurei vero, quos nunc ſequitur, nihil horum comprobant; ſed dicunt duo eſſe rerum principia, corpus & inane. Omne enim quod eſt, aut continet, aut continetur: & corpus volunt eſſe atomos, [78] id eſt, quaſdam minutiſſimas partes, quae τομὴν, id eſt, ſectionem non recipiunt. Unde & atomi dictae ſunt, quas Lucretius minutiores [79] dixit eſſe illis corpuſculis, quae in infuſis per feneſtram radiis Solis videmus: dicit enim illas nec [80] viſu poſſe percipi. Inane vero dicunt ſpatium, in quo ſunt atomi. De his itaque duobus principiis volunt quatuor iſta procreari, ignem, aërem, aquam, terram: [81] & ex his caetera; ut illa duo elementa, [[82] atomi, & inane,] ſint: haec vero quatuor ſyntheta, id eſt, compoſita ex [83] illis duobus, praeſtent originem aliis [84] omnibus. Hac autem ratione [85] comprobant, ex atomis & inani ([86] originem rerum) eſſe: [87] quod nihil eſt in rerum natura, quod non & corpus habeat, [88] (& recipiat ſectionem;) & quia recipit ſectionem, indicet etiam inanitatem. Ergo Uti magnum per inane coacta semina: Canebat, inquit, mundi principium, [89] id eſt, quemadmodum coactae & collectae atomi per magnum inane, fuiſſent origo ignis, aëris, terrarum, & maris: nam *ſemina* atomos dicit. Dicimus autem haec *atomus*, & [90] hae *atomi*.

32. Animaeque, Id eſt, aëris: Unde [91] etiam venti [92] ſunt.

33. Liquidi simul ignis. Puri, id eſt, [93] aetherei, [94] [quem Cicero *ignitum liquorem* dicit. Lucretius VI. 204. *Devolet in terram liquidi color aureus ignis.* Ut his exordia. Ex ſeminibus, hoc eſt, atomis. Primis. Pro principiis, quae enim Graeci στοιχεῖα, nos principia appellamus.]

34. Omnia et ipse tener mundi concreverit orbis. Ante orbis, & ſic omnia quae in orbe ſunt: nam mutato ordine ait, primo omnia: & ſic orbis. [95] [Tener, Id eſt, recens factus.] Concreverit. Collectus, & informatus ſit.

VARIORUM.

Pſychomachia ỳ. 704. vetuſtiſſimi tres codices. *Et deprenſa tremunt languens manus & color albens.* HEINS. Vide Voſſ. de conſtruct. lib. I. 4. Erat hic verſus ſpurius in Leidenſi altero, & contra in pr. praecedens deſiderabatur. In Vratislavienſi erat, ſed *mundus* deerat, uno pede defectus. Sine dubio provenit hic ſpurius verſus a Grammatico indocto qui credebat *tantum* non poſſe poni, niſi *quantum* aut praecederet, aut ſequeretur. Sed & I. Georg. 103. *Nullo tantum ſe Myſia cultu jactabit*, & VI. Aen. 877. *nec Romula quondam Ullo ſe tantum tellus jactabit alumno.* Vid. Erythrae. in *tantum.* deinde ſcire poterat ex hac ipſa Ecloga, primam in *Sileno* producendam. *tanto* Leidenſ. unus. BURM.

32. Marisve. *Mariſque* Regius & Voſſianus prior, & Leid. ut & Ed. Ald. *animae mariſque* Parrhaſ.

75 igni Dan. 76 deeſt L. V. R. V. Steph. 77 apud Lucret. I. 716. legitur *Ex igni, terra atque anima procreſcere & imbri. ex imbri terra atque a. n c. igni* Steph. 78 vel L. 79 dicit Dan. 80 viſum poſſe recipere Dan. & Urſini Cod. illis nec viſum p. accidere L. Steph. pro accipere. Illis nec viſum poſſe, inane Voſſ. ubi deeſt forte accidere. Viſum poſſe recedere R. B. 81 deeſt Dan. 82 deſunt L. B. R. V. Steph. & al. 83 aliis Steph. al. 84 omnibus rebus B. Steph Dan. al. 85 comprobatur V. L. comprobat B. R. 86 deſunt L. R. Voſ. B. omnia eſſe. Steph al. conſtare omnia al. 87 quia V. 88 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. mox, quia non ſermonem recipiat, indicet al. quia non recipit ſectionem Steph. 89 deeſt L. V. 90 haec L. 91 & Steph. al. 92 ſunt dicti R. 93 aetheris V. L. Voſ. R. aetheri B. 94 deſunt ad vſ. 24. L. R. Voſ. B. Steph. in L. deerat integra pagina uſque ad Ecl. VII. 17. 95 deſunt L. Voſ. R. B. Steph.

Digitized by Google

Tum durare ſolum, & diſcludere Nerea ponto
Coeperit, & rerum paullatim ſumere formas.
Jamque novum terrae ſtupeant luceſcere ſolem,
Altius atque cadant ſubmotis nubibus imbres.

In-

SERVII.

35. [96][TUM DURARE SOLUM, ET DISCLUDERE NEREA PONTO. Canebat etiam quemadmodum ſe durare coëgerit ſolum, & mixtam ſibi ante aquam ſua [97] contractione diſcludere. Sane, *ſolum* ſi nominativus eſt, *durare* abſolute accipiemus, & omnia, quae infra dicuntur, ad ſolum & rerum terreſtrium referentur: ſi accuſativus, ad mundi orbem cuncta pertinebunt.]

36. ET RERUM PAULATIM SUMERE FORMAS. Canebat etiam, quemadmodum terra rerum ſumpſerit formam.

37. JAMQUE NOVUM TERRAE STUPEANT LUCESCERE SOLEM. Canebat, quemadmodum poſt haec ſtupeant terrae Solis ortum: [98] Alii *terrae* ad homines referunt, pro, qui in terra ſunt.]

38. ALTIUS ATQUE CADANT SUMMOTIS NUBIBUS IMBRES. Quemadmodum cadant imbres nubibus in altum levatis. Naturale enim eſt, ut nubes, cum coeperint [99] Soli eſſe vicinae, ejus calore ſolvantur in pluvias. Unde & in Georgicis I. 401. ait, de ſignis ſerenitatis [100] *At nebulae magis ima petunt.*

VARIORUM.

Parrhaſ. *terrarum*, *animaeque* Venet. & Ed. Venet.

33. UT HIS. *In bis* Leidenſis & Venetus & Parrhaſ. & Ed. Venet.

34. OMNIA. de mutato hoc ordine, ut Servius notat, vid. ad X. Aen. 516. mox *Ponti*. Zulich. BURM.

34. CONCREVERIT. *Concreverat* Menteliani duo. *Mundus* Rottend.

37. JAMQUE NOVUM UT TERRAE STUPEANT LUCESCERE SOLEM. τὸ *ut* ex fide omnium codicum vetuſtorum amovendum eſt. neque agnoſcit Macrobius Saturnal. VI. cap. 2. verſu proxime ſubſequenti prior Mentelianus a manu prima *utque cadunt*. quod Pierius in optimo quoque Vaticano invenerat. HEINS. *Ut* deeſt Regio & Ald. deinde *utque cadunt* etiam Leidenſis. *ignibus imbres* Ed. pr. & mox *incipiunt* quartus Moreti & Leid. ſec. & *errant* Moretanus quartus & tertius Mentelii. *Currant* Venetus & Parrhaſ. BURM.

40. RARA PER IGNOTOS ERRENT ANIMALIA MONTES. *Per ignaros montis* Mediceus noſter & Princeps Vaticanus Pierii, eleganter. Aeneidos X. 706. *ignarum Laurens habet ora Mimanta.* Quod pro ignoto, & ignorato capiendum illic eſſe Gellius, Servius & Nonius monent. Aeneidos quinto, 871. *Nudus in ignara Palinure jacebis arena.* Ita illic codex vetuſtus Eccleſiae Hamburgenſis. ſed cum Gellius libro IX. cap. 12. ſolum ex Aeneidos decimo locum producat, caeteris duobus omiſſis, nil adfirmo temere. Apud Naſonem quoque Met. VII. ℣. 673. codices ex melioribus non pauci, *Aſpicit Aeoliden ignara ex arbore factum Ferre manu jaculum.* Ubi plura. Salluſtius Jugurthino, *More humanae cupidinis ignara viſendi.*. Et alibi *mare magnum, & ignara lingua commercium prohibebant.* Sic & Tacitus frequenter. Dictys Cretenſis libro II. *Iſque non longe a navibus avidus ignara cognoſcendi.* Scholiaſtes Horatii Crucquianus hoc Maronis prolato loco, libro primo Ode 17 exhibet, *Rara per incultos errant animalia montes.* HEINS. *Ignotus* & *ignarus* paſſim confunduntur. Vid. ad Quinctil. declam VI. 2. in leg. 2. §. 7. de jure fiſci in Edd. quibusdam legitur, *ignotus juris ſui*, vitioſe pro *ignarus*. Hic tamen *ignotus* praefero, quia de ſedibus animalium agens noſter Maro illas *notas* ſaepius vocat, ut I. Georg. 367. & alibi, ut & ſcriptores omnes. vid. ad Phaedr. I. XI. 9. *ignoti* ergo montes ſunt, in quibus numquam antea verſata erant animalia. *ignari* eſſent, qui numquam antea viderant animalia, quod defendi poſſe non negem. BURM.

41. HINC LAPIDES. In codice Francii erat,
Hinc lapides Pirre jactos, primordia rerum,
Hinc hominum pecudumque genus, Saturnia regna,
Caucaſiaſque refert volucres, furtumque Promethi.

de

96 deeſt tota nota R. B. Voſ. Steph. al. 97 contrictione Dan. 98 deſunt Voſ. R. B. Steph. al. 99 ſolis Dan. 100 at B.

Digitized by Google

Incipiant ſilvae quum primum ſurgere, quumque
Rara per ignotos errent animalia montis.
Hinc lapides Pyrrhae jactos, Saturnia regna,
Caucaſiasque refert volucres, furtumque Promethei.

His

SERVII.

39. INCIPIANT SYLVAE. Bonum ſane ſequutus eſt ordinem, ut, poſt Solis & pluviarum commemorationem, diceret ortas ſylvas, & animalia cuncta procreata.

40. [1][ANIMALIA. Animantia, τὰ ἔμψυχα.]

41. HINC LAPIDES P. I. Quaeſtio eſt hoc loco: nam relictis [2] prudentibus rebus de mundi origine, ſubito ad fabulas tranſitum fecit. Sed dicimus, aut exprimere eum voluiſſe ſectam [3] Epicuream, quae rebus ſeriis ſemper inſerit voluptates: aut fabulis [4] plenis admirationis puerorum corda [5] mulceri: nam fabulae cauſſa delectationis inventae ſunt: ut ipſe etiam in Georgicis docet, dicens III. Georg. 3. *Caetera quae vacuas tenuiſſent carmina mentes.* [6] [Sane fabula talis eſt: Jupiter cum peroſum haberet, propter feritatem Gigantum, genus humanum, ſcilicet quod ex illorum ſanguine editi erant mortales, diluvio inundavit terras, omneſque homines necavit, exceptis Pyrrha & Deucalione, qui in monte Atho liberati ſunt. Sed hi ex reſponſo Themidis, ſaxis poſt tergum jactis, genus hominum reparaverunt: & Pyrrha quidem reparavit foeminas, Deucalio mares. Alii dicunt Jovem [7] Lycaoni, quod ei filium ſuum appoſuiſſet epulandum, ipſum quidem fulmine peremiſſe; feciſſe vero diluvium, quo homines perirent, exceptis Pyrrha Epimethei filia, & Deucalione, Promethei filio: qui Parnaſſi montis altitudine defenſi a diluvio ſunt, & hominum genus, ut ſupra dictum eſt, reparaverunt. Sunt qui dicant non ex illis lapidibus homines factos; ſed quia jacuiſſent, ſentibus atque fruticibus tecti, lapidibus excitatos.] Quod autem dicit *Regna Saturnia*, fabularum ordinem vertit: nam quo tempore Saturnus regnavit, in terris [8] non fuit diluvium; ſed ſub [9] Ogyge, Rege Thebanorum. Secundum autem diluvium fuit ſub Deucalione & Pyrrha. Sane ſciendum eſt, & per diluvium, & [10] ecpyroſin, ſignificari temporum mutationem. [11] [Alii *Saturnia regna*, pro Jovis accipiunt, cujus regno diluvium factum volunt, ſub Deucalione & Pyrrha; non aureo ſeculo, quo Saturnus regnavit.]

42. CAUCASEASQUE REFERT VOLUCRES, FURTUMQUE PROMETHEI. Et hic fabulae ordinem vertit, quae talis eſt: Prometheus, [12] [Iapeti & Clymenes filius,] poſt factos a ſe homines, dicitur auxilio Minervae coelum aſcendiſſe, & adhibita [13] ferula ad rotam Solis, ignem [14] furatus, quem hominibus indicavit. Ob quam cauſſam irati dii duo mala immiſerunt terris, [15] febres & morbos: ſicut [16] & Sappho & Heſiodus, Ἐργ. 100. memorant: [17] Ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται, Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα. Quod tangit & Horatius, dicens I. Od. 3. *Poſt ignem* [18] *aetherea domo Subductum, macies & nova febrium Terris incubuit cohors.* Ipſum etiam Prometheum per Mercurium in monte Caucaſo religaverunt ad [19] ſaxum: & adhibita eſt aquila, quae ejus [20] jecur exederet. Haec autem omnia non ſine ratione finguntur: nam *Prometheus* vir prudentiſſimus fuit; unde [21] etiam *Prometheus* dictus eſt [22] ἀπὸ

VARIORUM.

de τῷ *Promethi* vid. inf. 78. in Voſſ. & Zulich. a ſec. m. erat etiam

Hinc hominum quondam genus & primordia rerum. & Frag. Moreti *regum*. BURM.

42. CAUCASEASQUE. *Caucaſiasque* Gudianus, Leidenſis primus, Moretani duo, et Ed. pr. vid. II. Georg. 440. *Caucaſea refert* Leid. *Caucaſeosque* Regius. BURM.

43 HY-

1 deſunt B. Voſ. R. Steph. 2 forte, Prudentium ſententiis de mundi or. id eſt Philoſophorum, ſapientium: vel, prudentium rerum ſententiis. vid. I. Georg. 416. BURM. 3 Epicuri Dan. Steph. Epicurei Voſ. R. 4 pl. admirationibus al. planis admiratione B. 5 mulcere V. Voſ. R. Steph. 6 deſunt uſque ad *quod autem* B. Voſ. R. Steph. & al. 7 Lycaonem al. 8 deeſt B. 9 Gege B. 10 Epyroſin V. R. per ἐκπύρωσιν Steph. al. per epyros: & in marg. pirram B. 11 deſunt Voſſ. R. B. Steph. 12 deſunt V. R. Voſ. B. Steph. 13 facula B. 14 furaſſe V. 15 macies V. R. Voſ. B. 16 etiam B. 17 deſunt Graeca V. R. Voſ. B. 18 aetheris V. aetheria R. B. aetherei Voſ. 19 ſaxum adhibita aquila V. 20 cor V. B. R. Voſ. Steph. al. 21 deeſt Voſ. 22 deſunt Graeca V.

His adjungit, Hylan nautae quo fonte relictum
Clamaſſent: ut litus, Hyla, Hyla, omne ſonaret.
Et fortunatam, ſi numquam armenta fuiſſent,
Paſiphaën nivei ſolatur amore juvenci.
Ah, virgo infelix, quae te dementia cepit?
Proetides inplerunt falſis mugitibus agros:

At

SERVII.

προμηθίας, id eſt, a [23] *providentia*. Hic primus aſtrologiam Aſſyriis indicavit, quam reſidens in monte altiſſimo Caucaſo, nimia cura & ſollicitudine [24] deprehenderat. Hic autem mons poſitus [25] eſt circa Aſſyrios, vicinus [26] pene ſyderibus: unde etiam majora aſtra demonſtrat, & diligenter eorum ortus occaſuſque ſignificat. Dicitur autem aquila [27] jecur ejus exedere, quod [28] ἄχος eſt ſollicitudo, [29] qua ille [30] affectus, ſyderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiae & rationis deus eſt, ad ſaxum dicitur eſſe religatus. Deprehendit praeterea rationem fulminum [31] eliciendorum, & hominibus indicavit: unde caeleſtem ignem dicitur eſſe furatus: nam quadam arte ab eodem monſtrata, ſupernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene uſi ſunt: nam poſtea malo hominum uſu in perniciem eorum verſus eſt: ſicut in Livio lib. I. 31. lectum eſt de [32] Tullo Hoſtilio, qui eo igni exuſtus eſt cum omnibus ſuis: Numa verò Pompilius impune eo uſus eſt, tantum in ſacris deorum. [33] [Hinc eſt, quod, igne rapto, ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immiſſi. [34] [Ergo ſecundum fabulam ὑστερολογία eſt: nam prius fuit, ut Prometheus crimen admitteret, poſt pateretur ſupplicia; qui tamen poſtea, praecepto Jovis occiſa per Herculem aquila, liberatus eſt. Alii hunc ferula ignem de caelo ſubripuiſſe ferunt, & ideo a Jove religatum ad Caucaſum, & volucri objectum, quem poſtea ab ipſo Jove reſolutum; quod cum monuiſſet a Tethide abſtinere, quod de ejus ſemine naſceretur, qui eum regno pelleret, ſicut ipſe Saturnum patrem: cui poſt ſacramentum, quod eum numquam ſe ſoluturum juraverat, annulum de ipſis vinculis clauſum * de monte Caucaſo lapide dedit, ad poenae praeteritae indicium.]

43. HIS ADJUNGIT HYLAM. [35] Hylas Thiodamantis filius, ob ſpeciem Herculi fuit cariſſimus; quem ſecutus navigantem cum Argonautis, in finibus [36] Ponti juxta Moeſiam, [37] (apud fontem Ciaci amnis cum aquatum iſſet, à Nymphis raptus eſt,) nec [38] unquam potuit [39] reperiri. Poſtea, cum eſſet cognitum quod periſſet in fonte, ei [40] ſtatuta ſunt ſacra, in quibus mos fuerat, ut ejus nomen clamaretur in [41] montibus. Ad quam imitationem nunc dicit, UT LITTUS, HYLA, HYLA, OMNE SONARET. [42] [Per tranſitum rem veram tetigit; tertio enim ab ephebo puerum in monte comitantibus univerſis, nomen ejus clama-

VARIORUM.

43. HYLAM. *Hylan* Mediceus, Mentelianus uterque & caeteri omnes praeſtantiores, quomodo & Pieriani. Sic *Hylan* paſſim in membranis vetuſtioribus. *Menalcan*, *Iolan*, *Idan*, & ſimilia de quibus Aeneidos primo. HEINS.

48. PROETIDES. Hic incipiebat optimus Mediceus. pro *impleruent agros* duo Moretani *auras*. fragmentum ejuſdem *falſas mugitibus auras*. HEINS. *Auras* unus ex Mentelianis, *falſas auras*. ſed Macrobius IV. Sat. 6. vulgatum agnoſcit, & Schol. Stat. V. Theb. 590. BURM.

49. PE-

23 *prudentia* R. 24 prehenderat V. B. Voſſ. 25 deeſt Dan. 26 eſt pene Dan. 27 Cor. R. V. B. Steph. al. 28 atrox fuit V. Voſ. R. 29 quia B. 30 affectus & quaſi commotus al. 31 deeſt V. B. V. R. Steph. 32 Tullio V. Voſ. 33 deſunt ad finem B. Voſ. R. & al. 34 deſunt ad finem Steph. * clauſo Dan. & al. 35 puerum comitem Herculis, quem perdidit, in finibus Ioniis juxta Myſiam, nec potuit reperire poſtea eum, &c. Voſſ. R. B. Steph. al. omiſſis aliis. 36 Ionii Dan. Ioniis al. 37 deſunt Voſ. B. R. & al. Calci Dan. & al. forte *Caici* aut potius *Aſcanii* legebat Voſſius, & ita Heinſius ex Propertio, Hygino & aliis, & ita Muncker ad Hygin. fab. XIV. p. 45. BURM. 38 uſquam V. B. R. al. 39 reperire V. B. Voſ. R. 40 inſtituta Steph. al. 41 fontibus al. 42 deſunt B. R. Voſ. al. vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 617.

Digitized by Google

At non tam turpis pecudum tamen ulla ſecuta eſt
Concubitus, quamvis collo timuiſſet aratrum,
Et ſaepe in levi quaeſiſſet cornua fronte.
Ah, virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille, latus niveum molli fultus hyacintho,

Ili-

SERVII.

batur.] Sane [42] * poſtrema ſyllaba *la* brevis eſt, ideo quia vocalis vocalem ſequitur: nam omnis vocativus Graecus a maſculino veniens, *a* terminatus, longus eſt, ut *Aenea*, *Hyla*, *Palla*. [Ordo [43] tamen eſt: his adjungit quomodo Hylam nautae clamaſſent in fonte relictum.]

46. PASIPHAEN. [44] [Nota fabula eſt, Cretenſium Reginam, Minois uxorem, quae tauri amore flagravit, [45] [& enixa Minotaurum crimen dementiae ſuae publicavit. AMORE. Quidam pro in amore accipiunt.] [46]

47. AH VIRGO INFELIX. Ad hoc [47] pertinet, quod ait *ſolatur*, ut, quod amat taurum, fortunae videatur magis eſſe, quam morum. Virgo autem (ut [48] dictum eſt ſupra III. Ecl. 90.) a viridiore aetate: nam jam mater fuerat Phaedrae, Ariadnes, & Androgei. [49] [Calvus in Io: *Ah virgo infelix, herbis paſceris amaris.* Quidam *virgo*, non quod virum illo tempore non haberet; ſed quia talis ei poena, jam virgini, deſtinata ſit, intelligunt; ob iram ſcilicet Veneris, quae irata Soli, quod ſe, ut quidam volunt, Anchiſae, [50] aut alii Marti conjunctam, prodidiſſet: ſobolem ejus, inhoneſtis amoribus ſubjecit: ut Circen, Medeam, Paſiphaën. Et hoc dicitur: In illa commiſerabili dementia feliciores fuiſſe, quae ſe animalia credebant, quam Paſiphaën, quae, cum ſciret ſe hominem, taurum ſectabatur. QUAE TE DEMENTIA CEPIT. Hic [51] objurgari magis quam conſolari videtur; an quia conſolantis & hoc officium eſt, ut merentem ſtrictim [52] & objurget.]

48. PROETIDES IMPLERUNT FALSIS MUGITIBUS AGROS. Proetides, Proeti, & [53] Stenoboeae, ſive Antiopae, ſecundum Homerum, filiae fuerunt Lyſippe, Ipponoë, Cyrianaſſa. Hae ſe cum Junoni in pulchritudine praetuliſſent: [54] [vel, ut quidam volunt, cum eſſent antiſtites, auſae ſunt veſti ejus aurum detractum in uſum ſuum convertere:] illa irata, hunc [55] furorem earum immiſit mentibus, ut [56] putantes ſe vaccas in ſaltus abirent, [57] & plerunque mugirent, & timerent aratra. [58] Has Melampus, Amythaonis filius, pacta mercede ut Cyrianaſſam uxorem cum parte regni acciperet, placata Junone, infecto fonte, ubi ſolitae erant bibere, purgavit, & in priſtinum ſenſum reduxit.

50. [59] [COLLO TIMUISSET ARATRUM. Terentius: *Syre tibi* [60] *timuit*.]

51. [61] [LEVI. Humana ſcilicet.

53. ILLE LATUS NIVEUM. [62] Quis eam amare non intelligat? FULTUS HYACINTHO. Apud veteres unuſquiſque eo, ſuper quod jacebat, *fultus* dicebatur. Lucilius in tertio; *Et pulvino fultus*: Virgilius VII. Aen. 94. *Atque harum effultus tergo ſtratiſque jacebat Velleribus*.]

VARIORUM.

49. PECUDUM. *Pecodum* Mentel. pr.

50. TIMUISSET. *Tenuiſſet* Venetus, Parrhaſ. & Zulichemianus a manu prima. *renuiſſet* volebat Heinſius. *collo quamvis* Francii.

51. QUAESISSET. *Quaeſiſſent* duo Moreti & Mentel. poſt hunc verſum in Voſſiano & Mentehano erat ſpatium vacuum, & nova diſtinctio, cujus inſcriptio erat:

CATACLYSMUS, CAUCASUS, PROMETHEUS, DEUCALION, HERCULES, HYLAS;

Et incipiebat deinde a majuſcula litera *A virgo*. in

Men-

42 * poſtremum autem LA breve eſt V. Voſ. R. B. Steph. & al. 44 deſunt al. 45 deſunt Voſ. R. B. Voſ. Steph. & al. 46 Hic interjicit ut titulos, R. Cataclyſmus, Caucaſus, Prometheus, Deucalion, Hercules, Hylas. 47 attinet Dan. 48 Diximus Voſ. R. B. Steph. 49 deſunt ad vſ. 48. Voſ. R. Steph. 50 ut alii al. 51 objurgare al. 52 etiam al. 53 Steneboeae V. Stenebeae B. 54 deſunt R. Voſ. B. Steph. al. 55 errorem R. Voſ. B. al. 56 ut ſe vaccas putarent Voſ. B. R. Steph. & al. 57 adeo ut plerumque B. Voſ. R. al. 58 Has Melampus poſtea purgaſſe dicitur, omiſſis reliquis R. Voſ. B. Steph. & al. niſi quod, purgaſſe perhibetur. 59 deſunt R. Voſ. B. Steph. 60 *timui*, ſcribendum ex Haut. III. II. 20. 61 deſunt ad ℣. 54. Voſſ. R. Steph. al. ad 55. B 62 forte, quia eam amare non intelligat. BURM.

Ilice ſub nigra pallentis ruminat herbas:
Aut aliquam in magno ſequitur grege. claudite Nymphae,
Dictaeae Nymphae, nemorum jam claudite ſaltus:
Si qua forte ferant oculis ſeſe obvia noſtris
Errabunda bovis veſtigia. forſitan illum
Aut herba captum viridi, aut armenta ſecutum,

Per-

SERVII.

54. ILICE SUB NIGRA. Vel umbroſa, vel re vera *nigra*: nam talis eſt. PALLENTES RUMINAT HERBAS. [63] Revomit, & denuo conſumit. [64] [*Atque iterum paſto paſcitur ante cibo*: ſic Ovidius III. Amor. II. 18.] *Ruminatio* autem dicta eſt a *ruma*, [65] eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus a certis revocatur animalibus. *Pallentes* autem, vel aridas: vel, quae ventris calore propria viriditate caruerunt.

55. AUT ALIQUAM IN MAGNO SEQUITUR GREGE. [66] [Aliquam, id eſt, vaccam.] Ac ſi diceret, Habes aliquid ſpei: ſiquidem [67] novit amare, [68] quem [69] diligis. Notandum autem GREGEM, eum de bobus dixiſſe; cum [70] proprie *Armenta* dicamus. ſcilicet *grex* ſit quorumlibet animalium congregatio. Sic Cicero in Philippicis III. 12. *Fudit apothecas, cecidit greges armentorum*. CLAUDITE NYMPHAE. Melius hoc a perſona [71] Paſiphaës dictum accipimus: ut dicat Silenus, hoc illam aliquando dixiſſe.

[72] [CLAUDITE SALTUS. Scilicet, ne latius evagetur, eoque minus poſſit inveſtigari.

57. SIQUA. Pro ſi, vel, ſi quo modo. DICTAEAE. [73] *Dictis* mons in Creta, in quo Paſiphaë amaſſe taurum dicitur.]

58. ERRABUNDA BOVIS VESTIGIA. Illud expreſſit, quod uno verbo Homerus ait, εἰλίποδας βοῦς, [74] hoc eſt, *flexis pedibus incedentes*: [[75] & eſt participium, prope contra rationem figuratum: vel *errabunda*, *errantia*, ut, *ludibundus*, *ludens*. Cicero III. Verr. 67. *Omnia ludibundus conficiens*. NOSTRIS. Et hic *noſtris*, ut Terentius in ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ III. I. 67. *Quomodo minimo periculo id demus adoleſcentulo*, id eſt, des.]

VARIORUM.

Menteliano CATACLYSMUS MARIS. In regio etiam ſpatium vacuum ſine inſcriptione. BURM.

53. FULTUS. *Fulto* Gudianus a. m. pr. *ſuffultus* Leidenſ. *Iacintho* Leid. pr.

55. IN MAGNO. *In* deeſt Zulichem.

56. DICTAEAE NYMPHAE, NEMORUM. *Dircaeae* alter Rottendorph. & ita alibi variare ſolent codices, ut apud Claudian. IV. Conſ. Hon. 533. ubi vide Heinſium. *nemori* Fragm. Moret. quod non negligendum. Deinde quaedam editiones, ut Ald. Junt. Dan. Heinſ. & aliae plurimae diſtinguunt poſt *Dictaeae*, & legunt *Nymphae nemorum*, quod Cerda explicans *Dryades*, videtur probare & Catroeus. *Dictaeae & nymphae* Zulich. BURM.

57. SI QUA. *Si quae* Leidenſis alter a m. pr. *ferent* Ed. Dan. *veſtris* ſec. & quart. Moreti, Franc. Zulichem. & alius Heinſii: & forte ita explicuit Servius qui notat, *& hic veſtris*, ſcilicet *noſtris* poſitum pro *veſtris*: ut legendum ſit, *id eſt veſtris*. ut congruat locus Terentii, ubi *demus* pro *des*. BURM.

59. HERBA. *Herbam* Mediceus. pro *herba in* credo.

60. PERDUCANT. *Producant* Fragmentum Moreti. vid. I. Ecl. 73. *Cortynia* plurimi. *cortinia* duo. *Conthynia* Voſſ. *Corthynia* Mentel. alter. BURM.

61. TUM. Hic poni pro praeterea notat Donatus ad Terent. Eun. prol. 4. *tunc* Menag. Gudii & Venetus. BURM.

62. PHAE-

63 Removit al. 64 deſunt R. B. Voſ. Steph. al. 65 imminente Voſ. R. iminente B. 66 deſunt B. R. Voſ. Steph. al. 67 novitque, omiſſo τῷ amore R. noverat al. 68 quae Voſ. B. 69 diligit V. R. B. 70 deeſt B. R. Voſ. Steph. 71 Paſipaae Dan. paſiles B. 72 56 & 57 deſunt Voſ. R. Steph. al. 73 deſunt B. 74 hoc eſt (Vet. Cod. flexilibus) flexis Dan. Credo errorem librariorum, qui quum Dan. in margine hoc adſcripſiſſet, in textum immiſerunt. BURM. 75 deſunt R. Voſ. B. Steph. al.

Digitized by Google

Perducant aliquae ſtabula ad Gortynia vaccae.
Tum canit Heſperidum miratam mala puellam:
Tum Phaëtontiadas muſco circumdat amarae
Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.
Tum canit, errantem Permeſſi ad flumina Gallum
Aonas in montis ut duxerit una ſororum:

Utque

SERVII.

60. AD CORTYNIA. [76][Bene ad *Cortynia*] nam apud Gnoſon imperabat Minos, ejus maritus. Unde [77] illuc taurum non vult venire; ſed ad [78] *Cortynon* [79] [oppidum Cretae,] ubi aliquando fuerant Solis armenta.

61. TUM CANIT HESPERIDUM MIRATAM MALA PUELLAM. *Mala*, quibus acceptis a Venere, Hippomenes vicit Atalantam, puellam [80] Sciriam, curſu potentem, quae multos ſponſos ſuperatos occiderat: quod plenius in Aeneidos tertio libro ỷ. 113. memoravimus, [81] [ubi etiam de ipſis malis fabula relata eſt.]

62. TUM PHAETONTIADAS. Clymenes & Solis filias: quae dum extinctum fratrem flerent, converſae ſunt in arbores, ut hoc loco dicit, in alnos: ut in decimo ỷ. 190. in populos: ubi etiam plenius [82] hanc diximus fabulam. Mira autem eſt canentis laus, ut, quaſi non factam rem cantare, ſed ipſe eam cantando facere videatur. [Sane [83] ingenioſi hominis mentionem cum re, quae animam non habet, miſcuit: ſorores Phaëtontis ſuccina fleviſſe, dicitur. Et quidam *alnos*, poëtica conſuetudine, pro populis accipiunt.]

63. AMARAE CORTICIS. Alibi ait VII. Aen. 741. *Raptus de ſubere cortex*: quod magis ſequi debemus, ut maſculino utamur, [84] (& eſt epitheton naturale.)

64. PERMESSI AD FLUMINA GALLUM. Helicon mons eſt Boeotiae, quae & Aonia dicitur: de hoc plurima cadunt flumina: inter quae etiam *Permeſſus*, juxta quem dicit ambulantem Gallum ab una Muſa ad caeteras eſſe deductum, & illic [85] eſſe factum poëtam: [86] (qui elegos ſcripſit, qui & a [87] Triumviris praepoſitus fuit ad exigendas pecunias ab his municipiis, quorum agri in Tranſpadana regione non dividebantur. Sane Aones originem ab eo loco ducunt, ubi nunc maritima Veneria eſt.)

65. [88] [DUXERIT. Produxerit. UNA SORORUM. Una Muſarum.]

VARIORUM.

62. PHAETONTIADAS. Aſſerunt plerique omnes *Phaëtontiadas* patronymicum a fratris nomine derivari, quod ſi a patre, qui & ipſe Phaëton dictus eſt, quemadmodum Aen. v. 105. perſpicue apparet. *Nonamque ſerena Auroram Phaëtontis equi jam luce vehebant*. Miſſam facio Etymologiam vocis, quae ab hac opinione nihil abhorret. JO. MUSONIUS. *Phaëtontiadas* & *Phetontiadas* multi codices.

62. CIRCUMDAT. *Circondat* Francianus & Parrhaſ.

62. AMARAE CORTICIS. Sic Maronem monet ſcripſiſſe Quinctilianus & Servius hoc loco, etiam Diomedes: cujus locum vide annotatum ad Eclogam v. ỷ. 38. HEINS. Vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 375. & Scheff. ad Phaed. II. 6. & alios.

63. ATQUE SOLO. *Aque* Gudian. a m. pr. vid. ad IV. Georg. 347.

64. PERMESSI. Cur modo quidem Περμησσὸς, modo vero Παρμησσὸς apud Graecos idem hic fluvius dicatur, cauſſam ponere videtur Crates ἐν ταῖς Βοιωτιακαῖς. Περμησσὸς, ὃν καλοῦσιν οἱ ἐγχώριοι διὰ τὸ πρῶτον φανῆναι Πάρμησσον. URSIN. Etiam *Termeſſum* dictum docet ad Marm. Oxon. p. 98. commentator.

65. AONAS IN MONTES. *Aonias* Francian.

76 deſunt R. Voſ. B. al. bene, nam apud al. 77 illic R. 78 Cortinem V. Cortinen Voſſ. R. Corthynon. Steph. 79 deſunt V. Voſ. R. B. 80 Scyriam Urſ. & al. Cyriam Steph. 81 deſunt Voſ. R. B. Steph. al. 82 Haec dicta eſt fabula Dan. 83 ingenioſe al. ſed ad finem deſunt B R. Voſ. Steph. al. 84 deſunt Voſ. R. Steph. al. 85 deeſt Dan. 86 deſunt ad *aſſurrexerit* B. R. Voſ. & Steph. 87 deeſt Dan. & al. 88 deſunt Steph. Dan.

Utque viro Phoebi chorus adſurrexerit omnis:
Ut Linus haec illi divino carmine paſtor,
Floribus atque apio crinis ornatus amaro,
Dixerit: Hos tibi dant calamos (en accipe) Muſae,

Aſcraeo

SERVII.

66. [89] [VIRO. Gallo.] PHOEBI CHORUS. Id eſt, Muſae. ASSURREXERIT. Id eſt, honorem praebuerit, ut II. Georg. 88. *Tmolus aſſurgit, quibus & rex ipſe Phanaeus.* [90] [Id eſt] cedit.

67. UT LINUS. Apollinis filius, quem ſupra memoravit. [91] [Ordo autem eſt, *haec illi ut Linus dixerit.*] DIVINO CARMINE. Id eſt vaticinans, [92] [qui divina canebat. PASTOR. Quaeritur cur paſtor dixerit, niſi forte, quod ſe poeta ſub paſtoris perſona inducit.

68. ATQUE APIO. Apud antiquos [93] in agone erat ſpecies coronae de apio; ſed in Nemeaeo agone, qui in honorem [94] Archemori inſtitutus eſt: & volunt quidam hoc coronae genus ad indicium mortis electum; aut quod humilis herba [95] immaturum de Archemoro luctum oſtendat; aut quod ſupra hanc herbam reptans puer a ſerpente extinctus ſit. Sane in eo agone ſpeciatim *apio* coronantur poëtae.

69. CALAMOS. Pro fiſtula, ut V. Ecl. 48. *Nec calamis ſolum aequiparas.*]

VARIORUM.

cian. *Aonios in montes* Parrhaſ. & Ed. Mediol. & ita Lactant. ad Stat. I. Theb. 314. ſed ad II. 657. *Aonas in montes. Aonas in* Venetus. *Aonas in* Mentel. pr. *Aenos* Voſſ. BURM.

66. UTQUE VIRO. *Atque* Aruſianus Meſſius. aliter ſcripti. HEINS. *Atque* Parrhaſ. & Ed. Venet. ſed *ut* repetere ſaepe ſolebant. Vid. ad I. Aen. 486. & alibi. BURM.

67. HAEC ILLI. *Hoc illi* Venetus.

68. ATQUE APIO. *Et apio* Leidenſ.

68. ORNATUS. *Armatus* Menagii primus & ſec. Moreti. Sed Scholiaſtes Horatii IV. Od. II. & Statii VI. Theb. 2. vulgatum habent. BURM.

69. EN ACCIPE. F. *Eja accipe* HEINS. *dixerat* etiam Fragmentum Moreti.

70. ILLE SOLEBAT. *Ante ſolebat*. Venet. Parrh.

71. RIGIDAS. *Rigidos* quartus Moreti.

72. GRYNEI. *Grinei* Cod. Francii. *Grynaei* Regius. Rottend. & Mentel. alter. vid. Valeſ. ad Excerpt. Peireſ. p. 110. ut notaverat Ryckius.

73. NEQUIS SIT LUCUS. *Nec quis ſit lucus* alter Rottendorphii, etiam Mentelianus alter, ſed a manu prima. HEINS. *Nequis ſit* primus Moreti, uterque Mentelianus, & unus Leidenſis. *quo plus ſe* Venetus & Zulichem.

74. AUT QUAM FAMA SECUTA EST. Τὸ *aut* abeſt a membranis noſtris omnibus, & recte, niſi quod in altero id Menteliano a manu ſecunda erat additum; ſed nec Macrobius Saturnalium IV. cap. 5. agnoſcit. Inculcarant illud parum opportune, qui neſciebant Scyllam utramque a Poetis paſſim confundi. Actum a me eſt copioſe de hoc loco ad Naſonem, Epiſtola Ulyſſis Sabiniani ỳ. 33. qua occaſione Naſonem Scyllas utraſque Maronis & aliorum exemplo confundentem non ſemel caſtigavi. Agnoſcit hoc loco, quod mireris, lectionem vulgatam Scholiaſtes Statii Thebaidos primo 333. HEINS. *Aut Scyllam Niſi.* Francian. *in Scyllam Nixi* Parrhaſ. reliquas lectiones vide apud Taubman. Ruaeum & alios interpretes. Catroeus, quaſi primus ita excogitaſſet, legit,

Quid loquar ut Scyllam Niſi, aut quam fama ſecuta eſt
Candida &c.

Sed *ut* jam Nannius, & Gronovius I. Obſerv. 22. & alii praetulerant τῷ *aut*. deinde adjicit ſe etiam malle, *fama locuta eſt*, ſed auctoritate MSS. deſtitui. atqui ita erat in quarto Moretano, Zulichemiano & Leidenſi uno. ſed non eſt Virgilianum, quid *loquar* quam *locuta* eſt fama. Caſtelvetrius in Operibus Criticis p. 85. & 149. haec verba, *quam fama ſecuta eſt*, non eſſe Sileno, ſed Poëtae adtribuenda cenſet, qui alios Poëtas reprehendit, qui Scyllam Niſi in monſtrum hoc mutarunt, idque etiam agere in Ceiri ỳ. 54. & ſeqq. Ego cum

viris

89 deſunt Steph. Dan. 90 deeſt V. 91 deſunt Voſ. R. B. Steph. 92 deſunt ad vſ. 70. Voſ. R. B. Steph. 93 indago Dan. 94 Arcaemori Dan. 95 immatura Dan. male. vid. Lutat. ad Stat. Lib. VI. initio.

Digitized by Google

Aſcraeo quos ante ſeni: quibus ille ſolebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynei nemoris dicatur origo:
Ne quis ſit lucus, quo ſe plus jactet Apollo.
Quid loquar aut Scyllam Niſi, quam fama ſecuta eſt,

Can-

SERVII.

70. Ascraeo quos ante seni. Heſiodo; qui *Aſcraeus* fuerat, de vico Boeotiae, quem dicuntur Muſae paſcentem pecus, raptum de monte Parnaſſo, poëtam feciſſe munere calamorum. [96] [Cui etiam bis pueritiam de ſenectute praeſtitiſſe dicuntur. Ideo ait: *quos ante ſeni.*]

72. Grynei nemoris dicatur origo. [97] [Miraculum Apollinis, qui ſerpentem ibi occidit] Gryneum, nemus eſt in [98] finibus Ioniis, Apollini [99] [a *Gryno* filia] conſecratum: [100] [vel a [1] *Grynia* Moeſiae civitate; ubi eſt locus arboribus multis, [2] junco, gramine, floribuſque variis, omni tempore veſtitus; abundans etiam fontibus: quae civitas nomen accepit a *Gryno*, Eurypyli filio, qui regnavit in Moeſia, [3] qui adverſus Trojanos Graecis auxilium tulit. Eurypylus namque filius Telephi, Herculis & Auges filii, ex Aſtioche Laomedontis filia, fuit; qui *Grynum* procreavit. Is, cum patris occupaſſet imperium, & bello a finitimis tentaretur, Pergamum, Neoptolemi & Andromaches filium, ad auxilium de Epiro provocavit, a quo defenſus, victor duas urbes condidit; unam Pergamum de nomine Pergami; alteram [4] *Grynium* ex reſponſo Apollinis. in hoc nemore Calchantem vites ſerentem quidam augur vicinus praeteriens dixit errare: non enim fas eſſe novum vinum inde guſtare: At is, opere abſoluto, vindemiaque facta, cum ad coenam vicinos, eumque ipſum augurem, invitaſſet, protulit vinum, & cum Diis libare in focum vellet, dixit ſe non ſolum poturum, ſed etiam Diis daturum & convivis; cui ille eadem, quae ante ei, reſpondit: ob hoc deridens eum Calchas, adeo ridere coepit, ut repente intercluſo ſpiritu poculum abjiceret. Varro ait, *vincla detrahi ſolita*, id eſt, compedes, catenaſque; & alia, qui intrarunt in Apollinis *Grynei* lucum, & fixa arboribus.] In quo luco aliquando Calchas & Mopſus dicuntur de peritia divinandi inter ſe habuiſſe certamen: & cum de [4] * pomorum arboris cujusdam contenderent numero, ſtetit gloria [5] * Mopſo: prae cujus rei dolore Calchas interiit. Hoc autem [6] Euphorionis [7] continent carmina, quae Gallus tranſtulit in ſermonem Latinum. Unde eſt illud in fine, ubi Gallus loquitur: x. Ecl. 50. *Ibo, & [8] Chalcidico quae ſunt mihi condita verſu Carmina.* Nam *Chalcis* civitas eſt Euboeae, de qua fuerat Euphorion. [[9] Dicatur. Laudetur.]

73. Ne quis sit lucus quo se plus jactet Apollo. Senſus hic eſt: Si tu *Gryneum* laudaveris nemus, in nullo ſe tantum Apollo [10] jactabit. [11] Quo se plus jactet. In quo plus glorietur. Atalanta, Hippomenes, Gallus, Linus, Permeſſus, [12] Phaëthontides, Melampus, Paſiphae, Proetides.

74. Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est. *Scyllae* duae fuerunt, una, Phorci & [13] Cretheidos [14] Nymphae filia, pulcherrima, quam cum amaret Glaucus, marinus

VARIORUM.

viris doctis facio, qui confuſas Scyllas credunt, ne Silenum aut Poëtam ſub ejus perſona veritatem ignorare, ſed vulgaram opinionem ideo, more Poëtarum ſatis noto, ſecutum, quia ita vulgo ferebatur, quod *fama ſecuta* notare mihi videtur. Illud *aut* hic repetitum non offendit, quum reſpondeat ſeq. 78. *Aut ut mutatos* &c. in Voſſiano & Regio codice ante hunc verſum erat vacuum ſpatium. BURM.

76. Du-

96 deſunt R. Voſ. B. Steph. al. 97 deſunt B. Voſ. Steph. al. 98 ſilvis B. 99 deſunt B. Voſ. R. Steph. 100 deſunt uſque *in quo* R. B. Voſſ. Steph. al. 1 *Gryna* Moeſias Dan. 2 jucundo Dan. unde jucundus Voſſius legebat. 3 & al. 4 Grynum Dan. 5 deſunt Fabr. al. 4 * morum B. 5 * circa Mopſum Dan. Mopſi cujus B. Mopſo cujus Steph. 6 Hoc Euphorionis opus *Mopſopia* inſcriptum erat: ſed aliam rationem, quam a Mopſo, refert Suidas in *Euphorion.* NANSIUS. 7 contingunt B. 8 Calchydico B. 9 deeſt Voſſ. R. Steph. al. in B. deſunt ad vſ. 74. 10 jactavit B. Voſ. 11 deſunt Voſ. R Steph. al. 12 Phaeontides Dan. 13 Crataeis, vel Crataeitis, Munker ad Hygin. fab. cxcix. 14 deeſt Voſ. B. R.

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates, & gurgite in alto
(Ah!) timidos nautas canibus laceraſſe marinis?
Aut ut mutatos Terei narraverit artus:
Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit?

Quo

SERVII.

deus, dum ipſe amaretur a Circe, & eam contemneret, illa irata fontem, in quo ſe Scylla ſolebat abluere, [15] infecit venenis: in quem cum deſcendiſſet puella, media ſui parte in [16] feras mutata eſt. Hanc poſtea Glaucus fecit deam marinam; quae claſſem [17] Ulyſſis, & ſocios evertiſſe narratur. [18] [Quidam Scyllam hanc a Neptuno amatam dicunt, & per Amphitritem, conjugem Neptuni, metuentem pellicis formam, venenis Circes in monſtrum marinum eſſe mutatam.] Altera vero Scylla fuit Niſi, Megarenſium Regis, filia: contra quos, dum, devictis jam Athenienſibus, pugnaret Minos, propter filii Androgei interitum, quem Athenienſes & Megarenſes dolo necaverant, [19] adamatus ab Scylla eſt, Niſi filia, quae, ut hoſti poſſet placere, comam purpuream [20] parentis abſciſſam ei obtulit: quam Niſus ita habuerat conſecratam, ut tamdiu regno potiretur, quamdiu illam habuiſſet intactam. Poſtea & Scylla, a Minoë contempta, [21] vel dolore, [[22] quod contempta eſſet, [23] vel quod quaſi parricida a Minoë ad puppim [24] religata tracta ſit,] in avem [25] Cirim converſa eſt: & Niſus extinctus, deorum miſeratione, in [26] aquilam Piſcarien mutatus eſt; quae aves hodie, ut ipſe in Georgicis I. 408. [27] docet, flagrant [27] * inter ſe magna diſcordia. Modo ergo Virgilius, aut poëtarum more miſcuit fabulas, & nomen poſuit pro nomine; ut diceret *Scyllam Niſi*, pro *Phorci*: ſicut III. Georg. 89 *Domitus. Pollucis habenis Cyllarus:* cum Caſtor, domitor equorum fuerit. Item IV. Georg. 15. *Et manibus Progne pectus ſignata cruentis:* cum Philomelae, non [28] Procnae, [29] abſciſſa ſit lingua. Aut certe ſit Hyſteron proteron: ut [30] quaſi utriuſque fabulae videatur facere commemorationem, ut [31] ita intelligamus: *Quid loquar aut Scyllam Niſi: aut quam fama ſecuta eſt, Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris, Dulichias vexaſſe rates.* *Aut* certe ut bis [32] accipiamus: *Quid loquar, aut Scyllam Niſi, aut quam fama ſecuta eſt?* ut eſt illud in primo, 630. *Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.*

76. DULICHIAS VEXASSE RATES. Ithacenſes, a monte. [33] [*Dulichium* inſula eſt, ubi mons eſt Ithacus: in qua fertur habitaſſe Ulyſſes: eoque & ipſe *Dulichius*, & *Dulichias* habuiſſe *rates* dicitur.] *Vexaſſe rates* autem, per Tapinoſin dictum eſt: nam non *vexavit*, ſed evertit: quod Probus vult hac ratione defendere: dicens *vexaſſe* venire ab eo, quod eſt *vecto, veho, vexo*; ut *vexaſſe* ſit portaſſe, & ſine dubio pro arbitrio ſuo evertiſſe. [34] [*Vexaſſe* eſt enim vis quaedam alieni arbitrii, non enim ſui potens eſt, qui vehitur. Bene ergo inclinatum verbum eſt: nam qui fertur, & raptatur, & huc atque illuc diſtrahitur, *vexari* proprie dicitur. Cato in oratione de Achaeis: *Cumque Annibal terram Italiam laceraret, atque vexaret.* Cicero in Verrinis: *Sed ut a barbaris praedonibus vexata eſſet.* Item [35] alibi: *Fana vexata, direptae urbes reperiuntur.*]

77. [AH TIMIDOS NAUTAS. *Timidos nautas* nonnulli pro *timentes*, accipiunt, & bene, *ab timidos*, ex dolentis perſona.]

78. TERI. Pro Terei; nam per ſynaereſim dictum eſt: ſicut ſupra, *Furtumque Promethi*, pro *Promethei*. *Tereus* autem Rex Thracum fuit, qui cum [36] [Athenien ſibus tuliſſet auxilium, ac] Pandio-

15 tinxit Dan. Steph. ſed ad vſ. 48 *infecto fonte.* 16 feram Dan. Steph. & al. 17 Ulixis B. 18 deſunt R. Voſ. B. Steph. I'. 19 amatus a Sc. V. R. B. Voſ. Steph. 20 parenti V. Voſ. B. R. 21 deeſt R. Steph. 22 deſunt V. Steph. 23 deeſt Dan. 24 religata. ... tracta Dan. 25 deeſt Steph. 26 in avis mutatus eſt formam B. Voſ. R. Steph. al. Munck. ad Hygin. fab. CXCVIII. *aquilam piſcariam* vel, *piſcatoriam* volebat. 27 dicit al. 27 * deeſt V. R. Voſ. ut B. 28 Procnes Voſ. R. B. Prognes Dan. 29 abſciſa B. 30 deeſt Dan. 31 deeſt B. Dan. Steph. 32 accipiendum Dan. accipias B. 33 deſunt Voſ. R. ad *vexaſſe*, ſed in B. ad vſ. 78. 34 deſunt ad vſ. 78. R. Voſ. Steph. al. 35 ablati Dan. 36 deſunt B. R. Voſ. Steph. al.

Quo curſu deſerta petiverit, & quibus ante
Infelix ſua tecta ſupervolitaverit alis?
Omnia quae, Phoebo quondam meditante, beatus
Audiit Eurotas, juſſitque ediſcere lauros,
Ille canit. pulſae referunt ad ſidera valles.

Co-

SERVII.

dionis, Athenarum regis filiam, Procnen nomine, duxiſſet uxorem; & poſt aliquantum tempus ab ea rogaretur, ut ſibi Philomelam ſororem [37] ſuam videndam [38] arceſſeret, profectus Athenas dum adducit puellam, eam vitiavit in itinere: & ei linguam, ne facinus indicaret, abſcidit: [39] [incluſamque in ſtabulis reliquit, ementitus conjugi eam periiſſe naufragio.] Sed [40] Philomela rem in veſte, ſuo cruore deſcriptam, miſit ſorori: qua re cognita, Procne Ityn filium interemit, & patri epulandum adpoſuit. [41] [Alii Tereum finxiſſe ſocero dicunt, Procnen uxorem mortuam, & petiſſe Philomelam in matrimonium; & hoc dolore compulſam Procnen occidiſſe filium, & epulandum patri appoſuiſſe; quas cum Tereus, agnito ſcelere, inſequeretur,] [42] omnes in aves mutati ſunt; Tereus in upupam; Itys in [43] phaſſam; Procne in hirundinem: Philomela in luſciniam. [44] [Quidam tamen eos navibus effugiſſe periculum, & ob celeritatem fugae aves appellatos volunt.]

79. Philomela dapes. [45] Atqui hoc Procne fecit, [46] [non *Philomela*]; ſed aut abutitur nomine, aut illi imputat, propter quam factum eſt: [47] [Et bene avis & hominis miſcuit mentionem.] Quae dona pararit. Quod, ſatiato Tereo, caput & pedes filii uxor intulerit.

80. Quo cursu. Licet volatum accipere debeamus, tamen *deſerta petierit*, poteſt ad hominem referri.

81. Sua tecta supervolitaverit. Hoc ad avem pertinet.

82. Meditante. Canente.]

83. Eurotas. Fluvius Laconum, qui [48] audita ab Apolline [49] ſuas edocet lauros, quibus ejus plenae ſunt ripae: [50] [ibi namque templum Apollinis eſt: nam hunc fluvium Hyacinthi cauſa Apollo dicitur amaſſe.] Lauros vero multi pro vatibus accipiunt.

84. Ille. Silenus. Referunt. Vel ferunt, vel proferunt, quo verbo aliter in ſequenti verſu utitur.

VARIORUM.

76. Dulichias vexasse rates. Τὸ *vexaſſe* adverſus Annaeum Cornutum egregie tuentur A. Gellius Noct. Attic. II. cap. 6. & Macrobius Saturn. VI. cap. 7. Exemplis illic prolatis adde & illud Claudiae Appii Caeci filiae apud eundem Gellium libro X. cap. 6. *Utinam reviviſcat frater, atque illam multitudinem perditum eat, quae me male nunc miſeram convexavit.* HEINS. *Dulicheas* Zulichemianus, *Dulicias* fragm. Mor. *Dulitias* quartus Moretanus. vid. H. Steph. Diſſ. de Criticis p. 84. BURM.

77. Ah timidos. *Ita* Rottend. & alii. *at timidos* Menagii. *canibus nautas*, unus Moreti & Leidenſis. *vexaſſe marinis* Rottend. alter. BURM.

78. Terei. *Teri* Voſſianus prior. ut ſit [illegible]modo *Promethi* ſupr. ꝟ. 42.

79. Philomela. *Philomena* Rottend. & Venetus. duo Leid. *Philomella* Mentelii duo, Menagii & Regius.

79. Pararit. *Pararet* Mentelianus primus, *pararat* Rottendorphius alter. mox *quae curſu* Venet. & Parrhaſ. Non male. ſed *quo curſu* melius reſpondet *quibus alis*. & ita Schol. Stat. III. Theb. 503. *petierit* Parrh. & Regius. *ſupervolitaverit* Parrh. BURM.

82. Omnia. *Omina* Moret. quart. *Phoebo quodam* Med.

83 Edis-

37 deeſt V. Voſ. R. Steph. 38 accerſeret Steph. Dan. Voſ. R. 39 deſunt B. 40 Illa tamen rem in B. R. Voſ. Steph. al. 41 deſunt B. Steph. 42 poſtea omnes Steph. 43 in Faſſam Voſ. R. Dan. in Faſianum al. in Phaſianum Schol. MS. Juvenalis ad Sat. VI. 64. & Steph. in carduelem Pomp. Sabinus. 44 deſunt R. Voſ. Steph. al. B. ad finem. 45 aut quaſi Procne Voſ. aut ex hoc Pr. R. 46 deſunt Voſ. B. Dan. Steph. 47 deſunt ad vſ. 83. Voſ. R. Steph. & al. 48 deeſt Voſ. V. R. Steph. al. 49 inſtructus, ſuas Steph. al. 50 deſunt ad vſ. 85. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Cogere donec oves ſtabulis, numerumque referre
Juſſit, & invito proceſſit veſper Olympo.

SERVII.

85. COGERE DONEC OVES STABULIS. Ordo eſt: *cogere donec oves ſtabulis veſper juſſit, & invito Olympo proceſſit.* REFERRE. Recenſere.]

86. ET INVITO PROCESSIT VESPER OLYMPO. Et ex eo, quod dies invitus abſceſſit; & ex eo, quod nimio audiendi deſiderio veſper exortus eſt, cantilenae voluptas oſtenditur. [51] [Eſt etiam Solis laudatio, cujus lucis claritas tanta eſt, ut ea Olympus laetetur.] OLYMPO. Id eſt, caelo.

VARIORUM.

83. EDISCERE LAUROS. *Laurus* Mediceus & meus Venetus. HEINS. *Ediſſere* Parrhaſ. *edicere* manus Pierii, neſcio an ex codice; nulla enim nota addita erat, ſed ex antiquo etiam pro *lauros* habebat *racalmos*, quod non intelligo, an pro *ramos*, ut in notis Pierii. BURM.

85. NUMERUMQUE REFERRE. *Referri* Mentelianus optimus a manu prima. Quomodo & alter ejusdem & Gudianus & Moretani tres, & totidem alii praeterea ex noſtris, cum principe Mediceo, & ejusdem Moreti fragmento, ac Leidenſi primo: ſic Georgicôn primo, *Praedarique lupos juſſit, pontumque moveri.* Aeneidos tertio, ỳ. 61. in optimis membranis conſtanter *Linqui pollutum hoſpitium & dare claſſibus Auſtros.* non *Linquere.* & ỳ. 146. ejusdem libri in nonnullis ſcriptis, *unde laborum Tentari auxilium jubeat, quo vertere curſus.* libro v. Aeneidos -- *Tempeſtatibus agnam Caedere deinde jubet, ſolvique ex ordine funem.* Aruſianus Meſſius tamen *referre* agnoſcit, ut & Nonius Marcellus in *referre.* HEINS. *Referri* Parrhaſ. & Leid. *numeroque referri* Regius. vid. II. Georg. 316.

51 deſunt ad finem R. Voſ. ad Olympo Steph.

ECLO-

ECLOGA SEPTIMA.

MELIBOEUS.

CORYDON. THYRSIS.

M. FORTE ſub arguta conſederat ilice Daphnis,
Conpulerantque greges Corydon & Thyrſis in unum;
Thyrſis oves, Corydon diſtentas lacte capellas.

Am-

SERVII.

1. Forte sub arguta conſederat ilice Daphnis. Ecloga haec pene tota Theocriti eſt: nam & ipſam tranſtulit, & multa ad eam congeſſit de aliis. *Arguta* autem modo canora, ſtridula. Alibi *argutum*, breve ſignificat, ut III. Georg 80. *Argutumque caput*. Daphnis. Divinum hunc inducit, quippe filium Mercurii, ut diximus [1] ſupra: nam hinc eſt, quod paulo poſt dicturus eſt: *Caper tibi ſalvus & haedi*; quaſi divinus.

2. Compulerantque. *Compellere* proprie eſt in unum locum, vel diverſa, vel diverſorum animalia cogere. [2] [Cicero in Piſone: 36. *Omni pecore compulſo*.

VARIORUM.

1. Forte sub arguta. *Sub antiqua* Scholiaſtes Horatii. Epod. II. ſed aliter Nonius Marcellus, Victorinus, Cledonius, Priſcianus, & codices ſcripti. HEINS.

Ibid. Conſederat ilice Daphnis. *Conſiderat* a manu prima alter Mentelianus. Sic libro IV. Aeneid. 39. multi codices, *Nec venit in mentem quorum conſideris arvis*. libro V. 387. *Proximus ut viridante toro conſiderat herbae*. libro XII. 237. *qui nunc lentis conſidimus armis*. Ecloga V. 3. *inter conſidimus ulmos*. Et illa quidem ex ſcriptis exemplaribus, ſed hic loci praeter Nonium Marcellum & Cledonium Priſcianus duobus locis ſtat pro vulgata ſcriptura, & Alcuinus in Grammatica. Apud Juvenalem Satyra XIII. in nonnullis codicibus, *Examenque apium longa conſiderit uva*. Apud Columellam libro XII. cap. 25. *ſiderit* a *ſido* pari modo occurrit. *Deinde patiemur picem conſidere, & cum ſiderit, aquam* (leg. *aqua*) *eliquabimus*. Quare ut a *ſedeo*, *ſedi*, & a *conſideo*, *conſedi*, ſic a *ſido*, *ſidi*, & a *conſido*, *conſidi* derivatum opinor. Item a *ſubſido*, *ſubſidi*, a *deſido*, *deſidi*, ab *aſſido*, quod apud Terentium occurrit, *aſſidi*, & ſimilia. Vide Voſſium libro III. de Analogia cap. 26. & annotata Aeneidos III. 555. HEINS. *Conſiderat* Regius. ad Ecl. IX. 36. *conſederat ilice cornix* Servius citat. Caſtelvetrius obſervat ilices in Mantuano agro non naſci, ut nec pinum, cujus meminit ℣. 24. nec juniperos, nec caſtaneas, quod probandum foret, nobis exteris ignotum. Et ſi potuerint naſci, Poëtae licet fingere ibi ſtetiſſe has arbores, quia non eſt contra naturam rerum. BURM.

2. Conpulerantque. *Conpuleratque* Cod. Rottend. alter *greges*. non mutandum. vid. ad Nemeſ. I. Ecl. 7. BURM.

4. Ar-

Ecloga VII. Et in hac ecloga quaedam obſervat Caſtelvetrius pag. 151. quae Virgilio objici poſſe cenſet. Inſcriptio in Voſſian. Meliboeus, Coridon, Thyrsis, Dramaticon. pro *Thyrſis* in Zulich. Stapsis. in Vratiſl. *Corydon* inſcribitur. Regii Codicis Gloſſator per Corydonem Virgilium, per Thyrſim Aemilium Macrum intelligit. Carroeus duos diſcipulos Virgilii, Cebetem & Alexandrum, & Daphnim eſſe Virgilium, Meliboeum Maecenatem, vel Pollionem. aliter Servius ad verſ. 21. BURM.

1 Deeſt V. Voſ. 2 deſunt R. Voſ. Steph. al. ad *Arcades*. 3 forte, florentes.

Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, & reſpondere parati.
Huc mihi, dum teneras defendo a frigore myrtos,
Vir gregis ipſe caper deerraverat. atque ego Daphnim
Adſpicio: ille ubi me contra videt: Ocius, inquit,

Huc

SERVII.

4. FLORENTES AETATIBUS. Hoc eſt, aetate [3] florente.] ARCADES AMBO. Non revera *Arcades*, nam apud Mantuam res agitur; ſed ſic periti, ut eos *Arcades* putares: nam & paulo poſt dicturus eſt: *Soli cantare periti Arcades.*

5. ET CANTARE PARES, ET RESPONDERE PARATI. Hoc eſt, qui [4] poſſunt & continuum carmen dicere: nam hoc eſt *cantare*; ut V. Ecl. 20. *Extinctum Nymphae crudeli funere Daphnin*, vel v. 56. *Candidus inſuetum miratur lumen Olympi.* Et Amoebaeum referre, ut III. Ecl. 62. *Et me Phoebus amat, Phoebo ſua ſemper apud me Munera ſunt, lauri.* [5] [CANTARE autem PARATI, pro parati, ut cantarent & reſponderent; vel *pares parati*, quaſi pariter parati.]

6. HIC MIHI. Scilicet circa eam partem, in qua Daphnis ſedebat. DUM TENERAS DEFENDO A FRIGORE MYRTOS. [6] Et varie hic locus exponitur: nam alii ſimpliciter accipiunt: Dum myrtos tego, & tueor, ne eas frigus exurat. Alii, qui aeſtatis illud fuiſſe aſſerunt tempus, dicunt: *Dum defendo a frigore*, tego contra frigus futurum. Alii dicunt: *Dum defendo*, id eſt, dum mihi ad defenſaculum praeparo *myrtos a frigore*, id eſt, quae ſunt ſine frigoribus. Solent enim paſtores vendicare ſibi loca aliqua propter frigus futurum.

7. VIR GREGIS. Abuſive: nam tantum hominum eſt. Sic alibi III. Georg. 125. *Quem legere virum.* [7] Item Horatius I. Od. 17. *Et* [8] *olentis uxores mariti.* [9] Acyrologia eſt; [10] (quod tamen ad Theocriti imitationem dictum eſt; qui ait VIII. 49. *ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ.*)

VARIORUM.

4. AETATIBUS. Hoc numero veteres hanc & alias voces uſurpaſſe docet Gronov. ad Senec. Conſol. ad Polyb. XXXVI. BURM.

5. CANTARE. *Certare* Leid.

6. HIC MIHI. *Huc deerraverat* Mediceus, Leidenſis, Gudianus, Menagiani duo, totidem Moretani cum ejuſdem fragmento, etiam Mentelianus alter, ſed a manu ſecunda. Idem ex pervetuſto codice monuerat Pierius. nil muto. HEINS.

6. HIC MIHI. *Huc* Edit. Ald. R. Steph. ſed *huic* Mentel. alter a m. pr. in Regio eraſâ literâ *huc* erat, ut *huic* fuiſſe credam. *Hic* poſſet defendi ut jungatur *dum hic defendo* &c. & quia mox etiam haedorum mentio fit, qui aberrare non potuere; ſed quos dum curat, caper aberraverat. Quoniam vero de Myrto diſſentiunt interpretes, nec quare eas a frigore defendat, conſtet, & in Voſſiano legatur *teneros*, in Gudiano *Myrtus*, credebam olim forte ſcriptum fuiſſe,

Hic ego dum teneros defendo a frigore foetus.

ut haedos intelligat, qui ne frigore corriperentur cavebat, in aprico loco eos collocans. Ita & I. Ecl. 12. *Ovium teneros depellere foetus.* Voſſius deletam volebat praepoſitionem *a*, & explicabat, dum frigore, id eſt umbra, defendo Myrtos, ne aeſtu exurantur. Sed quum illae Myrti mihi non admodum Paſtori convenire videantur, praeſertim gregem paſcenti, non in horto verſanti, rectius curare teneros foetus fingi poteſt. Neque etiam quum aeſtate (vel ſaltem vere, vid. ℣. 48.) hic res agatur, ut ſub *arbore ſedentes*, *apum examina*, *virides ripae* &c. indicant, opus erat Myrtos a frigore defendere, aut etiam, ut Voſſius, contra aeſtum munire, quae ſatis pati poſſunt arbores, in calidiſſimis regionibus provenientes. BURM.

7. CAPER. *Καταχρηστικῶς caper* pro hirco poni volunt, quum caper ſit proprie hircus exſectus: ut in ovillo genere aries fit vervex, ex caballo canterius, ex gallo capus, ex ſuibus majalis. NANSIUS.

Ibid. DAPHNIN. *Daphnim* Francianus & multi Heinſiani, at *ego* Leidenſ. *atque Daphnin* alter.

8. ILLE. *Ipſe* Zulichem. *ubi contra* Leid. ſine *me*.

9. CA-

4 poſſint al. poſſent Voſ. R. Steph. al. 5 deſunt R. Voſ. Steph. al. 6 deeſt V. R. Voſ. Steph. al. 7 item & al. ſic Hor. al. 8 olentes Dan. 9 Acyrologiae quod Voſ. R. 10 deſunt Voſ. Steph. al.

Huc ades, o Meliboee: caper tibi ſalvus, & haedi.
Et, ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub umbra.
Huc ipſi potum venient per prata juvenci:
Hîc viridis tenera praetexit arundine ripas
Mincius, eque ſacra reſonant examina quercu.
Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida, habebam,
Depulſos a lacte domi quae clauderet agnos:

Et

SERVII.

9. [11] [ADES. Alii pro imperativo accipiunt, cujus pronunciatio ſimilis eſt indicativo. Terentius Andr. I. I. *Adesdum; paucis te volo.*] CAPER TIBI SALVUS ET HOEDI. Aut quia in capro eſt ſpes hoedorum: aut intelligimus iſtum etiam [12] hoedos perdidiſſe, ſed neſcire: quod tamen ille quaſi divinus indicat. Poteſt tamen etiam ſcire, ſed levius damnum majoris contemplatione contemnere.

10. ET SI QUID CESSARE POTES. Si tibi [13] potes vel breve otium perſuadere: nam loquitur ad hominem amantem laboris. [14] [REQUIESCE SUB UMBRA. Mecum ſcilicet.]

11. HUC IPSI POTUM VENIENT PER PRATA JUVENCI. IPSI, Id eſt, ſponte ſua: [15] aut intelligimus iſtum praeter capellarum gregem juvencos habuiſſe peculiares: aut certe, *ipſi*, referamus ad hoedos & caprum, ut: *Per prata* [16] *juvenci.*

12. PRAETEXIT. Praetegit; ut VI. Aen. 500. *Non tamen Anna novis praetexere funera ſacris.* HIC V. T. PRAETEXIT ARUNDINE MINCIUS: Fluvius. [17] Intelligamus Venetiam, [18] [quae eſt haud longe a Mincio, cujus eſt delicias commemoraturus. Alii dicunt loca ipſa *prata juvenci* appellari.]

13. EQUE SACRA. Et de ſacra, ut IV. Georg. 347. [19] *Eque chao denſo divum* [20] *enumerabat amores.* Id eſt, a chao. [21] [*Sacra* autem *quercus*, aut ipſam, quam vult intelligi, aut univerſum genus, quod & Jovis, & [22] olim fatidica.]

14. NEQUE EGO ALCIPPEN NEC PHYLLIDA HABEBAM. Has duas intelligamus amicas eſſe [23] cantantium: nam hoc dicit, Nec *Alcippen* habebam, ut ille; nec *Phyllida*, ut alter: [[24] aut, ut plerique putant, nomen villicae.]

15. CLAUDERET AGNOS. Ergo varium pecus habuit.

VARIORUM.

9. CAPER TIBI SALVUS, ET HAEDI. Credo fingendum eſſe in primo congreſſu narraſſe Meliboeum de capro Daphnidi, & Corydoni, vel ſtatim ut adſpexit eos rogaſſe, num caprum vidiſſent, Daphnin vero videntem curam & ſollicitudinem circa haedos, dixiſſe, *caper tibi ſalvus, ut haedi*, ut mallem legere. aeque tibi ille ſalvus eſt, ut haedi, quos tu a frigore tam ſollicite defendis. Ita ut illa verba, *Hic mihi*, fingi poſſint a Meliboeo paſtoribus recubantibus dicta, vel ab eo prolata ab illis fuiſſe exaudita. BURM.

10. POTES. *Velis* Leidenſis. *poteſt* fragm. Moreti.

11. VENIENT. *Veniunt* Leid.

12. PRAETEXIT. *Pertexit* Voſſianus prior. *protexit* Zulichemianus & Leidenſ. ſec. *virides* Vratill. *Virides etiam protexit* Francianus. BURM.

13. EQUE. *Atque* ſec. Moreti & Zulich. *hicque* quart. Moreti: & ita in loco ex IV. Georg. 347. *aque chao d. d. numerabat* Leidenſis codex Servii. BURM.

14. ALCIPPEN. *Alcippem* tres Moretani, Menag. Rottend. & Leidenſis pr. & Ed. Mediol. *Alcipem* Zulichemianus. *Alcipenem* Parrhaſ. *neque Phyllida* fragm. Moreti. mox *quae claucerſat* Rottendorphius alter. *quae clauderet haedos* Mediceus. ſed in margine *agnos. paſceret agnos* fragm. Moreti. BURM.

16. CER-

11 deſunt Steph. al. 12 perdidiſſe ſe neſc. V. haedos ſe neſcire Voſ. 13 poteſt, & mox, perſuaderi V. Voſ. 14 deſunt R. 15 & Dan. 16 juvenci fluminis intelligamus, qui eſt Venetiae Voſ. omiſſis mediis. 17 intelligamus Venetiae qui eſt R. qui Venetiae eſt Steph. al. 18 deſunt Voſ. Steph. al. 19 aque V. 20 numerabat Voſ. R. 21 deſunt R. Voſ. Steph. 22 erat olim ſacrum. al. fatidice Dan. 23 cantatum V. 24 deſunt Voſ. & R. Steph. al.

Digitized by Google

Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide, magnum.
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo.
Alternis igitur contendere verſibus ambo
Coepere, alternos Muſae meminiſſe volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrſis.
c. Nymphae, noſter amor, Libethrides, aut mihi carmen,
Quale

SERVII.

16. ET CERTAMEN ERAT, CORYDON CUM THYRSIDE, MAGNUM. Figurate locutus eſt: Magnum certamen, ille cum illo, erat: ac ſi dicas: Magna contentio eſt, cum Cicerone Virgilius. Et videtur nominativum pro genitivo poſuiſſe, [25] (nam *Corydonis* facit.)

17. [26] [POSTHABUI. Poſtpoſui.] MEA SERIA. Neceſſitatem capri inquirendi, vel hoedorum. LUDO. [27] Cantilenae, [28] ut I. Ecl. 9. *Ludere quae vellem calamo permiſit agreſti.*

18. ALTERNIS IGITUR CONTENDERE VERSIBUS AMBO. Hoc eſt, quod ait ſupra: *Et reſpondere parati.*

19. ALTERNOS MUSAE MEMINISSE VOLEBANT. [29] Siquidem *volebant*; ſenſus eſt, Muſae utriuſque meminerant, ut III. Ecl. 59. *Amant alternâ Camoenae.* Sed multi *volebam* legunt, ut ſit [30] ſenſus, *Optabam, o Muſae, meminiſſe alternos*, id eſt, omnia, quae dixerunt, tenere: nam & in fine dicturus eſt: *Haec memini.*

20. REFEREBAT IN ORDINE. Amoebaei carminis lege, ut diximus [31] ſupra.

21. NYMPHAE, NOSTER AMOR, LIBETHRIDES. *Libethros* fons eſt Boeotiae, ubi coluntur Muſae; [[32] a *Libethro* poëta, qui primus armoniam tradidit, & arcem Muſis conſecravit: Alii locum, in quo Heſiodus natus eſt: Alii templum *Libethridum Muſarum* dicunt, quod a [33] Pierio Apollinis filio conſecratum eſt.] Et ſic ait *Libethrides*, ac ſi diceret [34] *Hippocrenides*, a fonte *Hippocrene.* Ut autem poëtae invocent Nymphas (ſicut hoc loco, item in fine X. Ecl. I. *Extremum hunc, Arethuſa, mihi concede laborem*) haec ratio eſt, quod ſecundum Varronem ipſae [35] ſint Nymphae, quae & Muſae; [36] [nam & in aqua conſiſtere dicuntur, quae de fontibus manat, ſicut exiſtimaverunt, qui Camoenis fontem conſecrarunt: nam eis non vino, ſed aqua & lacte ſacrificari ſolet,] nec immerito: nam aquae motus [37] muſicen efficit: ut in [38] hydraulia videmus. Sane ſciendum, quod idem Varro tres tantum Muſas eſſe [39] commemorat: Unam, quae ex aquae naſcitur motu; Alteram, quam aëris ictu efficit ſonus; Tertiam, quae in [40] mera tantum voce conſiſtit. Et multi volunt in hac Ecloga [41] eſſe allegoriam, ut Daphnis ſit Caeſar, Corydon Virgilius; Thyrſis [42] vero qui [43] vincitur, Virgilii obtrectator ſcilicet, aut Bavius, aut Anſer, aut Maevius, [44] peſſimi poëtae.

VARIORUM.

16. CERTAMEN ERAT, CORYDON CUM THYRSIDE. Elegans appoſitio, cui ſimilis illa apud Ciceronem lib. I. ad Famil. Ep. IV. *Unumque certamen erat relictum, ſententia Volcatii*, ubi male Lambinus vult, *cum ſententia.* Claud. IV. Conſ. Hon. 49.

Exſere nunc doctos, tantae certamina laudis,
Roma Choros.

Ut Heinſius ex Mſſ. legit. de voce *certamen* vid. ad II. Georg. 530. BURM.

17. POSTHABUI. Ἀιδόνησα hic agnoſcit Donatus ad Terent. Hecyr. III. v. 33. BURM.

18. IGITUR. *Ergo* alter Rottendorph. ſed Menagianus prior ſubjiciebat verſum ſupra 5. *Et cantare pares* &c.

19. MEMINISSE VOLEBANT. *Volebam* Mediceus & Menagianus prior. etiam in primo Moretano pro diverſa lectione. Teneo & editionem Juntarum Florentinam, in cujus ora ſcripturae variantis

25 deſunt R. Voſ. Steph. al. 26 deſunt Voſ. R. Steph. al. 27 cantilena Steph. 28 ut, *Ipſum ludere* R. Voſ. Steph. al. 29 ſi R. Voſ. Steph. al. 30 deeſt L. V. Voſ. Steph. al. 31 deeſt L. V. Voſ. R. 32 fonte Boeotiae Libetro Dan. R. deſunt L. Voſ. Steph. al. 33 Piero Munck. ad Hygin. Fab. CCXXXVII. 34 *Hypocrinides* Dan. *Ippocredines* R. Voſ. 35 ſunt L. V. R. Voſ. Steph. al. 36 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. 37 Muſicam L. 38 hydria vitrea Steph. al. 39 commemoret L. 40 in aera Dan. quae mera Voſ. R. Steph. al. 41 deeſt L. V. R. Voſ. 42 deeſt Dan. 43 vincitur a Virgilio. V. Voſſ. 44 deeſt L. V. R. Voſ. Steph. al.

Quale meo Codro, concedite; proxima Phoebi
Verſibus ille facit: aut, ſi non poſſumus omnes,
Hîc arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.
T. Paſtores, edera creſcentem ornate poëtam,
Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro:

Aut,

SERVII.

22. [45] [CODRO. Codrus, poëta ejuſdem temporis fuit, ut Valgius in Elegis ſuis refert.] PROXIMA PHOEBI. Subaudis carmina.

23. AUT SI NON POSSUMUS OMNES. Secundum illud dixit: VIII. Ecl. 63. *Non omnia poſſumus omnes:* nam debuit dicere: Aut ſi ego non poſſum.

24. [46] [HIC ARGUTA. Juxta quam frequenter canitur; ac per hoc loquaci, garrula.] SACRA PINU. Matri Deûm conſecrata. Sic ſupra ℣. 13. *Sacra quercu*, ſcilicet, Jovi dicata: [[47] & apoſtropham fecit, tanquam eam conſecret, & intellectus pendebit, fiſtula malo catalyſin facere, quam deterior eſſe.]

25. PASTORES [48] CRESCENTEM POETAM. Verecunde locutus eſt, non jam poëtam dicens, ſed *creſcentem.* Sane hoc loco carmen exprimitur Amoebaeum. Nam cum Corydon petiiſſet, ut eſſet Codri ſimilis; hic ſe adeo Codrum ſuperare dicit, ut in [49] ſe ejus invidiam poſſit movere. *Hedera* autem coronantur poëtae, [50] quaſi Libero conſecrati; qui & ut Bacchae inſaniunt. Sic Horatius I. Epiſt. XIX. 3. *Ut male* [51] *ſanis Adſcripſit Satyris Fauniſque poëtas:* vel quod ſemper & [52] vivunt, & virent hederae, ſicut carmina & aeternitatem merentur.

26. RUMPANTUR UT ILIA. Sicut etiam in Aeneide [53] dictum eſt, *hoc ile*, & *haec ilia*, facit. Unde [54] etiam Juvenalis V. 135. [55] ait: *Vis frater ab ipſis Ilibus?* Nam [56] Marullus mimographus contempſit artem, ad jocum movendum: & paraſito dixit: [57] *Tu ut Hector ab Ilio nunquam recedis.* [58] Eſt autem hoc dictum per amaritudinem ruſticam.

VARIORUM.

tis lectiones ſunt annotatae ex iis codicibus, quibus Pierius Valerianus eſt uſus, ſive hoc ipſius Pierii manu, ſive alterius cujuſcunque hominis literati ſit factum, non facile dixerim; ubi hoc loco etiam *volebam* margini erat adſcriptum. quod tamen Pierius in ſuis caſtigationibus monere neglexit. pro vulgata ſtat ſcriptura Meſſius Aruſianus. *Memini illam rem. Virg. in Bucol. Alternos Muſae meminiſſe volebant.* quomodo & Nonius Marcellus agnoſcit bis. HEINS. Credo Pierium ex Servii nota *volebam* adnotaſſe: ut & alibi fecit.

20. HOS. *Haec Corydon* Francii.

22. CODRO. Gloſſa Regii Cod. Theocrito, vel Cornificio, ſubſannando.

Ibid. PROXIMA. An in animo habuit *carmina?* an ut Guellius pro *proxime?* ſed prius placet. ita lib. VIII. Aen. 427. *Fulmen erat: toto Genitor quae plurima caelo Dejicit*... & talia paſſim occurrunt. vid. ad Quintil. IX. de Inſt. Orat. 2. *proxima Phoebo Verſibus ille facit* alter Rottend. & Leidenſ. & Gloſſator Reg. ſuperſcripſit *Apollini*, de quo pluribus agemus ad Lucan. VIII. 747. *concedunt* etiam alter Menag. BURM.

24. PINU. *Quercu* Zulichem. a m. pr. *His arguta* etiam Venetus. *pendebat* Voſſianus prior.

25. CRESCENTEM. *Naſcentem* Mediceus a manu prima, & ſic prior Voſſianus cum Leidenſibus binis, quod & Pierius in duobus codicibus invenerat, paulo ante *pendebit fiſtula pino* pro diverſa lectione Gudianus. HEINS. Ita *pinos* loquentes Ecl. VIII. 22. *Naſcentem* etiam Voſſian. & Servius Danielis ad Ecl. IV. 19. & Ed. Med. Sed *creſcentem* Schol. Horat. lib. I. Od. I. & recte. Terent. prol. Heaut. 28. *date creſcendi copiam.* BURM.

26. CODRO. *Codri* Moretanus ſec. & Gudianus a manu ſecunda.

28. NE

45 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 46 deſunt Voſ. R. Steph. al. 47 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 48 NASCENTEM his Voſ. R. B. Steph. Dan. 49 ſe in Dan. 50 vel quaſi L. Voſ. Steph. al. & quaſi B. 51 *Sanus* B. L. V. Voſ. R. *Sanos* Steph. 52 ſemper vivent hedere R. & ſuperſcriptum virent. L. S. vivant hed. Voſ. ſemper virent. B. Steph. Dan. al. 53 diximus L. Voſ. R. Steph. al. 54 deeſt. L. V. 55 *aut* vis V. R. Voſ. *aut ejus frater* L. 56 Marilus L. V. Voſ. Maryllus Dan. Marylus R. Steph. 57 *Tu Hectorem imitaris ab. al.* vid. ad VII. Aen. 499. 58 eſt autem hic Poetarum dictum L. ſed hoc dictum eſt Dan.

Aut, ſi ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
C. Saetoſi caput hoc apri, tibi Delia, parvus
Et ramoſa Mycon vivacis cornua cervi.
Si proprium hoc fuerit, levi de marmore tota

Puni-

SERVII.

27. ULTRA PLACITUM. Id eſt, [59] mimice, irriſorie, ultra quam placeo & mereor: [60] [quicquid autem ultra meritum laudatur, dicitur faſcinari. BACCARE. Herba eſt ad depellendum faſcinum.]

28. MALA LINGUA. Faſcinatoria, nocendi ſcilicet ſtudio.

29. [61] [SETOSI CAPUT HOC APRI. Multi per duo *e* ſcribi volunt propter metrum. Sane deeſt *conſecrat*, ut III. Aen. 288. *Aeneas haec de Danais:* & ſi *apri*, tanquam venator; ſi *capri*, tanquam paſtor. PARVUS. Vel humilis, vel pauper, vel minor aetate.

30. RAMOSA CORNUA. Ut I. Aen. 191. *cornibus arboreis.*] MYCON. Vel ejus filius, vel patronus. VIVACIS CORNUA CERVI. Ut [62] enim Plinius dicit in Naturali hiſtoria: Cum ſe cervi gravatos aetate cognoverint [63] eſſe, ſerpentes requirunt, & eos flatu [64] ad ſe tractos, cum comederint, [65] [juveneſcunt, &] revertuntur rurſus ad [66] aetatem priorem: [67] [diu enim vivere dicuntur.]

31. SI PROPRIUM HOC FUERIT. Quod ſupra petierat, [68] ſcilicet, ut talia carmina [69] faceret, qualia Codrus effecerat. [70] [*Proprium* ſane perpetuum, ſtabile, firmum. Terentius Andr. V. 5. *Ego deorum vitam ea propter ſempiternam eſſe arbitror, quod eorum voluptates propriae ſunt*, id eſt, firmae & perpetuae. Et in Formione: V. 5. *Curavi propria ut potiretur.* Et ipſe I. Aen. 73. *Propriamque dicabo.* Et III. 85. *Da propriam, Thymbraee, domum.* Si *proprium*, alii hunc Myconem alieni pecoris cuſtodem volunt, & ſic dicere: Interim hoc tibi caput, Delia, dedico: ſi proprium hoc meum pecus fuerit, plus dabo, id eſt, ſimulachrum faciam.] LEVI. [71] Polito. DE MARMORE TOTA. [72] Quia ſolent plerunque caput tantum, vel [73] thoraca facere. [74] [Sane in libris Sacrorum refertur, ſacrum dici, quod rite ſacratur, ut [75] aedes, [76] areae, ſimulachra, dona: Hic ergo cum dicit, *levi de marmore tota Puniceo ſtabis ſuras evincta cothurno:* eodem modo & de Priapo dictum debemus accipere: Hic etiam caput apri pro dono offertur. Dona autem oblata numinibus tamdiu ſacra ſunt, & dona poſſunt dici, quamdiu non fuerint profanata.]

PHILARGYRII.

29. TIBI DELIA PARVUS. Vel puer, vel pauper: ut Horatius I. Epiſt. III. 28. *Parvi properemus & ampli*, id eſt divites.

31. LEVI DE MARMORE TOTA. Solent enim plerumque caput, vel thoraca facere.

VARIORUM.

28. NE VATI. Gloſſator Barthii lib. XXXVII. Adverſ. 5. *ne puero noceant mala ſigna.* Vulgata eſt apud Schol. Horat. III. Od. 30. BURM.

Ibid. FUTURO. Ab eadem manu in Voſſiano altero ſuperſcriptum erat *ſuſurro.*

29. SETOSI. *Saetoſi* Mentelii Tert. Reg. Leidenſ. & Voſſ. de *hoc* vid. ad II. Aen. 664. Heinſius hic *ſetoſi* edidit, ſed lib. VII. 667. & 790. *ſaeta*, & alibi ſemper. BURM.

30. MYCON. *Myco* alter Menagianus.

31. SI PROPRIUM. Myconem parvum ſocium ſibi in venatu fuiſſe indicat Corydon, itaque de communi praeda caput & cornua haec ſacraſſe Dianae. Si vero eo creverit, ut poſſit ſua manu cervum & aprum occidere, ſe tunc ex marmore templum facturum vovet. & ita *proprium* Opponit communi. Ita Bartholom. Riccius lib. II. de imitatione explicat, ſed ſibi hanc interpretationem ſublegiſſe queritur Ludov. Caſtelvetrius in Operibus variis criticis nuper Bernae editis, pag. 81. Riccii

59 nimie Steph. 60 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 61 deſunt ad *Mycon* L. Voſ. R. Steph. & al. 62 etiam V. Voſ. R. 63 deeſt L. V. R. Voſ. Steph. 64 a ſe L. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. 66 in actum priorem R. Voſ. Dan. 67 deſunt L. R. Voſ. Steph. 68 deeſt L. 69 fecerit al. 70 deſunt L. Voſ. R. Steph. ad *levi.* 71 deeſt L. Voſ. R. Steph. 72 ſolent enim L. V. Voſ. R. Steph. 73 Thoracia L. Voſ. R. 74 deſunt ad 32 L. R. Voſ. Steph. 75 aedis Dan. 76 aerea al. aereae Dan. aera Heinſ.

Puniceo ſtabis ſuras evincta cothurno.
T. Sinum lactis, & haec te liba, Priape, quot annis
Exſpectare ſat eſt: cuſtos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si foetura gregem ſuppleverit, aureus eſto.
C. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae,

Can-

SERVII.

32. Suras evincta cothurno. Ideo ſingulari uſus eſt numero, quia hoc genus calceamenti utrique aptum eſt pedi, ut in primo Aeneidos 337. *Purpureoque alte ſuras* [77] *vincire cothurno.* [78] [Evincta. Vel ſimpliciter, vel valde, ut IV. Georg. 145. *Eduramque pinum.*]

33. Sinum lactis. [79] *Sinus*, genus eſt vaſis; quod cum ſignificamus, *Si*, producitur; cum vero gremium ſignificamus, *Si* corripimus. [80] [Varro De Vita populi Romani: *Aut lepeſtam, aut galeolam, aut ſinum dicebant*. Tria enim; pro quibus nunc acrataſoron dicitur. Atta in Megalenſibus: *Nempe ad menſam, ubi ſermo de ſinu ſolet ſuboriri.*] Sane notandum haberi conſiderationem divinarum perſonarum. Nam ille ſupra cum veneratione locutus eſt, apud numen ſeverum [81] conſideratione; [82] contra hic jocatur, quia loquitur [83] ad numen, quod jocis gaudere manifeſtum eſt. *Priapus* autem, deus Lampſacenus eſt, Helleſponti, qui hortos tuetur. Liba. [84] Placentas.

35. Pro tempore. Pro neceſſitate, [85] [pro captu rei noſtrae, pro viribus, quae ſunt hoc tempore.]

36. Si foetura gregem suppleverit. Si tot agnos habuero quot oves: hoc eſt enim *gregem ſuppleri per foeturam*; & [86] *Foetura* eſt proventus: ipſe *foetus* [[87] vero, quod naſcitur.]

37. Nerine Galatea. [88] [Amica Corydonis nobilis; & hoc dicit:] O amica, quae talis es, qualis Galatea fuit [89] nympha, [90] quam cum Polyſemus Cyclops adamaſſet, [primum concubitum ejus precibus expetivit, mox vim adhibere conatus eſt; quem illa in mare ſe praecipitando effugit. Cyclops autem cum eam de mari non poſſet evocare, Acyn, quam Nympha diligebat, ictu petrae interemit; cujus cruorem Galatea vertit in fluvium, qui ejus retinet nomen.] *Nerine* autem patronymicum eſt Graecum: nam foeminina patronymica, aut in IAS exeunt, ut [91] *Pelias:* aut in EIS, ut *Atreis:* aut [92] in NE, ut *Nerine*, *Adraſtine*. [93] [Alii pro *Nereis* accipiunt.] Thymo mihi dulcior Hyblae. Vel odore thymi *Hyblaei*, vel [94] mellis *Hyblaei:* ut a materia rem ipſam dixerit: nam apibus, non hominibus dulcis eſt thymus.

VARIORUM.

cii ſententiam prodidit etiam Majorag. lib. I. epiſt. Quaeſt. 17. Qui Myconem & Corydonem eumdem facit, ut Ecl. III. Menalcam & Iolam. haeret in *hoc* Catroeus: ſed poſſet forte votum eſſe venatoris, ut perpetuo ſibi venatu tam felici frui liceat, ut aprum & cervum ſternere per Dianam ſibi liceat, ut eo ſenſu *proprium* ſaepe occurrit, ut I. Aen. 73. & alibi. BURM.

32. Levi. *Leni* alter Rottendorphius & Parrhaſ.

33. Lactis. Plinius in praefatione: *Verum & diis lacte milites multaeque gentes ſupplicant*. NANSIUS.

Ibid. Haec te liba. *Haec tibi* tres Moretani

77 *aptare* L. 78 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 79 ſinum Dan. 80 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. forte hic Varronis locus confuſus cum altero, qui apud Nonium exſtat in *ſinum*; & apud Priſcianum lib. VI. pag. 714. *Ubi erat vinum in menſa poſitum, aut lepeſtam, aut galeolam, aut ſinum dicebant: tria enim pro quibus nunc Acrotapheron dicitur.* Feſtus tamen *lepeſtam* genus vaſis aquarii ſcribit, niſi mendoſus locus ſit: (in ora codicis) de *lepeſta* vid. Scalig. ad Varron. pag. 33. & ad Attae locum ubi forte leg. *Ad menſam nempe* &c. niſi fortaſſe *ut*, aut talis particula praeceſſerit. VOSSIUS. 81 conſiderationem L. 82 quod contra Dan. 83 apud Dan. loquitur numen B. numini Steph. al. 84 placentae L. placenta. R. Voſ. 85 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 86 pro faetura V. per faeturam eſt proventus ipſe Voſ. L. R. faetura enim eſt proventus, id eſt ipſe factus. al. 87 deſunt L. V. Voſ. Steph. 88 deſunt L. Voſ. Steph. al. 89 deeſt L. V. R. Voſ. Steph. 90 quam Cyclops adamavit L. & reliqua deſunt ad *Nerine* V. L. R. & Voſ. & al. amavit R. Voſ. Steph. al. 91 Peleias L. R. Peliias Voſ. 92 lega in *ine*. 93 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 94 melle hyblaeo Steph. al.

Candidior cycnis, edera formoſior alba:
Quum primum paſti repetent praeſepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
T. Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior ruſco, projecta vilior alga;
Si mihi non haec lux toto jam longior anno eſt.
Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite juvenci.
C. Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba,

Et

SERVII.

38. HEDERA FORMOSIOR ALBA. Quia ſunt & nigrae hederae, ut II. Georg. 258. *Aut hederae pandunt veſtigia nigrae.* Nigra autem, vel alba hedera, non ex foliis, ſed ex ligno cognoſcitur.

39. [95] [PRAESEPIA. Id eſt, cum poſſeſſores novi coeperint aſſignatos poſſidere agros.]

40. TUI CORYDONIS. Plenum [96] affectus eſt, ut XII. Aen. 56. *Si quis Amatae Tangit honos animum.*

41. [97] SARDOIS HERBIS. In Sardinia enim naſcitur quaedam herba, quae [98] *Sardoa* dicitur; ut Salluſtius dicit, apiaſtri ſimilis: haec [99] comeſa ora hominum rictus dolore contrahit, & quaſi ridentes interimit: [1] [unde vulgo Σαρδόνιος γέλως.]

42. [2] [HORRIDIOR. Spinoſior. RUSCO. Virgulta brevia, acutis foliis & pungentibus; unde & in ſacris ſcopae fieri ſolent. ALGA. Herba, quae in mari naſcitur.

43. LUX. Id eſt, dies.]

44. ITE DOMUM PASTI, SI QUIS PUDOR, ITE JUVENCI. [3] Quia ad paſcendum avidiſſimi ſunt. ideo autem increpat tauros tarde redeuntes ad ſtabula: quia ſuperius [4] dixit ille, tunc amicam ſuam venire debere, cum tauri ad praeſepia fuiſſent reverſi.

45. MUSCOSI FONTES. Lanugine viridiore cooperti. [5] [SOMNO MOLLIOR. Turpilius * lectus.]

VARIORUM.

retani & totidem alii ex noſtris, etiam Mentelianus alter a manu prima; ſed Nonius Marcellus ſtat pro vulgaris codicibus in *liba*, ut & Priſcianus libro ſexto. Valerius Probus Artis grammaticae libro primo *tibi liba* exhibet. HEINS. *Tibi liba* Vratillav. Fragm. Moreti, Menagii & Venetus & alter Mentelii a m. pr. & Ed. Venet. & Mediol. ut ita apud Propert. III. III. 22.

Mi ſat erit ſacra plaudere poſſe via.

Ubi Brouck. praefert *mi* τῷ *me*, ut alii. Vide ad Lucan. IX. 584. & X. 405. *ſi noſtri lactis haec liba* Parrhaſ. BURM.

35. AT TU. *Et* Rottend. *ac* Menagianus.

37. NERINE. Nunc *Galathea Thimo. . . mihi* Parrhaſ.

38. CYCNIS. *Cigno* alter Rottendorphius, & ita ſemper variant Codices; ſed Κύκνος Graece dicitur.

39. REPETENT. *Repetunt* Regius, Leidenſis alter, Gudianus & Moretanus ſecundi, Menagianus & Rottendorphius & Fragm. Moreti, quod & *praeſagia* vitioſe.

40. TUI. *Tibi* Venetus.

41. SARDOIS. *Sardoniis* codices noſtri plerique, etiam antiquiſſimus Mediceus; in Gudiano tamen, binis Leidenſibus & noſtro Veneto *Sardonis*. Nemeſianus tamen Ecloga IV. 52. *Taxique nocentis Non metuet ſuccos, Sardoaque gramina vincet.* Serenus Samonicus cap. XXIV. *Splen tumidus nocet, & riſum tamen addit ineptum, Ut mihi Sardois videatur proximus herbis.* Ubi vetuſtiſſimus codex Puteanorum fratrum *Sardeis*. certe & apud Solinum

95 Deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 96 affectu V. Voſ. affectum L. R. 97 SARDONIIS L. Voſ. R. 98 Sarda Cod. Urſin. 99 Haec ora hominum ictus dolore contrahit L. Voſ. R. Steph. al. quae herba comeſa hominum rictus d. c. Dan. quae h. c. hominum ora rictus d. c. V. haec hominum victus contrahit Urſin. Cod. pro rictus puto. 1 deſunt L. Voſ R. Steph. al. 2 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 3 avia ſuperius adpetes, dum avidiſſimi ſunt Voſ. qui ad Steph. 4 dixerat L. V. Voſ. Steph. 5 deſunt omnibus praeter Dan. * forte, *delectabilior lecto.*

Et quae vos rara viridis tegit arbutus umbra,
Solſtitium pecori defendite. jam venit aeſtas
Torrida: jam laeto turgent in palmite gemmae.
T. Hîc focus, & taedae pingues, hîc plurimus ignis
Semper, & adſidua poſtes fuligine nigri.
Hîc tantum Boreae curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

C. Stant-

SERVII.

46. Rara arbutus. [6] Aut genus arborisfrondibus [7] raris: [8] [aut quomodo dicimus *rarum hominem*, pro egregio & bono.

47. Defendite. Prohibete, excludite. Horatius I. Od. 17. *Et igneam defendit aeſtatem capellis uſque meis.* Duo ergo ſignificat: nam aliter patriam dicimus defendere, aliter hoſtes, ut X. Aen. 965. *Hunc, oro, defende furorem.*] Jam venit aestas torrida. Jam [9] venit, jam [10] appropinquat: non enim dicit aeſtatem eſſe, cum adhuc turgere gemmarum palmites dicat. Et bene tarde frondere vites commemorat in Venetia; quae eſt provincia frigidior.

48. [11] [Torrida. Calore ſicca.]

49. Hic focus et taedae pingues. Contraria iſte dicit. Pingues autem *taedas* ait, deſudantes picem. [12] [Nonnulli *hinc* legunt, ut ſit intellectus: quia in domo ſua ſemper ignis ſit; ideo ſubjectum, *hinc tantum*, ut eſt II. Georg. 390. *Hinc omnis largo pubeſcit vinea foetu:* hoc eſt, ex hac cauſa. Sane *hinc* alii propterea: alii loci ſignificationem accipiunt.

50. Semper. Quantum ad hiemis ſpatium pertinet.

51. Curamus. Quidam timemus accipiunt.]

52. Numerum lupus. [13] Quia ſolam conſiderat [14] lupus praedam; [15] [& ſubauditur, vel ovium, vel ſimilium.] Torrentia flumina ripas. Quae aucta, riparum [16] munimina ſpernunt: [17] [& totum proverbialiter dictum eſt.]

VARIORUM.

num cap. IV. *herba Sardonia* vel *Sardinia*, ut eſt in codicibus nonnullis. Salluſtio tamen *herba Sardoa*; Servio *Sardonia* ad hunc locum a Σαρδὼν, σαρδόνος, σαρδόνιος. Latini *inſulam Sardiniam* dixere, quae Graecis Νῆσος Σαρδόνια: etiam Σαρδώ. Heſychio eſt Σαρδὼ Σαρδόνιον. Inde Σάρδωος ſed & Σάρδος. *Sardus* & *Sarda* adjective apud Solinum frequenter occurrunt. Sed & Σάρδιος βοτάνη apud Heſychium haec ipſa herba, de qua agitur a Marone. *Sardius lapis* Iſidoro in Originibus, qui Solino *Sarda lapis*. HEINS. Vid. ad Claudian. Bell. Gild. 508. Heinſii notas, & ad Nemeſiani d. l. & Rutil. I. ỷ. 354. *Sardoniis* Edit. Venet. Mediol. & aliae. *videor* alter Menagii & Ed. P. Dan. *videat* Frag. Moreti. *tibe ritberior* alter Menag. a m. pr. quod neſcio quid ſit. BURM.

42. Horridior rusco. *Ruſto* Giphanius indice Lucretiano ex Mſſ. ſic & Georg. II. 413. HEINS. *Viſco* Parrh.

43. Toto jam. *Totoque* Voſſ. *eſt* deeſt Parrhaſ.

45. Mollior. Vid. ad II. Georg. 470. & ſupr. Ecl. III. 55. *Mollior alba* Parrhaſ. forte pro *alga*, quod repetitum ex ỷ. 42.

46. Quae vos rara. *Quae nos rura* Fragm. Moreti.

48. Laeto. *Lento* Mediceus a manu ſecunda.

49. Hic plurimus. *Et plur.* Menagianus prior.

52. Numerum. Carroeus de Muſica capit: inepte. ſed, licet Paſtores ſoleant numerare pecus, ut Ecl. III. 34. VI. 85. lupus etiam numeratum pecus invadit, etſi ſentiant paſtores raptas oves deeſſe gregi ſuo, & ideo diligentius cuſtodiant. Vid. Eraſmi

6 deeſt L. Steph. 7 rari L. 8 deſunt ad *jam venit* L. Voſ. R. Steph. al. 9 advenit L. V. R. Voſ. Steph. al. 10 propinquat al. 11 deſunt L. Voſ. Steph. al. 12 deſunt ad 52 L. Voſ. R. Steph. al. 13 deeſt L. qua Voſ. R. 14 deeſt R. Voſ. 15 deſunt L. Voſ. R. & Steph. 16 numina L. V. Voſ. R. 17 deſunt L. Steph. R. Voſ. al.

C. Stant & juniperi, & caſtaneae hirſutae:
Strata jacent paſſim ſua quaeque ſub arbore poma.
Omnia nunc rident. at ſi formoſus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina ſicca.
T. Aret ager: vitio moriens ſitit aëris herba:
Liber pampineas invidit collibus umbras.

Phyl-

SERVII.

53. STANT ET JUNIPERI. Modo, plenae ſunt: alias, horrent, ut VI. Aen. 300. *Stant lumina flamma:* alias [18] vere ſtant, ut III. 63. *Stant manibus* [19] *arae.* [20] [Verrius Flaccus, *Juniperum* juvenem pirum dicit; vere autem *Juniperus* eſt quaſi aculeis praedita, baccas ad piperis ſpeciem gerens.] CASTANEAE HIRSUTAE. Adhuc [21] intra [22] echinos ſuos locatae.

54. [23] [PASSIM. Abundanter.]

55. RIDENT. [24] Laeta ſunt, ut IV. Ecl. 20. *Mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho.* [25] Horatius II. Od. VI. 13. *Ille terrarum mihi praeter omnes Angulus ridet.*

56. [26] [MONTIBUS. E montibus.] FLUMINA SICCA. Ὑπερβολικῶς etiam juges aquas, [27] & perpetuo fluentes, ſiccari conſpicias.

57. ARET AGER. Ordo eſt, *aret ager & ſitit herba*, moriens vitio aëris, id eſt, peſtilentia corrupti aëris affligitur.

58. LIBER PAMPINEAS. [28] [Sane ſciendum, Virgilium *pampinos* nunquam cum genere dicere: ſed Varronem genere foeminino [29] uti frequentius.] INVIDIT COLLIBUS UMBRAS. [30] [Exſiccatae ſunt vites nimio aeſtu, & folia amiſerunt.] [31] INVIDIT COLLIBUS UMBRAS. Ut XI. Aen. 42. *Tene, inquit, miſerande puer, cum laeta veniret, Invidit fortuna mihi?* Nam *invideo tibi illam rem* dicimus, [32] [ut VIII. Aen. 509. *Invidet imperium.*]

VARIORUM.

raſmi Proverbia in, *Non curat numerum Lupus.* BURM.

53. STANT. Hunc verſum ſequenti ſubjicit quartus Moretanus.

Ibid. CASTANEAE. Gloſſa Leid. id eſt *cocleas*, quo modo Echinos Servii interpretatur.

54. SUA QUAEQUE SUB ARBORE POMA. G. Canter. Nov. Lect. libro VI. cap. 29. *ſua* ſexti caſus eſſe, & contrahendum eſſe contendit. Ita & Voſſius Artis grammaticae libro II. cap. 14. & de Analog. IV. 7. quem vide. Sed reor Maronem ſcripſiſſe *ſua quaque ſub arbore.* vel *u* in *ſua* elidit. HEINS. Cerda etiam *ſua* abl. caſus facit. *ſua quaque* Gronovius ad Liv. III. 22. & Gruterus ita Meliſſum emendaſſe notavit. ſed Nonius in *ſtrata* vulgatum ſervat. BURM.

56. VIDEAS. *Vides* Voſſ.

Ibid. VIDEAS ET FLUMINA SICCA. Codex Venetiis a me redemtus, etſi notae recentioris, optimas nonnumquam lectiones agnoſcens, *flumina caeca* exhibebat. Sic & Graecis ποταμοὶ τυφλούμενοι, & τυφλούμεναι πηγαί, quarum vena exaruit aut obſtructa eſt: ſic *obturare foſſas* in lege Manilia habemus. nam *caecae foſſae* apud Columellam libro II. cap. 2. *patentibus* opponuntur ſignificatione non nihil diverſa. *limus venas excaecat in undis*, apud Naſonem Pont. libro IV. elegia 2. & Metamorph. XV. v. 272. *Flumina profiliunt aut excaecata reſidunt:* ut illic ex optimis membranis eſſe caſtigandum monuimus. Nam *flumina exſiccata* in vulgatis exemplaribus circumferebantur ante editionem noſtram. Apud Paulinum nono natali Felicis, *viventis aquae caecator Amalec.* nec diſſimiliter *occaecata ſemina* habes apud Ciceronem. unde ille *occaſionem* eſſe dictam contendit Catone Majori. *denſo caecantur ſtipite ſilvae*, apud Feſtum Avienum Deſcriptione Orbis. Aggenus Urbicus de controverſiis agrorum, ubi agit *de aqua pluvia arcenda: ejuſdem*

18 vero Dan. R. Steph. & al. 19 deſunt L. R. Voſ. al. 20 Valerius al. deſunt L. 21 inter L. Voſ. R. al. 22 id eſt cochleas Gloſ. V. 23 deeſt L. R. Voſ. Steph. al. 24 laete Voſ. R. 25 deeſt Dan. 26 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 27 deeſt L. 28 deſunt Voſ. L. Steph. 29 deeſt Voſ. R. Dan. 30 deſunt Voſ. R. 31 haec in L. R. Voſ. & aliis praeponuntur τοῖς *Sane ſciendum.* 32 deſunt Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Phyllidis adventu noſtrae nemus omne virebit:
Juppiter & laeto deſcendet plurimus imbri.
C. Populus Alcidae gratiſſima, vitis Iaccho,
Formoſae myrtus Veneri, ſua laurea Phoebo.
Phyllis amat corulos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corulos, nec laurea Phoebi.
T. Fraxinus in ſilvis pulcherrima, pinus in hortis,

Po-

SERVII.

60. JUPITER ET LAETO DESCENDET PLURIMUS IMBRI. Sic alibi II. Georg. 326. *Conjugis in gremium laetae deſcendit.* Aër enim in pluvias ſolvitur.

61. [33] [POPULUS ALCIDAE GRATISSIMA. Quia ea velatus ab inferis rediit, quam Homerus Il. N. 389. [34] *Ἀχερωΐδα* dicit, ab Acheronte ad ſuperos tranſlata; qua corona uſus, duplici colore foliorum geminos labores ſuperorum inferorumque teſtatus eſt. De hac ſane arbore fabula talis eſt: Leuce Oceani filia inter Nymphas pulcherrima fuit; hanc Pluton adamavit & ad inferos rapuit; quae poſtquam apud eum completo vitae ſuae tempore mortua eſt, Pluton tam in amoris, quam in memoriae ſolatium, in Elyſiis piorum campis, Leucen naſci arborem juſſit, ex qua, ſicut dictum eſt, Hercules ſe, revertens ab inferis, coronavit.

62. FORMOSAE MYRTUS VENERI. *Myrtum* ideo dicatam Veneri volunt, quia cum a mari exiſſet, latuit in myrto, ne nuda conſpiceretur; vel quia fragilis eſt, ut amor inconſtans; vel quia jocundi odoris, ut II. Ecl. 55. *Sic poſitae quoniam ſuaves miſcetis odores.*

64. NEC MYRTUS VINCET VENERIS, NEC LAUREA PHOEBI. Et ita adſerit, *illas dum Phyllis amabit*. Non tam neceſſarium fuit dicere *corylos:* perinde enim eſt, ac ſi dixiſſet, *Phyllis amat corylos, corylos dum Phyllis amabit.*]

65. [35 FRAXINUS IN SILVIS PULCHERRIMA, &c. Bene ſingulis loca ſua conſignavit. *Fraxinus in ſylvis cedet tibi, pinus in hortis.*] Non ſic erunt pulchrae arbores in ſuis locis, id eſt, ſibi aptis, creatae, ſicut tu, ſi ad me frequenter venire curaveris.

VARIORUM.

dem condiſionis eſt controverſia de cloacis ducendis & foſſis caecis. ubi perperam *foſſis caeſis* legitur. Sic & *foſſas caecas patentibus & apertis* opponit Columella lib. II. cap. 2. ubi addit, *aliquas fieri patentes, quaſdam etiam occaecari.* aliud tamen eſt *occaecari*, aliud *excaecari. occaecantur foſſae & flumina*, quae operta ſunt, *excaecantur* quorum meatus ſupprimitur. Statius Thebaid. lib. XII. 233.

— *caecis inciſa novalia foſſis.*

Caecare oculos vitium pro obſtruere, apud eumdem Columellam libro IV. cap. 19. & cap. 24. Auctor Panegyrici ad Piſonem:

Non ſemper fluidis (lege *pluviis*) *adopertus nubibus aether*
Aurea terrificis occaecat ſidera nimbis.

Hoc tamen Maronis loco, niſi codices occurrant vetuſti, qui Venetis membranis ſubſcribant, vix auſim quicquam immutare. HEINS. *Flumina ſiccas* Gudianus.

58. UMBRAS. *Uvas* Voſſius alter a manu ſecunda.

59. ADVENTU. *Adventum* Venetus. *noſtrum* Leid. C.

60. DESCENDET. *Deſcendit* Mentelius, duo Moreti & Leidenſis alter a manu prima & alter Mentelianus a manu prima: & ita Scholiaſtes Stat. lib. II. 154. *imbre* aliquot. *ymbre* Leidenſis primus. BURM.

61. POPULUS. Ad hunc verſum Servii nota deeſt in Dan. & L. ſed in Dan. Ed. ad ỳ. 66. legitur, & nota huc ſpectans ad ỳ. 61. exhibetur.

65. PINUS IN HORTIS. Peliſſerius Epiſcopus Monpeſſulanus corrigebat *pinus in oris.* & ad litoream referebat oram. peſſime. nam quis ita veterum eſt locutus? de pinu domeſtica ſeu hortenſi intelligendum, quae Graecis πίτυς ἥμερος dicebatur,

ut

33 deſunt L. Voſ. R. Steph. & al. ad vſ. 65. 34 Ἀχέρωδα Dan. 35 deſunt L. Voſ. R.

Populus in fluviis, abies in montibus altis:
Saepius at ſi me, Lycida formoſe, reviſas,
Fraxinus in ſilvis cedat tibi, pinus in hortis.

M. Haec

SERVII.

66. POPULUS IN FLUVIIS. Vari, & Hebri. [56 ut eſt nunc prius populus in fluviis, dein fraxinus in ſylvis in Hebri.]

VARIORUM.

ut a ſilveſtri, cujus apud Columellam mentio fit lib. quinto, diſtingueretur. nam ἥμερος τῷ ἀγρίῳ opponitur apud Graecos; ſic πίτυς ἀγρία Theophraſto Hiſt. Plant. libro III. cap. 4. Pauſanias Eliacorum poſteriore libro: Ἐφ' ὅτῳ δὲ Θεόγνητος πίτυος τῆς ἡμέρου καὶ ῥοιᾶς φέρει καρπὸν, ἐμοὶ μὲν οὐχ οἷόν τε ἦν συμβαλέσθαι. agit de ſtatua Theogneti. Idem ubi de venatu biſontum. οἱ δὲ σφίσιν οὓς τέχνη τιθασσεύουσι προσφέρουσιν ἐπὶ κεκμηκότας πίτυος, τῆς ἡμέρου καρπὸν ſic & ἥμερος ἐλαία, ἥμερα φυτὰ, ἥμερα δένδρα apud ſcriptores, & contra ὗλαι ἀνήμεροι ſylvae incultae. Plinius de glandibus lib. XVI. cap. 5. *Praeterea ſunt aliquae ſilveſtres, aliquae placidiores, quae culta obtinent.* Ovidius Art. Amat. lib. III. 692. *cultam* pinum dixit. ut a ſilveſtri pinu, quam *Pinaſtrum* Plinius Hiſt. Nat. lib. XVI. cap. 10. indigetavit, diſtinguat,

Nec tenues cytiſi cultaque pinus abeſt.

Ad quem locum multa congeſſimus, ut Soliniani Exercitatoris conatum retunderemus, illic reponentis, *tinus*. Columella ſilveſtris pinus meminit lib. IV. 26. *Recte etiam faciunt ad rem ſilveſtres pinus.* *ſemper virentem* dixit Columella, ubi de Apibus agit lib. IX. 4. ut a ſilveſtri diſtinguat, quomodo & Cytiſi & ilicis duas ſpecies ibidem recenſet. *poſt haec frequens ſit incrementi majoris ſurculus, ut roſmarinus & utraque Cytiſus, eſt enim ſativa & altera ſuae ſpontis itemque ſemper virens pinus & minor ilex: nam prolixior ab omnibus improbatur*, ubi Salmaſius etiam *Tinus* inculcabat. vides de ſurculis agi. Agitur autem primo de fruticibus, deinde de ſurculis, demum de arboribus apium pabulationi deſtinatis, at ab iis amatis idem capite ſubſequenti ejuſdem libri, de apibus itidem agens. *Conſeri deinde circa totum apiarium debent arbuſculae incrementi parvi, maximeque propter ſalubritatem: nam ſunt remedio languentibus cytici, tum deinque caſiae atque pini & roſmarinus, quin etiam cunilae & thymi frutices.* ubi arbuſculis pinum accenſet. *contra pinus domeſtica* Vegetio libro IV. cap. 34. ἡ ἥμερος πίτυς, Naſoni *pinus culta*. Nec alia eſt Maroni noſtro in Culice *ſemper florida pinus*. *Bumaſtuſque virens & ſemper florida pinus.* qui locus ab elegantiſſimi ingenii viro Petro Bembo ſollicitari non debuiſſet. Theophraſtus Hiſtoriae Plantarum lib. XII. cap. 10. Πεύκης γὰρ τὸ μὲν ἥμερον ποιοῦσι, τὸ δὲ ἄγριον. Item quoddam genus ſativae, ſeu hortenſis pini ſemper virere ait, ut a ſilveſtri diſtinguat lib. I. cap. 15. τῶν μὲν ἡμέρων ἀείφυλλα, ἐλαία, φοίνιξ, δάφνη, μύρρινος, πεύκης τι γένος, κυπάριττος: haec eſt *ſemper* florens Pinus Maronis loco jam producto. Erat autem Pinaſter longe procerior domeſtica. Plinius: *Pinaſter nihil aliud eſt, quam pinus ſilveſter, mira altitudine, & a medio ramoſa, ſicut pinus in vertice.* hinc *aërias pinus* Martiali XII. 50. non tam ob proceritatem, quam ob ramos caelum verſus tendentes. vel etiam quod praeter naturam arboris pinus, admodum proceram poſſideret.

Daphnonas, Platanonas, & aërios Pityonas,
Et non unius balnea ſolus habes.

Ita enim ille locus caſtigandus, & ad pinum hortenſem referendus: idque ex veſtigiis veterrimi codicis Thuanei, in quo *& aërias Phyonas*, vulgo *& aërias Cypariſſos*. Unde apparet tres ordines harum arborum in deliciis hortenſibus fuiſſe. Scribo praeterea in Martiali, *Es non una tibi balnea.* Ad illuſtrationem Maroniani ac Naſoniani loci apprime idem facit Plinius. *Picea montes amat atque frigora, feralis arbor & funebri indicio ad fores poſita, ac rogis virens. jam tamen & in domos recepta, tonſili facilitate*, quod ad *Pityonas* Martialis refer. Idem Plinius Pinus ſpeciem quandam ibidem deſcribit, *gracilem atque enodem, per oras Italiae naſcentem, quam Tibulum dicant.* Naſoniano loco ſimillimus eſt ille Siſennae lib. IV. Hiſtoriarum apud Nonium in *Fera vite*. *Et partim fera vite, partim lauro, & arbuto, ac multa pinu ac myr-*

56 Haec in Dan. adduntur, omnia vero male ad ℣. 61. referuntur.

M. Haec memini, & victum fruſtra contendere Thyrſin.
Ex illo Corydon, Corydon eſt tempore nobis.

SERVII.

69. HAEC MEMINI. Et *memini illam rem* dicimus, & *memini illius rei*, ut XI. Aen. 280. *Nec veterum memini, laetorve malorum.* Item IX. Ec. 45. *Numeros memini.*

70. EX ILLO CORYDON, CORYDON EST TEMPORE NOBIS. Victor, nobilis ſupra omnes: quam rem quaſi ruſticus implere non potuit.

VARIORUM.

myrtetis abundant. Ita ſcribo. *Arbuto* inquam, non *arbuſto:* nam cum arbuſti fruticantis ſpecies varias deſignet, ipſi arbuſto locus hic eſt parum tempeſtivus. Naſo dixerat *tegit arbutus herbam.* praeterea & illuc loci *culta pinus* videtur revocanda, cum agrum non arboribus, ſed arbuſculis ac fruticetis obſitum deſcribat Siſenna. *culta* autem non quod revera coleretur (quî enim poterat in ſilvis?) ſed ejus generis, qualis in hortis coli ſolet. *Coli ferro* de arbore Seneca Thyeſte 653. *Nulla quae laetos ſolet praebere ramos arbor, aut ferro coli.* apud Gratium *inculto Silvanus termite gaudens*, id eſt oleaſtro. ut vero in Siſennae loco *arbuto* reſcribamus facit, quod in antiquiſſimo Columellae libro aliquoties *arbuſto*, pro *arbuto* ſcriptum offendimus. locus vero Columellae, quem ex libro IV. 26. adduximus, emendatione eget. *Recte etiam faciunt ad eam rem ſilveſtres pinus, atque etiam ſambuci probabilis uſus; tamen in his haec, eorumque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, parteſque eorum putres dedolandae.* Sic vulgo legitur. in veteri eſt pro *ſilveſtres pinus, ſilveſtres abvius atque etiam ſabuci probabiles uſuſtatum iis.* ſcribo ex ejus veſtigiis; *ſilveſtres pinus, atque etiam ſambuci probabiles uſu ſtaturninis: haec horumque ſimilia p. p. p. r. ſ. p. & p. dedolandae, acuendaeque. Atque* &c. *ſtatumina* ſunt apud Columellam, quibus vitis innititur, ut lib. IV. 16. 20. 22. & paſſim. Pinus etiam inter urbanas arbores a Plinio recenſetur. ut lib. XXIII. 8. cum de nucibus pineis egiſſet, ſub finem libri ait. *Hactenus habent ſe medicinae urbanarum arborum, tranſeamus ad ſilveſtres.* Ergo pinus inter urbanas. & lib. XXIV. 7. agit de herbis fruticibuſque pineis. rurſus inter urbanas arbores lib. XVI. cap. 19. & 20. HEINS. Vid. ad IV. Georg. 112. Cerdam.

66. POPULUS. Ab hoc verſu deerant Codici Franciano reliqua hujus Eclogae & ſequentes, & initium Georgicon, uſque ad ỷ. 312.

67. AT. *Ac* Mediceus a manu prima.

68. CEDET. *Cedat* rectius vetuſtiores, Mediceus nempe & Mentelianus uterque & Gudianus, cum Moretanis tribus, & aliis totidem noſtrorum. HEINS.

69. THYRSIN. *Thyrſim* Mediceus. fragm. Moreti. Secundus Moreti, Leidenſis & alii, cum Edit. priſcis.

70. TEMPORE NOBIS. *Noblis* Nannius. vid. Chriſtian. ad Ariſtoph. Pac. 917.

Digitized by Google

ECLOGA OCTAVA.

PHARMACEUTRIA.

DAMON. ALPHESIBOEUS.

PASTORUM Muſam Damonis & Alpheſiboei,
Inmemor herbarum quos eſt mirata juvenca
Certantis, quorum ſtupefactae carmine lynces,
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus:

Da-

SERVII.

1. PASTORUM MUSAM DAMONIS. Apud Theocritum eſt una Ecloga, quae appellatur Φαρμακεύτρια: qua inducitur mulier quaedam ſacris quibuſdam pervertens mentem amatoris, a quo ſpernebatur, quam Virgilius tranſtulit ad hujus Eclogae ultimam partem. Prima enim ejus pars conqueſtionem ſolam habet amatoris [1] decepti, quem, nubendo alteri, antiqua ſponſa [2] fefellerat. MUSAM [3] ergo cantilenam amorum, [4] quos inter ſe cecinerunt.

2. IMMEMOR HERBARUM QUOS EST MIRATA JUVENCA. Qui cantilenae ſuavitate coëgerunt etiam ea animalia oblivíſci paſcuorum, quae ſunt paſcendi avidiſſima: nam ſupra ait VII. 39. *Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite juvenci.*

3. STUPEFACTAE CARMINE LYNCES. [5] [Animalia, tanquam Pantherae, in tutela Liberi: &] paulatim ad augmenta procedit, dicens, *Juvencae oblitae* ſunt paſcuorum: ſtupuerunt ferae: flumina etiam ſenſu carentia curſus proprios retardaverunt.

4. REQUIERUNT FLUMINA CURSUS. Curſus proprios retardaverunt, & quietos eſſe fecerunt. [6] Sic Salluſtius VI. Hiſt. *Paululum requietis* [7] *militibus.* Quieſco ego enim [8] [duplicem habet ſignificationem: & aliter dico, *quieſco ego:*] & [9] aliter *quieſco ſervum*, id eſt, quieſcere facio. [10] [Calvus in Io: *Sol quoque perpetuos meminit requieſcere curſus.*

VARIORUM.

1. PASTORUM. *Dammonis* alter Rottend.

Ibid. DAMONIS. *Dammonis* Leidenſis uterque, & Moretanus unus ſemper, niſi quod unus ỳ. 5. *Dammonis.* in Vratiſl. Inſcriptio Eclogae eſt DAMON. Damon autem *poëta* in Gudiano indicatur. BURM.

3. CARMINE. *Carmina* Leidenſis alter, & Regius a manu prima & Mentelianus prior. ut ſit Graeciſmus, vel forte ille librarius legerat *ſtupuerunt*, ut conveniat τῷ *requierunt*. BURM.

4. REQUIERUNT. *Requierunt* veram eſſe ſcripturam ex Aruſiani Meſſii loco, quem ad Eclogae primae verſum octogeſimum produxi, ſatis apparet.

PHARMACEUTRIA. *Damonis & Alpheſiboei contentio* hoc Idyllium in Menteliano utroque exemplari aliiſque nonnullis inſcribitur. In Mediceo *Damonis & Alpheſiboei certatio.* Caeterum egregie magnus Scaliger ad annum MMXX. Chronici Euſebiani docuit exordio hujus Idyllii Pollionem, non Caeſarem compellari, quod Grammaticis hactenus tamen eſt viſum. HEINS.

1 Ducendi B. dicentis nomen V. dicendi quem L. Voſ. R. 2 fefellit V. Voſ. L. B. 3 deeſt L. Voſ. Steph. al. 4 quot al. 5 deſunt L. B. Voſ. R. Steph. al. 6 ait al. 7 deeſt L. Voſ. R. B. 8 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. al. 9 aliter, aliter Voſ. R. aliter & aliter al. 10 deſunt ad vſ. 6. R. B. L. Voſ. Steph. al.

Damonis Muſam dicemus & Alpheſiboei.
Tu mihi, ſeu magni ſuperas jam ſaxa Timavi,
Sive oram Illyrici legis aequoris; en erit umquam

Ille

SERVII.

5. DAMONIS MUSAM. Bene repetit, ne longum hyperbaton ſenſum confunderet; ut in Georgicis II. 4. repetit; *Huc pater, o Lenaee.*]

6. TU MIHI, SEU MAGNI SUPERAS JAM SAXA TIMAVI. [11] Ubi ubi es, o Auguſte, ſive Venetiae [12] flumen tranſcendis: nam *Timavus* fluvius eſt Venetiae [13] [vel Hiſtriae.]

7. SIVE ORAM ILLYRICI LEGIS AEQUORIS, EN, ERIT UNQUAM ILLE DIES, hoc eſt, ſive [14] per Illyricum navigas mare, id eſt, per Dalmatiam: putas unquam erit tempus, [15] quo mihi liceat tua facta deſcribere? [15] *

VARIORUM.

ret. perperam igitur in Pierianis nonnullis & quatuor noſtris, etiam in Gudiano *liquerunt.* apud Symmachum libro primo Ep. XCIV. *Quieſco igitur has partes.* quamquam *mutata curſus* Graeca conſtructio videri poteſt, tamen & apud Propertium libro II. Eleg. 34. *Quamvis ille ſuam laſſus requieſcat avenam.* ut quidem in nonnullis occurrit exemplaribus. & Eleg. 22. de Jove, *geminas requieverat Arctos.* HEINS. Vide Stephani Diatriben Horatianam pag. 50. & Paſſer. ad Propert. p. 335. Cerda per Graeciſmum explicat. Flumina mutata curſus, id eſt quae mutarunt, requierunt. *Mirata* ſuos Ed. Venet. BURM.

6. TU MIHI. Catroeus repudiata ſententia Scaligeri & aliorum, qui hoc ad Pollionem referunt, omnia ſpectare Octavianum Caeſarem contendit, quem fingit poſt praelium Philippenſe reditum meditari in Italiam, & Poëtam incertum, qua via ſit adventurus, hanc eclogam ante ejus adventum compoſuiſſe: & quum duo ſint itinera ex Macedonia, vel mari per Illyricum aequor, vel terra per Iſtriam, quum Timavus tranſeundus ſit, ideo Virgilium utriuſque mentionem facere, hinc omnia torquet hujus principii verba in hunc, quem fingit, ſenſum. ſingula operoſe refutare notarum ratio non permittit. ſed quid magis naturale & ordini itinerum conveniens, quam Pollionem in Dalmatiam ducentem exercitum hic intelligere, de quo dubitat Poëta, an jam ſuperaverit Timavum, & ita Iſtriam, ex qua legens oram Illyrici (quod ego de terreſtri itinere ſecundum litus maris capiendum credo) in Dalmatiae fines pervenerit, & hinc auguratur ipſi belli proſperum eventum, quem diem jam adeſſe prope vaticinatur, & quo fortia ejus facta dicere, & ſimul ejus carmina celebrare per totum poſſit orbem? Hic ſenſus ſponte exire mihi videtur, quum Catroeus cogatur fingere, (illa *fortia facta*, ſi Octavianum ſpectant,) Virgilium jam tum meditari Aeneida, & *tua* carmina vel de *Ajace* tragoedia Auguſti intelligere, ut alii ante eum (& in primis Beroaldus, quem refutavit Floridus Sabinus lib. II. Lect. Subſec. 13. ut Nanſius notaverat,) vel explicare de te ſcripta, quae omnia indigna Virgilio. Nam quis tam ruſticum & inurbanum crederet Poëtam, ut gratiam a Caeſare initurum ſe crederet, ſi tragoediam, quae ſi jam ſcripta, ipſi auctori diſplicuit, & in ſpongiam incubuit, ut laudum praecipuam materiam faceret, & de qua an hoc tempore jam cogitaverit Octavianus, minime probari poteſt? Deinde ſi *fortia facta* Caeſaris, quae poſtea ſcilicet edet, celebraturum demum jactet, an non ergo carpere Caeſarem videri poteſt, quaſi in praelio Philippenſi nihil memorabile egiſſet, nec, ut narrant Hiſtorici, praelio ipſe interfuiſſet, ſive metu, ſive valetudine: quum debuiſſet extollere Caeſaris in hoc bello virtutem, ſi aulicarum artium peritum ſe exhibere voluiſſet? Denique quam abſurdum ſit *tua carmina* interpretari de te ſcripta, quae Sophocleo cothurno digna eſſent, id eſt tragoediis ſublimibus, quales Sophocles fecit, celebranda! Quis enim umquam Virgilium voluiſſe tragoedias in laudem Caeſaris ſcribere nobis prodidit? & quomodo haec convenient reliquis, quae Catroeus fingit, de Aeneide, quam jam meditari Poëtam nobis perſuadere vult? an Aeneida ſpeciem tragoediae fuiſſe, aut Sophocleum cothurnum poſſe de Epico carmine dici contendet? & an Caeſaris caput, & lauro, ut victoris, & edera, ut Poëtae,

11 deeſt Dan. ubi abies L. 12 fluenta B. L. R. Voſ. Steph. al. 13 deſunt L. R. Voſ. V. B. 14 ſtope Steph. 15 quod R. Voſ. B. * 15 putas. Dan. & al. repetunt poſt hanc vocem.

Ille dies, mihi quum liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium: tibi deſinet. accipe juſſis
Carmina coepta tuis: atque hanc ſine tempora circum
Inter victrices ederam tibi ſerpere lauros.

Fri-

SERVII.

9. EN ERIT. Ecce, jam aderit. Nam *en* unum optantis eſt, [16] [ut: *En erit ille dies*;] aliud confirmantis, [17] [ut: *En erit ut liceat.*]

10. SOLA SOPHOCLEO TUA CARMINA D. C. Ac ſi diceret: Quanquam impar ſit ingenium meum laudibus tuis: nam tuae laudes merentur exprimi Sophocleo tantum cothurno. Sophocles autem Tragoediographus fuit altiſonus. [18] [Alii ideo hoc de Pollione dictum volunt, quod & ipſe utriuſque linguae Tragoediarum ſcriptor fuit. COTHURNUS autem calciamentum tragicum, cujus uſum quidam Sophoclem primum ſcenae intuliſſe volunt.]

11. A TE PRINCIPIUM: TIBI DESINET. [19] [Sic & Homerus Il. I. 97. Ἐν σεῖ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι.] Horatius I. Epiſt. I. I. *Prima* [20] *dicte mihi, ſumma dicende Camoena.* JUSSIS CARMINA COEPTA TUIS. Supra enim dixerat VI. Ecl. 9. *Non injuſſa cano.*

12. ATQUE HANC SINE TEMPORA CIRCUM INTER VICTRICES HEDERAM TIBI SERPERE LAUROS. Allegoricôs dicit: Debet etiam carmen meum florere inter tuos plures triumphos. Nam victores Imperatores lauro, hedera coronantur Poëtae. Verecunde autem ait *ſerpere*, hoc eſt, humiliter procedere. [21] [Alii ideo *lauri* & *hederae* ſimul mentionem factam accipiunt, quoniam Apollo carminum deus, idem Liber pater putatur. Quidam, ſicut dictum eſt, in Pollionem dictum trahunt, qui tunc Illyricum petebat expugnaturus Salonas, & inde ad orientem adverſus Antonium profecturus. Lauro autem triumphantes coronantur, hedera poëtae: Pollio & Imperator eſt & poëta. Cur tamen triumphantes lauro coronentur, haec ratio eſt; quoniam apud veteres a laude habuit nomen, nam *laudum* dicebant: vel [22] quod hanc in manu habuit Juppiter, quando Titanas vicit: vel quod ea arbore Praefecti militum, Fidenatibus victis, ſe coronaſſent ſub Romulo: vel quod ſemper vireat. Hedera autem ideo coronantur poëtae, quoniam poëtas ſaepe vino plurimo manifeſtum eſt uti; ſicut & de Ennio ait Horatius; & Lyrici omnes in ſuis carminibus loquuntur; & haec herba nimium frigida eſt, & vini calorem temperat: nam ideo & capiti imponitur. Varro ait, Liberum patrem propter calorem vini, hedera coronatum. Idem Varro etiam Muſas ait hedera coronari.]

PHILARGYRII.

10. SOLA SOPHOCLEO, &c. Aſinium Pollionem intelligit Tragoediarum ſcriptorem; aut Varium, cujus extat Thyeſtes tragoedia, omnibus Tragicis praeferenda.

VARIORUM.

tae coronatum iri, fingere auſus fuiſſet? quum Suetonius cap. LXXXV. eum *ſummatim Poëticam* attigiſſe, & non ſucceſſiſſe ipſi ſtilum in Tragoedia narret. ſi ita palpare voluiſſet Virgilius, recalcitraſſet Caeſar. Pollioni vero omnia recte convenire viri docti oſtenderunt ſatis. BURM.

Ibid. SEU MAGNI. Jam *magni ſ. ſeu* Parrhaſ.

7. LEGIS. *Regis* quartus Moreti & Leid.

8. MIHI CUM LICEAT TUA. *Liceat mihi cum tua* duo Moretani. *mihi ut liceat* primus Moretanus. mox ut *liceat mihi totum* alter Rottendorphius.

10. TUA CARMINA. Beroaldum haec de carminibus & Tragoedia Ajace ab Auguſto ſcripta exponentem refellit Flor. Sabinus lib. II. Lect. ſubceſiv. cap. 13. NANSIUS. Vide Cerdam, qui carmina tua explicat de te ſcripta, in tuas, Auguſte, laudes. ſed Pollionem, qui & Poëta fuit, ſpectant.

ex

16 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 17 deſunt L. Voſ. B. R. Steph. al. 18 deſunt L. B. R. Voſ. Steph. al. 19 deſunt L. Voſ. R. B. 20 *dicta* V. L. *dicendi camoena* L. 21 deſunt ad vſ. 14. L. Voſ. B. R. Steph. al. 22 deeſt Dan.

Digitized by Google

Frigida, vix coelo noctis deceſſerat umbra,
Quum ros in tenera pecori gratiſſimus herba:
Incumbens tereti Damon ſic coepit olivae.
D. Naſcere, praeque diem veniens age, Lucifer, almum.
Conjugis indigno Niſae deceptus amore
Dum queror, & divos (quamquam nil teſtibus illis

Pro-

SERVII.

14. FRIGIDA VIX COELO NOCTIS DECESSERAT UMBRA. [23] Statim, ſimul atque deceſſerat. Et bene oſtendit amatorem tota nocte vigilaſſe. Siquidem ortum Luciferum primus aſpexit: & ad eum, quippe [24] ut ad Veneris ſtellam, locutus eſt. [25] [Περιφραστικῶς autem *nox* aut *umbra*, pro tenebris poſita.]

15. CUM ROS GRATISSIMUS. Maſculini eſt generis, ſecundum quod [26] etiam in Aeneide ait XII. 339. *Spargit rapida ungula rores Sanguineos.*

16. [27] [INCUMBENS. Propter amorem non ſe ſuſtinens.] TERETI. *Teres* eſt rotundum & oblongum, ut columna, arbor. [28] [Alii *tereti olivae*, baculum de oliva accipiunt.]

17. [29] [NASCERE PRAEQUE DIEM. Quia dixerat: *Frigida vix coelo noctis deceſſerat umbra*, id eſt, priuſquam nox occidit.] PRAEQUE DIEM VENIENS, [30] [Ordo eſt: naſcere, Lucifer,] [31] praevenienſque diem almum age: ſic alibi II. Aen. 802. *Ducebatque diem.* Et hoc dicit: Naſcere, dum queror conjugis Niſae indigno amore deceptus, & moriens alloquor divos: quanquam nihil mihi profuerit, quod ſum eos ſaepe teſtatus. Quam rem ſecundum Epicureos ait, qui dicunt: (Lucret. I. 62.) *Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.*

18. CONJUGIS. [32] Non quae erat, ſed quae fore ſperabatur. Sic in quarto Aeneidos IV. 536. *Quos ego* [33] *ſum toties jam dedignata maritos.* [34] [Alii, *indigno deceptus amore*, antique dictum accipiunt: *indigno*, pro magno; ut II. Georg. 373. *indignas hyemes:* vel impari, quia plus amabat, & minus amabatur. DECEPTUS. Pro captus. *Amore*, aut in amore, aut ob amorem.

19. ET DIVOS QUAMQUAM NIL TESTIBUS ILLIS PROFECI. Sic hoc dicit, tanquam jusjurandum inter eum & Nyſam interceſſerit.]

VARIORUM.

ex his ſua compilavit Catroeus, qui ad Auguſtum, non Pollionem omnia haec refert. unum dictis addidiſſe ſufficiat. fingit Caeſarem poſt praelium rediturum brevi in Italiam, ſed quia duplex iter erat mari per oram Illyrici vel terra per Iſtriam & Timavi tranſitum, ideo poëtam incertum eſſe. ſed cur ergo praeponit iter per Iſtriam per quam in Illyricum tenditur? quod Pollioni convenit jam iter ingreſſo, de quo neſcit, an jam Timavum ſuperaverit, an jam in Illyricum pervenerit. BURM.

11. TIBI DESINET. *Deſinit* Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro primo, epiſtola prima, ỳ. 1. nec aliter primus Leidenſis. HEINS.

12. TEMPORA. *Tempore* alter Rottendorphius. *timpora* nonnulli, ut aliis in locis ſaepe.

13. LAUROS. *Laurus* manifeſte agnoſcit Chariſius ſub finem libri primi, ubi de Analogia agit; aliter tamen ſcripti. HEINS. *Lauros* Schol. Horatii Crucquianus lib. I. Od. I.

14. DECESSERAT. *Diſceſſerat* Parrhaſ. & Leid. unus. Vid. ad Ecl. II. 67.

15. HERBA EST. Pieriani codices verbum ſubſtantivum omittunt, etiam noſtri ad unum omnes, ſi chartaceus Schefferianus excipitur. recte. omittit & Scholiaſtes Horatii Crucquianus ad Oden XII. libri quarti, & ſic Georgic. III. 326. ubi idem verſus occurrit. ſic & libro IV. 402. codices nonnulli. *Cum ſitiunt herbae & pecori jam gratior umbra.* HEINS.

17. PRAEQUE. *Poſtque* Zulichemius. male. eſt pro *praeveniens*. vid. ad Gratii Cyneg. 489. *quaeque* Leidenſ. BURM.

19. QUEROR ET DIVOS. *Ad divos* Moreti quartus. ita & mox ỳ. 52. *Et* & *ad* variant in ſcriptis;

23 deeſt Dan. Voſ. R. B. 24 deeſt L. Voſ. R. B. Steph. 25 deſunt B. L. R. Voſ. Steph. 26 deeſt L. Voſ. B. 27 deſunt B. L. Voſ. R. Steph. al. 28 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. al. 29 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 30 deſunt L. R. Voſ. al. 31 praeveniens age diem clariſſimum R. L. V. Voſſ. Steph. al. Praev. age diem, & hoc dicit B. 32 autem, non Dan. 33 *ſim* L. Voſ. R. 34 deſunt ad vſ. 20. L. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Profeci) extrema moriens tamen adloquor hora.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Maenalus argutumque nemus pinoſque loquentis
Semper habet; ſemper paſtorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non paſſus inertis.

In-

SERVII.

20. EXTREMA MORIENS TAMEN ALLOQUOR HORA. Id eſt, paulo poſt moriturus. Sic in quarto, 650. *Incubuitque thoro, dixitque noviſſima verba.*

21. INCIPE MAENALIOS. Arcadicos: nam *Maenalus* mons eſt Arcadiae. Dicitur autem hic verſus intercalaris, qui frequenter poſt [35] aliquantulos interponitur verſus: ſicut intercalares [36] dies aut menſes vocantur, qui interponuntur, ut ratio Lunae Soliſque conveniat. [37] Fecit autem hunc verſum ad imitationem Theocriti, qui frequenter dicit in Pharmaceutria: [38] [Ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.] [39] O *Iynx, trahe tu illum meum ad domum virum.* Sicut hic in ſequentibus: *Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.* [40] [MEA TIBIA. Mea muſa.

22. MAENALUS. Ille mons.] ARGUTUMQUE NEMUS. Garrulum, ſtridulum, ut VII. Ecl. 1. *Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.* PINOSQUE LOQUENTES. Ideo hoc auſus eſt dicere, quia dicturus eſt, SEMPER PASTORUM ILLE AUDIT AMORES. Sic etiam in prima Ecloga: *Formoſam reſonare doces Amaryllida ſylvas.* Sic & in Aeneide XI. 458. *Dant ſonitum rauci per ſtagna* [41] *loquacia cygni.*

24. [42] [PANAQUE QUI PRIMUS CALAMOS N. P. I. Pan Arcadiae deus eſt, ut X. Ecl. 26. *Pan deus Arcadiae venit*, qui fiſtula canere primus invenit; quia calamos in uſum cantilenae adducens inertes eſſe non paſſus eſt, id eſt, otioſos, ſine arte: & NON PASSUS INERTES, Deeſt *eſſe.*]

VARIORUM.

ptis: ut dictum eſſet pro *queri apud* divos, ut alii loqui amant; ſed quum Priſcianus lib. XVIII. p. 1190. *queror divos* conjungi debere, & ita hoc verbum conſtrui, *queror tibi*, & *te* doceat, nihil audeo mutare. quamvis quia & intercedit, *queror* ſimpliciter poſitum eſſe poteſt, & *divos adloquor* conjungi. nam *queri rem*, & ſimilia dici oſtendimus ad Petron. cap. XCI. ſed *queri divos* ſi liceat dicere, ſubintelligendum mihi videtur aliquid, ut *deos crudeles, infidos, fallaces*, aut ſimile quid. quare nondum diſplicet, *queror ad divos*, ut ſit, queror ad divos, & licet nihil profecerim, tamen adloquor eos moriens. BURM.

20. EXTREMA. *Extremam* Gudianus. *adloquar* Leidenſis primus & Mentelianus prior.

21. MAENALIOS VERSUS. Maenalii verſus ſunt paſtorales, a Maenalo monte Arcadiae, paſtorum gregibus celebrato. NANSIUS.

Ibid. MEA TIBIA. *Mea fiſtula* Mentelius prior.

22. PINOSQUE LOQUENTES. *Sonantes* Mediceus, ſed fruſtra. vulgatam recte Priſcianus libro quinto agnoſcit. Theocriti ſui illa cogitabat Maro, Ἀλλάλαις λαλέοντι ταὶ γάμοι αἱ κυπάρισσοι hunc Maronis locum Auſonius quoque eſt aemulatus epiſtolis ad Paulinum: *Cumque ſuis tremulum loquitur coma pinea ventis.* ita enim veterrimus codex Voſſianus. pro quo vulgati: *Atque arguta ſuis loquitur coma pinea ventis.* Petronius carmin. de bello civili -- *non verno perſona cantu Mollia diſcordi ſtrepitu virgulta loquuntur.* quamquam is Petronii locus ad concentum avium eſt referendus. Septimius Severus non abludens: *Pinea brachia cum trepidant Audio canticulum Zephyri.* Cornelius Severus apud Scholiaſten Perſii: *Pinea frondoſi coma murmurat Apennini.* Nemeſianus: *nobis vento ne garrula pinus Obſtrepat.* Catullus de Phaſelo -- *nam Cytorio in jugo Loquente ſaepe ſibilum edidit coma.* ita poëtae frequenter rebus inanimatis non vocem ſolummodo, ſed viſum quoque ac auditum aſſignant. *loquaces rivi* frequenter occurrit apud illos. *digiti loquaces* Naſoni. apud Horatium libro III. Od. 13. habes *lymphas loquaces.* Sed & hic in uno Voſſiano pro diverſa lectione *pinos loquaces* invenias.

35 aliquot Steph. 36 dies menſis L. Voſ. R. B. 37 Vid. Bapt. Pii Adnot. Poſter. cap. 81. NANSIUS. 38 deſunt L. R. Voſ. 39 *O turbo maritum meam domum adducito* L. Voſ. R. B. Steph. al. 40 deſunt L. Voſ. Steph. 41 *loquentia* Steph. Dan. 42 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. al.

Digitized by Google

Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Mopſo Niſa datur. quid non ſperemus amantes?
Jungentur jam gryphes equis: aevoque ſequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damae.
Mopſe, novas incide faces: tibi ducitur uxor.

Spar-

SERVII.

26. MOPSO NISA DATUR. Honeſta [43] turpiſſimo, pulchra deformi. [44] [QUID NON SPEREMUS AMANTES. Speremus pro timeamus, ut IV. 419. *Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem:* vel quid non ſperemus perverſi accidere, cum hoc mihi acciderit? Difficile eſſe putamus, qui aliquid amamus, ut ea quae amamus aſſequi poſſimus.]

27. JUNGENTUR JAM GRYPHES EQUIS. [45] [Utrum: idem jugum ſubibunt? ut dicuntur jungi jumenta: an coitu jungentur? Gryphes] [46] autem genus ferarum in Hyperboreis naſcitur montibus, [47] omni parte leones ſunt, alis & facie aquilis ſimiles, equis vehementer [48] infenſae, Apollini conſecratae. AEVOQUE SEQUENTI. Id eſt, Acceſſu [49] temporis non ſolum pulchrae deformibus nubent; ſed etiam contrariae naturae animalia jungentur. [50] [Notandum ſane *aevum* hic pro tempore, ut ipſe alibi III. Aen. 415. *Tantum aevi longinqua valet mutare vetuſtas.* Salluſtius VI. Hiſtor. *In quis longiſſimo aevo plura de bonis falſa in deterius compoſuit.* Alias *aevum* pro annis; ut II. 638. *Vos o quibus integer aevi ſanguis.*]

28. CUM CANIBUS TIMIDI VENIENT AD POCULA DAMAE. [51] Alludit ad perſonas: nam [52] *Mopſum* quaſi canem, *Niſam* quaſi [53] *damam* vult. Et *damas* [54] maſculino genere poſuit, [55] ut alibi III. Georg. 539. *Timidi damae, cervique fugaces.* Horatius [56] foemineo ait I. Od. 2. *Et ſuperjecto pavidae natarunt aequore damae.* [57] [Et hic, ne ὁμοιοτέλευτον faceret, dicendum *timidi damae.*]

29. MOPSE, NOVAS INCIDE FACES. Quae ſolent praeire nubentes puellas. [58] [Corneae ſane faces, quae quaſi diutiſſime luceant, quas rapiunt tanquam vitae praeſidia: namque [59] his qui ſunt petiti [60] diutius feruntur vixiſſe. [61] Sane] Varro in [62] nuptiis dicit ſponſas ideo faces praeire, quod antea non niſi [63] nocte nubentes ducebantur ab ſponſis. Quas etiam ideo limen ait non tangere, ne a ſacrilegio inchoarent; ſi depoſiturae virginitatem, *calcent rem Veſtae*, id eſt, numini caſtiſſimo conſecratam. [64] [TIBI DUCITUR UXOR. Id eſt, ſub tuo nomine aliis ducitur: ut eam non ipſi, ſed aliis ſervituram eſſe, ſignificet: ſcilicet ejus corruptoribus.]

VARIORUM.

nias. Moreti fragmentum, & Venetus noſter *pinusque loquentes. pinusque loquentis* Gudianus, quod tantundem eſt. HEINS. *Lucoſque loquentes* Zulichem. ſed hoc, & Medicei lectio *ſonantes* effictum ex Ecl. X. 28. ubi *lucoſque ſonantes.* vid. ſupr. ad Ecl. V. 28. *pinos* autem & *pinus* dici notat Serv. ad X. Aen. 230. BURM.

24. PANAQUE QUI PRIMUS. *Primum* Mediceus. HEINS. Vid. Ecl. II. 32.

Ibid. INERTES. *Agreſtes* Menagii prior.

26. QUID NON SPEREMUS AMANTES. *Speramus* primus Moreti. *ſpernemus* Voſſ. varie haec exponunt interpretes. Servius & alii pro *timeamus* capiunt, & puellarum credunt levitatem indicari, quae formoſum mutat deformi ſponſo: alii, ſi tam pulchrae puellae tam foedus & turpis jungatur, quid nos, illo multum pulchriores, non ſperare debemus?

43 Turpi al. 44 deſunt ad 27. L. R. B. Voſ. ſed in Steph. & al. ad *difficile.* 45 deſunt L. Voſ. B. Steph. 46 hoc L. Voſ. B. R. Steph. al. 47 quae omni L. V. Voſ. 48 infeſti, A. & conſecrati. Dan. & al. infeſtae Steph. & al. 49 temporum Dan. 50 deſunt ad 28. R. L. Voſ. B. Steph. 51 & hic alludit Steph. 52 illum q. e. illam L. V. Voſ. R. B. 53 Dammam L. & ita ſemper. 54 Maſculini generis Dan. propoſuit ſic L. 55 ut deeſt B. 56 feminino L. Voſ. B. 57 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. & hoc Dan. 58 deſunt ad *ſane* L. B. R. Voſ. Steph. 59 hii quae... ſunt Dan. 60 iis quae ſunt petitae Heinſ. V. Vide ad Grati 484. his, quae ſunt petitae Voſſius. 61 ſane Varro L. unde, ſive ut Varro legebat Heinſius. 62 in aetiis Dan. oetus L. R. Moetiis V. in utiis. ſed ſupraſcr. nuptiis B. *Aetiis* probat Urſinus ex ſimili loco Lib. 1. Aen. 408. ubi vide Servium: & Callimachi aetia citari vulgo a Graecis & Latinis ſcriptoribus, & Propertium dixiſſe *Aetia Callimachi* notat. 63 per noctem L. V. Steph. al. 64 hic in Dan. illa ſequebantur *dicitur*, * etiam ideo a toro &c. uſque ad *tibi deſeris*, quae in ſequenti nota nunc leguntur, deſunt vero Voſſ.

Digitized by Google

Sparge, marite, nuces: tibi deſerit Heſperus Oetam.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.

O di-

SERVII.

30. Sparge, marite, nuces. Idem Varro ſpargendarum nucum hanc dicit eſſe rationem, ut Jovis omine [65] matrimonium celebretur, ut nupta matrona ſit, ſicut [66] Juno. Nam *nuces* in tutela ſunt Jovis: unde & juglandes vocantur, quaſi Jovis glandes. Nam illud vulgare eſt, ideo ſpargi nuces, ut rapientibus pueris fiat ſtrepitus, ne puellae vox virginitatem deponentis poſſit audiri. Modo tamen ideo [67] dicit: *Sparge, marite, nuces*, ut eum culparet infamiae: nam meritorii pueri, id eſt, catamiti, quibus licenter utebantur antiqui, recedentes a turpi ſervitio, nuces ſpargebant, id eſt, [68] ludum pueritiae; ut ſignificarent ſe puerilia cuncta jam ſpernere. [69] Dicitur etiam ideo a novo marito nuces ſpargi debere; quod projectae in terram tripudium ſoliſtimum faciant, quod auſpicium ad [70] rem ordiendam optimum eſt: vel ideo a pueris aſpergendas nuces cum ſtrepitu & convicio flagitari, ne quid nova nupta audiat adverſum, quo dies nuptiarum dirimatur. Quidam putant quod haec eſca ad incitandam Venerem faciat. Sane fabula de nucis origine talis eſt: Dion rex Laconiae fuit, qui habuit uxorem [71] Iphiteam Prognai filiam; quae cum Apollinem ſummo cultu & reverentia hoſpitio recepiſſet, ille remunerari volens circa ſe hoſpitum cultum, tribus filiabus eorum, quae Orphe, Lyco, & [72] Carya appellatae ſunt, divinationem conceſſit, adjecto ne proditrices numinum eſſe vellent; neve quaererent quod eſſet nefas ſcire. Poſt Liber pater adveniens, a Dione vel ejus uxore receptus hoſpitio eſt, qui cum amata a ſe Carya coitum miſcuit: ſed cum inde aegre Liber profectus eſſet, cogente amoris impatientia denuo ad hoſpites redit, cauſam praetendens [73] dedicandi fani, quod ei rex voverat; ſed Lyco & Orphe, intellecto circa ſororem Caryan Liberi amore, eam cuſtodire coeperunt, ne cum Libero ei eſſet copia coëundi; quas cum Liber pater moneret, terreretque, ut ſaltem praecepta Apollinis cuſtodientes, pertinacem diligentiam compeſcerent, videretque ab his & ſororem acrius cuſtodiri, & ſuum ſecretum ſtudioſius inquiri, Orphen & Lyco, immiſſo furore, ad Taygetam montem raptas in ſaxa convertit. Caryam vero, quam amaverat, in eodem monte in arborem ſui nominis vertit, quae Latine Nux dicitur; quod poſtea Diana ita factum Laconas docuit. Unde templum [74] Caryatidi Dianae a Laconibus conſecratum. Tibi deserit *Hesperus* Oetam. [75] Oeta mons Theſſaliae, in quo Hercules exuſtus eſt [76] volens, poſtquam ſe exuere non potuit tunica, Neſſi Centauri cruore tincta; & poſt in caelum receptus eſt. De hoc monte ſtellae videntur occidere, ſicut de Ida naſci, ut II. Aen. 801. *Jamque jugis ſummae ſurgebat Lucifer Idae.* Et hoc dicit, [77] [*tibi Heſperus deſerit*,] id eſt, [78] propter te nox advenit. [79] [In eodem monte *Heſperus* coli dicitur, qui Hymenaeum, ſpecioſum puerum, amaſſe dicitur; qui Hymenaeus fertur in nuptiis Ariadnes & Liberi patris vocem perdidiſſe cantando, ex cujus nomine nuptiae dictae ſunt.]

VARIORUM.

mus? ſcilicet, nos placituros etiam puellis. nihil horum placet admodum, malim legere *quid nos ſperemus amantes?* Scilicet ſi ille, qui revera illam animo ſuo non amavit, talem puellam nactus eſt, & tam foedus pulchrae puellae placuerit, nihil eſt, quod nos confiſi forma noſtra, & ardenter amantes, in poſterum ſperemus. hoc ſequentia poſtulare videntur. *jungentur Gryphes equis* &c. quibus nullus amor eſt equorum, nec cum illis conſortium intercedit, ſed perpetua pugna. vis eſt in τῷ *amantes*, qua voce negat Mopſum amaſſe Niſam, ſed illum alia parte, forte divitiis, placuiſſe & praelatum. *junguntur* etiam Moreti pr. quod Cerda de partu hybrida capit. *Grifes* Vratiſl. & Leid. *tigres* Parrhaſ. BURM.

27. Sequenti. *Sequente* Leid. C.

28. Ti-

65 patrium Voſſ. Patrimonium L. V. R. O. 66 *Juno* patri V. L. de nucibus in tutela Jovis vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 424. 67 ait L. V. B. Steph. modo. modo ait R. 68 Ludos V. Ludo B. L. R. Voſ. 69 hic ſequebatur, unde & illud dictum eſt: Tibi ducitur uxor, id eſt, ſub tuo &c. B. Voſ. R. & al. & reliqua deſunt ad *tibi deſeris H. O.* 70 reformandam.... op. Dan. deformandam op. alii. 71 Inphiteam Dan. Imphitean. al. 72 Caroea al. & Dan. & ita deinceps. 73 dedicandi... fane Dan. dedicandi quod al. dedicandi fana, Heinſius. 74 Caruſatidi Dan. & al. Vid. Schurtzfl. notitiam Biblioth. Vinarienſ. pag. 117. 75 montem Theſſaliae, in quo ſtellae &c. omiſſis mediis B. Voſ. R. Steph. al. 76 Forte dolens. BURM. 77 deſunt L. Voſ. R. Steph. 78 per Dan. 79 deſunt L. Voſ. R. B.

Digitized by Google

O digno conjuncta viro! dum deſpicis omnis,
Dumque tibi eſt odio mea fiſtula, dumque capellae,
Hirſutumque ſupercilium, promiſſaque barba:

Nec

SERVII.

32. O DIGNO CONJUNCTA VIRO. Jam inſultat puellae. [80] [Ergo ſic pronunciandum, ut habeat contemptum.] VIRO. Mopſo, ruſtico & deformi, qualem tu quaeſiiſti. [81] *dum deſpicis omnes:* & iracunde dicit eam omnes deſpicere, cum ſe ſolum deſpiciat.

33. MEA FISTULA. Cantilena. DUMQUE CAPELLAE. Scilicet, [82] tibi ſunt odio.

34. HIRSUTUMQUE SUPERCILIUM. D. B. Utrum natura, an quod tibi ita videtur? [83] Per incultum corpus oſtendit fortitudinem ſuam. [84] [PROMISSAQUE BARBA. Id eſt, demiſſa.]

PHILARGYRII.

32. O DIGNO CONJUNCTA VIRO. In amatore tria requiruntur, ut ſit formoſus, ut dives, ut bene cantans.

VARIORUM.

28. TIMIDI. *Tumidi* Voſſ. *timidae* Parrhaſ. & Rottend. ſec.

29. INCIDE FACES. In ora codicis, quem habeo, manus viri docti, mihi ignota, ſcripſerat, *incende.* & ita in codice Divionenſi ſe reperiſſe, ſcripſit mihi vir doctiſſimus Franciſcus Odinus, qui hoc melius ſequentibus *ſparge nuces* convenire credebat, quia illa duo in idem tempus melius congruunt; & ſi tempus ante deductionem vellet intelligi, Poëta debuiſſet dicere *decortica nuces.* Sed ne dicam nuces jam nudatas potuiſſe comparari, quum toto anno celebrarentur nuptiae, & decorticare tantum recentibus ab arbore nucibus, eo tempore, quo decutiuntur, poſſet convenire, duas has, diverſis temporum momentis ſolemnitates Poëta disjungere mihi videtur. primo enim monet, ut faces incidat, ut paratae ſint ad deducendam ſponſam, & huic verbo *novas* convenit, quum & veteres incendi poſſint. deinde addit *ducitur uxor*, & hinc progreditur ad *ſparge nuces*, ubi nimirum in domum & thalamum jam ſit deducta: deinde nocte orta, quae tuam in gratiam citius oritur (hoc enim eſt *tibi deſerit heſperus Oetam*) addit, *o digno conjuncta viro.* & ita omnem nuptiarum pompam paucis verbis ordine enumerat. BURM.

30. TIBI. *Jam* Venetus. *Heſper Hoetam* Vratiſl.

32. O DIGNO. *Et digno* Leidenſis alter, *digna* alter Rottendorphius. qui & *cum deſpicis.*

34. PROLIXAQUE BARBA. *Promiſſaque* Mediceus, Mentelianus uterque, Menagianus prior, prior Voſſianus, duo Moretani, Leidenſis primus cum Gudiano, bene. de quo ad Naſonem Triſt. IV. Eleg. II. ℣. 34. curis ſecundis. Plautus Rudente. 2. 3. 46. *Capillum promittam, optimum eſt, incipiamque ariolari.* Hinc *Bellonae comati* Satyrico. nam fanatici Bellonarii, & Matris Magnae ſacerdotes comam alebant, & rotabant inter vaticinandum. Solinus cap. 51. *Indis omnibus promiſſa caeſaries.* Varro Modio, *Quod tum erant in Graecia, coma promiſſa, raſa barba, pallia trahentes.* Giphanius Indice Lucret. in *prolixa*, negat in Mſſ. inveniri, & miratur, unde *promiſſa barba* promanarit. eum vide. *immiſſam barbam* Aeneidos tertio habes, & in Siſenna apud Nonium. & *immittere barbam* in Lucilio. in Livianis codicibus quoque parem ſcripturae diſcrepantiam deprehendit Pierius, cujus exemplaria vulgatam lectionem hoc loco pertinaciter complexa minime ſunt audienda. in Menteliano priore a ſecunda manu *demiſſaque barba.* Sed *promiſſam barbam* Diomedes etiam Grammaticus hoc loco agnoſcit, & *immiſſam* interpretatur libro primo. ſic Aeneidos III. 583. pro *immiſſaque barba* Gudianus liber & Nonius Marcellus, *promiſſaque* agnoſcunt. Plin. lib. VII. Epiſt. 27. *Apparebat idolon, ſenex macie & ſqualore confectus, promiſſa barba, horrenti capillo. Demiſſa barba* Avienus fabula XIII. *Propexa barba* Naſoni non uno loco, ut & Scholiaſtae Juvenalis Satyra IV. ℣. 103. cui *attonſam barbam* illic opponit. Columel. VI. I. *promiſſis ad genua palearibus.* Idem lib. V. cap. 5. *ramos longius promittere*, quod ipſe interpretatur, latius defundere. lib. VII. 3. *venter a-*

rietum

80 deſunt L. Voſ. R. ad *per* 34. in B. ad *incultum:* ad *viro* Steph. 81 *dum deſpicis*, quoniam ipſe deſpicitur, putat omnes deſpici Dan. cui priora VIRO, ſequentia vero *& iracunde* PROLIXAQUE deſunt Steph. 82 tibi dum ſunt, alii. 83 DEMISSAQUE per &c. L. 84 PROMISSAQUE BARBA, demiſſa barba al. demiſſa Steph. deſunt Voſſ. R. Dan.

Nec curare deûm credis mortalia quemquam.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Saepibus in noſtris parvam te roſcida mala
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem.
Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus:

Jam

SERVII.

35. NEC CURARE DEUM CREDIS MORTALIA QUEMQUAM. Superbia tua damnata eſt turpi marito, dum credis nullum deorum curare [85] mortalia. Quam rem ſecundum Stoicos [86] dixit

37. ROSCIDA MALA. Matutini roris humore perfuſa. [87] [Sane unde *Melus* Graece traxerit nomen, fabula talis eſt: *Melus* quidam, in Delo inſula ortus, relicta patria fugit ad inſulam Cyprum, in qua eo tempore Cinyras regnabat, habens filium Adonem: hic *Melum* ſociatum Adoni filio juſſit eſſe: cumque eum videret eſſe indolis bonae, propinquam ſuam dicatam & ipſam Veneri, quae Pelia dicebatur, *Melo* conjunxit: Ex quibus naſcitur *Melus*, quem, propterea quod Venus Adonis amore teneretur, tanquam amati filium inter aras praecepit nutriri. Sed poſtquam Adonis apri ictu extinctus eſt, ſenex *Melus* cum dolorem mortis Adonis ferre non poſſet, laqueo ſe ad arborem ſuſpendens, vitam finit; ex cujus nomine *Melus* appellatus eſt. Pelia autem conjux ejus in ea arbore ſe adpendens necata eſt. Venus, miſericordia eorum mortis ducta, Adoni luctum continuum praeſtitit; *Melum* in pomum ſui nominis vertit: Peliam conjugem ejus in columbam mutavit: [88] *Melum* autem puerum, qui de Cinyrae genere ſolus ſupererat, cum adultum vidiſſet, collecta manu redire ad Delum praecepit. Qui cum ad inſulam perveniſſet, & rerum eſſet ibi potitus, *Melon* condidit civitatem: & cum primus oves tonderi, & veſtem de lanis fieri inſtituiſſet, meruit ut ejus nomine oves μῆλα vocarentur: [89] [Graece enim oves μῆλα appellantur.]

38. DUX EGO VESTER ERAM. Aut dux [90] vos praeibam; aut capellas alloquitur. [91] [CUM MATRE LEGENTEM. Deeſt pronomen, & ideo vel hujus, vel puellae matrem intelligere poſſumus.]

39. ALTER AB UNDECIMO TUM ME JAM CEPERAT ANNUS. Id eſt, tertius decimus: *alter* enim de duobus dicimus: [92] [Ut unus ab undecimo ſit duodecimus: alter, tertius decimus.] Et vult ſignificare [92 *] jam ſe vicinum fuiſſe pubertati, quod de duodecimo anno procedere non poteſt.

VARIORUM.

rietum promiſſus. & lib. VII. 9. *ſues ventre promiſſo*. HEINS. *Promiſſa* etiam Regius.

35. CREDIS. *Credas* quartus Moretanus. & ita Interpres Statii ad lib. III. Theb. 350. ſed *credis* Commentator Horatii Crucquianus lib. I. Od. 34. & I. Sat. v. 102. ſenſus eſt, perfida & perjura ideo es, quia credis deos non punire perjuria. ut ſaepe Poëtae de amantibus loqui ſolent. BURM.

37. SEPIBUS. *Saepibus* Mentelianus uterque, Gudianus, Leidenſis & alii nonnulli. vid. I. Ecl. 54.

Ibid. ROSCIDA MALA. *Roſcida mella* in ſecundo Moretano, quomodo Ecloga quarta, *& durae quercus ſudabunt roſcida mella*. Sed Ecloga tertia quoque habes, *Silveſtri ex arbore lecta Aurea mala*. & Ecloga ſecunda, *Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala*. Vide annotata Georg. IV. ℣. 143. HEINS. In Veneto erat *Theraſida mala*.

39. ALTER AB UNDECIMO. Tertium decimum annum intelligit Servius hic ſignificari; tu potius duodecimum intellige; ea videtur figura, qua illud dictum eſt. V. Ecl. 49. *Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo*. Neque Donatum audias apud Terent. in Andr. I. I. 50. ſuper eo loco, *unus & item alter*, nam & ipſum hallucinari, ſi rem acute perpendes, facile cognoſces. MUSON. *Ab undeno* Leid. vide Caſtal. Decad. III. Obſ. I.

Ibid. TUM ME JAM CEPERAT. *Tum me jam acceperat* Eugraphius in Terentii Andriam Act. I. Sc. I. quomodo Mediceus, priores Mentelianus ac Menagianus cum Moretano primo, & Gudiano & trinis Leidenſibus. ſed nil mutandum. Idem Eugra-

85 mortalia oſtendit * Dan. 86 dixit. mortalis vero. . . Dan. 87 deſunt uſque ad finem notae L. Voſ. R. B. Steph. & al. 88 *malum* Dan. 89 deſunt Dan. 90 deeſt L. Voſ. R. B. Steph. al. 91 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. al. 92 deſunt L. Voſ. R. Dan. 92 * jam cum vicinum Voſ. nam pubertati vicinum ſe fuiſſe ſignif. vult. Steph.

Digitized by Google

Jam fragilis poteram a terra contingere ramos.
Ut vidi, ut perii, ut me malus abſtulit error!
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Nunc ſcio, quid ſit Amor. duris in cotibus illum
Aut Tmaros, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,

Nec

SERVII.

40. [93] [Jam fragiles poteram a terra contingere ramos. Necdum magnos & altos. Et hoc dicit: Tantae altitudinis eram, jam ut poſſem attingere minores, & fragiles adhuc, arboris ramos. Et] bene cum annis [94] conjungit habitum corporis. Nam & [95] in Jure pubertas ex utroque colligitur.

41. Ut vidi, ut perii. [96] [Theocriti eſt III. 42. ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην.] Unum eſt temporis, aliud [97] qualitatis. Nam hoc dicit: *Mox* [98] *ut vidi*, quemadmodum [99] perii: [1] [vel primum *ut* poſtquam, duo ſequentia pro admirandi ſignificatione poſita ſunt.] Malus error. [2] Definitio amoris: [3] [nam amor errare plerunque compellit.]

43. Nunc scio, quid sit amor. Vel quaſi [4] jam juvenis, vel quaſi ſpretus. Gravior enim amor fit [5] [ex deſpectione, vel] ex deſperatione. Terentius Eun. v. IX. 23. *Perii! quanto minus ſpei eſt, tanto magis amo.*

44. Ismarus, aut Rhodope. Montes [6] ſunt aſperrimi, [7] [*Iſmaros* in Epiro, *Rhodope* in Thracia.] Et perite vituperat ab origine: item a geſtis [8] rebus, ut: *Saevus amor docuit.* Nam de exitu circa Deum vituperatio non cadit. Extremi Garamantes. Populi [9] ſunt Africae. Extremi autem, ſaevi, quaſi [10] a conſortio humanitatis remoti: VIII. Aen. 727. *Extremique hominum* [11] *Morini, Rhenuſque bicornis.*

VARIORUM.

graphius *Alterum ab undecimo* interpretatur decimum tertium. HEINS. *Tum me jam acceperat* Regius & Voſſianus a manu ſecunda & Leid. unus. mox *ab terra* Mediceus..

40. Malus error. Vide Heinſ. ad Ovid. I. Amor. x. 9.

43. Nunc scio. Id eſt ſero. vid. Donat. ad Terent. Eun. I. I. 25. BURM.

44. Ismarus aut Rhodope. Servius in duobus apud me codicibus emendatiſſimis, uno literis Longobardicis exarato, altero vetuſtiſſimo, qui fuit Franciſci Philelphi, habet hoc loco, *Aut Iſmarus aut Rhodope*, quo modo ſi legatur, verſus ſtare non poteſt. Quid igitur? expungemusne particulam *aut* primo loco poſitam? mihi certe nullo modo expungenda videtur: nam ex ea particula apparet, Servium ita legiſſe verſum Virgilianum, quomodo jam pridem Petrus Bembus indicavit reperiri in ſuo tunc optimo libro, quem nunc ego domi habeo, tranſlatum ex illius bibliotheca, cum aliquot aliis magni nominis codicibus, Terentio ſcilicet majoribus literis ſcripto, & itidem Virgilio, quem ex Academia Pontani, grandioribus literis exaratum, habuiſſe Bembum dicunt: in eo autem libro, quem ſupra ſignificavi, in quo tantum luſus juveniles cum Bucolicis & parte lib. I. Georgicorum continentur, ita legitur verſus hic Virgilianus, *Aut Tmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes.* Quam lectionem ut veram putemus adducit nos primum libri pervetuſti auctoritas, confirmata praeſertim teſtimonio Servii Manuſcripti, qui fuit olim Angeli Colotii, nunc Bibliothecae Vaticanae, in quo diſerte ſcriptum eſt, *Aut Marus, aut Rhodope.* T. tantum litera ob praecedentem ſimilem a librario praetermiſſa. Deinde illa, quae ad eam lectionem tunc ſtabiliendam Bembus attulit ex Strabone. Quibus nos addimus particulam ter disjungentem inveniri repetitam ſimili modo apud Theocritum in illo verſu, Idyl. VII. 77.

Ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν, ἢ Καύκασον ἐσχατόεντα.

Quem fortaſſe verſum imitatus hoc loco eſt Virgilius.

93 deſunt R. B. Voſ. Dan. 94 jungit B. Steph. Dan. 95 deeſt B. al. nam jure Steph. 96 deſunt B. R. Voſ. Dan. Steph. al. 97 quantitatis L. Voſ. R. a m. pr. 98 deeſt *ut* L. Voſ. R. B. 99 vel qualiter perii Dan. 1 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. 2 diffinitio L. 3 deſunt L. Voſ. R. B. 4 anni L. 5 deſunt L. Voſ. R. B. 6 ſunt Thraciae aſp. B. L. Voſ. R. Steph. 7 deſunt L. Voſ. B. R. Steph. 8 deeſt R. B. Voſ. Dan. 9 deeſt R. Voſ. B. Dan. 10 deeſt L. Voſ. B. vide ad Suet. Tib. XLII. 11 *mori* L.

Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis edunt.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Saevus Amor docuit gnatorum ſanguine matrem
Commaculare manus. crudelis tu quoque, mater;
Crudelis mater magis, an puer inprobus ille?
Inprobus ille puer: crudelis tu quoque, mater.

In-

SERVII.

45. NEC NOSTRI GENERIS PUERUM, NEC SANGUINIS EDUNT. Id eſt, nihil habentem in ſe humanitatis: nam non dicit, non [12] mortalem. [13] [EDUNT. Pariunt, ut in ſeptimo 660. *Sub luminis edidit oras.*]

47. SAEVUS AMOR DOCUIT NATORUM SANGUINE MATREM, &c. Quaſi novam artem inſinuavit, & infudit: & [14] bene fabulam omnibus notam per tranſitum tetigit. Quis enim ignorat Medeam, ab Iaſone contemptam, ſuos filios [15] interemiſſe?

48. [16] [COMMACULARE. Polluere. [CRUDELIS TU QUOQUE MATER. Utitur [17] autem optima moderatione: nam nec totum amori imputat, ne defendat parricidam: nec totum matri, ne amorem eximat [18] culpa; ſed & illam, quae paruit, & illum, qui coëgit, incuſat. [19] [Alii hoc loco cum Amore matrem Venerem culpari volunt: eam enim *crudelem*, quia permittit; illum autem *improbum*, qui ſupra modum noceat; ita ut ad parricidia quoque ſui violentia plures impulerit.]

50. IMPROBUS ILLE PUER: CRUDELIS TU QUOQUE MATER. Non eſt ſuperflua haec verborum iteratio: nam ſyllogiſmus eſt plenus, qui conſtat ex propoſitione, aſſumptione, & concluſione. [20] [Multi ſic diſtinguunt, quia & intentio loquentis ab initio ſic fuit; ut a ſaevitia amoris inciperet; in ſecundo loco accuſaret matrem, ita tamen, ut criminis ejus invidiam crudelitati amoris adſcriberet, & ideo geminandum *ille*, *improbus ille puer*, *crudelis*, & diſtinguendum ita eſt, *crudelis tu quoque mater. Crudelis mater magis*, *an puer improbus*; & diſtingue & ſubjunge, *tu quoque mater.*]

VARIORUM.

lius. *Iſmarus* autem pro *Tmarus*, ut librarii ſcripſerint, fecit tum Virgilii verſus ille, qui ſupra habetur;

Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea,

tum Tmari montis ignoratio, non ita frequenter a ſcriptoribus nominati. URSINUS. Hos Thraciae montes & in Sileno conjunxit. Bembus legit; *aut Tmarus*, *aut Rhodope.* FABRIC. Mediceus, *Aut Maros aut Rhodophe*, pro *Tmaros.* optime. de qua ſcriptura pluribus egi ad Claudiani bellum Geticum initio poëmatis, curis ſecundis, & Aeneidos v. ỿ. 620. Sic apud Solinum primus Scaliger caſtigavit Animadverſis in Euſebianum Chronicon *Dodonis Tmaro celſa eſt*, cum *Iſmaro* prius & illic legeretur, quam emendationem Salmaſius poſtea ſibi arrogavit. in Menteliano utraque eraſa erat vetus ſcriptura: ut pari modo illic quoque lectum fuiſſe ſit veroſimile. In Menagiano *Aut Tmarus*, *aut Rhodope*, ut & in primo Moretano; in Gudiano etiam *Aut Tmarus*, *aut Rhodope*, ſed ita ut literae duae poſteriores manum prae ſe ferant minus antiquam. prius videbatur lectum *Aut marioni.* In margine adſcriptum pro diverſa lectione aeque vetuſta manu, *Iſmarus & Rhodopea.* apud Vibium Sequeſtrum de montibus mendoſe circumfertur, *Steſiarus Moloſſiae*, cum *Tmarus* ſit ſcribendum. Valerius Probus arte Grammatica, ubi agit de deſinentibus in *os*, ut *Mnaſylos*, *Scorpios*, ſimilibuſque, agnoſcit *Iſmaros aut Rhodope.* ſed opinor & apud illum interpolatam eſſe a mala manu genuinam lectionem, ſcribendumque *Aut Tmaros.* Haec chartae mandaveram, cum ſeſe mihi obtulerunt caſtigationes Fulvii Urſini in Servium, qui & in pervetuſto fragmento Virgiliano literis majuſculis exarato, quod Petri Bembi fuerat, *Aut Tmarus* diſer-

tim

12 moralem L. 13 deſunt B. Voſ. R. L. Steph. al. 14 deeſt Dan. 15 peremiſſe L. V. 16 deſunt L. R. V. B. al. 17 deeſt Steph. 18 culpae Dan. Steph. al. 19 deſunt R. B. Voſ. L. Steph. al. 20 deſunt L. B. Vol. R. Steph. al.

Digitized by Google

Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Nunc & ovis ultro fugiat lupus: aurea durae
Mala ferant quercus: narciſſo floreat alnus:
Pinguia corticibus ſudent electra myricae:
Certent & cycnis ululae: ſit Tityrus Orpheus:

Or-

SERVII.

52. Nunc et oves ultro fugiat lupus. Optat omnia fieri contra [21] naturam. [22] [Aurea. Vel ſpecioſa, vel matura, & aurei coloris; ut ſcilicet, quia illa pulcherrima turpiſſimo marito nupſit, quod bene contra naturam videbatur, cum eſſet ipſa honeſta, conſequens ſit, ut ſint & alia contra naturam: ut fugiat lupus oves; ut ferant quercus aurea mala; & reliqua quae dicit.]

54. Pinguia electra. Id eſt, [23] ſuccinae gemmae. [24] [Myricae. Genus arbuſculae viliſſimae, humile, quam tamaricem vulgo dicunt.]

55. Certent et cygnis ululae. Aves, *ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν*, id eſt, a fletu, nominatae, [25] [quas vulgo [26] *ulucos* vocant.] Sit Tityrus Orpheus. Viliſſimus ruſticus [27] *Orpheus* putetur in ſylvis; *Arion* [28] vero inter delphinas. [29] [Hic *Arion*, Lesbius, citharoedus optimus fuit: qui cum [30] a Periandro rege Corinthiorum petiſſet, ut ſibi liceret peragrare alias civitates; permiſſu ejus per multa oppida, collectis beneficio cantilenae opibus, Corinthum petere coepit; in cujus necem cum nautae & ſervuli conjuraſſent, Apollo eum in ſomnis monuit, citharoedi habitu [31] accepto canens cithara, ut vitaret inſidias, auxilium ei non defuturum promittens; in quem cum conjuratorum manus involaſſet, petit ab eis Arion, ut ſibi cithara canere liceret; quod cum ab illis [32] permiſſum eſſet, ad ejus cantilenam convenere delphines. Is ubi ſomnio fidem factam vidit, in mare ſe praecipitavit, & exceptus ab uno delphine, ad [33] Taenarum, Laconicae promontorium, provectus eſt; ibique ad memoriam caſuum ſuorum in templo Apollinis, delphini ſigno [34] inſidentem ſe cum cithara, poſuit. Exinde Corinthum petiit, & univerſa narravit. In tempore autem hoc etiam navis, in qua navigaverat, cum inſidiatoribus ſupervenit; quos cum rex de Arione requiſiſſet, [35] illique eum mortuum mentirentur, produci Arionem juſſit, [[36] Ipſos autem cruci adfigi:] ſed Apollo, tam delphinum, quam citharam ob amorem Arionis, inter ſydera collocavit.]

VARIORUM.

tim exhiberi, & in Serviano codice admodum antiquo *Aut Marus* legi adſeverat. Sed & ipſe Bembus in Dialogo de Virgilii Culice, & Terentii fabulis ad Herculem Strozzam conſcripto de iſta codicis ſui lectione jam admonuerat lectorem. Vetus Scholiaſtes Horatii ode prima libri primi vulgatam exhibet ſcripturam Sed ejus apud me non eſt magna auctoritas. HEINS. Vid. Sabin. ad lib. v. Aeneid. 620.

45. Nostri generis. *Generis noſtri* ex ſcriptis omnibus. HEINS. *Puerum, aut ſanguini* Leid. *Veſtri puerum aut ſanguini*. Leidenſ. alter.

49. An puer improbus. *An pater improbus ille, Improbus ille pater*, ut de Iaſone intelligatur, malebat Meurſius ad Lycophronem, probante Schotto II. Obſervat. cap. 18. ego matrem Venerem & puerum Cupidinem intelligere malim. ut Schol. Horat. ad lib. I. Od. 19. BURM.

52. Nunc

21 naturam. ut ſcilicet quia illa pulcherrima: omiſſis mediis al. 22 deſunt R. Voſ. L. B. al. 23 ſuccina gemma legit Urſinus. 24 deſunt Voſ. B. L. *myricae*, arbuſta viliſſima Steph. al. 25 deſunt ad 56. B. L. R. al. 26 Alucos legit Voſſius ad Catul. pag. 90. 27 Orpheus ſcilicet Steph. al. 28 deeſt Dan. al. 29 Arion (hic L.) Lesbius (Lesbus V. Leſpius B.) citharoedus optimus fuit, qui cum a Tarento Corinthum cum multis opibus peteret, & videret ſibi in mari tendi a nautis inſidias, petiit, ut cythara paululum caneret: ad cujus ſonum cum Delphini conveniſſent, excuſſit ſe ſupra unum, & ita imminens vitavit periculum R. Voſſ. L. V. B. Steph. a Tarento Corynthon. V. cum Tarento V. vid. Muncker. ad Hygin. fab. CXCIV. ſed haec omnia deſunt ad finem notae L. V. Voſ. R. praeter quae mox citantur. 30 Pyrantho Dan. lege Periandro. vid. Gell. XVI. 19. Tzetz. I. Chil. 17. pro vulgato tamen Hyginus fab. CXCIV. & Scholiaſtes Germanici VOSSIUS. 31 arrepto al. 32 promiſſum Dan. 33 Athenarum Dan. Laconiae al. 34 inſedentem al. ſignum inſidentem. Dan. 35 illi Dan. 36 deſunt Dan.

Digitized by Google

Orpheus in ſylvis, inter Delphinas Arion.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.
Omnia vel medium fiant mare: vivite ſilvae.
Praeceps aërii ſpecula de montis in undas
Deferar. extremum hoc munus morientis habeto.
Deſine, Maenalios jam deſine, tibia, verſus.
Haec Damon: vos, quae reſponderit Alpheſiboeus,
Dicite, Pierides. non omnia poſſumus omnes.

A. Effer

SERVII.

56. DELPHINAS. *Nas*, ideo brevis eſt, quia Graeca declinatio eſt, ſicut x. Aen. 397. *Arcadas accenſos monitu.* Nam omnia Graeca nomina, quae [36] * nominativo plurali ES [37] terminant, ut *Arcades*, *delphines*, *Najades*, accuſativum pluralem corripiunt.

58. OMNIA VEL MEDIUM FIANT MARE. [38] [Aut, omnis terra operiatur fluctibus maximis, [39] [ut nihil ſit niſi mare,] aut medium [40] χάος: optat enim confuſionem omnium elementorum.] VIVITE SYLVAE. Valete: [41] non enim bene optantis eſt, ſed renuntiantis.

59. PRAECEPS AERII SPECULA, &c. [42] [Ordo eſt: Praeceps deferar in undas de ſpecula aërii montis. Quidam hoc ideo dictum putant, quod apud Leucaten ſoliti erant ſe praecipitare, qui aut ſuos parentes invenire cupiebant, aut amari ab his deſiderabant, quos amabant.]

60. EXTREMUM HOC MUNUS MORIENTIS HABETO. Id eſt, moriar in invidiam tuam: nam amarè ait MUNUS. [43] Mezentius x. Aen. 881. *Et haec tibi porto Dona prius:* [44] [vel, extremum hoc munus meum habeto, quod morior.]

62. [45] [HAEC DAMON. [46] Deeſt, dixit, [47] vel cecinit.]

63. DICITE, PIERIDES. Bene animos erigit auditorum, dicendo: Superiora utcunque dicta ſunt; ſequentia, non niſi a numinibus [48] potuerunt explanari. Sane [49] ita debemus accipere paſtores [50] hoc referre, [51] quod aliquando in Arcadia [52] audierunt. Unde & ſuperius ait: *Incipe Maenalios mecum, mea tibia, verſus.* [[53] Id eſt, Arcadios.] NON OMNIA POSSUMUS OMNES. Sic Cicero pro Muraen. 22. *Unum ſuſtinere vix pauci poſſunt: utrumque nemo.*

VARIORUM.

52. NUNC ET OVIS. *Nunc ad oves ultro fugiat lupus* Zulichemius, quod etiam non ineptam ſententiam facit, ut ſibi tutum refugium quaerat apud oves, infenſiſſimus earum hoſtis, ubi a paſtoribus & canibus interficiatur. Sed ſequamur ſcriptos. *ut oves ultro fugit* Venetus. mox *mala ferent* fragm. Moreti. BURM.

54. SUDENT. *Fundent* Moreti unus.

55. CERTENT ET. *Et certent* Zulichemius.

56. DELPHINAS. *Delphines* Zulichemius. *Orion* duo Leidenſes & Menagianus alter, & a manu prima Mediceus.

58. FIANT. *Fiat* Mediceus & Leidenſis ſecundus a manu prima, ut & Gudianus. Sed *fiaut* legit Donat. ad Terent. Andr. IV. II. 12. & Adelph. V. III. 4. BURM.

59. AERII SPECULA DE MONTIS. Vid. quae Tollius notat ad Auſon. Cupid. Cruc. ỷ. 24. in Ciri ỷ. 301. *Praeceps aëriis ſpecula de montibus iſſem.* vel ut Scaliger *de montis abiſſem*, qui hic legit, *in altum deferar*. BURM.

61. JAM DESINE. *Mecum mea* Voſſianus alter a manu prima.

64. EF-

36 * nominativum pluralem in es. Steph. al. nominativo plures B. 37 terminantur Voſſ. R. B. 38 medium fiat, id eſt, ut nihil ſit, niſi mare, hoc eſt, diluvium fiat medium, optat enim confuſionem elementorum Dan. deſunt B. L. R. Voſ. ad *vivite*. 39 deſunt Steph. 40 deeſt Steph. al. 41 nam non L. B. Voſ. R. Steph. al. 42 In Steph. Dan. prima part. deerat, ſed a *quidam* reliqua erant in L. R. Voſ. B. omnia aberant ad ỷ. 60. 43 ſic Mez. B. Steph. Dan. 44 deſunt L. R. Voſ. & Steph. al. 45 deeſt tota nota L. R. Voſ. 46 ſubaudi dixit Steph. 47 deeſt Dan. 48 poterunt explicari Steph. Dan. poterint B. 49 id Steph. al. 50 hos Steph. Dan. B. & Voſ. al. 51 quid Dan. R. Voſ. al. 52 audierint Dan. 53 deſunt L. R. Voſ B.

A. Effer aquam, & molli cinge haec altaria vitta:
Verbenaſque adole pinguis & maſcula tura:
Conjugis ut magicis ſanos avertere ſacris
Experiar ſenſus. nihil hîc niſi carmina deſunt.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Carmina vel coelo poſſunt deducere Lunam:
Carminibus Circe ſocios mutavit Ulixi:

Fri-

SERVII.

64. [54] [Effer aquam. Hic inducit mulierem ſacris quibuſdam pervertentem mentem amatoris, a quo ſpernebatur. [55] Molli vitta. Lanea ſcilicet.

65. Verbenasque. *Verbenae* dicuntur virgulta, quae ſemper virent, jocundi odoris: alii verbenas *virgulta* religioni apta: alii proprie olivarum ramos; nam ideo & *pingues* ait; quamvis hoc & de palma & de lauro dici poſſit: alii rorem marinum dicunt; omnia tamen haec a viriditate *verbenae* appellantur.] Adole. Incende; ſed κατ' εὐφημισμὸν dicitur: nam *adole* eſt auge. [56] [Pingues. Florentes, virentes. Mascula Thura. Quae in modum teſticulorum ſunt.

66. Conjugis. Apud Theocritum non conjugis, ſed alieni adoleſcentuli perſona ſubeſt, ſicut ſupra dictum eſt. Sanos sensus. [57] [Qui modo ſani ſunt, id eſt,] non amantes. Unde [58] contra amantes inſanos vocamus. [59] [Magicis sacris. Quibus alienantur animi quadam violentia ab his, qui eorum uſum habent.] [60] Avertere autem, a ſanitate mutare: aut *avertere* ait, [61] *pervertere*, ut ſit mutata praepoſitio: [62] [aut certe in me convertere.]

67. [63] Experiar. Coner, probem, incipiam. Sensus. Hoc eſt, animum, ex quo ſenſus noſtri ſunt [64] cerebri. Nihil hic. Figuratum eſt *hic*. Desunt. Quia abſunt. Nihil hic nisi carmina desunt. Tanquam omnibus, quae imperaverat paratis, carmina ſola [65] magica deeſſe dicit; nam hoc ſequitur: *Ducite ab urbe domum, mea carmina.*

68. Ducite. Pro adducite. Daphnin. Hunc Daphnin pulcherrimum inter paſtores, & ephebum & ab omnibus amatum foeminis, ſicut ſupra dictum eſt, multi ſcriptores adſerunt; cujus mentionem Virgilius, peritus antiquitatis, non incaſſum locis plurimis facit. Hunc igitur cum Nympha Nomia amaret, & ille eam ſperneret, & Chimaeram potius ſequeretur, ab irata Nympha amatrice luminibus orbatus eſt, deinde in lapidem verſus: nam apud [66] Cephalenitanum oppidum, ſaxum dicitur eſſe, quod formam hominis oſtendat. Alii hunc Daphnin Pipleam amaſſe dicunt, quam cum a praedonibus raptam Daphnis per totum orbem quaeſiſſet, inveniſſetque in [67] Phrygia apud Lytierſem regem ſervientem, qui hac lege in advenas ſaeviebat, ut cum multas ſegetes haberet, peregrinos advenientes ſecum metere faceret, victoſque juberet occidi. Sed Hercules miſeratus Daphnidis, venit ad regem, & audita conditione certaminis, falcem ad metendum accepit, eaque regi caput amputavit: ita Daphnin a periculo liberavit, & ei Pipleam, quam alii Italiam dicunt, reddidit; quibus dotis nomine aulam quoque regiam condonavit, ferali ſopito metendi [67] * carmine.

69. Carmina vel coelo possunt deducere Lunam. *Vel*, id eſt, etiam, ut IX. Aen. 259. *Vel Priamo miſeranda manus.* Eſt autem argumentum a majore ad minus: Si haec poſſunt facere carmina, cur non etiam facilia [68] impleantur? quid [69] enim facilius, quam ut Daphnis ex urbe [70] rus redeat, [71] & civitatem deſerat ruſticus? [72] [Et bene potentiam carminum narrat, quae pro ea vel fieri poſſint, vel facta ſint.]

71. Fri-

54 deſunt L. B. R. Voſ. ad *adole*. 55 hinc deeſt ad *ſanos* a'. Edd. uſque ad *adole* L. Steph. 56 deſunt uſque ad 66. *ſanos* L. B. R. Voſ. Steph. al. 57 deſunt B L. R. Voſ. Steph. al. 58 e contra Dan. al. 59 deſunt L. B. R. Voſ. al. 60 avertere autem a ſanitate avertere, aut pro advertere, ut ſit R. avertere autem ſanitate aut avertere, aut pro advertere Voſ. 61 pro convertere Steph. al. pro advertere L. V. 62 deſunt L. B. Steph. 63 deſunt uſque ad vſ. 69. B. L. ad *carmina*, & a *ſenſus* uſque ad 69. Steph. al. 64 crebri al. 65 deeſt Dan. 66 Cephalaeditanum Dan. & al. Caphaleditanum al. 67 Heinſius ex Hygino legebat *Illyria*, & mox *vinctoſque i. occidi*. 67 * Cl. Dorvilius credebat *certamine* legendum. 68 impleant V. Voſ. R. B. 69 etiam V. Voſ. R. & B. quam Daphnis. V. 70 deeſt B. 71 ut Voſ. B. Steph. Dan. al. V. 72 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. al.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Terna tibi haec primum triplici diverſa colore

Li-

SERVII.

71. FRIGIDUS. Nocens, ut I. Georg. 336. *Frigida Saturni quo ſeſe ſtella receptet.* CANTANDO. Dum ei [73] incantatur: nam [74] gerundivus modus ab omni verbo ſimiliter procreatur. Unde modo CANTANDO a paſſivo ait, cum ſupra [75] ab activo dixerit, ut: *Cantando tu illum?* Tale eſt illud in Salluſtio: Jugurt. 66. *Cum ipſe ad imperandum* [76] *Tiſidium vocaretur.* Id eſt, [77] ei imperaretur. [78] [Sane veteres *cantare* de magico carmine dicebant: unde & *excantare*, eſt magicis carminibus obligare: Plautus in Bacchidibus: in Fragm. *Nam tu quidem cuivis excantare cor facile potes.*]

73. [[79] TERNA. Tria: id eſt, tria alba, tria roſea, & tria nigra.] LICIA CIRCUMDO. Bene utitur liciis, quae ita ſtamen implicant, ut haec [80] adoleſcentis mentem implicare contendit.

VARIORUM.

64. EFFER AQUAM. *Et fer aquam* Gudianus. *Affer* fragmentum Moreti. HEINS. *Affer* etiam Zulichemii codex. ita apud Ovid. II. Faſt. 250. *Et tenuem vivis fontibus adfer aquam.* & centies haec cognata verba *efferre*, *adferre*, *auferre* commutata deprehendi. vid. ad Ovid. I. Faſt. 528. & quae ibi adduxi alia loca: & ad Valer. Flac. VII. 46. & apud Noſtrum V. Aeneid. 359. quia vero hic de ſacrificio agitur, ad quae aqua viva e fonte vel fluvio peti ſoleret, neſcio an non *adfer* praeſtet, cum *effer* notet de domo pete. ut vidimus ad Suetonii Neronem cap. XLIX. & ut apud Noſtrum II. Aen. 297. ubi etiam varia lectio in *effert*. Et *affer* praeſtare docet infr. verſus 101. *Fer cineres, Amarylli, foras*: ita ut neceſſaria ad magica ſacra, prius *adferre* vel *inferre* in locum deſtinatum ſacris debuerit, & deinde luſtramina *efferre*. Amarillida alloqui notat Gloſſa Regii Codicis. BURM.

66. AVERTERE SACRIS. *Avertere ſenſus experiar ſacris* quartus Moretanus & Parrhaſ. *& magicis* primus Moreti.

67. NIHIL HIC. In Servii nota *figuratum* eſſe dicitur. an *hic* forte pro huic ſacro? Sed rectius figuratum dici poſſe puto, quia *deſunt* pro *deeſt* ponitur. pro *nihil deeſt*, *niſi carmina*. ita Quinctil. Ecl. XII. 17. *Nihil gravius*, *niſi ſpes*, *torquent.* vide ad Ovid. XIV. Met. 396. *Nihil niſi carmina* Venetus. recte vero Servius omnia parata eſſe magicis ſacris, & nihil deeſſe niſi carmina, quae ſemper comitabantur illa, & quae efficaciſſima & potentiſſima erant. vid. ad Val. Flac. VI. 440 & paſſim *magica carmina*, & *murmura*, occurrunt. vid. quae notamus ad Ovid. X. Met. 198. *Praecantationes* etiam vocant. de quibus Salmaſ. Exer. Plin. p. 247. BURM.

69. CARMINA VEL. *Carmina e caelo* Giphanius ex ſcriptis ad Lucret. p. 463. Schol. Statii I. Theb. 104. *Carmina vel lunam caelo deducere poſſunt.* HEINS.

70. SOCIOS MUTAVIT ULYSSEI. In optimo Mediceo, & Menteliano *Ulixi*; *Ulixem* eſſe in omnibus vetuſtis membranis tam Maronis, quam aliorum Latinae Linguae auctorum, mira conſtantia agnoſco, qui in vulgatis exemplaribus eſt *Ulyſſes*. Nec dubito ſic appellatum ipſis Romanis heroëm Homericum. Locus eſt inſignis Plutarchi in Marcelli vita, Κράνη χαλκᾶ τὰ μὲν ἔχοντα Μηριόνου, τὰ δὲ Οὐλίξου, τουτέστιν Ὀδυσσέως. Agit Plutarchus de Enguio oppido Siciliae pervetuſto, ubi in templo quodam haſtae galeaeque Merionis ac Ulyſſis exſtiterint antiquitus, ab iis ipſis, ut ferebat fama, dedicatae. Hauſit narrationem ille haud dubie ex ſcriptore nonnemine Romano, cujus verba religioſe hoc loco exprimenda ſibi propoſuit, quamquam nec defuere, qui Siculorum originem a Romanis deducerent, teſte Varrone libro primo de L. L. quod autem Latinis pro *Achilleus* & *Ulixeus*, *Achilles* & *Ulixes* effertur, Dorum id exemplo faciunt, apud quos Ὄρφης. Τύδης, pro Ὀρφεύς, Τυδεύς, ſimiliaque, de quibus Priſcianus libro ſexto. Caeterum Chariſius, ubi agit de Analogia, *Hercules*, *Herculi*, *Ulixes Ulixi*, ex Plinio obſervat, *Chryſes Chryſi*, *Euripides*

73 incantaretur V. 74 Gerundi V. 75 deeſt Dan. 76 *Titidium* L. *Teſidium* V. 77 ut ei L. V. Steph. 78 deſunt B. L. Steph. 79 deſunt L. R. B. Voſſ. Steph. al. 80 deeſt V.

Digitized by Google

Licia circumdo, terque haec altaria circum
Effigiem duco. numero deus inpare gaudet.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Necte

SERVII.

75. Effigiem duco. [81] [Amatoris dicit effigiem.] Sic Dido iv. Aen. 504. *Effigiemque thoro locat, haud ignara futuri.* [82] [Hoc faciunt malefici; hoc eſt, effigiem amatoris circumferunt; unam ex lino, aliam ex luto, tertiam ex cera.] Numero deus impare gaudet. Aut [83] quicumque ſuperorum, [84] [juxta Pythagoreos, qui ternarium numerum perfectum ſummo Deo aſſignant, a quo initium, & medium, & finis eſt:] aut [85] revera Hecaten dicit, cujus triplex poteſtas eſſe perhibetur: unde eſt iv. Aen. 511. *Tria virginis ora Dianae:* [86] [quamvis omnium prope deorum poteſtas triplici ſigno oſtendatur; ut Jovis trifidum fulmen; Neptuni tridens; Plutonis canis triceps. Apollo, idem Sol, idem Liber: vel quod omnia ternario numero continentur, ut Parcae, Furiae; Hercules etiam trinoctio conceptus: Muſae [87] ternae: Aut *impare*, quemadmodumcumque: nam ſeptem chordae, ſeptem planetae, ſeptem dies nominibus deorum, ſeptem ſtellae in Septentrione, & multa his ſimilia: & impar numerus immortalis, quia dividi integer non poteſt; par numerus mortalis, quia dividi poteſt; licet Varro dicat Pythagoreos putare imparem numerum habere finem, parem eſſe infinitum; ideo medendi cauſa multarumque rerum impares numeros ſervari: nam, ut ſupra dictum eſt, ſuperi dii impari, inferi pari gaudent.] Impare, autem propter metrum ait: nam *ab hoc* [88] *impari* dicimus.

VARIORUM.

des Euripidi, ex ipſo etiam Marone *acris Oronti* & *fortis Achati*, cum *fortis Achatae* Aeneidos primo in ſcriptis editiſque nunc circumferatur exemplaribus. Certe apud Maronem *Ulixi* & *Achilli*, ſeu *Ulixei* & *Achillei* anceps eſt ſcriptura, cum utrumque ab illo triſyllabum enuncietur. *Ulixei* tamen & *Achillei* tetraſyllabum in Horatio occurrit. quomodo *Muſa Simonidei* quinque ſyllabarum apud Auſonium a Graeco Σιμωνιδής. apud Phaedrum in fabellis bis terve *Simonidis* ſecundo caſu effertur, ubi opinor *Simonidi* reponi oportere. In vetuſto codice Dictyos Cretenſis, quem poſſideo, frequenter *Ulixi* ſecundo caſu exaratum offendi. Praeterea Cledonius Arte Grammatica: *Polydeuces Graece, Latine Pollux, Odyſſeus Graece, Latine Ulixes, quae notha appellantur.* ita corrigendum. Nec magis id mirum, quam quod ab Ἀσκληπιὸς Aeſculapius, ab Ἡρακλῆς Hercules derivatur, a Πολυδεύκης Polluces, quomodo veteres dixiſſe pro Pollux ex Varrone de l. l. & Plauto manifeſtum eſt: a Περσεφόνη *Proſerpina*, a Λητὼ vel Λατὼ Latona. Chariſius Inſtitutionum Grammaticarum libro i, *Achilleus Achillei, Ulixeus Ulixei. ſed quidam dicunt Achilles Achilli, Ulixes Ulixi.* Sic ſcribendum. confirmat alius Chariſii locus ex eodem libro, *Inveniuntur apud veteres quae ſine ratione genitivum faciunt per i, ut apud Salluſtium in primo Hiſtoriarum, Bellum Perſi Macedonicum. item apud Virgilium, immitis Achilli. & alio loco, pellacis Ulixi. nam ſi eſſet nominativus Latinus Achilleus, merito faceret Achillei, ut Euriſtheus, Euriſthei.* quibus locis male *Achillei* & *Ulyſſei* circumfertur. HEINS. *Mutabit* Gudianus. *Ulixes* Leidenſis. plurimi, *Ulixis*.

71. Pratis. *Campis* Zulichemianus. *pratis* agnoſcit Nonius in *frigidus*, qui & *venenatum* interpretatur. *nocens* eſt Lutat. ad Stat. i. Theb. 305. ſic iii. Ecl. 93. *frigidus anguis*. BURM.

73. Terna tibi. Ante hunc verſum Menagian. prior duos inſerit infra ℣. 105. occurrentes, *Aſpice corripuit* &c. idem hic habet *triplice diverſa colore*. Donatus ad Terent. Andr. v. iv. 8. *Triplici circumdata filo Licia*, producit. BURM.

76. Ducite Daphnin. *Daphnim* Mediceus paſſim hac ecloga, & alii vetuſtiores. Sic *Moerim* bis terve habebis Ecloga ſubſequente. HEINS.

77. No-

81 deſunt B. Dan. qui duco, ut effigiem. 82 deſunt L. B Voſ. Steph. al. 83 quemcumque R. Steph. Dan. 84 deſunt B. L. R. Voſ. & Steph. 85 deeſt V. L. B. Steph. al. 86 deſunt uſque ad *Impare* R. Voſ. L. *ad nam ut ſupra* Steph. al. 87 Heinſius legebat, ter ternae. 88 pari L.

Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores:
Necte, Amarylli, modo: &, Veneris, dic, vincula necto.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Limus ut hic dureſcit, & haec ut cera liqueſcit
Uno eodemque igni; ſic noſtro Daphnis amore.
Sparge molam, & fragilis incende bitumine lauros.

Da-

SERVII.

77. [89] [NECTE. Conjunge, ut ita implicetur mens amatoris, ſicut implicantur & connectuntur illi colores invicem. TRIBUS NODIS. [90] Alligationibus. Ternos lanae colores.

78. AMARYLLI. [91] [Vocativus Graecus.] Haec [92] Amaryllis [93] ei [94] eſt, quam [95] σύμμικτον dicunt. VENERIS, DIC, VINCULA NECTO. Anapaeſticus eſt trimeter [96] hypercatalecticus: [97] [ideo, quia una ſupereſt ſyllaba.] Hoc autem metrum eſt Cupidini conſecratum.

80. [98] [LIMUS UT HIC DURESCIT. Se de limo facit, Daphnidem de cera. Fecerat illa duas imagines; alteram ex limo, qui ex igne fit durior: alteram ex cera, quae igne ſolvitur; ut videlicet mens amatoris ita dureſceret ad illam, quam tunc amabat, omneſque alias, ſicut ad ignem limus: & ad ſe ita molliretur & ſolveretur amore, ut cera ad ignem liqueſcat.

81. SIC NOSTRO DAPHNIS AMORE. [99] Subaudi, dureſcat & liqueſcat: ut ſcilicet, quam appetit deſerens, me potius amet.]

82. SPARGE MOLAM. Far & ſalem. [1] [Hoc nomen de ſacris tractum eſt: far enim pium, id eſt, *mola caſta*, *ſalſa* (utrumque enim idem ſignificat) ita fit: virgines Veſtales tres [2] maximae ex Nonis Majis ad pridie Idus Majas, alternis diebus ſpicas adoreas in [3] corbibus meſſuariis ponunt; eaſque ſpicas ipſae virgines torrent, pinſunt, molunt, atque ita molitum condunt. Ex eo farre virgines ter in anno molam faciunt; Lupercalibus, Veſtalibus, Idibus Septembribus; adjecto ſale cocto, & ſale duro. Igitur quod in ſacris *mola caſta* dicitur, [4] ideo Virgilius in quinto Aeneidis *farre pio* enuntiavit: quid enim eſt pium niſi caſtum? quoniam piare eſt propitiare, quod accidere non poteſt niſi caſte inſervitum erit rebus ſacris. Hic autem dicendo *aſperge molam*, rem ipſam proprio nomine memoravit: unde in ſecundo Aeneidis 133. *& ſalſae* [5] *fruges:* & in quarto, 517. *Ipſam molam.*] ET FRAGILES INCENDE BITUMINE LAUROS. Id eſt, lauros [6] divino igne conſume: nam *bitumen* ex fulmine dicitur procreari: unde juxta [7] Babyloniam, quia [8] ibi frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundant: adeo ut inde [9] fabricaſſe muros Semiramis dicatur. [10] (Et bene quod conglutinat & ardet, ad veneficium adſumitur, ut glutinetur & ardeat ad amorem maritus.)

PHILARGYRII.

77. NECTE TRIBUS NODIS. Metrum anapaeſticum in honorem Cupidinis dicitur conſecratum.

VARIORUM.

77. NODIS. Plinius lib. XXVIII. cap. 4. *Inguinibus medentur aliqui, licium telae detractum alligantes novenis ſeptenisve nodis.* HEINS. *Trinos* Venetus. *tribus natis ternos* Leidenſis alter.

78. NECTE, AMARYLLI, MODO. Qui putant ex Servii ſententia totum hunc verſum Anapaeſticum dici, tota errant via. Servius enim tantum de poſteriore parte verſus loquitur, ut lib. III. Aeneid. 129. *Cretam proavoſque petamus.* cum Servio facit Diomedes lib. III. ubi docet, *ſua jam promiſſa repoſci*, eſſe trimetrum Anapaeſticum Hypercatalecticum. MUSON. Sunt qui magna contentione defendunt lectionem novam & inſolentem. *Necte*,

Ama-

89 deſunt uſque ad *haec Amaryllis* L. Voſ. R. B. 90 deeſt Dan. 91 deſunt Steph. Dan. 92 Amarylla Dan. L. V. Voſ. B. 93 ejus quam Graeci B. ejus eſt Dan. 94 eſt deeſt R. eſt ea Steph. 95 *συμμίκτα* al. *σύμμικτον* al. 96 Hypercatalectus Dan. 97 deſunt R. B L. Dan. Steph. 98 deſunt uſque ad 82. L. Voſ. B. R. in Steph. ad *fecerat.* 99 deeſt Dan. 1 deſunt uſque ad *Et fragiles* B. L. Steph. al. 2 maximas, Schedae Briſſonii. 3 cornibus Dan. & Sched Briſ. ſed in marg. corbibus. 4 Heinſius legebat, id. 5 *frugis* Dan. 6 divinos B. 7 Babylonam L. 8 deeſt B. Voſ. R. Dan. Steph. 9 fabricent muros. Et bene Dan. refabricent Lacus L. V. Voſ. R. B. 10 deſunt B. L. R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Daphnis me malus urit: ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Talis amor Daphnim, qualis, quum feſſa juvencum
Per nemora atque altos quaerendo bucula lucos
Propter aquae rivum viridi procumbit in ulva
Perdita, nec ſerae meminit decedere nocti:

Ta-

SERVII.

83. In daphnide laurum. Aut Archaiſmos eſt, pro in [11] *Daphniden:* aut intelligamus ſupra Daphnidis effigiem, [12] eam laurum incendere, propter [13] nominis ſimilitudinem.

86. [14] Bucula. Bovis eſt diminutio. Sane *Bos* anomalum nomen eſt: nam hic *bos*, & o *bos* producit: ſicut *bis* [15] *bubus*, & *ab bis bubus*. Nam reliqui omnes caſus brevem habent ſyllabam primam.

87. Propter. Juxta. Perdita. Amore conſumpta.

88. [16] [Serae meminit decedere nocti. Id eſt, tenebrae illam occupant.]

VARIORUM

Amarylli, nodos. Novam dico, quia in codicibus nullis reperitur: inſolentem, quia numerum inuſitatum habet, quem alioquin tamen modis Anapaeſticis Veneri ſacrum, ut eum, qui ex Bacchio, Cybelae dicatum ferunt. Quod ſi quem illa ſententia delectat, nihilominus in communi lectione, una demta ſyllaba, modulatio Anapaeſtica ineſt.

vv—vv—vv— *Amarylli mod'. & Veneris dic vincula necto.*

Omnino enim talis, cujusmodi is, quem Alcmanium trimetrum catalectum, in Centimetro Servius nominat, & hoc exemplum apponit: *Date Pierides mihi carmen Dactyliorum*; facilis enim permutatio Hexametri in carmen Anapaeſtum. FABRIC. Neſcio quid ſibi velint homines eruditi, qui *nodos* hic reponunt. Vulgatam ſcripturam codices noſtri agnoſcunt omnes. niſi quod in Moretani quarti ora annotatum recentiore manu, *alii nodo, & recte.* HEINS. *Modos* Zulichem.

80. Haec ut. *Haec ubi* Venetus.

82. Lauros. *Laurus* Mediceus. & ita variant fere ubique. vid. ſup. ỷ. 13. & vii. Aen. 135. BURM.

83. Daphnis me malus urit. *Me male urit* in altero Rottendorphiano. quales hiatus Maroni perquam familiares, ut diximus cum alibi, tum Ecloga ii. ỷ. 53. ſed aliter hunc locum agnoſcit Probus in Arte Grammatica, qui vulgatis codicibus aſſentitur. HEINS.

Ibid. In Daphnide. Pro *in Daphnidem*, ut Servius. vid. ad Quinctil. xv. Declam. 6. & ad Ovid. ix. Met. 274. vel potius *in Daphnide*, eſt in imagine Daphnidis cerea. Ovid. ii. Met. 362. *Noſtrum laniatur in arbore corpus.* viii. 5. 15. *abſens flamma Meleagros in illa Uritur.* ubi vide notas. poſſet & hypallage eſſe: in hac lauro, uro Daphnidem. male Vondelius in Daphnidis nomine reddit. BURM.

86. Altos. *Alta* Venetus.

87. Procumbit in herba. *In ulva* omnes noſtri, uno Moretano excepto, non *herba*. niſi quod Gudianus *viridi concumbit in ulva. procumbit* tamen margini pro diverſa lectione adſcriptum. HEINS. *Conſedit in herba* in uno Heinſii. ſimilis diverſitas apud Ovid. i. Faſt. 200. *in umbra* Ed. Venet. BURM.

88. Serae. *Sera m. d. nocte* quartus Moreti & alius Heinſii. *noctis* Fragm. Moret. an *ſero noctis*, ut ita *ſerum diei* Tacitus ii. Ann. 21. & iii. Hiſt. 82. ubi alii *ſerus dies.* & ita alii plures. *diſcedere* Menag. & Rottend. alter. quae ſolemnis diverſitas vulgata eſt apud Macrob. vi. Sat. 2. vid. ii. Eclog. 67. & alibi. BURM.

92. Pi-

11 Daphnidem al. 12 eum al. 13 numinis V. L. Voſ. R. B. 14 Bocula B. 15 *Bobus bubus* bis L. al. 16 deſunt B. L. R. Voſ. Steph. al.

Talis amor teneat, nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara ſui: quae nunc ego limine in ipſo,
Terra, tibi mando. debent haec pignora Daphnim.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Has herbas, atque haec Ponto mihi lecta venena,
Ipſe dedit Moeris. naſcuntur plurima Ponto.
His ego ſaepe lupum fieri, & ſe condere ſilvis
Moerim, ſaepe animas imis excire ſepulcris,
Atque ſatas alio vidi traducere meſſis.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Fer cineres, Amarylli, foras: rivoque fluenti,
Tranſque caput jace: ne reſpexeris. his ego Daphnim

Ad-

SERVII.

89. NEC SIT MIHI CURA MEDERI. Aut nolim ei magicis artibus ſubvenire: aut nolim cum ipſo concumbere: ab utroque enim medicina amantibus venit: [17] [& *mederi* pro medendi.]

91. PERFIDUS. Nunc ſcilicet perfidus.

92. LIMINE IN IPSO. [18] In loco ſacro, ſicut ſupra [19] diximus, Veſtae: [20] [nam Terra ipſa dicitur, quae & *Veſta*. Veneficium autem ita adminiſtratur, ut in limine ponantur ejus exuviae, cui veneficium fit.

95. PONTO. In *Ponto*, & modo provinciam dicit hoc nomine, non mare. MIHI LECTA. Ordo eſt, mihi dedit; non, *mihi lecta*.

97. HIS EGO SAEPE LUPUM FIERI. Eſt enim opinio, quoſdam homines artibus quibuſdam in lupos mutari. SYLVIS. Pro in ſylvis.]

99. ATQUE SATAS ALIO VIDI TRADUCERE MESSES. Magicis quibuſdam artibus hoc fiebat: unde eſt in XII. Tabulis: *Neve alienam ſegetem pellexeris.* [21] [quod & Varro, & multi ſcriptores, fieri deprehenſum animadvertunt.]

102. NE RESPEXERIS. Nolunt enim ſe videri numina, niſi ex nimia neceſſitate. Unde pro miraculo dictum eſt II. Aen. 591. *Alma parens confeſſa deam:* quod non faceret, niſi in periculo filii.

VARIORUM.

92. PIGNORA. *Pignera* hic, & mox Menagianus prior & Regius. Et ita ſaepe in Mſſ. occurrere teſtantur viri docti, ut Juretus ad Symmach. II. Epiſt. 88. & Caſaub. ad Suet. Aug. XXI. ex analogia nimirum, ut *munus muneris*, *vulnus*, *vellus* &c. *lumine* Venetus. *limite* Genevenſis Edit. quae cum Servio Dan. prodiit vitioſiſſima.

96. NASCUNTUR PLURIMA PONTO. De terra Pontica etiam Scholiaſtes Horatii Epodon V. haec accipit. HEINS. *Plurima* Mediceus.

98. MOERIN. *Moerim* plurimi. *Moerim & ſaepe* Zulichem. *excire* idem Menag. pr. Parrhaſ. & fragm. Moreti & ejus quartus & Rottend. & Edit Mediol. & Junt. *excire* agnoſcit Pap. Statii interpres ad lib. III. Theb. 141. *animaſque* Parrhaſ. BURM.

102. NE RESPEXERIS. *Nec reſpexeris* Gudianus.

quod

17 deſunt B. L. Voſ. R. Steph. al. 18 loca ſacra V. L. Voſ. B. loco ſacro Steph. 19 diximus ſaepe L. Voſ. diximus Veſtae Steph. & hinc deſunt ad 99. 20 ad ℣. 99. deſunt B. L. Voſ. R. 21 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. al.

Adgrediar, nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Adſpice: corripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe. bonum ſit!
Neſcio quid certe eſt: & Hylax in limine latrat.
Credimus? an, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?
Parcite, ab urbe venit, jam parcite, carmina, Daphnis.

SERVII.

103. NIHIL ILLE DEOS, NIL CARMINA CURAT. Satis eſt, quod putat artem magicam nihil valere. [22] [Quidam ſic intelligunt, quamvis ille haec omnia contemnat.

105. ASPICE. Hoc ab alia dici debet. CORRIPUIT TREMULIS ALTARIA. *Tremulis*, criſpantibus: *altaria* autem dicuntur, & quae continent, & quae continentur ab eis; nunc vero ipſa, quae ponuntur.

106. SPONTE SUA. Sine igne ſubito ex ipſis cineribus flamma emerſit.] Hoc uxori Ciceronis dicitur contigiſſe: cum [23] peracto ſacrificio libare vellet in cinerem, [24] [ex ipſo cinere flamma ſurrexit;] quae flamma eodem anno Conſulem futurum oſtendit ejus maritum: ſicut Cicero in ſuo teſtatur Poëmate. BONUM SIT. Ideo dubitat, & optat, ut hoc ſignum bonum ſit: quia ignis medius eſt, & qui poſſit etiam nocere.

107. [25] [NESCIO QUID CERTE EST. Hoc non jungendum ſuperiori; eſt enim aliud prodigium.] IN LIMINE LATRAT. In loco, ubi amati veſtes obruerat: [26] [canis enim latratus prae gaudio, domini demonſtrat adventum.]

108. IPSI SIBI SOMNIA FINGUNT. Omnia quae ſupra dixerat de arte magica, deſtruit dicendo: haec vera deſiderantibus tantum videri: quod per proverbium eſt locutus.

PHILARGYRII.

109. PARCITE AB URBE. Non deſine dixit, quia qui deſinit, finem facit: qui parcit, ſuſpendit id, quod agebat.

VARIORUM.

quod de oblongo ſuo teſtabatur Pierius. HEINS. Et ita Mediceus.

103. NIHIL ILLE. *Nil ille* unus Moreti.

105. FLAMMIS. *Palmis* ſec. Moreti.

106. BONUM SIT. *Fit* Zulich. a manu prima. *ipſe bonus ſit* Nonius in *cinis*, in quibuſdam Edit.

107. QUID. *Quis* manus Pierii in ora Juntinae Editionis, ſed non addita nota, ex quo libro: ita Ald. Ed. pr. ſed poſter. *qui. · certe & Hylax* Venetus. *Neſcio quidquid id eſt & Hylax* Zulichemianus. *quit certi eſt*, *& Hylas* Mediceus. BURM.

Ibid. HYLAX. Scripti codices conſtanter *Hylar*. mendoſe. apud Fabium Planciadem de continentia Virgiliana *Hylax* legitur cum vulgatis. HEINS.

108. IPSI SIBI SOMNIA FINGUNT. *Omina* ex veteri codice caſtigabat G. Canterus Novarum Lectionum libro primo cap. 8. & poſtea Palmerius Spicilegio ad Fichardum, pag. 617. Fac. Crit. & Voſſ. Inſtit. Orator. lib. VI. cap. 2. quem vide. perperam. Lucretius lib. I. ℣. 105. *Quippe etenim quammulta tibi me fingere poſſum Somnia, quae vitae rationes vertere poſſunt*. Claudian. lib. I. in Eutrop. 170. *poſtquam obſitus aevo Semivir excelſam rerum ſublatus in arcem, Quod nec vota pati, nec fingere ſomnia poſſent.* Stant pro vulgata codices noſtri. Donatus quoque in Andriam V. VI. 7. & Beda de Orthographia, tum Auſonius epiſtolis ad Paulinum, qui verſum ſic exhibet, ut nunc legitur. Stat & pro vulgata Voſſius Artis Grammaticae libro II. cap. 14. HEINS. An *qui adamant* Zulichem. Heinſius in ora codicis, forte, *ipſis ſibi ſomnia fingunt*. Deerat hic verſus Parrhaſiano.

22 deſunt ad 106. *Hoc uxori* L. B. Voſ. R. Steph. 23 poſt peractum ſacrificium L. B. V. Voſ. Steph. al. 24 deſunt L. R. Voſ. B. in cinere viſa eſt flamma. Steph. al. 25 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. al. 26 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. al.

Digitized by Google

ECLOGA NONA.

MOERIS.

LYCIDAS. MOERIS.

1\. QUo te, Moeri, pedes? an, quo via ducit, in urbem?
M. O Lycida, vivi pervenimus, advena noſtri,
Quod numquam veriti ſumus, ut poſſeſſor agelli

Di-

SERVII.

1\. QUO TE, MOERI, PEDES? AN, QUO VIA DUCIT, IN URBEM. [1] [Haec Ecloga dramatico charactere ſcripta eſt. Inducuntur enim duo paſtores [2] coëuntes in agro Mantuano: &] haec Ecloga continuum [3] non habet carmen, ſed de diverſis locis Theocriti aliqua ad eam contulit. Sane hoc continet: Virgilius poſtquam pene occiſus eſt ab [4] Arrio centurione, Romam revertens, mandavit procuratoribus ſuis ut tuerentur agros [5] ſuos, & ad praeſens obſequerentur Arrio. Modo ergo *Moeris*, procurator [6] ejus, ſecundum praeceptum patroni, portat hoedos Mantuam, quos Arrio offerat. Sequitur alter paſtor, & eum, quo pergat, interrogat: ille deflet ſuas miſerias; & hinc jam variae praeſtatur occaſio cantilenae. QUO TE, MOERI, PEDES? Subaudis, ducunt, [7] & Zeugma a poſterioribus. [8] [Quidam hunc ordinem tradunt: *Quo te, Moeri, pedes? an in urbem? quo iſta via ducit.* Sane alii ordinem hujus Eclogae ita exponunt: cum immunitatem agrorum Virgilius impetraſſet, lis eſt exorta de finibus inter eum & eos, qui in proximo agros acceperant: ex quibus Clodius quidam dixit, ſe omnem litem amputaturum, interfecto Virgilio, quem poëta ſtricto gladio ſe inſequentem fugit in tabernam carbonariam, & beneficio inſtitoris ex alia parte emiſſus, ſervatus eſt. Inducitur ergo *Moeris* familiaris Virgilii, referens Lycidae periculum ſuum, & Menalcae, quem nunc pro Virgilio debemus accipere.]

2\. VIVI PERVENIMUS. Id eſt, diu vivendo ad iſta pervenimus. Et oſtendit plerumque obeſſe hominibus vitae longinquitatem, quae interdum cauſa eſt miſeriarum. [9] [Senſus autem talis eſt: uſque eo nos vita longa produxit, ut audiremus dicentem: *migrate, haec mea ſunt.* Interpoſitum ſane eſt, *quod numquam veriti ſumus.* ADVENA NOSTRI. Qui advenerit in noſtros agros: & aut Clodium, aut Arrium ſignificat.]

3\. QUOD NUNQUAM VERITI SUMUS. Quia inopinata graviora ſunt mala: unde ait Dido IV. 409. *Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem: Et perferre, ſoror, potero.*

VARIORUM.

LYCIDAS. *Lycida* Menagii alter, Mentel. duo & fragm. Moreti. hanc Eclogam poſt decimam ponebat Zulichem. nomina propria in *as*, & *a* veteres extuliſſe vidimus ad Quinctil. I. de Inſt. Orat. cap. 5. & Ovid. III. Faſt. 552. BURM.

1\. QUO TE. Varie diſtinguitur hic verſus. in altero Leidenſi & Parrhaſiano erat:

Quo te, Moeri, pedes? an, quo via ducit? in urbem?

non male, ut primo ſubintelligatur quo te, Moeri, pedes ducunt? an in urbem, quo via ducit? ut roget, utrum temere & ſine certo conſilio & quaſi αὐτομάτως incedat, quo pedes ducunt, an vero eat in urbem, quo via ducebat. ſic Plinius VII. Ep. 5. *ad diaetam tuam ipſi me, ut veriſſime dicitur, pedes du-*

1 Deſunt L. R. Voſ. B. Steph. al. 2 Coena * in Dan. volebat *una* Heinſius. 3 ut Servius dicit, non. Dan. deeſt B. 4 Ario Dan. Steph. Voſſius Clodium putat, qui in vita Virgilii Arrius dicitur. 5 deeſt Voſ. R. B. L. V. Steph. 6 ejus eſt. L. 7 & eſt L. R. Voſ. Steph. al. 8 deſunt ad ℣. 2. B. L. R. Voſ. Steph. al. 9 deſunt ad ℣. 3. L. B. Voſ. R. Steph. in aliis ad *Interpoſitum*.

Diceret: Haec mea ſunt: veteres migrate coloni.
Nunc victi, triſtes, quoniam Fors omnia verſat,
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus haedos.
L. Certe equidem audieram, qua ſe ſubducere colles

In-

SERVII.

5. Nunc victi. Id eſt, [10] impotes voti: nam quo modo victores dicimus voti compotes, qui [11] quicquid volunt, faciunt: ſic victos e contrario [12] voti impotes, qui non poſſint facere, quod volunt. [13] Caeterum quomodo victi ſunt Mantuani, qui nec bella geſſerunt? [14] [Et Tristes ideo, quia dixit: [15] *Nunc victi.*] [16] Sors omnia versat. [17] [Id eſt,] inſtabilis eſt. Et niſi hoc ad perſonam ruſticam [18] redigas, aſpere contra Auguſtum dictum eſt: cujus foelicitatem, ſicut omnia, dicit poſſe [19] mutari.

6. Illi, [20] [Id eſt,] Arrio centurioni. Quod nec bene vertat. Quae [21] res in perniciem ejus vertatur; id eſt, [22] malo ſi omine hoc munus accipiat. Tractum autem hoc eſt ab Hectore & Ajace: nam Hector dedit Ajaci gladium, quo ſe Ajax poſtea interemit: Hector vero baltheum accepit ab Ajace, quo [23] circa muros [24] patriae tractus eſt. Poſtea inde & illud [25] comicum natum eſt: *Dii bene vortant*, [26] *quod agas*. Plerumque enim bona in pejus, mala in melius mutantur.

7. Subducere colles incipiunt, m. J. d. c. [27] Cicero: *Ex alto in campos diſſolvi.* [28] [Alii ſurſum ducere intelligunt: Alii medium clivum accipiunt; ex quo ſuperior pars ſubducitur in collem ſurgentem; inferior in ſubjectam planiciem molliter [29] deprimitur: uſque ad eum autem locum perticam limitarem Octavius Muſa porrexerat, limitator ab Auguſto datus, id eſt, per quindecim millia paſſuum agri Mantuani militibus aſſignatus ager, cum Cremonenſis non ſufficeret; offenſus a Mantuanis, quod pecora ejus in agro publico aliquando clauſiſſent. Alii *ſubducere* pro deſinere accipiunt: nam permanſit dicendo *demittere jugum*, quaſi hoc colles faciant, quod illis accidit per naturam: Alii agrum ſuum volunt deſcripſiſſe Virgilium, ut oſtenderet ex utraque parte eſſe clivoſum; ut cum ab una parte ad cacumen aſcenderis, ab alia uſque ad aquam deſcendas. Et quidam tales agros lapidoſos dicunt, ſicut ipſe de ſuo ait: 1. Ecl. 48. *Et tibi magna ſatis, quamvis lapis omnia nudus.*]

VARIORUM.

ducunt. Liv. II. 49. *duxit via in editum collem. aut quo via* Ed. Venet. *qua via ducit* dixit noſter lib. I. Aen. 40. & ita fere ſemper variant codices. Val. Fl. IV. 204. *nec, quo via, curve profecti.* ubi alii *qua*, vid. ibi notas, & ad ỳ. 438. & inf. ad lib. IX. Aen. 67. BURM.

2. O Lycida, vivi pervenimus. In Regio codice a *Lycida* incipiebat verſus, ſed *o* minori forma adſcriptum erat. Heinſius in ora codicis conjecerat, *Quo, Lycida, vivi pervenimus:* ſed quia in notas non retulit, videtur mutaſſe. ego tamen vocem *quo* intercidiſſe, quia in praecedenti etiam prima erat *quo*, ſuſpicor. nam illud *vivi pervenimus*, ita nude poſitum pro, ut Servius explicat, *pervenimus ad iſta* diu vivendo, durum & ſine exemplo credo. nam deberet ſuppleri, eo pervenimus, ut diceret &c. ſimile vero eſt iſtis Ecl. I. 72. *En quo diſcordia cives perduxit*, vel *produxit*, *miſeros.* & Ecl. III. 88. alio ſenſu, *Qui te, Pollio, amat, veniat quo te quoque gaudet.* In verſu etiam ſequenti *quo numquam* erat in quarto Moretano & uno Leidenſi. at in Gudiano *qua* forte pro *quae.* ſed in Leidenſi altero etiam *quam numquam meriti ſumus!* ut ſit exclamatio, quaſi haec tam indigna immerentibus evenerint. *Poſſeſſor* debet hic capi de novo domino, cui agellus ille adſignatus fuerat, nam proprie *poſſeſſores* & *poſſeſſiones* de agris & fundis dici, docuit Stewechius ad Veget. IV. 7. mox *migrare* Venetus. BURM.

5. Nunc victi tristes. Vix duo haec epitheta concoquo, & malim diſtinguere,

Nunc

10 non poteſt B. Voti deeſt Dan. R. Voſ. al. 11 quod Dan. Steph. al. 12 Vocamus Voti Dan. 13 Caeteri L. 14 deſunt Voſ. Steph. B. 15 deſunt Voſ. B. R. Steph. 16 *triſtes* quoniam ſors omnia verſat L. V. 17 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 18 reducas L. Voſ. R. 19 mutare L. 20 deeſt L. al. 21 res ejus Steph. al. 22 ut in malo L. V. ut in malo homine R. Voſ. ut malo omine Steph. 23 circum Heinſ. 24 patrios Steph. Trojae tractus eſt poſtea, inde V. Voſ. B. 25 dominicum B. 26 quid L. V. agis L. 27 deeſt Voſſ. R. Fruſtra hoc quaeras in Cicerone, nam eſt Servii interpretatio τοῦ *ſe ſubducere.* Sed ut doceatur Lector, unde hoc provenerit, in Mſſ. eſt, Subducere c. i. *ex alto.* ex duabus illis literis c. i. quibus *colles incipiunt* deſignantur, fecerunt Cicero, & ſequentia Ciceronis eſſe putaverunt: ſane in Steph. & al. eſt tantum *ex alto* &c. BURM. 28 deſunt ad vſ. 9. L. B. Voſ. R. Steph. al. 29 deponatur * Dan.

Incipiunt, mollique jugum demittere clivo,
Uſque ad aquam, & veteres, jam fracta cacumina, fagos,
Omnia carminibus veſtrum ſervaſſe Menalcan.
M. Audieras; & fama fuit. ſed carmina tantum
Noſtra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chao-

SERVII.

9. USQUE AD AQUAM. Mincii fluminis ſcilicet.

10. OMNIA. Quae ſupra dixit. [30] Intelligimus autem, [31] aut Virgilii tantum agrum, aut totius Mantuae [32] ſitum eſſe deſcriptum. [33] [Quod alii dicunt Virgilium oſtendere voluiſſe, quod Mantuanis per iniquitatem Alpheni Vari, qui agros diviſit, praeter paluſtria nihil relictum ſit; ſicut ex oratione Cornelii in Alphenum oſtenditur: *Cum juſſus tria milia paſſus a muro in diverſa relinquere*, [34] *ut octingentos paſſus aquae, qua circundata eſt, admetireris, reliquiſti.**] SERVASSE. Recuperaſſe. OMNIA CARMINIBUS VESTRUM SERVASSE MENALCAM. Id eſt, veſtrum Virgilium, [35] [cujus cauſa agri Mantuanis redditi ſunt.]

11. AUDIERAS, ET FAMA FUIT. Benevolentiam quidem Auguſti etiam fama vulgavit; ſed eam belli Actiaci neceſſitas impedivit. SED CARMINA TANTUM NOSTRA VALENT, LYCIDA, TELA INTER MARTIA. Hoc etiam Cicero ait in [36] Miloniana cap. IV. [37] *Silent enim leges inter arma.* [38] [Senſus tamen eſt: ſed videlicet hoc tempore, id eſt, in hoc bello, poëmata noſtra non valde admittuntur: *Carmina* autem nonnulli, quibus ſibi Pollionem interceſſorem apud Auguſtum conciliaverat, accipiunt; quo fugato, rurſus de praediis ſuis fuerat Virgilius expulſus.]

VARIORUM.

Nunc victi; triſtis quoniam ſors omnia verſat.
Sic Ovid. V. Triſt. XII. 6.
Sorte nec ulla mea triſtior eſſe poteſt.
Sic Sil. Ital. VI. 342.
Tibi dextera & urbi
Nata tuae triſti damnatur ſorte catenae.

Cicero pro Mur. 20. *Quid tua ſors? triſtis.* & ita *triſtem fortunam* dixit Naſo Epiſt. III. 43. apud Probum in Gramm. Inſt. p. 1426. legitur,
Nunc vidi triſtis quoniam fors omnia verſat.
ubi *vidi* eſt editum, credo, vitio operarum, ſed *triſtis fors* firmat conjecturam noſtram. an vero *fors* aut *ſors* legatur non multum refert. *Sors* defenditur a Cerda, non infeliciter, & ego magis in *ſors* pronus eſſem, quia melius convenit τῷ *triſtis.* Qui vulgatam tueri velit, poſſet uti exemplo ex I. Georg. 406. *Ecce inimicus atrox Niſus.* ſed vel *inimicus* ibi ut ſubſtantivum poteſt ſumi, vel inimicus Niſus inſequitur atrox, id eſt, atrociter. quae & poſſent aliis exemplis ampliari. ſed deſino. BURM.

Ibid. QUONIAM FORS OMNIA VERSAT. Vera eſt ſcriptura, Symmachus libro II. Epiſt. 57. *ſed quia fors verſat humana, nec ſemper ex voto deſtinata procedunt. victi* abjecti, afflicti Giphanio indice Lucretiano. HEINS.

6. BENE VERTAT. *Vertat bene* Menagianus. *non bene* unus Moreti. Donatus ad Ter. Phorm. IV. III. 73. vulgatum firmat. BURM.

8. DEMITTERE. *Dimittere* Menagianus, Venetus, Voſſian. & Leidenſis prior a manu pr. & duo alii & Ed. Venet. ſed male. nec reſpondet τῷ *ſubducere*, id eſt ex alto in planum deduci. ſic Solin. cap. XXI. *Noricus ager, qua ſubducitur a jugis Alpium, admodum laetus.* BURM.

9. JAM FRACTA. *Confracta* Quintilianus lib. VIII. 6. agnoſcit. At in optimo Mediceo eleganter mehercules, *veteres, jam fracta cacumina, fagos.* Sic Ecloga ſecunda ℣. 3. *Tantum inter denſas, umbroſa cacumina, fagos Aſſidue veniebat. fagos* quoque hic loci pro diverſa ſcriptura antiquiſſimus & praeſtantiſſimus Marquardi Gudii noſtri liber adſcriptum exhibet, & in contextu *veteres* pro *veteris* emendatum. ut quicumque veterum Criticorum exemplar illud caſtigavit, *veteres fagos* prae altera lectione videatur approbaſſe. Plurimum venuſtatis habent iſtiusmodi locutiones, quales propemodum innumeras Naſoni, Claudiano, aliis reſtituimus. Sic apud Prudentium Hamartigenia

30 intelligamus Steph. Dan. R. Voſ. al. 31 ut V. 32 deeſt L. V. R. Voſ. 33 deſunt ad vſ. 11. B. L. R. Voſ. ad SERVASSE Steph. 34 forte, *vix o. p. a. q. c. eſt, cum admetireris, reliquiſſe.* VOSS. 35 deſunt Steph. 36 meliona L. 37 *ſolent* L. 38 deſunt L. B. Voſſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Chaonias dicunt, aquila veniente, columbas.
Quod niſi me quacumque novas incidere litis
Ante ſiniſtra cava monuiſſet ab ilice cornix,
Nec tuus hic Moeris, nec viveret ipſe Menalcas.
L. Heu! cadit in quemquam tantum ſcelus? heu, tua nobis
Pac-

SERVII.

13. CHAONIAS DICUNT AQUILA VENIENTE COLUMBAS. Minora enim auguria majoribus cedunt, nec ullarum ſunt virium, licet priora ſint. *Chaonias* autem Epiroticas: [39] nam in Epiro dicitur nemus fuiſſe, in quo reſponſa dabant columbae: quod ideo fingitur, quia lingua Theſſala Peliades & Columbae, & Vaticinatrices vocantur. [40] [Herodotus hanc columbam de Aegypto veniſſe ait.]

14. QUACUNQUE. [41] Subaudi ratione. Et bene augurii peritiam dat ei, de quo ſupra ait VIII. 97. *His ego ſaepe lupum fieri, & ſe condere ſylvis Moerim, ſaepe animas imis excire ſepulcbris &c.* NOVAS LITES. [42] Magnas, id eſt, [43] militaria jurgia. [44] [INCIDERE, pro decidere.]

15. ANTE SINISTRA CAVA MONUISSET AB ILICE CORNIX. [45] [*Ante ſiniſtra*, indiviſe legendum: & dicendo *monuiſſet*, oſcinem fuiſſe demonſtrat. Sane] hoc ad auguralem pertinet diſciplinam: Augures enim deſignant ſpatia lituo: & eis dant nomina: ut prima pars dicatur antica, poſterior poſtica: [46] item dextra & ſiniſtra. Modo ergo, cornicem de nulla harum parte veniſſe dicit, [47] [ſubaudi, ad illum, qui augurium captabat;] ſed ab antica [48] ad ſiniſtram partem volaſſe; & in cava ilice conſediſſe: quae res agrorum damnum [49] ſignificabat. *Ilex* enim glandifera arbor eſt, quae [50] quod vitioſa eſt, vitium poſſeſſionis oſtendit fore per milites, clamore gaudentes & litibus, ſicut [51] cornix. Nam haec avis & clamore laetatur, & alias frequenter invadit. Hoc ergo nunc dicit: augurio ſe eſſe admonitum, ut abſtineret ab occurſu litigioſi militis, qui retenturus fuerat poſſeſſionem.

16. TUUS MOERIS. [52] [Id eſt,] tuus amicus. [53] [IPSE MENALCAS. Pro Virgilio, qui, dum agros ſuos defendit, pene occiſus eſt.]

17. HEU! CADIT IN QUEMQUAM TANTUM SCELUS? Poſtquam [54] audivit [55] occidi potuiſſe Virgilium, quaſi [56] obſtupuit, & hoc generaliter dicit: Poteſt in quenquam tantum [57] nefas venire, ut Virgilium necare contendat?

VARIORUM.

tigenia adverſus Marcionitas ex longe veterrimo codice Puteaneo:

Parte alia violentus aquis terrentibus amnis
Tranſiit objectas, praeſcripta repagula, ripas.

Scholiaſtes Horatii epiſtolarum II. 2. vulgatum agnoſcit in hoc Maronis loco. HEINS. Vid. Heinſ. ad Claud. Bell. Gild. 139.

10. VESTRUM. *Noſtrum* Venetus & Parrhaſ. & Leid. & Ed. Mediol. *Menalcam* Mediceus.

12. MARTIA. *Marcida* fragm. Moreti.

13. DICUNT. *Aquila dicunt*, Ven. & noſter Codex.

Ibid. VENIENTE. Servius de majori augurio capit, ſed ego de hoſtili & infeſto animo, ut columbam rapiat. Vid. ad Phaedr. lib. I. Fab. 21. ſic X. Aen. 5.46 *Turni venientis imago.* ubi vide Cerdam. & ita noſter & alii ſaepe. quod notandum, quia Vondelius vertit, quaſi jam unguibus teneret, quod ubi fit, cito neci datus eſt, nec gemit amplius, aut ſuppliciter ejulatur (quod addidit Vondelius) ſed eo veniente, ſonitum, timoris indicium, edit. BURM.

14. QUACUMQUE. *Quocumque* Venet. *quae* vel *quacumque* Gudianus. *quacumque* eſt quovis modo & ratione, ut *aliqua* Ecl. III. 15. BURM.

15. ANTE SINISTRA. Conjunctim *Anteſiniſtra*,

39 deeſt L. R. Voſ. B. 40 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 41 deeſt L. R. Voſ. 42 magna L. 43 militaria habent omnes. neſcio, unde Maſvicius illud *limitaria* petierit, nam nota ſequens milites cornicibus adſimulat. BURM. 44 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 45 deſunt L. R. Voſ. V. B. Steph. al. 46 ut eſt Dan. 47 deſunt B. Steph. al. 48 ac ſiniſtra parte V. Voſſ. hac. ſ. parte R. 49 ſignificat Dan. Steph. 50 quoniam Dan. Steph. 51 cornix eſt L. Voſ. R. B. 52 deeſt L. Steph al. 53 deſunt L. R. Voſ. R. Steph. 54 audiit L. B. 55 decidere V. quod poſſet aliquis capere pro concidere; vid. ad Ovid. IV. Ep. 94. decidi Voſ. R. B. BURM. 56 obſtipuit B. L. R. ſtupuit Voſ. 57 ſcelus Steph. al.

Paene ſimul tecum ſolatia rapta, Menalca!
Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontis induceret umbra?
Vel quae ſublegi tacitus tibi carmina nuper,
Quum te ad delicias ferres, Amaryllida, noſtras?
Tityre, dum redeo (brevis eſt via) paſce capellas:
Et potum paſtas age, Tityre: & inter agendum
Occurſare capro, cornu ferit ille, caveto.

M. Im-

SERVII.

18. PENE SIMUL TECUM SOLATIA RAPTA, MENALCA? Cum ſuis enim ſolatiis perit poëta, qui, necdum editis carminibus, moritur. Virgilius autem illo tempore nondum [58] aliquod opus ſcripſerat. Et dicendo *Solatia*, latenter tempora carpit Auguſti, quibus carmina non oblectamento [59] fuerant, ſed ſolatio, quod infelicium eſſe conſuevit: [[60] *vel tua ſolatia*, tua carmina, quibus conſolamur.]

19. QUIS HUMUM FLORENTIBUS HERBIS. Sic eſt dictum, ut VI. Ecl. 62. *Tunc Phaëtontiadas muſco circumdat amarae Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.*

20. [61] [SPARGERET. Id eſt, aſperſam floribus caneret.] FONTES INDUCERET UMBRA. Tegeret, cooperiret. VEL QUAE SUBLEGI TACITUS TIBI CARMINA NUPER. [62] [Subaudiendum, neſciente te ſublegi, intercepi: & bene] ruſtica affectione reminiſci ſe illorum carminum fingit, quae aliquando Virgilio, licet invito, Romam eunti, abſtulerat: nam *ſublegi*, eſt furatus ſum. [63] Unde & ſacrilegus dicitur, qui ſacra legit, id eſt furatur. [[64] Plautus in Milite IV. II. 98. *Quae etiam noſtrum hunc ſermonem ſublegerat.*]

22. DELICIAS NOSTRAS. Id eſt, communem [65] amicam.

23. TITYRE, DUM REDEO (BREVIS EST VIA) PASCE CAPELLAS. Theocriti ſunt verſus, [66] ad verbum tranſlati; [67] ſed tamen Virgilii negotium continentes: nam allegoricos imperat ſuis, ut rem tueantur; nec tamen audeant contra Arrii praeceptum venire. [[68] Sed hoc aut de ipſo Virgilii carmine Lycidas retulit: aut, ut alii putant, converſus ad gregalem ſuum Tityrum dicit. Et bene, dum promittunt ſe cantaturos, nihilominus dicunt. Sane quaeritur, utrum in his tribus verſibus perfectum carmen ſit; an initium alterius carminis imperfecti. Theocr. III. Id 3. Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας, Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν, Τὸν Λιβυκὸν Κνάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κορύψῃ] INTER AGENDUM. Dum agis. Et honeſta locutio eſt, ſi dicamus inter [69] coenandum hoc ſum locutus: [[70] Afranius: *Inter loquendum:* Ennius: *Inter ponendum.*]

25. [71] [OCCURSARE CAPRO. Ordo, *occurſare capro caveto.*]

VARIORUM.

ſtra, ut *ſemperdeus*, legi vult Bellus de partibus templi auguralis cap. VII. §. 8. BURM.

19. NYMPHAS. *Silvas* Fragmentum Moreti.

20. FONTES. *Montes* fragm. Moreti. minime vero eſt hypallage *inducere fontes umbra*: ſed eſt, ut, *inducere cornua auro* Ovid. X. Met. 271. *brachia plumis* IV. Met. 408. id eſt tegere, ut recte Servius. Sunt quaedam locutiones, quae duplicem conſtructionem habentes idem ſignificant, ut *inducere fontibus umbras* dixit Ecl. V. 40. ſic dicimus *ſpargere humum herbis*, & *herbas ſpargere humo*. Vid. Heinſ. ad Ovid. XIII. Epiſt. 113. ſimile vidimus Ecl. III. 43. *labra admovere poculis*, & *pocula labris*. BURM.

21. VEL

58 aliquid ſcripſerat R. B. Voſ. Dan. al. 59 fuerunt L. V. B. fuere al. 60 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. al. 61 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. al. 62 deſunt B. L. R. Voſ. Steph. al. 63 inde Dan. 64 deſunt L. B. Steph. al. 65 materiam al. 66 verbum ad V. L. Voſ. R. 67 deeſt L. 68 deſunt ad inter B. L. R. Voſ. ad Graeca Steph. 69 coenam dum L. 70 deſunt B. L. R. Voſ. Steph. al. 71 deſunt L. B. R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

M. Immo haec, quae Varo nec dum perfecta canebat.
Vare, tuum nomen (ſuperet modo Mantua nobis,
Mantua vae miſerae nimium vicina Cremonae!)
Cantantes ſublime ferent ad ſidera cycni.
L. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos:
Sic cytiſo paſtae diſtendant ubera vaccae.
Incipe, ſi quid habes. & me fecere poëtam

Pie-

SERVII.

26. IMMO. Pro, vel. NEC DUM PERFECTA. Nimiae familiaritatis eſt ſignum, quod ei recitabat carmen. [72] nondum ad limam [73] reductum. Dicit autem carmen, quod quaſi coeperat in [74] honorem Vari componere: & per tranſitum ponit diverſa [75] figurationis [76] ſcedia.

27. VARE, TUUM NOMEN. Ordo eſt: *Vare, tuum nomen ſublime ferent ad ſydera cantantes cygni.* SUPERET MODO MANTUA NOBIS. Superſit, reddatur. Et hoc dicit: Si nobis Mantua fuerit reddita, faciam, ut [77] te celebrent omnes poëtae. [[78] Et bene affectioſe de patria, quaſi dubium, an ſuperfutura ſit.]

28. MANTUA VAE MISERAE NIMIUM VICINA CREMONAE. Bene ingemit Mantuanorum infelicitatem, quibus ſola obfuit vicinitas Cremonenſium. [79] Nam Caſſii, Bruti, & Antonii copias Cremonenſes [80] ſuſceperant: quos etiam [81] ipſos [82] mire excuſat, dicens, *miſerae Cremonae*, quae etiam ſi vellet, minime tamen tantis copiis poſſet reſiſtere. NIMIUM autem *vicina*, id eſt, uſque ad periculum: [[83] nam ortis bellis civilibus inter Antonium & Auguſtum, Auguſtus victor Cremonenſium agros, quia pro Antonio ſenſerant, dedit militibus ſuis; qui cum non ſuffeciſſent, his addidit agros Mantuanos; non propter civium culpam, ſed propter vicinitatem.]

29. CANTANTES CYGNI. Id eſt, poëtae. Sic Horatius de Pindaro IV. Od. 2. *Multa Dircaeum levat aura cygnum.* [[84] Sane blanditur Alfeno Varo, qui, Pollione fugato, legatus Tranſpadanis praepoſitus eſt ab Auguſto.]

30. SIC TUA CYRNEAS FUGIANT EXAMINA TAXOS. *Taxus* venenata arbor eſt, quae abundat in Corſica: haec autem inſula Graece Cyrne dicitur, [[85] a Cyrno Herculis filio.] Unde fecit hanc derivationem *Cyrnaeas taxos*, ([86] id eſt, Corſicanas,) quibus paſtae apes [87] mel amariſſimum faciunt.

31. [88] DISTENTENT UBERA. Plurimum lactis reportent.

VARIORUM.

21. VEL QUAE. *Nam quae* Nonius in *legere.*

25. CAPRO. *Capre* Medic. a m. pr.

Ibid. CORNU FERIT ILLE. *Petit ille* Rottendorphianus tertius, quod & Gudiani codicis margini pro ſcriptura diſcrepante additum. Horatio II. Sat. I. 52. *Dente lupus, cornu taurus petit.* & ibidem 55. *Ut neque calce lupus quemquam, neque dente petit bos.* hinc *cornupetae tauri.* ſed receptam lectionem non ſollicito. HEINS. Vid. Ecl. III. 87. confuſa verba *ferire* & *petere* a librariis vidimus ad Quinctil. Decl. 301. Gell. IX. 9. *ferit* habet, & Nonius in *ferire.* BURM.

26. CANEBAT. *Canebant* Gudianus. Gloſ. Regii, *Menalcas vel Tityrus. nondum perfecta* Ed. Venet.

27. VARE. *Bare* & *Baro* ſuperiori verſu Mediceus, qui & *nomen cupiant*, *ſuperent*, abundante uno pede. Alfenum Varum hic intelligi vult Dacerius ad Horat. I. Sat. III. 130. BURM.

28. VAE. *Vah* in ora Editionis Juntinae. *veh* Ed. Mediol.

29. FERENT. *Ferant* Gudianus.

30. SIC TUA. *Sic ſua* Alcuinus Grammat. p. 2124.

Ibid.

72 nec dum Dan. 73 redactum L. V. B. R. Voſ. Steph. al. 74 honore B. 75 deeſt Dan. R. B. Steph. al. 76 Scheria R. 77 deeſt L. 78 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. al. 79 deeſt L. V. R. Voſ. B. 80 ſuſceperunt al. 81 deeſt L. 82 bene Dan. al. 83 deſunt L. V. Steph. B. R. Voſ. ad vſ. 29. 84 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. al. 85 deſunt L. B. R. Voſ. Steph. al. 86 deſunt L. V. R. B. Voſ. Steph. al. 87 mella amariſſima Dan. 88 DISTENDANT L. V. R. Voſ. B.

Pierides: ſunt & mihi carmina. me quoque dicunt
Vatem paſtores: ſed non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.

M. Id

SERVII.

34. ME QUOQUE DICUNT VATEM PASTORES. Magna verecundia ſuum meritum extenuat. Nec enim ait, probant, ſed *dicunt:* nec docti, ſed *paſtores*, quibus tamen ipſe non credo.

35. VARO VIDEOR. [89] Varius poëta fuit. De hoc Horatius I. Sat. 10. *Varius* [90] *ducit molle atque facetum.* Item I. Od. 6. *Scriberis Vario fortis, & hoſtium Victor.* Nam Varus victor & dux fuit, cui ſupra blanditur: [[91] qui nonnulla carmina ſcripſit. Nonnulli ſane Alfenum Varum volunt; qui licet Juris conſultus & ſucceſſor Servii Sulpicii eſſet, etiam carmina aliqua compoſuiſſe dicitur; ſed hoc, teſte Horatio, falſum eſt, qui *Varium* poëtam laudat.] NEC DICERE CINNA DIGNA. Etiam Cinna optimus poëta fuit, qui ſcripſit Smyrnam: quem libellum decem annis elimavit: [[92] quibus tamen Poëtis negat ſuum ingenium comparandum.]

36. SED ARGUTOS INTER STREPERE ANSER OLORES. Argutos, canoros, ut VII. Ecl. I. *Forte ſub arguta* [93] [*conſederat ilice cornix.*] Et alludit ad Anſerem quendam, Antonii Poëtam, qui ejus laudes ſcribebat, quem ob hoc per tranſitum carpſit. De hoc etiam Cicero in Philippicis XIII. 5. dicit [94] *Ex agro Falerno anſeres depellantur:* ipſum enim agrum [95] ei donarat [96] Antonius. [[97] Et bene illos Poëtas optimos cygnos dicit; ſe anſerem rudem & levis ingenii; nec debere aut poſſe ſe illos imitari. INTER STREPERE. Sane poteſt & compoſite, & ſeparatim proferri.]

PHILARGYRII.

35. NEC DICERE CINNA DIGNA. Cinna Smyrnam ſcripſit, quam nonum poſt annum, ut Catullus Carm. XCIII. ait, edidit. Id quod & Quintilianus ait. Unde etiam Horatium in Arte poëtica 388. dicunt ad eum alluſiſſe, cum ait: *Nonumque prematur in annum.* Fuit autem liber obſcurus adeo, ut & nonnulli ejus aetatis Grammatici in eum ſcripſerint, magnamque ex ejus enarratione ſint gloriam conſecuti. Quod obſcurus fuerit, etiam Martialis oſtendit in illo verſu X. Ep. 21. *Judice te* [98] *melior Cinna Marone fuit.*

VARIORUM.

Ibid. CYRNEAS. *Cyrineas* Mentelianus prior. *Cryneas* Mentel. ſecundus. *Gryneas* unus Moreti & *Grynaeas* Gudii & Regius & Mentelii ſecundus a m. ſecunda & ita Papius in *Grynea*. *Crineas* Zulich. *fugient* Venet. *exagmina* Mediceus. *tauxos* Leid. BURM.

31. DISTENTENT. *Diſtentare* pro *diſtendere* an in uſu fuerit apud antiquos dubito mehercules. nam quod Tibullianum illud proferunt ex libro II. Eleg. 5. *Diſtentet ſpicis horrea plena Ceres.* ibi codices ſcripti atque editi caſtigatiores *Diſtendet*. *diſtentent* quidem eſt in Mediceo. ſed prior Mentelianus aliique nonnulli cum Gudiano & Leidenſi primo *diſtendant*. quomodo & in Menteliano priore fuiſſe videtur. nam *diſtentant* a manu ſecunda illic legitur. quod exemplaria recentioris notae nonnulla occupavit. *diſtentas ubere vaccas*, & *diſtentas lacte capellas* in Poëtarum ſcriptis frequenter legi, nuſquam *diſtentatas*. Quid quod duo codices pervetuſti Serviani Bibliothecae Leidenſis *diſtendant* quoque agnoſcunt hoc loco? apud Juvenalem tamen Satyra quinta vetuſtum exemplar Bibliothecae Leidenſis,

Adſpice quam longo diſtentat pectore lancem.

cum *diſtendat* vel *diſtinguat* in pleriſque codicibus illic nunc circumferatur. HEINS. *Diſtendant* Vratiſlavienſis Regius & fragm. Moreti. *diſtentant* Voſſianus prior. *diſtendent* Ed. Venet.

33. DICUNT. *Dicent* Venetus.

34. NON

89 Varus B. 90 *dicit* L. V. R. Voſ. Steph. al. 91 deſunt B. L. Voſ. R. Steph. al. 92 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. al. 93 deſunt V. R. Voſ. al. 94 dixit L. 95 deeſt L. B. 96 Antonii L. 97 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. al. 98 *major* vulgo.

M. Id quidem ago; & tacitus, Lycida, mecum ipſe voluto,
Si valeam meminiſſe: neque eſt ignobile carmen.
Huc ades, o Galatea. quis eſt nam ludus in undis?
Hîc ver purpureum: varios hîc flumina circum
Fundit humus flores: hîc candida populus antro

In-

SERVII.

37. ID QUIDEM AGO. Id eſt, ut earum [99] mihi in memoriam poſſit redire.

38. SI VALEAM MEMINISSE. Ut etiam in Aeneide diximus, ideo iſta junxit tempora, quia defectivum eſt verbum *memini*. [[1] VALEAM autem, ſi poſſim, ut in Aeneide IV. Aen. 333. *Quae plurima fando Enumerare vales.*]

39. HUC ADES, O GALATEA. Theocriti verſus ſunt XI. Idyl. 63. [[2] Ἐξέλθοις, Γαλάτεια, καὶ ἐξελθοῖσα λάθοιο.] Quibus inducit Cyclopem uſum, cum [3] in ſcopulo ſedens, amicam ſuam Galateam de fluctibus invitaret ad terras. Cyclops enim dicitur Nympham amaſſe Galateam, quae cum Acin quendam paſtorem amaret, & Polyphemum ſperneret: ille iratus Acin necavit. Qui poſtea Galateae miſeratione [4] in fontem mutatus eſt, qui [5] hodieque Latine [6] Acilius dicitur, [[7] ab illius nominis derivatione.] EST NAM LUDUS IN UNDIS? ([8] Ludus, voluptas.) Et ad majorem terrarum laudem dicit in mari nullam eſſe voluptatem: nam haec eſt plena laus, quae [9] etiam contrariarum rerum continet vituperationem: [[10] & ſuas laudes ex ſequentibus rebus dicit.]

VARIORUM.

34. NON EGO CREDULUS. *Non ſum credulus* unus Moreti.

35. VARO. Varius Poëta excellens fuit, cujus in Odis, in Epiſtolis, in Sermonibus Horatius facit mentionem. Servius item Varium Poëtam, Varum fuiſſe ducem, ſcribit. in quo illi aſſentior. Verum idem de Vario locum Horatii ex primo Satyrarum 10. male adducit. Quamvis Servio eum errorem non tribuo: quemadmodum nec Acroni Helenio tribuendus fuit: nam locus ab aliquo ſciolo fuit corruptus. id quod in hujus auctoris laborioſa reſtitutione ex codice manuſcripto deprehendi. ſincera autem Horatii lectio haec eſt:

Forte epos acer,
Ut nemo, Varius ducit: molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camoenae.

Diſtinguit Varii & Virgilii carmina. Varius ἐποποιὸς, amplum & grave dicendi genus ſecutus eſt: quod idem Horatius lib. I. Carm. & Ovidius ultimo de Ponto, teſtantur. Virgilius autem tenuis & excultae cujuſdam elegantiae. Ita enim carminis genus facetum Quinctilianus interpretatur lib VI. cap. 3. Quia vero Aeneis abſoluta nondum erat, de Bucolicis & Georgicis tantum Quinctiliani expoſitio eſt intelligenda. FABRIC. *Vario* hic loci manifeſte agnoſcit Scholiaſtes Horatii Cruquianus libro primo Ode VI. dum de Vario, qui Thyeſten tragoedian ſcripſit, interpretatur. HEINS. De Vario Thyeſtae auctore capit Pontanus ad Macrob. II. Sat. 4. vid. & Rutger. Lect. Venuſ. cap. III. & notas ad Ovid. IV. ex Pont. XVI. 31. deinde *Cigna* Moret. unus. *Cygna* Leid. unus. *Cyna* alter & Voſſian. pr. *neque dicere* Moret. unus. BURM.

36. INTER STREPERE. *Inter ſtrepet* Venetus.

37. ID QUIDEM. *Jam pridem*, & *mecum ipſa* Zulichemianus. *id quidem & ago* Nonius in *volutari*. ſed in *agere* omittit *&*. BURM.

38. SI VALEAM. Vid. ad Suet. Calig. XXXIV. ubi non occurrebat memoriae hic locus a Torrentio laudatus.

39. EST NAM. *Nam* deeſt fragmento Moreti.

40. PURPUREUM. *Perpetuum* quemdam legere notant Guellius & Cerda. vid. II. Georg. 149. *purporeum* Mentelianus pr. ita & I. Georg. 405. & alibi. BURM.

41. POPULUS. *Populos* Mentelianus.

44. Pu-

99 deeſt Dan. Steph. al. ſ. ut carmen mihi. 1 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 2 Graeca deſunt L. V. R. Voſ. 3 deeſt L. V. R. Voſ. 4 in fonte V. 5 hodie L. Dan. 6 Ab Acine Acinius Dan. ab Aci Acinius Urſ. Cod. hodieque Acinae Acilius B. hodie latex Acilius. L. ſed Heinſ. *latex Acilius* volebat. vid. Cluver. Siciliam pag. 115. 7 deſunt L. Steph. & B. 8 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. 9 deeſt Urſ. Cod. & Steph. quae & Voſ. R. B. 10 deſunt L. B. Voſ. R. Steph. al.

Digitized by Google

Inminet, & lentae texunt umbracula vites.
Huc ades: inſani feriant ſine litora fluctus.
L. Quid, quae te pura ſolum ſub nocte canentem
Audieram? numeros memini, ſi verba tenerem.
M. Daphni, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus?
Ecce Dionaei proceſſit Caeſaris aſtrum:
Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus: & quo
Duceret apricis in collibus uva colorem.

50 In-

SERVII.

42. [11] [Lentae. Flexibiles. Umbracula. Cicero: *Umbraculiſque ſylveſtribus.*]

43. Insani fluctus. Id eſt, magni, ut II. Aen. 776. [[12] *Quid tantum*] *inſano juvat indulgere* [13] *labori.*

44. Pura sub nocte. Serena.

45. Numeros memini. Metra [14] vel rhythmos, [[15] vel certe numeros verſuum. Si verba tenerem. Hoc eſt, carmen non teneo.]

46. [16] [Daphni, quid antiquos. Pro antiquorum.]

47. Ecce Dionaei processit Caesaris astrum. Cum Auguſtus Caeſar ludos funebres [17] patri celebraret, die medio ſtella apparuit: [18] ille eam eſſe confirmavit parentis [19] ſui. Unde ſunt verſus iſti compoſiti. Dionaei autem, longe repetitum eſt, a matre Veneris [20] *Dione*. Sane [21] *aſtrum* Graece dixit: nam ſtellam debuit dicere. [[22] Baebius Macer, circa horam octavam ſtellam ampliſſimam, [23] quaſi lemniſcis coronatam, ortam dicit; quam quidam ad inluſtrandam gloriam Caeſaris juvenis, pertinere exiſtimabant. Ipſe animam patris ſui eſſe voluit, eique in Capitolio ſtatuam, ſuper caput auream ſtellam habentem, poſuit. Inſcriptum in baſi fuit: Caesari Emitheo. Sed Vulcatius aruſpex in concione dixit cometen eſſe, qui ſignificaret exitum noni ſeculi, & ingreſſum decimi; ſed quod invitis Diis ſecreta rerum pronunciaret, ſtatim ſe eſſe moriturum, &c, nondum finita oratione, in ipſa concione concidit. Hoc etiam Auguſtus in libro ſecundo de Memoria vitae ſuae complexus eſt. Et haec Moeris non ut ſua, ſed Virgilii refert, in honorem Auguſti compoſita.]

48. Quo segetes gauderent frugibus. Ad menſem alludit Julium, qui dictus eſt in honorem Caeſaris: quo & uvae & frumenta matureſcunt.

VARIORUM.

44. Pura. Recte ſerena explicant, ut Lucretius *noctes ſerenas* dixit, de quibus ad Gratii Cyneg. 55. ſic Καθαρῇ ἐνὶ νυκτὶ Arat. Phaen. 323. & alibi. vid. ad Val. Flac. II. 56. & Calp. Ecl. I. 77. BURM.

46. Moe. Daphni. Mediceus quinque ſequentes verſus refert ad Lycidam. Moeris ab illis incipit, *Omnia fert aetas.* nec aliter Gudianus. HEINS

Ibid. Suspicis. *Reſpicis* Zulichemianus. *ſuſcipis* Gudianus & Rottendorphius ſecundus.

47. Dionaei. *Clionei* unus Moreti. *Cleonei* Zulichemianus, ex ſollemni illa variatione τῶν *d.* & *cl.*

48. Et quo. *Et quod* Mediceus.

49. In collibus uva colorem. *In vallibus* apud Nonium Marcellum in *ducere. apricos colles* Plinius in Naturali Hiſtoria etiam non ſemel dixit. HEINS. *A priſcis* Zulichemii. *apricis in collibus* habet Commentator Crucquianus ad Horat. III. Od. 18.

52. Can-

11 deſunt B. L. R. Steph. al. 12 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 13 *dolori* L. Voſ. Steph. al. 14 deeſt B. L. R. Voſ. Steph. al. 15 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. al. 16 haec nota deeſt etiam Voſ. R. Steph. 17 patriae L. 18 idem L. 19 deeſt L. V. R. B. Voſ. Steph. al. 20 Diana L. Dionae Dan. 21 Aſtron. L. 22 deſunt ad fin. L. R. Voſ. B. Steph. al. 23 quaſi. . . Lemniſcatis Dan. quaſi radius Lemniſcatis Heinſ.

Digitized by Google

Inſere, Daphni, piros: carpent tua poma nepotes.
Omnia fert aetas, animum quoque. ſaepe ego longos
Cantando puerum memini me condere ſoles.
Nunc oblita mihi tot carmina. vox quoque Moerim
Jam fugit ipſa: lupi Moerim videre priores.
Sed tamen iſta ſatis referet tibi ſaepe Menalcas.
L. Cauſſando noſtros in longum ducis amores.
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet aequor: & omnes

(Adſpi-

SERVII.

50. [24] [INSERE, DAPHNI, PYROS. Hoc in gratiam Auguſti, per cujus beneficium ſecurus de agris ſuis eſt.] CARPENT TUA POMA NEPOTES. Ac ſi diceret: Nihil eſt quod poſſis timere: nam [25] illud reſpicit, quod ſupra invidioſe ait I. Ecl. 74. *Inſere nunc, Meliboee, pyros, pone ordine vites:* [[26] *Ite meae, quondam felix pecus, ite capellae: Non ego vos poſthac, viridi projectus in antro, Dumoſa de rupe procul pendere videbo.*]

51. OMNIA FERT AETAS. Id eſt, aufert: nam [27] intelligimus [28] eum ſubito obticuiſſe; nec quod coeperat implere potuiſſe. ANIMUM QUOQUE. Etiam memoriam.

52. LONGOS SOLES. [[29] Id eſt,] aeſtivos dies finire, ut III. Aen. 203. *Tris adeo incertos caeca caligine Soles.* CONDERE. Finire, uſque ad occaſum ducere.

53. [3] [NUNC OBLITA. Aut omiſſa, vel figurate quorum ego oblitus ſum. Et oſtendit Moerin nullum ſuum, ſed omnia Menalcae carmina retuliſſe. VOX QUOQUE MOERIN JAM FUGIT IPSA. His verſibus oſtendit vigorem cantandi, quem prius habuerat, perdidiſſe: & per allegoriam obſeſſum malis animum demonſtrat.]

54. LUPI MOERIN VIDERE PRIORES. Hoc etiam Phyſici confirmant: quod [31] voce deſeratur is, quem prior viderit lupus. Unde etiam proverbium hoc natum eſt: *Lupus* [32] *eſt in fabula:* quotiens ſupervenit ille, de quo [33] loquimur, & nobis ſui praeſentia amputat facultatem loquendi.

55. [34] [SATIS REFERET TIBI SAEPE MENALCAS. Ordo eſt, ſatis ſaepe.]

56. CAUSSANDO NOSTROS IN LONGUM DUCIS AMORES. [35] Cauſas nectendo, differs noſtra deſideria.

57. TIBI SILET AEQUOR. In tuam gratiam. Et hoc dicit: Ut poſſis canere, cuncta ſiluerunt. [[36] AEQUOR. Spatium campi.

VARIORUM.

52. CANTANDO PUERUM. *Cantando ſolitum* Agroetius de Orthographia. ſed aliter Beda in ejuſdem argumenti libello. *Cantando longos* Scholiaſtes Horatii libro quarto, ode quinta. pro *condere ſoles* Gudianus *ducere ſoles*. ſed *ducere* modo praeceſſit. HEINS.

53. MOERIM. Hic & verſ. ſeq. *Moerim* primus Moretanus. Heinſ. *Moerem* Mediceus. *Moerin* Donat. ad Terent. Adelph. IV. 1. 21. Vondelius vertit, quaſi cantare non potuerit Moeris. quum viſo lupo nec loqui aut vocem mittere potuerit. BURM.

55. REFERET. *Refero* Zulichemianus.

57. OMNES. *Omnis* Rottend.

Ibid. STRATUM SILET AEQUOR. Servius *campum* intelligit. ſed neſcio, an campus aeque bene *ſterni* dicatur, ac mare, quum tranquillitas oritur: immo ſternitur aliquid, quum aliqua re operitur. vid. II. Georg. 183. de mari vero obvium hoc verbum eſt. forte Mincium fluvium intelligit, aut, ut Catroeus malebat, lacum Mantuanum. BURM.

59. ME-

24 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. al. 25 ad illud L. Voſ. 26 deſunt L. R. Voſ. B. 27 intelligamus al. 28 deeſt V. eum L. 29 deeſt L. R. Voſ. B. 30 nota haec deeſt ad vſ. 54. L. R. B. Voſ. Steph. al. 31 vox detrahatur ei, quem primum Dan. 32 deeſt B. 33 loquitur L. B. 34 deſunt L. B. R. Voſ. Steph. al. 35 cauſſam al. 36 deſunt ad vſ. 60. R. Voſ. L. B. in Steph. & aliis ad *quod quidem*.

(Adſpice) ventoſi ceciderunt murmuris aurae.
Hinc adeo media eſt nobis via: namque ſepulcrum
Incipit adparere Bianoris. hîc, ubi denſas
Agricolae ſtringunt frondes, hîc, Moeri, canamus:
Hîc haedos depone. tamen veniemus in urbem.
Aut, ſi, nox pluviam ne colligat ante, veremur,
Cantantes licet uſque (minus via laedat) eamus.
Cantantes ut eamus, ego hoc te faſce levabo.
M. Deſine plura, puer: &, quod nunc inſtat, agamus.
Carmina tum melius, quum venerit ipſe, canemus.

SERVII.

58. ASPICE VENTOSI CECIDERUNT MURMURIS AURAE. Frondes ſcilicet arborum; oſtendens vel ipſas auras quieviſſe, quibus nihil omnino moveatur. Quod quidem ex Theocrito Idyl. VI. II. ſumptum eſt: τὰ δέ οὐ καλὰ κύματα φαίνει ἅσυχα καχλάζοντα]

60. BIANORIS. Hic eſt, qui & [37] Ocnus dictus eſt: de quo ait in decimo 199. *Fatidicae Mantus & Thuſci filius Amnis*: Conditor [38] Mantuae: [39] dictus autem Bianor eſt, quaſi animo & corpore fortiſſimus, ἀπὸ τῆς βίας καὶ [40] ἀνορέας.

61. STRINGUNT [41] FRONDES. Amputant, decutiunt. Ipſe in Georgicis I. 305. *Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus.*

62. TAMEN VENIEMUS IN URBEM. Etiamſi paululum quieſcentes dederimus operam cantilenae: [[42] & deeſt, hodie.]

63. NOX PLUVIAM NE COLLIGAT ANTE VEREMUR. Aër enim aut cum ortu Solis, aut cum occaſu, mutatur frequenter, quod [43] in Aeneide etiam ſaepius indicatur.

64. USQUE EAMUS. Jugiter eamus; ſed *Cantantes*: ita enim minorem itineris ſentiemus laborem.

65 HOC TE FASCE LEVABO. Si cantantes ierimus, [44] hoedorum te onere ipſe relevabo: nam *faſcem* ait onus. Sic in Georgicis III. 347. *Injuſto ſub faſce viam dum carpit.*

66. DESINE PLURA, PUER. Ac ſi diceret: Nimii deſiderii [45] es. [[46] Et *plura*, deeſt, dicere: ut eſſet, deſine plura dicere.] QUOD NUNC INSTAT AGAMUS. Nos Centurionem placemus: nam [47] cantare otioſorum eſt.

67. CUM VENERIT IPSE. Vel Virgilius, cujus adventu ſperabat ſecuritatem: vel ipſe Auguſtus, qui Actiacis bellis fuerat occupatus.

VARIORUM.

59. MEDIA EST. *Eſt* deeſt Zulichemiano.

Ibid. NAMQUE SEPULCRUM. *Jamque* Menagianus alter. HEINS.

Ibid. SEPULCHRUM INCIPIT APPARERE BIANORIS. Dulcinus de vario ſtatu Bononiae hoc ſepulchrum fuiſſe media via inter Mantuam & Romam exiſtimabat, quia primum verſum *quo via ducit in urbem*, & mox ℣. 62. de Roma capiebat. ſed hunc errorem in praefatione ad ſeptimum tomum Theſauri Italiae in ipſo initio refutavimus. BURM.

60. HIC UBI. *Hic tibi* Venet.

62. IN URBEM. *Ad urbem* Zulichem.

63. AUT. *At* Menagii alter. *nos pluviam* Parrhaſ.

64. MINUS VIA LAEDET. *Via laedit* in Mediceo, & ſecundo Moretano. *laedat* in Menteliano, & Menagiano prioribus, ut & in Moreti fragmento. HEINS. *Laedit euntes* Parrhaſ. *laedet* Regius, & Edd. quaedam. *laedet* Voſſ. & Edd. multae.

65. HOC TE. *Te hoc* Voſſian.

66. PUER ET. *Et* deeſt Leidenſi ſecundo. *nunc quod nunc* Menagianus prior.

67. CARMINA TUNC MELIUS. *Tum* ſcripti. HEINS.

37 Hocnus Dan. oenus V. 38 Mantuanae L. 39 dicitur autem B. ſed *autem* deeſt Steph. & al. 40 ἰσχύος L. Voſ. ῥώμης R. 41 FRONTES L. 42 deſunt L. B. R. Voſſ. Steph. al. 43 deeſt Dan. 44 eorum L. R. B. 45 eſt L. 46 deſunt L. B. Voſ. R. Steph. al. 47 deeſt L. canere R. Steph.

ECLO-

ECLOGA DECIMA.

GALLUS.

EXTREMUM hunc, Arethuſa, mihi concede laborem.
Pauca meo Gallo, ſed quae legat ipſa Lycoris,
Carmina ſunt dicenda. neget quis carmina Gallo?

Sic

SERVII.

GALLUS. [[1] Hic eſt Cajus Aſinius Gallus orator, Aſinii Pollionis filius, qui] ante omnes primus Aegypti praefectus fuit, poëta eximius, nam [2] & Euphorionem (ut ſupra [3] diximus) tranſtulit in Latinum ſermonem; & Amorum ſuorum de Cytheride ſcripſit libros quatuor. Hic [4] primo in amicitiis Auguſti Caeſaris fuit: poſtea cum veniſſet in ſuſpicionem, quod contra eum conjuraret, occiſus eſt. Fuit [5] autem amicus Virgilii; adeo ut quartus Georgicorum [6] a medio uſque ad finem ejus laudes teneret: quas poſtea, jubente Auguſto, in [7] Ariſtaei fabulam [8] commutavit. Hic [9] autem Gallus amavit Cytheridem, meretricem, libertam [10] Volumnii, quae, eo ſpreto, Antonium, euntem ad Gallias, eſt ſecuta: propter quod dolorem Galli nunc videtur conſolari Virgilius. Nec nos debet movere, quod [11] cum mutaverit partem quarti [12] Georgicorum, hanc Eclogam ſic reliquit: nam licet conſoletur in ea Gallum, tamen altius intuenti vituperatio [13] eſt: nam & [14] in Gallo impatientia turpis amoris oſtenditur: & [15] aperte hic Antonius carpitur inimicus Auguſti, quem, contra Romanorum morem, Cytheris eſt in caſtra comitata.

1. EXTREMUM LABOREM. Non quod [16] mihi laborioſum eſt (nam ſcribere, apud poëtas [17] ludus eſt, ut 1. Ecl. 9. *Et ipſum Ludere quae vellem* [[18] *calamo permiſit agreſti*,)] ſed rem tibi laborioſam, ſcilicet ut, [19] virginitate gaudens, praeſtes de amoribus [20] cantilenam. Unde & rogat, dicens, *Concede*. Et verecunde *pauca* poſtulat, & eam adjurat etiam: SIC TIBI CUM FLUCTUS SUBTERLABERE SICANOS. Per *Arethuſam* autem, Muſam Siculam, id eſt, [21] bucolicum [22] Theocritium invocat carmen. Sane *Arethuſa* ſecundum Latinitatem in penultima habet accentum; ſecundum rationem Graecam, in tertia a fine, [23] Ἀρέθουσα, ſicut Creuſa, [24] & Κρέουσα.

2. PAUCA MEO GALLO. Non ad caeterarum Eclogarum comparationem; ſed *pauca*, quantum ad Galli pertinet ſcripta; quae (ut ſupra diximus) de ſuo amore compoſuit. [[25] IPSA, quae amata ſprevit amorem. LYCORIS. Pro Cytheris: licet enim poëtis alia nomina pro aliis ponere.]

VARIORUM.

1. HUNC. Deerat Zulichemian. *cum* Mediceus a manu prima. *hinc* Venetus.

2. LY-

In ſcriptis nonnullis *Conqueſtio cum Gallo*. Mentelianus uterque & Menagianus alter cum binis Leidenſibus *Conqueſtio cum Gallo de agris*. Mediceus *Conqueſtio cum Gallo Poëta de agris*. Gudianus *Poeta ad Gallum. De amore Galli Conſolatio*. HEINS. *Queſtio cum Gallo de agris* L. Hanc Eclogam illuſtrat Barthius lib. XVIII. Adverſ. cap. 16. & XLI. 26. Heumannus Poicil. part. 1. lib. IV. cap. 3. Confundit vero Servius cum Cornelio Gallo, Aelium. Vid. ad Ovid. III. Amor. IX. 63. ubi de hoc egimus. BURM.

1 Deſunt ad ante omnes L. B. R. Voſ. Steph. al. 2 deeſt V. R. Voſ. 3 dixi L. 4 primum in amicis Steph. Dan. al. in primo Voſ. 5 deeſt al. 6 liber a medio B. 7 Ariſtin L. 8 commutaret L. B. 9 deeſt L. V. B. R. Voſ. Steph. 10 Voluminii L. Volumni Voſ. B. 11 commutaverit L. 12 Georg. libri V. 13 deeſt L. 14 & Gallo L. & Galli Voſ R. B. 15 a parte L. Voſ. 16 deeſt al. 17 luſus al. 18 deſunt L. R. Voſ. ad fin. 19 nympha B. 20 cantilena L. 21 bucolicam L. 22 Theocriti Voſ. V. 23 deeſt Voſ. R. 24 & Creuſam V. L. al. & Creuſa Dan. & Κρέουσα, Munck. ad Fulgent. II. 6. 25 deſunt L. B. R. Voſ. Steph. al.

Sic tibi, quum fluctus ſubterlabere Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat undam.
Incipe. ſollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera adtondent ſimae virgulta capellae.
Non canimus ſurdis: reſpondent omnia ſilvae.

Quae

SERVII.

4. SIC TIBI CUM FLUCTUS SUBTERLABERE SICANOS. Varia enim opinio eſt: nam alii dicunt ad *Arethuſam*, Nympham Siciliae, Alpheum [26] [fluvium de] Elide venire per maria: ſecundum quos [27] alibi dixit III. Aen. 694. *Alpheum fama eſt huc Elidis amnem* [[28] *Occultas egiſſe vias ſubter mare.*] Alii dicunt [29] ipſam *Arethuſam* jam [30] in fontem mutatam Alpheum fugere, & de Elide ad Siciliam venire: quod nunc eſt ſecutus. [[31] Sane dicitur quodam tempore patera aurea in Arethuſa inventa, quam [32] Olympionices in Alpheum miſerat: & cum Olympiae hoſtiae caeduntur, [33] cruor earum, in Alpheum infuſus, in Arethuſam [34] exit. SICANOS. Sicilia ante *Sicania* dicta, a *Sicano* Terrae filio.]

5. DORIS AMARA. Mater Nympharum eſt, quam pro mari poſuit: [[35] vel *Doris*, Oceani filia, conjux Nerei.]

6. SOLLICITOS. Sollicitatos, plenos ſollicitudinis poſt Cytheridis abſceſſum, quam [36] *Lycorin* vocat. Fuerunt [37] autem uno tempore nobiles meretrices tres: Cytheris, Origo, Arbuſcula. Horatius I. Sat. X. 77. *Exploſa Arbuſcula dixit.* [38] Idem I. Sat. II. 55. *Ut quondam Marſeus amator Originis*, [39] *ille*, *Qui* [40] *patrium mimae donat fundumque laremque.*

7. [41] [SIMAE. Graecum eſt nomen: id eſt, preſſis naribus: Unde & *ſimias* dicimus: quod epitheton Theocritus dat praecipue apibus VII. Idyl. 80. [42] Ὡς τινα αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι Κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι. Et dicens: *ſimae virgulta capellae*, hic poëtam quaſi paſtorem [43] poſuit.]

8. NON CANIMUS SURDIS, RESPONDENT OMNIA SYLVAE. Per Echo, id eſt, [44] vocis imitationem [45] ut nos [46] conſolantur: [[47] & mira brevitate ſenſus hujus verſus explicatus eſt. QUAE NEMORA. Hinc carmen [48] videtur.] Eſt quaedam Theocriti Ecloga, in qua ſuos amores deflere Daphnis inducitur: [[49] vel ut alii, quidam paſtor Daphnin amore mortuum deflet:] hujus omnem ordinem ad hanc Eclogam transtulit I. Idyl. 66. Πᾶ πόκ' ἄρ' ἦσθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾶ πόκα Νύμφαι, Ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ Τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω.

VARIORUM.

2. LYCORIS. *Lyquoris* unus Moretanus. *Liquoris* Menagianus & Rottendorphius ſecundi. & Venetus (*ſed q. l. ip. Lycoris*) in parentheſi ponebat Heumannus, & *legat* optandi modo ca iebat. BURM.

4. SUBTERLABERE. *Subterlabare* unus Moreti. *interlabere* Parrhaſ.

5. AMARA. *Amica* Zulichemianus. *amata* Ed. D. Heinſii. ſed *amara* dicitur ſalſa & marina aqua, ut Georg. IV. 431. vid. ad Rutil. I. Itin. 251. & hic Emmenes. aliquando tamen *amarum* & *ſalſum* differre, docet Salmaſ. Exerc. Plin. p. 80. BURM.

7. ADTONDENT SIMAE. *Simae adtondent* Venetus. *attondunt* Moret. quart. alius ejuſdem *tondent*.

9. QUI

26 deſunt B. ſed *de* tantum deeſt V. L. R. Voſ. 27 deeſt L. V. R. Voſ. B. 28 deſunt L. R. Voſ. B. 29 deeſt R. 30 jam fonte L. B. jam fontem R. Voſ. 31 deſunt ad vſ. 5. L. R. Voſ. Steph. 32 Olympioniſes i. A. miſerant Dan. Olympionides miſerant Fabr. Ban. & al. 33 Cruorem araim * in Dan. cruore mari in al. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 491. legebat, quam Olympionices in Alpheum miſerat. & c. o. h. c. cruor earum in A. i. i. A. exit, unde Maſvicius ſuam lectionem ſubegit. Voſſius legebat, quam Olympienſes in A. miſerant, & c. o. h. c. cruorem atarum in A. infuſum in Arethuſam exire. Vid. & Muncker. ad Fulgent. III. ult. BURM. 34 exeat al. 35 deſunt L. Steph. al. 36 Lycoridem Dan. Lycorim al. 37 enim Dan. 38 item V. 39 *illi* Dan. 40 *patriae minimae* L. 41 deſunt L. Voſ. R. 42 deſunt B. Steph. 43 Dan. Graeca habet poſt *poſuit*. 44 per vocis V. Voſ. 45 deeſt nos Dan. Steph. al. 46 conſolamur Dan. al. ut ſolantur V. Voſ. ſolamur R. L. B. al. 47 deſunt L. B. Steph. al. 48 videtur incipere Dan. & al. 49 deſunt R. Voſ. B. L. ut & Graeca, quae nec Steph. nec Dan. habet.

Digitized by Google

Quae nemora, aut qui vos ſaltus habuere, puellae
Naïdes, indigno quum Gallus amore periret?
Nam neque Parnaſi vobis juga, nam neque Pindi
Ulla moram fecere, neque Aoniae Aganippae.
Illum etiam lauri, etiam flevere myricae:

Pini-

SERVII.

9. SALTUS HABUERE PUELLAE NAJADES. [50] Nymphas ſimpliciter accipiamus: nam ſi proprie loqueretur, Oreades diceret: [51] *Najades* [52] enim fontium; Oreades, montium; [[53] Dryades, arborum] Nymphae ſunt. Sane, quia diximus eaſdem [54] eſſe Nymphas, [55] quas Muſas, videtur hoc dicere: quia ſi cum ipſo fuiſſent Muſae; id eſt, ſi [56] dediſſent operam ſcribendis carminibus; non incidiſſet in tantas amoris anguſtias: [[57] vel cur eum amantem Muſae deſeruerint, cum propter ingenium earum eſſet antiſtes.]

10. INDIGNO. Vel meretricio, vel magno: nam & Ennius ait: *Indignas* [58] *turres*, id eſt, magnas. [[59] Alii *indigno*, non quia Cytheris pulchra non fuerit, ſed quia Gallus ab ea ſpretus ſit.]

11. NAM NEQUE PARNASSI VOBIS JUGA, NAM NEQUE PINDI. [60] *Parnaſſus* mons Boeotiae, *Pindus* Theſſaliae; ambo Apollini & Muſis conſecrati.

12. [61] AONIA AGANIPPE. Nominativi ſunt ſingulares. *Aganippe* autem fons eſt Boeotiae, quae & *Aonia* dicitur. *Aonia* autem brevis fit *Ni*, quia ſequitur vocalis vocalem. [62] [Callimachus *Aganippem* fontem eſſe dicit Permeſſi fluminis.]

VARIORUM.

9. QUI VOS. *Qui nos* Venetus.

10. NAJADES. Scribe *Naïdes* cum optimis codicibus. Nam *Naïades* a *Naïas* eſt quadriſyllabum. deinde *peribat*, non *periret* a manu prima Mediceus & Gudianus. HEINS. *Peribat* praefert etiam Heumannus, qui *indigno* interpretatur *immerito*, ut inter alias interpretationes jam Cerda notaverat. ſed eſt turpi, foedo, miſero, ut ſupr. VIII. 18. & XII. Aen. 441. & VI. 163. *Indigna morte peremtus*. Varie utuntur Poëtae hac voce. vid. ad Ovid. I. Am. IV. 35. BURM.

11. PARNASI. Exemplaria noſtra & Pierii omnia per ſimplex *s*. ſic in veteri Inſcriptione apud Gruterum DCCLII. L. AEMILIUS PARNASUS bis. ita & Georgicôn II. ỷ. 18. *Parnaſia laurus*. etiam in Naſonis codicibus vetuſtis & Lucani paſſim. HEINS. *Nobis juga* Venetus.

12. AONIAE AGANIPPE. Pro *Aonia Aganippe* Probus & Soſipater, teſte Pierio, agnoſcunt *Aoniae Aganippes*. certe in noſtris omnibus *Aoniae Aganippae*. niſi quod de Mediceo nihil temere adfirmarim, ex quo in ora codicis nullam ſcripturae annotavi diſcrepantiam, ſive, quod hic locus me tum fugerit, cum membranas eas evolvi, ſive, quod exemplar illud pro vulgata ac recepta hactenus ſtet lectione, quam & Servius vulgatae editionis videtur agnoſcere. Charitius tamen Soſipater, uti ab Elia Putſchio ex optimis membranis eſt caſtigatus, bis *Aoniae Aganippae* profert. bis etiam Marius Victorinus, Victorinus Maximus ſemel in ejuſdem argumenti libellis. nec aliter aut Cledonius, aut Beda de metris, aut Probus libro primo Artis Grammaticae. niſi quod mendoſe apud illum circumfertur *Aoniae Aganippe*, pro *Aganippae*. Catullus Epithalamio Mallii, *Lympha quos ſuper irrigat Frigerans Aganippae*, ſic ſcribo, non *Aganippe*. *Aganippae* ſecundo caſu, quomodo *Andromachae*, *Penelopae*, *Circae*, de quibus actum Aeneidos tertio v. 376. & libro VIII. 139. *Aganippen* ſi pro fonte hic ſumis, ut quidam ſcriptores fontem eſſe contendunt, & inter eos Callimachus apud Scholiaſten Juvenalis ad Satyram quintam, Servianae ſubſcribo lectioni. ſin montem facis, verior omnino ſcriptura eſt *Aoniae Aganippae*, vel, *Aganippes*. ut

juga

50 Naidas nymphas L. R. Voſ. B. 51 Naides L. Voſ. 52 deeſt L. 53 deſunt Dan. R. Voſ. Steph. al. 54 deeſt Dan. 55 quas etiam B. L. V. Steph. al. 56 dediſſet Voſ. Dan. Steph. al. 57 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. al. 58 *torvas turres* Cod. Urſini. 59 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. & al. 60 montes Theſſaliae ſunt Apollini & M. conſecrati B. L. Voſ. R. montes Theſ. ſunt Parnaſſus & Pindus Apol. e. m. c. Steph. al. 61 AONIAE AGANIPPAE L. AONIAE AGANIPPE L. R. AONIE AGANIPPE Voſ. Dan. AONIA AGANIPPE Steph. 62 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Pinifer illum etiam ſola ſub rupe jacentem
Maenalus, & gelidi fleverunt ſaxa Lycaei.
Stant & oves circum: noſtri nec poenitet illas:
Nec te poeniteat pecoris, divine poëta:
Et formoſus oves ad flumina pavit Adonis.

Ve-

SERVII.

14. SOLA SUB RUPE, Deſerta. *Maenalus* autem & *Lycaeus* montes ſunt Arcadiae.

16. STANT ET OVES CIRCUM. Scilicet circa Gallum, ejus amorem ſtupentes. Senſus autem eſt: Sicut oves, o Galle, [63] circum te ſtare non poenitet; ita nec te illarum poeniteat: nam etiam Adonis quondam ovium extitit paſtor. Et quod ait *Noſtri*, miſcuit ſuam perſonam, ut frequenter facere conſuevit: nam erat integrum: *Tui nec* [64] *poenitet illas*. [[65] Alii *poenitet*, pudet accipiunt.]

17. NEC TE POENITEAT PECORIS, DIVINE POETA. Allegoricôs hoc dicit: Nec tu erubeſcas bucolica ſcribere.

18. ADONIS. *A* habet accentum, quia Graecum eſt nomen; tamen [66] etiam Latine ſic dicimus: nam [67] *Adon* nuſquam lectum eſt. [[68] Et eſt de hoc fabula talis: In Cypro inſula regnavit Cinyras, habens filiam Myrrham nomine; quae Solis ira in amores incidit patris, cum quo etiam, miniſterio nutricis, concubuit: Namque nutrix Myrrhae dixit Cinyrae, eſſe quandam puellam, quae ejus amore flagraret, & concubitum nocte in tenebris propter verecundiam expeteret virginalem: hoc Cinyras, incitatus libidine, pollicitus eſt: cupiens deinde videre vultus puellae, lumen juſſit inferri, viſamque filiam perſequi [69] cum gladio coepit, ut interficeret: quae gravida de patre confugit in ſylvas, ibique mutata eſt in arborem nominis ſui; ſed infantem conceptum etiam in cortice retinuit, & poſtmodum dente apri exciſum emiſit in lucem; qui a Nymphis educatus, *Adonis* cognominatus eſt; quem quia Venus adamavit, Mars in aprum transfiguratus occidit. Quem multi miſeratione Veneris in roſam converſum dicunt. Eſt etiam alter ordo hujus fabulae: Ex Aegypto Epivioſtaſterius & Yon, fratres, ad inſulam Cyprum profecti ſunt, atque ibi ſortiti uxores: ex quorum genere Celes procreatus eſt; qui habuit [70] Erinomam filiam: haec cum eſſet nimiae caſtitatis, & hoc a Minerva & Diana diligeretur, Veneri eſſe coepit inviſa: quae cum puellae caſtitati inſidiaretur, in amorem ejus impulit Jovem: quem dolum poſtquam Juno animadvertit, ut fraudem fraude ſuperaret, petit a Venere, ut in amorem puellae *Adonem* inflammaret: quem poſteaquam nulla fraude ſollicitare in ejus amorem potuit, objectis quibuſdam nebulis, ipſum *Adonem* in penetrale Virginis produxit: Ita pudicitia puella per vim & fraudem caruit; ſed hanc Diana [71] irata circa Caſſeum fluvium in pavonem mutavit: *Adonis* vero, ubi cognovit ſe amatam Jovis viriaſſe, metuens, profugit in montis Caſſii ſylvas, ibique immixtus agreſtibus verſabatur: quem dolo Mercurii monte deductum, cum aper, quem fabulae Martem loquuntur, vehementer urgeret, & ab *Adone* vinceretur; repente fulmen Juppiter jecit, & *Adonem* morti dedit: ſed cum Venus illuſum ſibi, & mortem amati [72] *Adonis* ſaepe quereretur, Mercurius miſeratus imaginem *Adonis*, ut vivere crederetur, ad ſuos reduci fecit: Juno autem a Jove petiit, ut *Adonis* in lucis patriis aevum degeret: tum Diana puellae Erinomae formam priſtinam reddidit, quae tamen ex *Adone* [73] Taleum filium procreavit, & cum viro permanſit.]

VARIORUM.

juga Aganippae accipias, quomodo *Parnaſi* & *Pindi juga* verſu proxime praecedenti. HEINS. *Aoniae Aganippe* Edit. Venet. & Mediol. *Aonie Aganippe* Regius, Voſſian. & fragm. Moreti.

13. LAURI ETIAM. Ita optimus Mediceus, uterque Mentelianus, caeterique tam noſtri quam Pieriani, uno alteroque exceptis, ſed illis haud magnae rei. Vulgati inſerunt τὸ *illum*. *illum etiam lauri*,

63 circa L. B. V. Voſ. Steph. 64 *poeniteat* Dan. al. 65 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. al. 66 & L. B. R. Voſ. Steph. 67 Adon apud Fulgent. in Mythol. III. 2. VOSSIUS. 68 deſunt ad vſ. 20. L. R. Voſ. B. Steph. al. 69 eam cum Heinſ. 70 Erittumam al. 71 forte, miſerata. 72 deeſt al. 73 Voſſ. Teteum vel Talum legebat.

Venit & upilio: tardi venere bubulci:
Uvidus hiberna venit de glande Menalcas.
Omnes, unde amor iſte, rogant, tibi? venit Apollo:
Galle, quid inſanis? inquit, tua cura Lycoris

Per-

SERVII.

19. VENIT ET UPILIO. [[74] Ovium cuſtos, &] propter metrum ait [75] *upilio*: nam *opilio* dicimus: & Graeco uſus eſt ſchemate, ſicut illi dicunt [76] *ὤιεν*, pro eo, quod eſt *ἰὲν*, [& [77] *ὤνομα*, pro eo, quod eſt ὄνομα.] TARDI VENERE SUBULCI. Tardi, id eſt, ſtulti. Terentius in ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ IV. v. 28. *Tardus es*, id eſt, ſtultus: nam porci cito ambulant. [[78] Alii pro fatigati accipiunt: quidam dicunt ideo tardi, quia porci nuſquam paſcuntur, niſi radicitus effodiant herbam. *Subulci* autem paſtores porcorum.]

20. UVIDUS HYBERNA VENIT DE GLANDE MENALCAS. *Uvidus*, [79] pinguis. Et *humidum* eſt, quod extrinſecus habet aliquid humoris, *Uvidum* [80] vero quod intrinſecus, unde & [81] uvae dictae ſunt; quod tamen plerumque confundunt poëtae. [[82] *Hiberna* autem *de glande*, de collectione glandis, quia per hiemem colligitur.]

21. UNDE AMOR ISTE. Id eſt, tam impatiens, tam turpis. [[83] Alii ſic intelligunt *unde*, quod non dignus [84] illo, a quo faſtidiebatur.

22. GALLE, QUID INSANIS. Vult ſpem amoris deſperatione ſanare.] TUA CURA LYCORIS. Pene irriſorie dictum eſt TUA CURA. Id eſt, pro qua tu ita ſolicitus es, te relinquit. Et bene cum alii interrogent, quaſi deus Apollo divinat.

PHILARGYRII.

22. TUA CURA LYCORIS. Id eſt amor, ut IV. Aen. I. *Jamdudum ſaucia cura*. Haec autem Lycoris, Cytheris appellata eſt.

VARIORUM.

lauri, illum etiam flevere myricae. perperam. veram ſcripturam Caritius quoque exhibet libro primo, capite de Analogia, in *Laurus*. jam dictum de hoc verſu ad Eclogam ſecundam verſu 53. HEINS. *Illum etiam lauri etiam flevere* Editio Juntina. *laurus etiam* Zulichem. *nec non flevere* Parrhaſ. & Ed. Venet. *lauri illum etiam* Ed. Mediol.

16. STANT. Hos tres verſus ex Scaligeri ſententia poſt verſum octavum poſuit Taubmannus. Heumannus illis *noſtri nec*, uſque ad *Adonis* in parentheſi poſitis, continuat, *ſtant & oves circum, venit & upilio*. per oves intelligit Poëſim, & per Paſtores Poetas, ut & Adonis fuit. Catroeus duos *nec te poeniteat* & ſeq. in parentheſi poſuit. BURM.

Ibid. NOSTRI NEC POENITET ILLAS. Scholiaſtes Horat. ad lib. I. Od. 28. Hypallagen eſſe vult, pro *nos illarum non poenitet*. non puto. ſed ſenſum eſſe, contentae ſunt nobis paſtoribus, non alios exoptant, ut Terent. Phorm. I. IV. 20. *noſtri noſmet poenitet*, & in dicto vulgari *ſuae quemque fortunae poenitet*. quod Horat. I. Sat. I. *neminem contentum vivere ſua ſorte*. cantibus noſtris delectantur oves, & nunc etiam nobiſcum lugere ſortem non dedignantur, & tu quoque accipe eorum cantus lugubres, nec indignas judica amore, quas & Adonis paſcere non detrectavit. *veſtri* Parrhaſ. BURM.

19. TARDI VENERE BUBULCI. Vide quae pro hac lectione dicta ſunt a Samuele Bocharto Hierozoici libro II. cap. 57. p. 707. Apulejus in Floridis: *Nil aliud plerique callebant, quam Virgilianus opilio ſeu bubſequa*. & in Apologia: *Aemilianus, ultra Virgilianos opiliones & bubſequas, ruſticanus*. quibus ad hunc verſum reſpicit. *ſubulci* Mediceus, ut & caeteri praeſtantiores, praeterea *oppilio* in altero Menteliano, non *opilio*, aut *upilio*, quod in aliis. apud Terentianum Maurum tamen legitur *bubulci*. item *upilio*. & ſane primam in *bubulcus* quoque corripuit Naſo libro IV. Pontic. El. VII. 10. ubi *Iazyx bubulcus* occurrit. & apud Juvenalem VII. 116. *Dicturus dubia pro libertate bubulco Judice*. Auſon. Epigr. *Namque cavis manibus cernens potare*

74 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. 75 Oppilio V. L. Opilio R. 76 oynon V. oynona L. R. Voſ. 76. χιων L. R. Voſ. B. 77 deſunt L. R. Voſ. B. 78 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 79 Ninguidus Barth XVIII. Adv. 16. 80 deeſt L. Voſ. R. B. 81 uvae dicuntur Dan. 82 deſunt L. B. R. Voſ. Steph. al. 83 deſunt ad TUA L. R. Voſ. B. Steph. al. 84 illo * atque ſuperet, faſtidiebatur Dan. forte, illa, a qua ſuperbe faſtidiebatur. BURM.

Digitized by Google

Perque nives alium, perque horrida caſtra ſecuta eſt.
Venit & agreſti capitis Silvanus honore,
Florentis ferulas & grandia lilia quaſſans.
Pan deus Arcadiae venit: quem vidimus ipſi
Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.
Ecquis erit modus? inquit. amor non talia curat.
Nec lacrimis crudelis amor, nec gramina rivis,
Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellae.

Tri-

SERVII.

23. PERQUE HORRIDA CASTRA SECUTA. [85] [*Horrida* ſemper; nunc propter bella civilia. Et ſubtiliter] hic tangit Antonium, ut diximus ſupra.

25. QUASSANS. Concutiens.

26. QUEM VIDIMUS IPSI. [[86] Utrum, quia praeſentia numina agreſtium, & ipſe, & Fauni; an, quia] [87] ſolent numina plerumque ſe ruſticis offerre. Unde eſt VI. Ecl. 24. *Satis eſt potuiſſe videri.* Notandum ſane, [88] quod ea numina plerumque, quae amaverunt, dicit ad amatorem venire. Nam Apollo amavit [89] Daphnin; Pan Syringam; Sylvanus [90] Cupreſſum.

27. SANGUINEIS EBULI BACCIS, MINIOQUE RUBENTEM. [[91] *Ebulum*, genus eſt herbae ſambuco ſimile. MINIO autem ideo, quia] [92] facie rubra pingitur Pan, propter aetheris ſimilitudinem. Aether autem eſt Jupiter. Unde etiam triumphantes, [93] qui [94] habent omnia Jovis inſignia, ſceptrum, palmatam [95] togam, [[96] qua utebantur illi, qui palmam merebantur:] unde ait Juvenalis X. Sat. 38. *In tunica Jovis:* faciem quoque de rubrica [97] illinunt inſtar coloris aetherei.

28. AMOR NON TALIA CURAT. Quaſi expertus [[98] in Syringa] loquitur.

VARIORUM.

tare bubulcum. Ovidio *bubulcus* ſaepe. vide Voſſ. de Analog. II. cap. 15. HEINS. *Bubulci* tuetur Barth. XVIII. Adv. 16. quia mox Menalcas ſubulcus additur, & Cerda & alii. *tardi* vero ſtulti quidam interpretantur. ſed ego cum Pierio & Erythraeo in *tardi*, & Taubmanno de lento ingreſſu, paſcentibus boves tardo gradu & incedentibus, capio. ut ita ſaepe omnes paſtores *lenti* dicuntur. Propert. IV. X. 29.

Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cantat.

Ubi mſſ. nonnulli *laeti*. Mediceus hic pro *tardi*, *pari* a manu prima. *tarde* Ed. Ven. *ſubulci* etiam Regius Voſſ. & alii. in l. 25. §. ult. de Inſtructo vel Inſtrumento legato legitur *Paſtores ovilliones, & ovilia*, quaſi ab ovilibus ita dicti eſſent. *Appilio* Voſſ. *opilio* Parrhaſ. *oppilio* alii. BURM.

20. UVIDUS. Pinguis eſt Servio, & id ſecutus Vondelius. ſed ego a legendis glandibus tempore hiberno & pluvio madidum intelligere malim. unde *hiemem aquoſam* vocat inf. 66. Scholiaſt. Horat. lib. IV. od 5. ubi *uvidum* ebrium, vino plenum interpretatur, hunc locum adfert. ſed glandibus ſaturum capere inconcinnum, quibus hoc tempore ne ruſtici quidem veſcebantur. *Viridus* Edit. Venet. Guellius quoſdam *uvidus heſterna* legere narrat. *Uvidus* contra Barthium tuetur Gronov. Diatr. Stat. cap. XXIII. qui *ſubulci* etiam praecedenti verſu praefert. BURM.

21. OMNES, UNDE AMOR ISTE. Lege, *omnes unde amor iſte rogant tibi venit? Apollo, Galle quid inſanis.* FABER. Menagianus, *omnes, unde amor iſte, rogant, tibi venit?* ſed male. HEINS.

Editio

85 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. al. 86 deſunt L. B. Voſ. R. Steph. al. 87 ſolent enim B. L. R. Voſ. al. 88 qui V. 89 Daphnen V. Daphnem Steph. al. 90 Cypariſſum L. 91 deſunt L. B. R. Voſ. Steph. al. 92 facie enim L. Steph. al. 93 quia L. ſed ſub a puncto poſito. quid deeſt B. Dan. Steph. 94 habet L. 95 deeſt Dan. palmatent V. Voſ. 96 deſunt Dan. R. Voſ. B. 97 illiniunt L. Delubrica B. 98 deſunt L. V. B. R. Voſ. Steph.

Digitized by Google

Triſtis at ille: Tamen cantabitis, Arcades, inquit,
Montibus haec veſtris: ſoli cantare periti
Arcades. o mihi tum quam molliter oſſa quieſcant,
Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores!
Atque utinam ex vobis unus, veſtrique fuiſſem
Aut cuſtos gregis, aut maturae vinitor uvae!
Certe ſive mihi Phyllis, ſive eſſet Amyntas,
Seu quicumque furor, (quid tum, ſi fuſcus Amyntas?

Et

SERVII.

31. TRISTIS AT ILLE TAMEN. Alii TAMEN ſuperioribus jungunt; ſed melius ut ſic legamus: *Tamen cantabitis*; ut ſit ſenſus: Licet ego duro amore conſumar, tamen erit ſolatium, quia meus amor erit veſtra cantilena quandoque. [[99] Videtur enim neque objurgationes, neque conſolationes recipere obſtinate moriturus; nihil enim ad dicta ab eis reſpondit.

33. ARCADES. Paſtores. Et allegoricos oſtendit Virgilius, quantum ei praeſtet, amorem ejus canendo.] OSSA QUIESCANT. [1] Hinc confirmat ſe eſſe moriturum.

34. OLIM. Futuri temporis eſt modo.

36. AUT CUSTOS GREGIS, AUT MATURAE VINITOR UVAE. Ac ſi diceret: Quid mihi cum urbibus, ubi ſunt meretrices tam pulchrae, quam perfidae? [[2] *Vinitor* autem, vel cuſtos, vel cultor vinearum.]

38. SEU QUICUNQUE FUROR. Omnis enim amor plenus eſt furoris. [[3] QUID TUM SI FUSCUS AMYNTAS? Quaſi ei objectum ſit, quod *Amyntas fuſcus* eſſet, ſic reſpondit: quid deinde, ſi fuſcus eſt?

VARIORUM.

Editio Juntina, *unde amor iſte, rogant: Tibi venit Apollo*, & ita aliae editiones, & Parrhaſii Cod. & alter Mentelii. BURM.

22. INQUIT. *Et inquit* Voſſian.

23. ALIUM. *Nives Alpum* pro *Alpium* Schott. in lib. II. Obſerv. 4. quod recte damnat Barth. lib. XVIII. Adv. 16.

24. CAPITIS. *Capiti* Menagianus alter.

26. ARCADIAE. *Arcadia* Barthius ex veteri codice.

27. BACCIS. *Bacis* Regius, duo Leidenſes, Mentel. Zulich. & plures alii, ut & Ed. Junt. & Rob. Steph.

28. ET QUIS ERIT MODUS? INQUIT. *Ecquis* in Mediceo, *Et quis* Giphan. in Lucret. HEINS. *Et quis* Parrhaſ. vid. Ecl. I. 27.

Ibid. AMOR NON. *Amorum* codex Barthii, quod ille probare videtur. *nec talia* Parrhaſ. *Amor* ſcribit hic & ſeq. verſu Heumannus, id eſt Cupido. & ita ediderat jam Catroeus hoc loco, ſed non in reliquis hujus Eclogae. BURM.

29. RIVIS. *Ripis* Mediceus a manu prima.

30. APES. *Oves* Moretanus quartus, & alius pro varia lectione.

31. TRISTIS AT ILLE: TAMEN CANTABITIS. Ita haec diſtinguenda ſunt. quomodo & Mentelianus alter & alter Rottendorphianus, cum Leidenſibus, adſtruente & Nonio Marcello in voce *triſtis*. HEINS. Heumannus alteram diſtinctionem probat. ſed hinc perit omnis gratia *τῦ tamen*, quod non praecedente *licet* vel *quamvis*, ita ſenſum facit multo acutiorem, ut recte Servius explicat. vid. & III. Aen. 541. X. 248. Cicer. XII. ad Att. 2. ita incipit Epiſtolam, *Hic rumores tamen Murcum periiſſe naufragio:* & centies viri docti hoc juſſerunt obſervari: v. ad Ovid. XI. Ep. I. & Grat. Cyneg. 336. & paſſim. BURM.

32. VESTRIS. *Noſtris* Venetus & unus Moreti. mox *parati* Menagianus. vid. ad Sueton. Claud. XLII. *Montibus heu veſtris* Zulichem. BURM.

33. O MIHI TUM QUAM. *Quam tum* Fragm. Mo-

[99] deſunt ad OSSA L. B. Voſ. R. Steph. al. [1] Nam ſe dicit L. V. B. Voſ. R. Steph. al. [2] deſunt L. R. B. Voſ. Steph. al. [3] deſunt ad vſ. 42. R. Voſ. B. L. Steph. al.

Et nigrae violae ſunt, & vaccinia nigra)
Mecum inter ſalices lenta ſub vite jaceret.
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Hîc gelidi fontes: hîc mollia prata, Lycori:
Hîc nemus: hîc ipſo tecum conſumerer aevo.
Nunc inſanus amor duri me Martis in armis,
Tela inter media, atque adverſos detinet hoſtis.
Tu procul a patria (nec ſit mihi credere) tantum

Al-

SERVII.

40. MECUM INTER SALICES. Videlicet, alteruter, vel quiſquis ille, vel *ille* fuerit.]

42. HIC GELIDI FONTES, HIC MOLLIA PRATA, LYCORI. Ac ſi diceret: Quid te juvat inter frigora Gallicana demorari? [[4] Et cum optaſſet aliud, iterum ad amatum redit.

43. HIC IPSO AEVO. Id eſt, flore aetatis.]

44. NUNC INSANUS AMOR. Hinc uſque ad finem, amatoris [5] inconſtantia exprimitur, cui electa diſplicent ſtatim.

45. TELA INTER MEDIA ATQUE ADVERSOS DETINET HOSTES. Ex affectu amantis ibi ſe eſſe putat, ubi amica eſt; [6] ut *Me*, ſit meum animum.

46. NEC SIT MIHI CREDERE TANTUM. [7] [*Tantum*, quidam, tam longe abeſt, ut nolim credere te tam longe abeſſe: vel certe] ordo eſt: Tu procul tantum a civitate, quae [8] ſolebas ſolis urbibus frui: & per parentheſim dictum eſt, *nec* [9] *ſit mihi credere*, id eſt, quod utinam non credam. [[10] Terentius in ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ I. II. 18. *Miſerumque nimis credere eſt*.] Hi autem omnes verſus Galli ſunt, de ipſius tranſlati carminibus.

VARIORUM.

Moreti. in Voſſiano *tum* deerat, eraſa ſcriptura. *quieſcunt* idem fragm. alter Rottend. & duo Leidenſes. *nunc quam molliter oſſa quieſcent* Moreti quartus. *quieſcant* Regius & Editiones antiquiores. *quieſcent* Leidenſ. pr. a m. ſec. mox *noſtra meos* pr. Moreti. *ſic fiſtula* Barthius ex ſuo codice. BURM.

40. LENTA SUB VITE JACERET. *Jaceres* Mediceus. ut ad Lycorida, quam mox alloquitur, referatur. atque ita Gudianus quoque a manu priore. HEINS. *Jaceret* rectum, & ad *quicumque furor* refer, id eſt quaecumque puella vel puer in quo furerem, quem perdite amarem. BURM.

41. PHYLLIS. Heuman. capit, ac ſi eſſet dictum, ſi Phyllida haberem, ea legeret ſerta: ſi Amyntas adeſſet, ille cantaret. ſed quis hoc non intelligit? nam abſentes haec officia praeſtare non poterant. & antea dixerat, ſive Phyllis, ſive Amyntas eſſet. BURM.

42. LYCORI. *Lycoris* Mediceus. *Liquori* Zulichem.

43. IPSO AEVO. Explico de ſenectute. non cura & ſollicitis amoribus perirem in ipſo flore aetatis, ſed ſenectute & longa vita tecum conſumerer, & non niſi morte eos deponerem, licet tu perfida ſis: & ſi non tecum, etiam ſine te in ſilvis agens amorem ſervarem ad mortem uſque. *aevum* de longo tempore dici notum eſt. Vid. Serv. ad Ecl. VIII. 27. & in hunc ſenſum capio ℣. 54. *Creſcent illae, creſcetis amores. conſumeret* Fragmentum Moreti. BURM.

44. DURIS ME MARTIS IN ARMIS. Heumannus legit *te*, ut de Lycoride quae ℣. 23. alium ſecuta erat, intelligat. Catrocus de Gallo, qui in Oriente ſub Ventidio contra Parthos militabat. pro quo omnes Codices faciunt. & oppoſitio in ſeq. *Tu procul*. hic requirit *me*. & coactum amore Lycoridis, quae alium ſecuta erat, fingit in diverſas partes militatum abiiſſe Gallum. quod tamen neſcio an omnino procedat. fuiſſe tamen *in armis*, ſed ubi

in-

4 deſunt ad vſ. 44. R. Voſ. L. B. Steph. al. 5 conſtantia L. 6 ut meus fac ſit poſtremus animus al. me ſit meus animus al. haec verba *ut meus fac ſit* &c. ex Terent. Eun. I. II. 116. 7 deſunt Steph. ac. L. V. Voſ. R. B. qui pro *ordo* habent modo eſt ut tu. 8 deeſt L. R. Voſ. ſoles urbibus V. 9 *ſit mihi hic* L. 10 deſunt P. L. R. Voſ. Steph. al. *miſerum? quem minus* c. e. legitur.

Alpinas, ah dura, nives & frigora Rheni
Me ſine ſola vides. Ah te ne frigora laedant!
Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas!
Ibo, & Chalcidico quae ſunt mihi condita verſu
Carmina, paſtoris Siculi modulabor avena.
Certum eſt in ſilvis, inter ſpelaea ferarum
Malle pati, teneriſque meos incidere amores

Ar-

SERVII.

47. [11] AH DURA. Quae & amatorem ſpernis, & [12] Gallicana potes frigora ſuſtinere.

48. ME SINE SOLA VIDES. Hinc eſt IV. Aen. 82. *Sola domo moeret vacua:* ([13] nam meretrix ſola eſſe non poteſt. AH TE NE FRIGORA LAEDANT. Inconſtantem animum expreſſit, miſerantem & optantem.

49. TENERAS PLANTAS. Oſtendit illam pulchram.)

50. IBO, ET CHALCIDICO QUAE SUNT MIHI CONDITA VERSU CARMINA. P. S. M. A. Euboea inſula eſt, in qua eſt *Chalcis* civitas; de qua fuit Euphorion, quem tranſtulit Gallus. Et hoc dicit: Ibo, & Theocritio ſtylo [14] ſcribam carmina Euphorionis. [[15] Alii dicunt [16] ideo magis per Chalcidem Theocritum ſignificari, quod de Chalcide profecti ſint, qui Naxum in Sicilia condiderunt. Alii volunt ipſum Theocritum de Sicilia ad Chalcidem poſtea migraſſe. Circa hanc Chalcidem ille Euripus eſt, qui ſepties in uno die aeſtu maris fluit ac refluit: Sinus ipſe, in quo ſupradicta loca conſtituta ſunt, [17] Salganeus dicitur.]

52. SPELAEA FERARUM. [18] Graece ait, pro ſpeluncis.

VARIORUM.

incertum. puto, & doluiſſe Lycoridem alium ſecutam; quae tamen *in armis* dici non potuit: id eſt armata, arma tractans in acie, & praeliis verſans, ut haec phraſis centies occurrit. ut II. Georg. 283. III. 346. II. Aen. 314. VIII. 588. IX. 269. XI. 411. & innumeris in locis apud Noſtrum, Ovidium & alios: ut ita *in haſta*, *in jaculis* eſſe dicuntur. Lycoris vero frigora & incommoda itinerum tantum patiebatur, non vero *in armis* erat. *diri Martis* Leid. unus. BURM.

46. NEC SIT MIHI CREDERE. *Ne ſit* Menag. pr. *nec ſit mihi credere tantum* conjunctim habet Editio Juntina & aliae, etiam Cerdae. & ita Barthius diſtinguebat, & cum aliis explicabat. qui pro *tam procul*; etiam codicem ſuum habere teſtatur *quantum*, id eſt quam procul ait. ſed vix placet. Heumannus *ne ſit mihi credere tantum*, ſcilicet tantam rem, tam ingratam, tam atrocem credere ne cogar. & affert ex Aen. I. 235. *quid Aeneas committere tantum*; ubi alia res, & *quid* additum clarum facit ſenſum: ego *tantum* pro ſolum capio. procul a patria (quod vix credere poſſum) nil vides praeter Alpinas nives & frigora Rheni, & quidem ſola ſine me, quum me comitantem, haec dura omnia pro nihilo te ducturam ſaepe oſtenderis. hinc amoris impatientia etiam ingratae & perfidae bene precatur, ne laedant frigora &c. quare nec poſt *vides* cum Heumanno interrogationis nota ponenda. pro *ab* iterum bis *a* habent codices plurimi. ſed & Alcuinus Gramm. p. 2089. *A mihi non teneras* habet. BURM.

50. IBO ET CHALCIDICO. In Mediceo aliiſque nonnullis *Calchidico*, tam hic, quam Aeneidos ſexto, illo verſu, 17. *Calchidicaque levis tandem ſuper adſtitit arce.* ſed perperam. Χαλκὶς enim apud Graecos eſt Euboeae civitas; non Κάλχις. hinc Χαλκιδεὺς, quomodo apud Ariſtophanem Ἱππεῦσι, Χαλκιδικὸν ποτήριον. in nummis Trajani & Hadriani aereis ΦΑ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. Similis diverſitas in τῷ *Chalcedonis*, in antiquis monumentis, quae Chalcis

11 A. pro *Ah*, vel *ha* L. V. R. Voſ. 12 Gallica aptes L. Heinſ. optes. 13 deſunt ad vſ. 50. L. R. B. Voſ. Steph. al. 14 canam L. V. R. Voſ. Steph. 15 deſunt ad vſ. 52. L. Voſ. B. R. Steph. al. 16 id * ei Dan. 17 Salaneus Dan. ſed vide Strabon. Lib. IX. pag. 403. Voſſius volebat *Saganeus*. 18 id eſt σπήλαια Graece Steph. al.

Arboribus: creſcent illae: creſcetis, amores.
Interea mixtis luſtrabo Maenala Nymphis:
Aut acris venabor apros. non me ulla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circumdare ſaltus.
Jam mihi per rupes videor lucoſque ſonantis
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula; tamquam haec ſint noſtri medicina furoris,

Aut

SERVII.

54. CRESCENT ILLAE. Quaſi [19] ei iterum diſplicet, ne cum arboribus ejus creſcant amores. [[20] Sane breviter dictus iſte totus ſenſus.]

55. [21] [MIXTIS LUSTRABO MAENALA NYMPHIS. Ὑπαλλαγὴ, pro immixtus Nymphis: multis enim unus miſcetur.]

57. PARTHENIOS CANIBUS CIRCUMDARE SALTUS. *Parthenius* mons eſt Arcadiae, dictus a virginibus, [[22] id eſt, ἀπὸ τῶν παρθένων,] quae illic [23] venari conſueverant; [[24] vel a *Parthenio*, Jovis filio, Arcadis fratre: vel quod ibi virginitas Caliſtonis [25] delibata ſit: vel quod *Partheniae*, Lacedaemonii, duce Phalanto, ibi aliquando conſediſſent, priuſquam in Italiam navigarent, ac Tarentum conderent. VETABUNT FRIGORA. Quaſi amore ardens loquitur.]

60. TANQUAM HAEC SIT NOSTRI MEDICINA [26] FURORIS. Jam quaſi ad ſe recurrit, & illud quod ſupra [27] audiit, reſpicit: *Amor non talia curat.*

VARIORUM.

cis dicitur nonnullis poſteriorum temporum ſcriptoribus. atque hinc *Chalcidicum.* Paullino, Sidonio Apollinari, D. Hieronymo, aliis, cum de Bithyniae civitate fit mentio. qua de re egit erudite, ut ſolet, Johannes Sirmondus ad Sidonii Apollinaris Panegyricum Anthemio dictum. quod praeter exemplum emendatae antiquitatis ab iis fieri exiſtimo. Certe in nummis veteribus frequentius occurrit ΚΑΛΧΗΔΟΝΙΩΝ, quam ΧΑΛΚΗΔΟΝΙΩΝ. In nonnullis etiam ΚΑΛΚΗΔΟΝΙΩΝ HEINS. *Calcidico* Regius, *Chalchidico* Voſſ. Schol. Apoll. 2. 168. Καλχηδόνιος pro Χαλκηδόνιος. BURM.

51. MODULABOR. *Meditabor* duo Veteres. HEINS. *Moderabor* Zulichem.

53. MALLE PATI. Heinſius olim conjecerat *mille.* ſed *pati* abſolute poſitum, ut multis exemplis oſtendere viri docti. *incedere* Gudianus.

54. CRESCENT ILLAE, CRESCETIS, AMORES. *Creſcente illa* apud Donatum in Andriam Terentii legitur Act. III. Sc. 3. mendoſe. HEINS. *Illae creſcent, creſcetis* alter Rottendorphii. *creſcent illis* unus Moreti a manu prima. *creſcunt illae* Parrhaſ. BURM.

55. MIXTIS. Menagiani & Moretani duo, Voſſian. pr. Leidenſes duo, & fragm. Moreti *mixtus* habent. Et Regius *mixtis*, correcto *mixtus*, cum gloſſa *ego:* & dubia eſt electio, quia utroque modo hoc verbo utuntur veteres; *ego mixtus nymphis*, vel *inter nymphas*, vel *ego mixtis*, vel *inter mixtas.* ſic Propert. II. XXV. 57.

Ut regnem mixtas inter conviva puellas.

pro *mixtus.* Lucan. IX. 896.

Ut immunes mixtis ſerpentibus eſſent.

ubi alii *mixti.* Noſter V. Aen. 470.

Mixtoſque in ſanguine dentes.

Vide plura apud Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. III. 197. *Mixtus* vero, non *miſtus* Codd. optimi. vid. Pier. ad I. Aen. 488. *luſtrabor* Moreti quartus. *Lymphis* Mediceus. BURM.

56. VETABUNT. *Necabunt* Leid. pr. *negabunt.*

58. PER RUPES. *Per lucos videor rupeſque* alter

19 eum L. R. V. B. 20 deſunt L. B. Voſ. R. Steph. al. 21 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. al. 22 deſunt L. V. R. Voſ. B. 23 Venerari Voſ. B. 24 deſunt ad vſ. 60. L. Voſ. B. R. Steph. al. 25 delibuta al. 26 LABORIS Dan. al. 27 adiit, reſpuit V. audiit res reſpuit L.

Aut deus ille malis hominum miteſcere diſcat.
Jam neque Hamadryades rurſum, nec carmina nobis
Ipſa placent: ipſae rurſum concedite ſilvae.
Non illum noſtri poſſunt mutare labores:
Nec ſi frigoribus mediis Hebrumque bibamus,
Sithoniaſque nives hiemis ſubeamus aquoſae,

Nec

SERVII.

62. JAM NEQUE HAMADRYADES. [[28] Amantis animum expreſſit, cui, quod ante placuit, ſtatim diſplicet.] [29] Nymphae, quae cum arboribus & naſcuntur, & pereunt, [[30] ἀπὸ τοῦ ἅμα καὶ τῆς δρυός.] Qualis fuit illa, quam [31] Eryſichthon occidit; qui cum [32] arborem incideret, & vox inde erupit, & ſanguis, ſicut docet [33] Ovidius. *Dryades* vero ſunt, quae inter arbores habitant: [[34] *Oreades* quae in montibus. Sane ab ovibus Nymphae [35] *Perimelides*; a fluminibus *Naïades*; a pratis *Limoniades*; ab alimonia infantum *Curotrophae* nominantur.] Hoc autem ad ſuperiora pertinet, quia dixerat: *Mixtis luſtrabo Maenala Nymphis*.. NEC CARMINA NOBIS IPSA PLACENT. Quia dixerat: *Carmina paſtoris Siculi modulabor avena.*

63. IPSAE RURSUS CONCEDITE SYLVAE. Propter illud: *Jam mihi per rupes videor, lucoſque ſonantes Ire.* [[36] CONCEDITE vero hic abite; ſupra aliter: *Concede laborem.*

64. NON ILLUM NOSTRI P. M. L. Ideſt, *Nec ſi frigoribus mediis Ebrumque bibamus.*]

65. NEC SI FRIGORIBUS MEDIIS HEBRUMQUE BIBAMUS. [37] Manifeſte hoc dicit: amore ſe carere non poſſe; nec ſi *Hebrum*, Thraciae fluvium, mediis frigoribus bibat; nec ſi aeſtibus nimiis fuerit in ardenti provincia. Dicit autem hoc ſecundum Phyſicos, qui morbos aut a contrariis, aut [38] a ſimilibus aſſerunt poſſe depelli. [[39] Sic Theocritus Idyl. VII. 112. Εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτω· Ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' Αἰθιόπεσσι νομεύοις.]

66. SYTHONIASQUE NIVES. [40] *Sython*, mons eſt, [[41] vel gens] Thraciae.

VARIORUM.

ter Rottendorphianus. *Sonantes* clamore hominum & canum Heuman. Vid. I. Georg. 76. BURM.

59. CYDONIA. *Cydonea* Mediceus, Regius & duo Voſſiani cum Parrhaſ. Menagiano, Leidenſi, Gudiano, Rott. & Veneto: ſimili modo Horatius IV. IX. 17. *Primusve Teucer tela Cydonio direxit arcu*, ubi & *Cydoneo* Codices Graevii & Zulichemi, & Scholiaſtes hunc locum adducit. in Regio erat Gloſſa adſcripta. ſcilicet *cum.* &, *Arcadico* vel *Perſico*, quia *Partho* pro Parthenio, vel *Partho* pro Perſico eſſet.

60. TANQUAM HAEC SIT NOSTRI MEDICINA FURORIS. *Tanquam haec ſint* Mediceus, & prior Mentelianus. utique elegantius. cui lectioni alter etiam Rottendorphianus ſubſcribit. & ſecundus Moretanus a manu emendatrice. HEINS. *Laboris* Servius Danielis. *haec* deeſt Voſſiano priori.

61. MITESCERE. *Miſereſcere* Moreti quartus.

62. HAMADRYADES RURSUS. *Rurſum* Mediceus. etiam ſequenti verſu. HEINS. Et Rottend. in ſecundo verſu.

64. VESTRI. *Noſtri* Menagiani duo & Gudianus, & tres quatuorve alii, & editiones nonnullae.

66. SYTHONIASQUE. Legendum *Sithoniaſque:* Thracia enim olim *Sithon* dicta, auctore Gellio. Horat. I. Od. 18. *Sithoniis non levis Euhyus*, & *Sithonis unda* apud Ovid. Epiſt. II. 6. pro mari Thracio. FABRIC. *Sidoniaſque* Voſſ. & Leidenſis unus a m. ſec. ſed Horat. III. Od. XXVI. 10. *Sithoniam nivem* etiam dixit: & Ovid. III. Amor. VII. 8. & ita aliis Poëtarum locis in hac voce variant ſcripti. BURM.

Ibid. HIEMIS SUBEAMUS AQUOSAE. *Hyemi ſubeamus aquoſa* Cod. Barth. quod pro *hyeme* capit.

an

28 deſunt B. L. R. Voſ. Steph. al. 29 Nymphae Hamadryades L. V. R. Voſ. 30 deſunt L. V. B. 31 Ericton V. R. 32 arbores Steph. al. 33 Oboedius B. 34 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 35 Peribelides Dan. V. Munck. ad Abric. cap. VII. 36 deſunt ad vſ. 65. L. B. R. Voſ. Steph. al. 37 manifeſtis. & hoc L. V. R. B. Voſ. manifeſtius hoc Dan. 38 deeſt V. 39 deſunt L. V. R. Voſ. & B. ad finem Ecl. 40 Sytho V. 41 deſunt L. B. V. R. Voſ. Steph.

Nec ſi, quum moriens alta liber aret in ulmo,
Aethiopum verſemus ovis ſub ſidere Cancri.
Omnia vincit Amor: & nos cedamus Amori.
Haec ſat erit, Divae, veſtrum cecinifſe poëtam,
Dum ſedet, & gracili fiſcellam texit hibiſco,
Pierides. vos haec facietis maxima Gallo:
Gallo, cujus amor tantum mihi creſcit in horas,
Quantum vere novo viridis ſe ſubjicit alnus.
Surgamus: ſolet eſſe gravis cantantibus umbra.
Juniperi gravis umbra: nocent & frugibus umbrae.

Ite

SERVII.

67. LIBER. Corticis pars interior.

68. [42] [VERSEMUS. Paſcamus; quoniam qui paſcit huc & illuc agit pecus; quod eſt *verſare*, ut eſt in Aeneide XII. 664. *Tu currum deſerto in gramine verſas:* aut exerceamus, ut in undecimo 704. *Conſilio verſare dolos ingreſſus:* & item II. 62. *Seu verſare dolos, ſeu certae occumbere morti.*

69. OMNIA VINCIT AMOR, ET NOS CEDAMUS AMORI. Cuivis enim facilius quam Amori repugnatur, quod eleganter Plautus Perſ. I. I. explicuit: *Qui amans egens ingreſſus eſt princeps in Amoris viam, ſuperavit aerumnis is ſuis aerumnas Herculis: nam cum Leone, cum Excetra, cum Cervo, cum Apro Aetolico, cum Avibus Stymphalicis, cum* [43] *Antaeo med' eluctari malueram, quam cum Amore.*]

70. HAEC SAT ERIT. Jam ad Muſas loquitur.

71. GRACILI FISCELLAM TEXIT HIBISCO. Ac ſi diceret: Niſi hac re occupatus, minime canerem. Allegoricōs autem ſignificat ſe compoſuiſſe hunc libellum tenuiſſimo ſtylo.

74. QUANTUM VERE NOVO VIRIDIS SE SUBJICIT ALNUS. [[44] *Vere novo*, vel generaliter, vel ſibi novo: *viridis* autem pro tenera. Et hoc dicit:] Amo inquit Gallum, ſed latenter, ſicut arbores creſcunt: nam comparatio iſta hoc ſignificat: ſcilicet propter [45] Caeſarem. [46] [*Subjicit*. Vel, ſurſum jacit, vel ſubter jacit.]

76. NOCENT ET FRUGIBUS UMBRAE. Quanto magis hominibus? Unde eſt in Georgicis I. 157. *Et ruris opaci Falce premes umbram.* [[47] Et item alibi I. 121. *At umbra nocet.*]

VARIORUM.

an *ſulcemus*. ut *exterere nives* Ovid. I. Amor. IV. 12. ſed *ſubeamus*, poteſt capi de cadente in caput nivis magna vi & copia. BURM.

67. CUM MORIENS. *Commoriens* unus Moreti, & Gudianus. *conmoriens* Zulich. *ne ſi* fragm. Moreti. *libraret in ulmo* idem.

68. VERSEMUS. *Servemus* Barth. *opes* unus Moreti.

69. VINCIT. *Vincet* Mediceus. *ſed* vulgata eſt apud Macrob. V. 14. & 16. *ſed nos* Ed. Venet.

70. HAEC. *Hoc ſ. e noſtrum* Venet. *hoc* unus Moreti: *veſtrum*, *Divae*, duo vel tres.

72. MAXIMA. *Carmina* fragm. Moreti. dictum vero eſt, ut apud Petron. cap. XXXIX. *vos oportet vinum ſuave faciatis*, ubi vide notas: & cap. XLVIII. *vos illud oportet bonum faciatis*. BURM.

73. CUJUS. *Quojus* Parrhaſ. & *mihi tantum*, ut & Rottendorphius.

74. SUBJICIT. *Subicit* Parrhaſ. *ſubrigit* Valeſius in Valeſianis pag. 182. vid. III. Georg. 241. & IV. 385. & ad Albinov. Eleg. in Druſ. 256. & Rutil. Itin. I. 347. BURM.

75. CANTANTIBUS. Caſpar Barthius in Adverſariis ex pervetuſto codice *contantibus* malit. nil muto.

42 deſunt ad vſ. 70. L. R. B. Voſ. Steph. al. 43 Antheomede al. *Antaeo deluctari mavelim* eſt in Plauto. 44 deſunt L. Voſ. B. R. Steph. al. 45 deſunt L. B. Voſ. R. Steph. al. 46 ſubjicitur rei vel. Dan. 47 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

Digitized by Google

Ite domum ſaturae, venit Heſperus, ite, capellae.

P. VIRGILII MARONIS CARMEN BUCOLICON EXPLICIT FELICITER.

SERVII.

77. ITE DOMUM SATURAE, VENIT HESPERUS, ITE, CAPELLAE. Verecunde ſe capellarum dicit eſſe paſtorem, id eſt, viliſſimorum animalium: nam Bucolica ſcribens, debuit ſe dicere [48] boum eſſe paſtorem; ſed vitans arrogantiam, ultimum ſe voluit eſſe, [49] non principem in ſcribendis Bucolicis. [[50] quamvis alii dicant, ideo cum etiam capellarum ſe memoraſſe paſtorem, quod apud nonnullos de capris propter abundantiam lactis vel foetuum, major fructus putetur, ut ipſe ait III. Georg. 308. *Denſior hinc ſoboles, hinc largi copia lactis.* Et item III. 319. *Quo minor eſt illis curae mortalis egeſtas.*]

VARIORUM.

muto. HEINS. Ita & Robert. Titius lib. x. Controv. cap. I. quod probat Chevraeus in Chevraeanis pag. 73. & Cerda. de Junipero an gravis ſit vid. Thom. Barthol. de Medicis Poëtis pag. 12. vide & ad Val. Flac. VIII. 83. *frugibus herbae* Rottend.

77. ITE, CAPELLAE. Barthius in Codice ſuo reperit poſt hunc verſum, *Flavius Gennadius Felix Torquatus V. C. R. c. Romae D. Conſtantis P. F. C. P. P.*

Ibid. HESPERUS. *Heſperes* Gudianus.

48 bonum B. L. 49 deeſt L. V. B. 50 deſunt L. B. Voſſ. R. Steph. al.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON

LIBER PRIMUS.

AD C. CILNIUM MAECENATEM.

VIRGILIUS in operibus ſuis diverſos ſecutus eſt poëtas: Homerum in [1] Aeneide; [2] quem, licet longo intervallo, ſecutus eſt [3] tamen: Theocritum in Bucolicis; a quo non longe abeſt: Heſiodum in his libris, [4] quem penitus reliquit. Hic autem Heſiodus fuit de [5] Aſcra civitate, qui ſcripſit ad fratrem ſuum Perſen librum, quem appellavit Ἔργα καὶ ἡμέρας, id eſt, Opera & Dies. Hic autem liber continet, quemadmodum agri, & quibus temporibus ſint colendi: [6] cujus titulum transferre noluit, ſicut Bucolicorum transtulit: [7] ſicut Aeneiden appellavit ad imitationem Odyſſeae; & tamen eum [8] per periphraſim primo exprimit verſu, dicens: Indicabo, quo opere, & quibus temporibus, ager colendus ſit. Ingenti autem egit arte, ut potentiam nobis ſui indicaret ingenii, coarctando [9] lata, & anguſtiora dilatando. Nam, cum Homeri & Theocriti [10] in brevitatem ſcripta collegerit, unum Heſiodi librum [11] diviſit in quatuor: quod ratione non caret: nam omnis terra (ut etiam Varro docet) quadrifariam dividitur: Aut enim arvus eſt ager, id eſt, [12] ſationalis: aut [13] conſitivus, id eſt, aptus arboribus: aut paſcuus, qui herbis tantum & animalibus [14] vacat: aut floreus, in quo ſunt horti apibus congruentes & floribus. Male autem quidam Georgicorum duos tantum eſſe aſſerunt libros; dicentes [15] Georgicam eſſe, γῆς ἔργον, id eſt, terrae operam; quam primi duo continent libri: [16] neſcientes tertium & quartum, licet [17] Georgicam non habeant, tamen ad utilitatem ruſticam [18] pertinere: nam & pecora & apes habere, ſtudii eſt [19] ruſtici: licet poſſimus agriculturam [20] etiam in his duobus ſequentibus invenire: nam & farrago ſine cultura non naſcitur: & in hortis colendis non minorem, [21] quam circa [22] terras, conſtat [23] impendi laborem. Et hi libri [24] didaſcalici ſunt. Unde neceſſe eſt, ut ad aliquem ſcribantur: nam [25] praeceptum & doctoris & diſcipuli perſonam requirit. Unde [26] ad Maecenatem ſcribit; ſicut Heſiodus ad Perſen, Lucretius ad [27] Memmium. Sane agriculturae hujus praecepta non ad omnes pertinent terras, ſed ad ſolum ſitum Italiae, & praecipue Venetiae, teſte [28] ipſo Virgilio, qui ait: *Tibi res antiquae laudis, & artis Ingredior*, cum de Italia diceret.

In ſcripturis duo ſunt ſequenda utilitas, [1] * utilius agricultura, qua Italia calet * in quo ait II. Georg. 173. *Salve* [2] *magne parens* [3] *frigum Saturnia tellus.* Quid jocundius, quam id quod Heſiodus dicit Graecus & antiquus poëta, & Virgilius ſequitur II. Georg. 176. *Ingredior ſanctos auſus recludere fontes, Aſcraeumque cano Romana per oppida carmen.* Hoc opus, hoc eſt, agriculturam, quatuor voluminibus explicare * [4] velut agri quatuor generibus. *Cultus* autem vocabulis continetur, *arvus*, *conſitus*, *paſcuus*, *floreus.*

1 Aeneade R. 2 qui G. 3 deeſt G. 4 quos L. non reliquit V. 5 Aſcrea inſula. Aſcra inſula G. L. R. 6 cujus libri tit. G. 7 ſicut & Aen. L. ſicut in Aeneide Dan. 8 periphraſi G. periphraſin L. 9 lecta L. 10 brevitate Dan. 11 dividit R. 12 ſaciabilis G. 13 conſitus R. Dan. 14 vorat L. 15 Georgiam L. 16 deeſt G. 17 Georgiam non Dan. Georgian G. Leid. 18 pertinere dicimus G. 19 ruſticis R. 20 etiam deeſt G. al. his L. 21 quam deeſt R. 22 terram G. 23 eſſe Dan. 24 Italici G. 25 praeceptoris R. 26 & ad Maecenatem ſcripſit G. 27 Merimium L. Mevium vel Memmium G. 28 ipſo deeſt G.

1 Forte, & jucunditas. Quid utilius a. q. I. c. unde ait. 2 *magna.* 3 *frugum.* 4 Forte, voluit, ex.

Digitized by Google

floreus. Atque ita diviſit. Primum duae ſpecies eſſe videntur, hoc eſt agrorum cultura & ruſticatio • quam culturam. Item dupliciter diviſit duobus libris, in primo ſegetum ſolertiam, in ſecundo vitium arborumque culturam. Item ruſticationem bipertire duobus voluminibus oſtendit. In tertio dilectum pecorum comprehendit. In quarto experientiam apium indicavit. Quapropter principia juxta praecepta Rhetoricorum his libris adhibentur, hoc eſt primo & quarto. ut in primo enim de agri ſolertia incipit, ita & in tertio & quarto de pecorum cuſtodiis inchoat. ut ſcilicet ſit praefatio, invocatio, expoſitio. ut in Aeneide eſt, ut diximus, ita & hic praefatio. *Quid faciat laetas ſegetes*, &c. Invocatio, *vos o clariſſima mundi lumina*. Deinceps expoſitio, *vere novo, g. c. c. m. h. l.* In tertio ſane Georgicorum libro cuncta permiſcuit in principiis,[5] quam etiam in volumine primo contra uſum de pecoribus praedixerat: cum ait, *quae cura boum*. Atque ita in eodem tertio, quae omnia breviter comprehendit & dilucide explicuit; ut quatuor ſtudia ruris quatuor voluminibus indicaturus quatuor verſibus inciperet & clauderet de agricultura. *Quid faciat laetas ſeg.* de vitibus & arboribus, *ulmiſque adjungere vites*. De pecoribus: *Quae cura boum*. De apium dilecto: *apibus quanta experientia p.* Nam & ad ornatum * odorem decoris operis ſui epilogus ſubdidit perfectionem; utique indicans carminis, ut in ſecundo libri fine cum omnia vitae inſtituta comprehendere praecipue praepoſuit omnium laudibus experientiam ruris, cum ait II. 483. *O fortunatos nimium ſua ſi bona norint Agricolas*. & ſubdens caetera, in quibus cum alia indicat inſtituta, tum maxime praedicat & praefert his omnibus exercitium agricolarum, fide, quiete, utilitate, juſtitia, cum dixit: *At ſecura quies & neſcia fallere vita Dives opum variarum; at laetis otia fuadit, Speluncae vivique lacus & frigida*[6] *tempora Mugituſque boum: molleſque ſub arbore ſomni. Non abſunt illic ſaltus ac luſtra ferarum*, uſque, *veſtigia fecit*. Item in quarto fine ex Ariſtaei invento originem apium praedicavit, cum ait: *Tempus & Arcadii memoraada invcata magiſtri Pandere*, & caet. Quae velut in epilogo fabula Orphei ſubdidit & ornavit. Omnis agri, qui colitur, quatuor ſunt ſpecies, *arvus*, *conſitus*, *paſcuus*, *floreus*. in hanc[7] maturam opus ſuum quadrifariam diviſit. Cui tantum duae ſunt ſpecies: alia enim ad agriculturam pertinet, alia ad ruſticationem. Et agriculturae ſunt ſegetes & vites, alia quae ex agris naſcuntur. Ruſticationis autem, cura pecorum & ovium caeterorumque animalium, quae fructuoſa. Ergo duo priores libri ſupra agricultura ſunt[8] propter velut opere. In ſecundo libro laudem agriculturae exſequitur, in quo etiam in principio utens ſtatim ad ipſam rem tranſit. Scilicet praefationem hujus abunde explicante primo libro. At vero opus ruſticationis tertio etiam volumine continet. Quapropter tertius longiorem rurſus praefationem in principio adprime comparative incipit: & quartus expeditam & perfectam referens ex ſecundo ſimilitudinem. Principium Georgicorum tale eſt quale Aeneide, ut expoſitio materiae ibi, hic praefatio, ſecunda invocatio numinis *Muſa mihi c. m. q. n. l.* tertia expoſitio materiae narrativae, ut *Urbs antiqua*. Hic igitur praefatio eſt: *Quid faciat laetas ſ.* Invocatio numinis, *vos o clariſſima m. l.* ut ibi, *Muſa mihi cau.* Expoſitio materiae, *vere novo*.

5 quamquam 6 *Tempe.* 7 ſ. materiam. 8 corrupta haec, ut plura in hoc prooemio.

P. VIR-

Digitized by Google

Digitized by Google



P. VIRGILII MARONIS
Georgicon.
LIBER PRIMUS.

QUID faciat laetas ſegetes, quo ſidere terram

Ver-

SERVII.

MAURI SERVII HONORATI GRAMMATICI IN PRIMUM GEORGICON COMMENTARIUS.

1. QUID FACIAT LAETAS SEGETES. [1] [Fertiles, foecundas, id eſt,] quae res terras pingues ef-

VARIORUM.

GEORGICON LIBER PRIMUS. Ita & optimus Mediceus & alter Mentelianus inter caeteros. cave audias codices, in quibus GEORGICORUM. dixi jam ſupra initio Bucolicῶn. *Liber Democriti Abderitae Georgicon* a Columella aliiſque laudatur, a Co-

1 Deſunt R. G. Steph. al. pingues terras: nam fimus vulgo *laetamen* dicitur: omiſſis reliquis, Leid. unus.

Vertere, Maecenas, ulmiſque adjungere vites
Conveniat: quae cura boum, qui cultus habendo
Sit

SERVII.

ficiat: [2] *ſegetem* enim modo pro [3] terra poſuit: ſic alibi VII. 526. *Horreſcit ſtrictis ſeges* [4] *enſibus.* [5] Pingues autem efficit terras (ut paulo poſt dicturus eſt) cinis, [6] intermiſſio arandi, incenſio ſtipularum, ſtercoratio. Unde etiam *laetas* ait: nam fimus, qui per agros jacitur, vulgo laetamen [7] vocatur. [8] [Sane QUID FACIAT non interrogat, ſed pollicetur.] QUO SYDERE TERRAM. Quo tempore: [9] ex ſyderibus enim tempora colliguntur. Et ſciendum, quatuor primis verſibus textum ſequentium quatuor librorum per ordinem contineri. [10] [Sane *Sydus* proprie eſt, quod in ſe plures continet ſtellas; ſed a poëtis confuſe ponitur.]

2. [11] [TERRAM VERTERE. Περιφραστικῶς arare. ULMISQUE ADJUNGERE VITES. Subauditur, *quo ſydere*, & hoc] [12] ſecundum Italiae ſitum locutus eſt: in qua vites altius elevantur: ſic alibi II. Georg. 89. *Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris.* [13] [Hoc autem ruſtici *maritare* dicunt.]

3. QUAE CURA BOUM, QUI CULTUS HABENDO SIT PECORI. Aut in ſequenti [14] epexegeſis eſt; [15] hoc ut ſit: *Qui cultus* [16] *habendo ſit pecori*; quod eſt, quae cura boum. Aut certe κατ' ἐξοχὴν ait boves, & poſtea intulit caetera [17] pecora; ut majus animal ſepararet a minoribus: ſicut de hominibus facit, dicens I. Aen. 30. *Relliquias Danaum, atque immitis Achilli.* HABENDO autem, dum [18] habentur, [19] [ut habeantur,] ut alibi II. 250. [20] [*Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo:* dativum ergo pro genitivo poſuit: nam habendorum pecorum facit, ſicut apium parcarum. Et *cultum*, hic habitudinem corporis ſignificat, alias ornatum. Salluſtius lib. VI. Hiſt. 21. *Cultu corporis ornata egregio.* Et Jugurth. cap. XXXIII. *Cultu quam maxime miſerabili Romam venit:* alias ad animum refertur, ut VIII. Aen. 316. *Queis neque mos, neque cultus erat.* Salluſtius Cat. II. *Indocti incultique vitam, ſicuti peregrinantes, tranſiere.*

VARIORUM.

Columella lib. XI. cap. 3. HEINS. Longum corum, qui de rebus ruſticis ſcripſerunt, catalogum hic texit Urſinus, cujus verba ne tranſcribamus, ſpatii penuria prohibet: ex illis vero, non uno Heſiodo, plurima Maronem mutuatum cenſet. In Regio, Leidenſi uno, fragmento Moreti & multis aliis, & Edd. Antiq. praemittebantur quatuor hi verſus,

Quid faciat laetas ſegetes, quae ſidera ſervet
Agricola, ut facilem terram proſcindat aratris,
Semina quo jacienda modo, cultuſque locorum
Edocuit, meſſes magno cum foenere reddi.

in Rottend. & Menagian. erat ſuperſcriptum,

Carmen tetraſtichon Ovidii Naſonis.

in edd. priſcis Modeſtino Icto haec argumenta adtribuuntur. varie etiam legebantur. ut *quo ſidere* Mentel. a m. pr. Fragm. Moreti. *ut facile* Regius & quatuor alii. *ſemina quae* Rottend. & Mentel. alt. *quae facienda* Leid. *modos cultuſque* Reg. Rott. & Mentel. ſec. Leid. fragm. Moret. Heinſ. volebat, *quot jacienda modis. Et docuit* iidem. *magno cum funere* Moret BURM.

AD C. CILNIUM MAECENATEM. Cilniae gentis fuiſſe Maecenatem jam pluribus demonſtrarunt homines eruditi, atque in his Onuphrius Panvinius, cum apud Tacitum libro ſexto Annalium mendoſe legatur *Cillinius.* Auguſtus in epiſtola ad Maecenatem apud Macrobium Saturnal. II. cap. 4. *Cilniorum Smaragdum* vocat. In Mediceo codice MOECENAS per OE. Sed perperam. etſi pro ea ſcriptura ſteterit vir diſertiſſimus M. Antonius Muretus. Graecis Hiſtoricis eſt Μαικήνας. Adeantur, quae Laevinus Torrentius ad primam oden Horatii de hoc nomine diſſeruit. In optimo Vaticano, ut & Mentelıano priore ac Gudiano noſtris MAECENAS. recte, uti primus obſervavit ex Graecis ſcriptoribus & marmoribus antiquis Pierius Valerianus, neque aliter libro ſecundo, tertio, ac quarto Mediceus. Apud Silium quoque Italicum membranae

2 nam ſegetem Mſſ. Steph. al. 3 terra arata G. vide Salmaſ. Exer. Plin. p. 259. 4 *ſentibus* G. L. R. Voſ. *ſtrictis* deeſt V. 5 pinguea enim efficiat G. 6 immiſſio G. 7 vocant G. 8 deſunt R. L. G. Steph. & al. 9 vel cujus ſideris ortu, ex G. quo ſideris ortu & occaſu, ex L. 10 deſunt L. G. R. Voſ. Steph. al. 11 deſunt L. Steph. al. 12 proprie enim vites ulmis maritantur, ut ipſe *ſummaſque ſequi tabulata per ulmos*, & ſecundum &c. G. 13 deſunt Mſſ. Steph. al. 14 Exegeſis L. V. R. G. Voſ. 15 ut hoc ſit L. V. R. 16 *habendus* R. Leid. 17 deeſt B. L. V. R. Voſ. 18 habetur aut habeatur Urſ. Cod. 19 deſunt Dan. 20 deſunt ad EXPERIENTIA ỳ. 4. Voſ. L. G. R. ad HABENDO Steph. in G. vero additur. *cultum* poſuit pro cultura. *cultura* enim conſtat in animi intenſione, *cultus* autem in ipſa operis diligentia.

Sit pecori, apibus quanta experientia parcis,
Hinc canere incipiam. Vos, o clariſſima mundi

Lu-

SERVII.

4. QUANTA. Quam magna. HABENDO PECORI. [21] Hoc eſt, ut habeatur pecus.] EXPERIENTIA. [22] Uſu, doctrina, natura; [23] [Hoc eſt, ἡ ἐμπειρία, vel, notitia.] [24] PARCIS. Servatricibus frugi, quae mella cuſtodiunt.

5. [25] [HINC CANERE INCIPIAM. Pro dehinc, vel deinceps; non ergo ab apibus, ſed quid faciat laetas ſegetes.] VOS, O CLARISSIMA MUNDI LUMINA, LIBER ET ALMA CERES. [26] Stoici dicunt non eſſe niſi [27] unum Deum, & unam eandemque eſſe poteſtatem, quae pro ratione officiorum noſtrorum, variis nominibus [28] appellatur. Unde eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem vocant. Item Lunam, eandem [29] Dianam, eandem Cererem, eandem Junonem, eandem Proſerpinam dicunt: Secundum [30] quos, pro Sole & Luna, Liberum & Cererem [31] invocavit.

VARIORUM.

branae Colonienſes veterrimae pari modo *Maecenatis* nomen exaratum produnt libro x. & alibi: in Cariſii Soſipatri editis exemplaribus modo per *oe* modo per *ae* id nomen ſcriptum occurrit. Inſcriptio vetus apud Gruterum pag. 945. *Libertorum libertarumque C. Maecenatis* L. F. POMP. HEINS. *Maecenas* ſcribendum conſenſu docent omnes viri docti. vid. Meibomii Maecen. cap. v.

2. ULMISQUE. *Ulmis adjungere* Tollianus.

3. QUI CULTUS. *Quis* duo Moretani, Parrhaſ. Venetus & Edit. veteres, etiam Juntae. Ald. & P. Daniel. R. Steph. & aliae. vid. ad Ecl. I. 19. & II. 19. BURM.

Ibid. HABENDO SIT PECORI. *Habendus* Tollianus. male: nam illud participium ſollemniter adhiberi ſolet rei, qua utimur, ut XII. Aen. 88.

Simul aptat habendo
Enſemque clypeumque,

ubi vide notas. Hic locus vero addendus illis, quae adduximus ad illa Phaedri lib. III. Fab. 3.

Habenti cuidam pecora.

ubi oſtendimus male mutari in *alenti*; & *habere* proprie dici de rebus, quas poſſidemus aut exercemus, & in primis in pecuaria re. ſic infr. lib. III. 159.

Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo,

& alibi: ſic de aliis rebus, ut recte illa Salluſtii Jug. cap. LXXXV. §. 39. *Neque pluris pretii coquum, quam villicum habeo*, explicuit Cortius. & ad Fragm. lib. III. p. 964. *Exercitum habere*, etiam alere ſignificare oſtendit. ſic de veſte Ovid. I. Amor. VIII. 51. *Veſtis bona quaerit haberi*, ubi contra alienas a re explicationes verbum hoc vindicavimus: & ibid. X. 16.

Et nullas veſtes, ut ſit apertus, habet.

& ita paſſim veteres. BURM.

4. PECORI. Quum hac voce omnem rem pecuariam complectatur, miratur Victorius lib. XVII. Var. Lect. II. cur de *ſuibus* nihil memoret, quum Varro & alii de Re ruſtica ſcriptores diligenter & copioſe id fecerint. cauſas recenſet C. Hofmannus lib. I. Var. Lect. 21. quas quum varias produxiſſet, tandem credit, ideo omiſiſſe Maronem, quia Heſiodum ſibi imitandum propoſuit. ut lib. II. Georg. 176. profitetur; ille vero horum animalium nullam fecit mentionem. aliam cauſſam reddit Guellius ad lib. III. Georg. initio. & Catroeus ad III. Georg. 287. BURM.

Ibid. ATQUE APIBUS. Tolle ex auctoritate codicis Medicei, & reliquorum melioris notae exemplarium, τὸ *atque*. in primo Moretano & Schefferiano *ſit pecorique apibus*. in meo Veneto τὸ *atque* a manu ſecunda erat additum. reliqui codices omittunt. & omittendum eſſe ex libello Bedae de metris apparet. & ex ſcriptis etiam delet Giphanius ad Lucret. p. 463. De hujuſmodi hiatibus apud Maronem obviis jam egimus nonnihil ad Eclogam II. 53. plura agemus inf. h. l. 221. *Ante tibi Eoae Atlantides abſcondantur.* ℣. 341. hoc ipſo libro, *Tum pingues agni & tum molliſſima vina.*

ita

21 ad hoc, ut al. 22 uſus L. uſu nata doctrina Steph. Dan. 23 deſunt L. Voſ. Steph. al. 24 *parcis* autem R. Voſ. *parcis* aut ſervatricibus frugum, aut frugis, quae Steph. id eſt, ſervatricibus quae G. 25 deſunt Mſſ. Dan. & al. 26 ſunt qui ſolem & lunam volunt intelligi. Stoici autem G. 27 B. unum, unam deam eandemque B. L. Steph. 28 appellantur Leid. appellatur, deum eundem B. 29 Dianam vocant al. Dianam, Cererem &c. B. 30 quod B. 31 invocabant G. vide Muncker. ad Fulgent. II. 19.

Lumina, labentem coelo quae ducitis annum,
Liber, & alma Ceres; veſtro ſi munere tellus

Chao-

SERVII.

6. LUMINA. [32] [*Numina* fuit, ſed emendavit ipſe; quia poſtea ait: *Et vos agreſtum praeſentia numina Fauni.* LABENTEM, currentem, vel cito tranſeuntem.] QUAE DUCITIS ANNUM. Quorum curſu tempora computantur: nam per Lunam, menſis: per Solem, annus [33] oſtenditur. [34] [Vel certe deducitis per duodecim ſydera: aut *ducitis*, pro finitis, ut IX. Aen. 166. *Noctem cuſtodia ducit:* & alibi III. Georg. 379. *Hic noctem ludo ducunt.*]

7. ALMA CERES. *Alma*, ab alendo: *Ceres* a creando dicta. [35] [Quamvis Sabini Cererem, panem appellent, Liberum, [36] Loebaſium: dictum autem, quia Graece λοιβὴ dicitur res divina: vel ſimul *Liberum*, & *Cererem* poſuit; quia eis templa ſimul poſita ſunt, & ludi ſimul eduntur. VESTRO SI MUNERE. Quoniam ſine cibo & potione vivere non poſſumus: vel *munere*, beneficio, ut V. Aen. 337. *Munere victor amici.* SI autem hic pro ſiquidem: nam *ſi* modo confirmantis eſt, [37] [Terentius Phorm. I. II. 69. *Non ſi rediret pater ei veniam daret.*]

VARIORUM.

ita enim illic vetuſtiora exemplaria. non *agni pingues*. quae ſcriptura codices vulgatos occupabat. ℣. 332. monent legendum Grammatici veteres, *Aut Atho, aut Rodopen, aut alta Ceraunia telo Dejicit.* ℣. 437. ex auctoritate membranarum veterum, *Sol quoque exoriens, & cum ſe condit in undas, Signa dabit.* & 178. ex ſcriptis. *Area tum primum ingenti aequanda cylindro.* Libro II. 86. *Orchades & radii & amara pauſia bacca.* tum I. 436. *Glauco & Panopeae & Inoö Melicertae*, & II. 144. *tenent oleae armentaque laeta*, ex vetuſtis itidem membranis. lib. III. 60. *Aetas Lucinam juſtoſque pati hymenaeos.* & 155. *Arcebis gravido pecori armentaque paſces.* libro quarto vetuſtus codex 134. *Primus vere roſam, autumno carpere poma.* & 339. *Cydippe & flava Lycorias, altera virgo.* ſic potiores ſcripti, non *Cydippeque*. Mox 343. *Atque Ephyre atque Opis & Aſia Deiopea.* & 463. *Atque Getae, atque Hebrus, & Actias Orithyia.* HEINS. *Pecorique, apibus* Parrhaſ. Catroeus *pecori, apibus* probat, ſed ita, ut videatur lectori perſuadere, a ſe hanc lectionem, ut auctore, fluxiſſe, quum ex Pierio omnia ſint deſcripta, ut paſſim; & ita habeat etiam Regius. *Pecori quanta apibus* Ed. Venet. BURM.

Ibid. PARCIS. *Parvis* legere quoſdam Stephanus in margine notavit, quod recte refutavit Emmeneſſius.

5. HINC. Recte Servius & Gloſſa Regii, poſt Bucolicum carmen. Varr. III. 1. *de quibus exponendis initium capiam hinc.* BURM.

Ibid. CLARISSIMA MUNDI LUMINA. Caſtelvetrius in Oper. Critic. p. 91. Virgilium non ex decoro invocare deos rei ruſticae praeſides, ſed debuiſſe Muſam appellare immerito contendit. culpandus ergo & Gratius, qui Dianam invocat, non Muſas. & Lucretius, qui Venerem, & alii plures. BURM.

6. COELO QUAE DUCITIS ANNUM. *Qui ducitis* fragmentum Moreti ex noſtris, quod & Pierius in oblongo ſuo invenerat, nec aliter Mentelianus alter a manu prima: ſed Apulejus de Deo Socratis ſtat pro recepta lectione, & Probus in Arte Grammatica bis, & Macrobius Saturnal. I. cap. 16. HEINS: *Ducitis*, id eſt, quaſi arbitri, annum in tempeſtates diviſum moderamini. ita *aſtra noctem ducere* dicuntur lib. III. Georg. 156. quorum dux Luna, quae praeit & ducit quaſi chorum ſtellarum. ita Lucifer *ducit diem* II. Aen. 802. vid. ad Valer. Flac. V. 567. Sic Janus dicitur *ducere tempora*, quia aperit annum, Lucano lib. V. 6. & eo ſenſu poſſet legi apud eumdem lib. VIII. 478.

Luſtra ſuae Phoebes non unus duxerat Apis.

ut in Hamburgenſi & Rottendorphiano Codicibus invenit Heinſius. *Ducere* vero pro regere poni docuit Gruter. ad Senec. Oedip. 264. & Rutgerſ. Venuſ. Lect. cap. XXV. BURM.

7. VESTRO SI MUNERE TELLUS. *Numine* Mediceus a manu ſecunda. HEINS. Et Colotii codex, teſte Urſino. *noſtro ſi* Venetus. nihil mutat Commentator Crucq. Horatii lib. III. Od. 18. BURM.

8. CHAO-

32 deſunt G. L. R. Steph. 33 oſtenditur. Aut per Liberum maſculos Deos, per Cererem feminas Deas ſignificat. G. 34 deſunt G. R. L. Steph. al. 35 deſunt L. R. G. ad ℣. 8. & Steph. ad *ſi autem.* ſed G. habet ad MUNERE, *ſi* confirmantis eſt. 36 Sebaſium conjiciebat Voſſius. 37 deſunt R. Voſ. Steph.

Digitized by Google

Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta,
Poculaque inventis Acheloïa miſcuit uvis:
Et vos, agreſtum praeſentia numina, Fauni,

Fer-

SERVII.

8. Chaoniam pingui glandem mutavit arista. [38] Epiroticam: [39] [Quae cur *Chaonia* dicta ſit, in tertio Aeneidos 334. plenius habes: & hic Epiroticam] a loco, in quo abundant glandes, quibus antea homines veſcebantur: [40] [vel quod ibi Quercus Jovi Dodonaeo ſacrata, quae hominibus reſponſa reddebat; ex hac, cum fuiſſet exciſa, columbae, quae vaticinabantur, volaſſe dicuntur.] Et modo ſpeciem pro genere poſuit: non enim aut in Epiro tantum glandes fuerunt: aut de ſolo Acheloo homines potare conſueverant. [41] [*Pingui* autem *ariſta*, modo pro frumento poſuit: & affectate ait *pinguem ariſtam*, cum proprie *ariſta* ab ariditate ſit dicta: *glandem* vero *mutavit ariſta*, ita ait, ut, [42] *togam* * *paludamento mutavit*. ut, Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis. [43] Achelous Terrae fuiſſe filius dicitur, ut ſolet de his dici, quorum per antiquitatem latent parentes. Hic, cum de Melpomene; vel, ut quidam dicunt, de Calliope, Syrenas habens filias, amiſiſſet, & moerore conficeretur, auxilium matris oravit, ut ſibi ſeni luctus remedium praeſtaret, quae miſerans filium, patefactis antris intra ſe obruit; cui poſtea ut perennem famam nominis daret, in Aetolica regione fluvium ejuſdem vocabuli naſci fecit; quem nonnulli de Pindo, monte Theſſaliae, oriri adſerunt. [44] Circa hunc Staphylus, Oenei paſtor, cum animadverteret ex capris unam eſſe pinguiſſimam, intellexit id pabuli [45] ubertate fieri; ſecutus itaque eandem, cum vidiſſet uvis veſci, admiratus, & novitatem, & dulcedinem, decerptum fructum [46] protulit Regi, qui, cum liquorem expreſſiſſet, a ſuo nomine vocavit Oenon: ab inventore, Staphylem. Sed Hercules, cum propter uxorem Deaniram cum Acheloo contenderet, cornu ejus unum fregit, quod Graece κερας dicitur.] [47] Sane *Acheloïa* non praeter rationem dixit: nam, ſicut Orpheus docet, [48] [& Ariſtophanes comicus, & Ephorus hiſtoricus, tradunt;] *Acheloum* [49] [generaliter, propter antiquitatem fluminis, omnem] aquam veteres vocabant. [50] Ergo quia ſpecialiter *Achelous* Graeciae fluvius dicitur, aut ſpecies eſt pro genere: aut ſecundum antiquitatem locutus eſt. Pingui arista. *Ariſtam* modo pro frumento poſuit, & adfectate ait *pinguem ariſtam*, cum proprie ariſta ab ariditate ſit dicta.

10. Et vos, agrestum praesentia numina, Fauni. Id eſt, propitia; ut 1. Ecl. 42. *Nec tam praeſentes alibi cognoſcere divos:* quorum praeſentia favor eſt. Et bene de diverſis [51] rebus dicturus, diverſa invocat numina. [52] [Hoc enim & in ſacris fieri ſolebat, ut poſt ſpecialia ad eam rem, de qua agebatur, invocata numina, omnes dii vel deae confuſe invocarentur. Praesentia numina Fauni. *Praeſentia*, quoniam dicuntur uſque ad ea tempora, quibus fuit *Faunus*, qui dictus eſt a fando, viſa eſſe numina. Quidam *Faunos* putant dictos ab eo, quod frugibus faveant. Cincius & Caſſius ajunt ab Evandro *Faunum* deum appellatum; ideoque aedes ſacras, *Faunas* primo appellatas, poſtea *fana* dicta; & ex eo, qui futura [53] praecinerent, *Fanaticos* dici.

11. Fau-

38 Epiroticen L. 39 deſunt R. L. Steph. al. Quia in Chaonia regione Epiri, priuſquam Ceres frumenta inveniſſet, antiqui homines; & modo ſpeciem p. g. p. nam in Epiro glandes tantum fuerunt, aut &c. G. 40 deſunt R. L. Steph. 41 deſunt ad *Sane Acheloia* R. Voſ. L. Steph. al. 42 ut * *cojam* Dan. unde jam Salmaſ. ad Solin. pag. 137. *togam* fecerat. 43 Achelois Dan. 44 G. hic corruptis verbis ita fabulam exhibet. Oviſta (Oniſta) enim filius Ynen (Oenei) regis paſtor, cum videret caprum ſaepius a grege diſcere (diſcedere) & plenior (pleniorem) reverti, ſecutus uvam depaſcentem invenit; quam decerpſit ac guſtavit; cujus dulcedine inductus eam expreſſit, & cum humorem ejus bibiſſet, quem & ſuavem ſenſit, ac per hoc de Achilo (Acheloo) flumine, in cujus ripa uva fuerat inventa, aquam miſcuit vino, atque ita cum potum optimum feciſſet, ſpeciem uvae & potum optimum obtulit regi, qui (cui) cum ille probaſſet, uvam inventoris nomine vocari juſſit, vinum Graeco verbo Ynon (οἶνον) a ſuo nomine appellavit. Vide Muncker. ad Hygin fab. 129. & 272. & ad Fulgent. pag. 31. BURM. 45 libertate Dan. vid. ad ꝟ. 94. 46 pertulit malebat Heinſius. 47 namque (non quod) Achelonius (Achelous) ſolus vino ſit mixtus, ſed ipſum pro quavis aqua poſuit; ſive quoniam ex Oceano & Thetide multis genitis fluviis hic primus natus eſt, in honorem ejus omnis Achilonia (Acheloia) dicta eſt aqua. G. ſed hic Acheloum Dan. 48 deſunt L. R. Voſ. Steph. 49 deſunt iisdem. 50 ſed quia ſp. quidam fluvius Achelous dicitur L. R. B. Voſ. B. Steph. al. 51 decit G. 52 deſunt ad ſeq. verſ. *Ferte ſimul* L. G. R. Voſ. Steph. & al. 53 praedicerent Edd. al.

Digitized by Google

Ferte ſimul Faunique pedem, Dryadeſque puellae:
Munera veſtra cano. Tuque o, cui prima frementem
Fudit equum, magno tellus percuſſa tridenti,

Neptu-

SERVII.

11. FAUNIQUE PEDEM: Cum unus *Faunus* ſit, cur pluraliter poſuit? * ſeſe. Sed [54] Varro ad Ciceronem ita ait: *Dii Latinorum ita*, ut [55] Faunus & Fauna ſit per * ex verſibus, quos vocant Saturnios, in ſilveſtribus locis ſolitos fari futura, atque inde *Faunos* dictos.] FERTE SIMUL FAUNIQUE PEDEM. *Pedem ferte*, aut ſimul venite: [56] aut date carmini meo [57] facilitatem, quod utique pedibus continetur, ut ſit, *Ferte pedem*, metricam praeſtate rationem. [58] [DRYADESQUE PUELLAE. *Dryades* a quercubus, quod jam ſupra dictum eſt.

12. TUQUE O, CUI PRIMA FREMENTEM FUDIT EQUUM MAGNO, &c. Antiquiſſimi libri, *fudit aquam*, plerique habuerunt. [59] Quoniam Neptunus [60] [& fluminibus] & fontibus, & omnibus aquis praeeſt, ut ipſe docet IV. Georg. 29. *Aut praeceps Neptuno immerſerit Eurus*; ſed melius *equum*, propter armenta. [61] In Corn. *equum*, in authenrico *aquam* ipſius manu *equum*.] Fabula talis eſt: Cum Neptunus & Minerva de Athenarum nomine contenderent, placuit Diis, ut ejus nomine civitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtuliſſet. Tunc Neptunus, percuſſo littore, equum animal bellis aptum produxit: Minerva, jacta haſta, olivam creavit: quae res eſt melior comprobata, [62] & pacis inſigne. [63] Ut autem modo Neptunum invocet, cauſa ejus muneris facit: quia de equis eſt dicturus in tertio: alioquin incongruum eſt, ſi de agricultura locuturus, numen invocet maris. Equum autem a Neptuno progenitum alii [64] Scythium, alii [65] Schironem, alii Arionem dicunt fuiſſe nominatum. Et ideo dicitur equum inveniſſe, quia velox eſt ejus numen, & [66] mobile, ſicut mare. Unde etiam Caſtor & Pollux, quia eorum velociſſimae ſtellae ſunt, equos in tutela habere dicuntur. [67] [Sane hunc equum, cujuſcunque nominis, alii apud Arcadiam, alii in Theſſalia editum dicunt; in quo etiam, montem altiſſimum oſtendunt, ubi primum equus viſus ſit; in tantum, ut ob hanc cauſſam a Theſſalis Neptuno equeſtre certamen memorent inſtitutum: unde, ut apud Graecos Ἵππιον Ποσειδῶνα, a nobis Equeſter Neptunus. Alii hanc eandem de equo opinionem varie adſerunt: nam primum equum, & mox pullum equinum matre editum tradunt: quidam marem magis pullum initio editum volunt. Nonnulli Saturno, cum ſuos devoraret, pro Neptuno, equum oblatum devorandum tradunt: unde Illyricos quotannis ritu ſacrorum equum ſolere aquis immergere: hoc autem ideo, quod Saturnus humoris totius, & frigoris deus ſit. PRIMA autem, multi pro olim accipiunt, ut I. Aen. 24. *Prima quod ad Trojam pro charis geſſerat Argis.* Alii *prima* ideo, quod poſt Scythium Arionem genuit. [68] Nonnulli vero ob hoc, CUI PRIMA FREMENTEM FUDIT AQUAM, legunt, quod veteres murmura aquae, *fremitum* dicebant: Ennius: *Ager oppletus imbrium fremitu.* Et denuo: *Ratibuſque fremebat Imber Neptuni.* [69] [Virgil. in XI. 299. *Vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.*] Ergo *prima* aut proprium; quia & Pegaſo fontem in Boeotia icta ejus ungula fudit: aut *prima tellus*, id eſt littus, ut I. Aen. 541. *Primaque vetant conſiſtere terra.*]

VARIORUM.

8. CHAONIAM. *Chaonia* Gudianus.

9. POCULA ACHELOÏA. Macrobius Saturnalium libro V. cap. 17. erudite demonſtrat antiquis Graecis

54 vid. Varron. de L. L. pag. 72. 55 Faunus & Fauna dilati (f. Dii Latini) fari a fando. *Fauni* ſunt dicti, id eſt, Dii ſilveſtres. G. 56 adjuvate G. 57 facultatem Steph. al. 58 deſunt ad *Fabula talis eſt* G. R. L. V. Voſ. Steph. al. 59 Quoniam ab Jove pro Neptuno equus ſit ſuppoſitus Saturno, ſicut lapis pro Jove, convenit hujusmodi hiſtoriam dicere, & Neptunum invocare, qui de natura equorum dictus eſt G. vulgata vero in Ed. Lucii leguntur poſt *fremebat imber Neptuni.* 60 deſunt Edd. al. 61 haec corrupta ſunt, nec leguntur niſi in Dan. Ed. qui forte haec margini adſcripſerat, aut ab alio adſcripta Critico invenerat. & forte legendum, in Authentico *aquam*, in correcto ipſius manu *equum*. BURM. 62 quia pacis al. forte, ut pacis inſ. 63 ut aut L. 64 Scyphium Voſſ. de Idolol. tit. 9. & Cerda. Scrithium L. R. 65 Syronem Steph. al. Scironem R. Voſ. & al. 66 nobile L. 67 deſunt ad ỳ. 14. L. R. Voſ. Steph. al. 68 nonnullae Edd. praeponunt ſequentia *Ergo prima.* 69 deſunt Ed. Lucii.

Digitized by Google

Neptune; & cultor nemorum, cui pinguia Ceae
Ter centum nivei tondent dumeta juvenci:

Ipſe,

SERVII.

14. ET CULTOR NEMORUM, CUI PINGUIA CAEAE. Ariſtaeum [70] invocat, id eſt, Apollinis & Cyrenes filium; quem Heſiodus dicit Apollinem paſtoralem. Hic, ut etiam Salluſtius docet, poſt laniatum a canibus Actaeonem filium, [71] [matris inſtinctu] Thebas reliquit: & [72] Caeam inſulam [73] tenuit primo, adhuc hominibus vacuam: [74] poſt, ea relicta, cum Daedalo ad Sardiniam tranſitum fecit. [75] [Huic opinioni Pindarus refragatur, qui eum ait de Caea inſula in Arcadiam migraſſe, ibique [76] vitam coluiſſe: nam apud Arcadas pro Jove colitur; quod primus oſtenderit, qualiter apes debeant reparari: ut ait poëta de hoc ipſo Ariſtaeo II. Georg. 283. *Tempus & Arcadii memoranda inventa magiſtri Pandere.* CULTOR autem pro incola. [77] Caea vero inſula in Aegeo mari. DUMETA. Frutices.

VARIORUM.

cis Acheloum pro aqua quacumque poni ſolitum, prolatis eam in rem Ephori, Didymi, Ariſtophanis & Euripidis locis. HEINS. Vid. Schol. Stat. I. Theb. 453. Alciat. Pareg. IX. 2. inventas vero uvas dicit arte, ſolertia, ingenio, uſu & ſtudio. ut ſolent inventa & reperta opponi illis, quae natura & ſponte ſe dant, ut aqua. vid. inf. ℣. 140. & II. G. 22. BURM.

10. PRAESENTIA. *Praeſtantia* in Genevenſi editione 1636. cum in Servio P. Danielis legatur *praeſentia*. quod unde irrepſerit neſcio, niſi quod hae voces ſaepe fuerint permutatae. ut etiam lib. XII. Aen. 152. *praeſentia* hic dici puto, quia ruſticis ſaepe videri ſolent & audiri, & hinc illis propitii, ut Servius explicat, eſſe finguntur. BURM.

11. FERTE PEDEM. Donat. ad Andr. IV. V. 23. *ferre pedem.* ſed forte culpa librariorum. Nimis vero acuta altera eſt Servii interpretatio, quum ſimpliciter explicandum ſit, huc venite, adſitis faventes. ut ita centies Noſter, Ovidius & alii *ferre*, *efferre*, *referre*, *pedem*, pro ire, exire, redire ponunt. ut II. Aen. 756. *ſi forte pedem*, *ſi forte tuliſſet.* Comicis vero hanc locutionem vix convenire notat idem Donatus. *pedem* vero pro *pedes* Poëtice, ut paſſim. BURM.

12. TUQUE O, CUI. Codices Servii ad I. Aen. 541. omittunt *o*.

13. FUDIT EQUUM. *Fudit aquam* antiquitus in pleriſque exemplaribus lectum Servius Danielis teſtatur. qui de *fremitu aquae* nonnulla minus obvia congeſſit. is videndus. HEINS. *Fudit equum* Gudianus, qui & *tridente:* & ita Schol. Statii ad lib. VII. 184. *fudit equum m. t. p. tridente.* Diverſitatem lectionis non modo ex varia fabulae hujus traditione, ſed ex verbis *fudit* & *frementem* proveniſſe puto, quia utrumque aquae adcommodari apte poterat. ſed hic *fudit* debet intelligi pro produxit, ut paſſim pro partum edere poni docui ad Phaedrum III. 15. Tellus ergo, ut mater, peperit & protulit equum, ut herbas & cetera fundere ex ſinu ſuo dicitur. *fremere* vero licet de aquarum ſtrepitu occurrat, proprium etiam eſt equis. ut lib. XI. Aen. 609. *Frementes exhortatur equos*, ubi quum praeceſſit *fremitus equorum*, alii *furentes* praetulerunt. & Servius ad Aen. I. I. hic quoque *furentem* agnoſcit. ſed eodem lib. ℣. 541. *frementem* habet. Horat. Ep. IX. 17. *Frementes equos verterunt.* vid. & IV. Od. XIV. 24. de voce *prima* diverſae opiniones apud Interpretes videri poſſunt; & quum Bapt. Egnat. Racem. cap. VIII. de *Thracia* cepiſſet, Maſerius ad Valer. Flac. VII. 605. eum deſcribens, inde *Atraciam* fecit. miror neminem hic, ut ſaepe alias, ad Hypallagen confugiſſe, ut dictum ſit *prima tellus fudit equum*, pro *tellus fudit primum equum*; quales in Virgilio plures obſervarunt. vid. Gronov. I. Obſ. 7. qui pro *primum* adverbialiter capit. BURM.

14. CEAE. Vide de hac inſula ad Ovid. XX. Epiſt. 222. II. Art. Am. 298. & VII. Met. 369. BURM.

16. LY-

70 vocat Apollinis & Cirinae filium, q. H. d. A. p. fuiſſe G. Cyrenis L. 71 deſunt Dan. 72 Cheam R. Chean Voſ. 73 obtinuit G. 74 poſtea, ea rel. L. V. R. Voſ. 75 deſunt uſque ad ſeq. ℣. SALTUSQUE L. G. Voſ. & Steph. al. 76 Heinſius conjiciebat *villam*. 77 Caea Inſula Aegaei maris eſt, quae prima dicitur Nymphis habitari, idemque * & id rurſus dictam poſtea Aceon * aupaucorum Caeam appellatam, in qua Ariſtaeus ex Arcadia veniſſe fertur, & reſponſo patris Apollinis monitus, qui ex pecoribus uſum lactis inveniat, & mellis ſtudium apium ſolertiam (ſolertia) conſecutus eſt. G.

Ipſe, nemus linquens patrium ſaltuſque Lycei,
Pan ovium cuſtos, tua ſi tibi Maenala curae,
Adſis o Tegeee favens, oleaeque, Minerva,

Inven-

SERVII.

16. IPSE NEMUS LINQUENS PATRIUM,[78] [PAN OVIUM CUSTOS. Pindarus *Pana* ex Penelope filium dicit: unde multi *patrium* pro paternum accipiunt, eo, quod *Pan* non Arcas ſit, ſed Ithacelius, ut a patre, non a patria vox haec videatur detorta; quia in Arcadia genitus.] SALTUSQUE LYCAEI. [79] Montis Arcadiae. [80] Λύκος Graece dicitur lupus: unde in Lycaeo, ſacris quibuſdam deguſtatis, vertebantur in lupos, & poſt decem annos revertebantur in priſtinum ſtatum, ſi hominum carnibus non veſcerentur.] [81] [PAN OVIUM CUSTOS. Ideo *Lycaeus Pan ovium cuſtos*, quod lupos ab ovium gregibus depellat.]

17. SI TIBI. Siquidem [82] tibi. *Maenala* [83] autem mons Arcadiae, dictus ἀπὸ τῶν μήλων, id eſt, ab ovibus, quibus plenus eſt.

18. TEGEAEE. Vocativus eſt, a derivatione *Tegei*, oppidi Arcadiae, & *Tegeum* tribrachys eſt: [84] *Tegeaee* paeon tertius. [85] [FAVENS. Pro volens; & per hoc propitius: *Favere* enim veteres etiam velle dixerunt. Ennius: *Matronae moeros complent ſpectare faventes:* nonnunquam *favere* & pro tacere ponitur, ut idem [86] Ennius: *Ore faventes:* Et Virgilius in quinto 71. *Ore favete omnes.* OLEAEQUE MINERVA INVENTRIX. [87] Eo tempore, quo adverſum Neptunum de nomine civitatis contendit, quod jam ſupra dictum eſt: cui fabulae hoc additur, quod, poſtquam Minerva inventa olea Neptunum vicerit, indigne ferens [88] Halirrhothius Neptuni filius oleas coepit excidere; cui, dum hoc facit, ferrum de manubrio decidit, & ei caput amputavit: Neptunus vero dolens filii ſui obitum, Martem homicidii coepit arguere: inde effectum eſt, ut Mars & Neptunus de hac re judicium apud Athenas experirentur; unde locus, ubi Judices ſederunt, Areios pagos, Judices Athenienſium, Areopagitae appellantur.]

VARIORUM.

16. LYCEI. *Lycei* Regius, *Licaei* Junt. Ed.

17. TUA SI. *Si ſint* primus Moretanus. *tua ſit tibi M. curae* Cod. Vratiſlavienſis. Catroeus *ſi* explicat, *etſi*. Servius pro *ſiquidem* hic & ad ỷ. 7. & in invocationibus & obteſtationibus frequens hujus voculae uſus. ut Horat. III. Od. XVIII. ad Faunum preces allegans, *ſi tener pleno cadit haedus anno*. Hygin. Fab. CCLIV. *Cidippe precata eſt Junonem, ſi ſacra ejus caſte coluiſſet*. & hinc poſſe *ſi* pro ſiquidem ſumi non negaverim, & hoc etiam Virgilii loco illuſtrat Cl. Drakenb. ad Liv. VII. XIII. 6. BURM.

18. O TEGEAEE. In hanc invocationem exſtat epigramma Laſcaris XVII. NANSIUS. Scribendum *Tegeee*. vid. ad v. Aen. 299. & ad Ovid. IX. Epiſt. 87. BURM.

19. UN-

78 deſunt ad SALTUSQUE L. G. in G. vero haec leguntur. Pana Pindarus ex Apolline & Penelopa in Lyco monte editum ſcribit, qui a Lycone rege Arcadiae Locus (forte Lyceus) mons dictus. Alii ex Mercurio & Penelopa natum, comitem feras ſolitum e cubilibus excitare, & ideo capripedem figuratum, qua (f. quo) facilius denſitatem curſu poſſet evadere. Cicero ait in IV. Verrinarum, Liberi eſſe filium. Alii eum ex Aethere & Junone. Apollodorus ſine parentibus eum * ſinie (f. natum ſcribit) quoniam univerſum, id eſt τὸ Πᾶν huic deo ſit attributum. Cornua, quae Solis Lunaeque deſignantur * pellis maculis diſtincta, quae variam deſignat imaginem ſiderum. Inferior pars hirſuta, ut ſitus terrae. cum Fiſtula eſt, quoniam flatus ventorum * exoriuntur. Metus vero ad repentinas fugas panicus, pro ſubitaria aëris commotione, (ſ. m. ſec. contactione*. Eundem volunt etiam lanificii repertorem, a quo *paniculus*. Denique Virgilius III. G. 391. ex eo, *Munere ſic niveo lanae, ſi credere dignum eſt, Pan deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit. Tegeae* vero a derivatione eſt, quae eſt *Tegeaeus* a Tegaeo oppido Arcadiae. Item Tegaea Arcadiae Civitas, & reliqua. 79 montes V. L. R. 80 deſunt Mſſ. Steph. Dan. vide Brouckh. ad Propert. IV. v. 14. 81 deſunt R. Voſ. L. Steph. 82 deeſt R. L. 83 deeſt L. R. Steph. 84 Tegaeus Paean. Dan. 85 deſunt ad ỷ. 19. L. Voſ. R. Steph. 86 in innis * Dan. 87 ſunt qui dicant Athenis prolatum eſſe olivae ramum a Minerva. ſunt qui putant olei humorem idcirco Minervae convenire, quia nulli poſcit (poſſit) miſceri, incorruptus & integer, comparabilia virgini deae, quae ex una parente dicatur eſſe genita, quam ſapientiam interpretantur, virtutem inviolabilem, ut Homerus. Cum ergo inter Minervam & Neptunum de terra acta eſſet contentio, primum Minerva in arce Athenarum olivam arborem protuliſſe fertur. cum Neptunus iratus mare in civitatem miſit. poſtea per Mercurium rogatus ſedavit iracundiam. Ita demum Athenae datae ſunt ob victoriam Minervae G. 88 Aliſotheus Dan.

Inventrix, uncique puer monſtrator aratri,
Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupreſſum:

DIque

SERVII.

19. [89] UNCIQUE PUER MONSTRATOR ARATRI. Alii Triptolemum, alii Oſirim volunt: quod magis verum eſt, [90] [ut dicit Propertius, vel Tibullus.] Nam Triptolemus frumenta diviſit. [91] [Quod munus ei Ceres dedit propter humanitatem patris [92] Icari, qui eam, cum Proſerpinam [93] captam in conjugium a Plutone quaereret, in Attica ſuſcepit hoſpitio.] [94] [Bene autem tacuit de nomine: & generaliter ait *puer*: nam non unus aratrum toto orbe monſtravit, ſed diverſi in [95] diverſis locis. Alii talem de hoc Triptolemo fabulam tradunt: Ceres, cum Proſerpinam filiam quaereret, ad Eleuſinum regem devenit, cujus uxor Cyntinia puerum Triptolemum pepererat, ſeque nutricem pueri amore ducta ſimulavit reginae; ſed nutrix recepta, cum vellet alumnum ſuum immortalem reddere, interdiu eum lacte divino alebat, noctu in ignem clam obruebat; itaque, praeterquam ſolebant mortales, creſcebat: Id ſic fieri cum pater admiraretur, nocturno tempore obſervavit, cum Ceres vellet puerum in cinere & in igne abſcondere, Pater exclamavit, illa irata Eleuſinum exanimavit: Triptolemo alumno ſuo aeternum beneficium dedit: nam ad fruges [96] portandas currum draconibus junxit; deditque ei, quibus ille vectus orbem terrarum frugibus [97] obſeruit; quem, poſtquam domum rediit, cum [98] Cephalus rex interficere voluiſſet, [99] per cognita juſſa Cereris Triptolemo regnum tradidit; qui accepto regno oppidum conſtituit, & ex patris nomine [1] Eleuſinium nominavit, Cererique ſacra primus inſtituit, quae Θεσμοφόρια Graece dicuntur. Varro de Scenicis originibus, vel in Scauro: *Triptolemum dicit Nigidius* [2] *Sphaerae barbaricae ſub Virginis ſigno* [3] *aratorem, quem Orona Aegyptii vocant; quod Oron Oſiridis filium ab hoc educatum dicunt.* Ergo Oſiris ſignificatur, ut, Philoſtephanus Περὶ Εὑρημάτων: vel Epimenides, qui poſtea Buzyges dictus eſt ſecundum Ariſtotelem.]

20. ET TENERAM AB RADICE FERENS SYLVANE C. *Sylvanus*, deus eſt ſylvarum. Hic amavit puerum [4] *Cypariſſum* nomine, qui habebat manſuetiſſimam cervam. Hanc cum *Sylvanus* neſcius occidiſſet, puer eſt extinctus dolore: quem amator deus in cupreſſum arborem nominis ejus vertit, [5] quam pro ſolatio portare dicitur. [6] [Sane in Bucolicis alium illi habitum dedit x. Ecl. 24. *Venit & agreſti capitis Sylvanus honore.* Quidam *Sylvanum* primum inſtituiſſe plantationes dicunt, ideo *tenera ab radice* poetam dixiſſe. An *ab radice tenera*, quia caeſa cupreſſus dicitur non renaſci; item invalida, an ab radice tenens?

VARIORUM.

19. UNCIQUE PUER M. ARATRI. Cur nomen proprium ejus, qui invenit aratrum, non expreſſerit Maro, vide Nic. Loenſis Miſcel. Epiphyl. I. 11. ſed nec Ariſtaeum nomine ſuo deſignat, ideoque nimis ſaepe acuti videri volunt, & myſteria quaerunt interpretes, ubi Poëtae periphraſi utuntur. & ubi notum eſt, non ſolere nomen proprium addere, ad III. Aen. 321. notat Servius. BURM.

20. AB RADICE. *Ab* hic ſignificat *cum*. ſic *panis ex aceto, ex jure* &c. FABER. *A radice* Menag. alter Venet. Zulich. Parrhaſ. Voſſ. Leid. & duo Moretani. ſed *ab radice* etiam lib. II. 17. & Plinius XXI. 17. *germinant ab radice*. ita *ab ſtirpe interire* Salluſt. Catil. x. ubi quidam Codd. *cum*. ſed perperam. puto vero intelligi non ramum aliquem, ſed truncum ipſum nondum denſum, ſed tenerum, cypreſſi, qui ab ipſa radice abſciſſus geſtamen erat Silvani. Rectius tamen ſine radice truncum intelligi puto, ut ita *temo ab ſtirpe* inf. ℣. 171. & hinc *Dendrophorum* Silvanum in lapide apud Gruter. LXIV. 7. dictum credit Salmaſ. Exerc. Plin. p. 294. ubi plura de Silvano vide. BURM.

22. NON

89 Alii Tleptholemum Celei filium dicunt. alii Oſirim putant. ob quam * (fort. cauſam. rem. Muncker. ad Hygin. fab. CXLVII) ab Aegyptiis inter Deos ſit relatus. Tleptholemus Celei regis Heleuſinae filius fuit, qui uſum ſerendi primus mortalibus tradidit. *Bene autem tacuit* &c. G. 90 deſunt R. Voſ. ad *bene autem*, in Propertio nihil ad hanc rem inveni, quare adſcriptum Tibullum credo ab aliquo qui legerat lib. I. El. VIII. 29. ubi vide Brouckh. BURM. 91 deſunt L. Steph. 92 Celei vel Icari Muncker. d. b. 93 forte, raptam. 94 haec uſque ad *alii* legebantur poſt finem notae in L. G. Dan. & al. tota vero haec fabula ex Hygin. Fab. CXLVII. deſcripta, ubi Munckerus quaedam varietates obſervat, & emendat. BURM. 95 adverſis L. 96 propagandas Munck. 97 obſevit al. Edd. & Munck. quem & vide ad fab. ultimam. 98 Celeus Munck. 99 ſed re cognita, juſſu Munck. 1 Eleuſinum Munck. 2 *ferae* Dan. 3 *arator* Dan. 4 cupreſſum G. 5 quem V. R. 6 deſunt L. R. Steph. Hunc Sylvanum quidam funebrem deum putant, & ideo cupreſſum tribuunt ei, quia eadem arbor apta ſit funeri, ob radicum infirmitatem G.

Digitized by Google

DIque Deaeque omnes, ſtudium quibus arva tueri,
Quique novas alitis non ullo ſemine fruges:
Quique ſatis largum coelo demittitis imbrem.
Tuque adeo, quem mox quae ſint habitura deorum

25 Con-

SERVII.

21. DIIQUE DEAEQUE OMNES. [7] Poſt ſpecialem invocationem, tranſit ad generalitatem, ne quod numen praetereat: [8] [more Pontificum, per quos ritu veteri in omnibus ſacris poſt ſpeciales deos, quos ad ipſum ſacrum, quod fiebat, neceſſe erat invocari, generaliter omnia numina invocabantur.] [9] Quod autem dicit: STUDIUM QUIBUS ARVA TUERI, nomina haec numinum in Indigitamentis inveniuntur, [10] id eſt, in libris Pontificalibus: qui & nomina Deorum, & [11] rationem ipſorum [12] nominum continent; quae etiam Varro [13] dicit: nam, ut ſupra diximus, nomina numinibus ex officiis conſtat impoſita. Verbi cauſa, ut ab [14] occatione, deus Occator dicatur: a ſarritione, [15] deus Sarritor: a ſtercoratione, [16] Sterculinius: a ſatione, Sator. [17] [Fabius Pictor hos deos enumerat, quos invocat Flamen, ſacrum Cereale faciens Telluri & Cereri: Vervactorem, Reparatorem, Inporcitorem, Inſitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem, [18] Meſſorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem. TUERI. Pro tuendi, aut tuendorum.

22. QUIQUE NOVAS ALITIS. Id eſt, omnes qui hoc poteſtis.] NONNULLO SEMINE. Id eſt: aliquo: & hoc dicit: Qui a nobis jacta ſemina veſtris ſeminibus alitis. *Semina* autem dicit deorum, caeli temperiem, pluvias, [19] terrae rorem. [20] [Vel NONNULLO SEMINE, ab hominibus ſcilicet jacto, ut II. Georg. 49. *Quippe ſolo natura ſubeſt*: Seu rorem.] SATIS. Segetibus; ut inf. 325. *Sata laeta, boumque labores.* [21] [*Largo* autem *coelo demittitis imbrem*; *per* haec aquam & terram ſignificari vult.]

24. TUQUE ADEO, QUEM MOX QUAE SINT HABITURA DEORUM CONCILIA, INCERTUM EST. [22] [*Adeo*, hic praecipue: quidam *adeo* abundare putant, antiqua figura, ut III. Georg. 242. *Omne adeo genus in terris.*] Et jam [23] adulatur Auguſto, quem inter deos invocat. Nec totum tamen dandum eſt adulationi, ſed [24] & veritati: nam cum omnes Imperatores poſt mortem ſint inter Deos relati, Auguſtus vivus divinos honores [25] emeruit: quod etiam Horatius II. Epiſt. I. 15. teſtatur, dicens: *Praeſenti tibi maturos largimur honores*: [26] *Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras.* Unde male quidam culpant Virgilium, dicentes eum [27] aviditate laudandi citum interitum [28] Auguſto optaſſe: [29] cum eum conſtet ad rem, quae tunc fiebat, reſpexiſſe. *Mox*, tamen poſſumus pro [30] *poſt* accipere, ut Horatius III. Od. VI. 48. *Mox* [31] *datura Progeniem vitioſiorem.* Id eſt, poſtea. Poteſt & *Mox* ad vitae humanae brevitatem referri: nam ipſe ait in decimo 861. [32] *Rhoebe, diu (res ſi qua diu mortalibus ulla eſt) Viximus.* Sane ſciendum mire eum laudaſſe, quod ait: *Quem mox quae* [33] *ſint habitura deorum Concilia, incertum eſt.* Id eſt, nondum ſcimus, [34] quis deus eſſe velis: nam deum fieri, maximum eſt: in poteſtate [35] autem habere, *quis* deus velis fieri, plus eſſe quam maximum conſtat.

VARIORUM.

22. NON NULLO. *Non ullo* Mediceus & prior Mentelianus, cum duobus Moretanis vetuſtioribus & Veneto noſtro, ac Leidenſi, quod placet. quamquam vulgatam ſcripturam Servius amplectitur.

7 Poſt ſpecialem tranſit ad generalem invocationem G. 8 deſunt Voſ. L. R. Steph. 9 Lycos Graece dicitur lupus, unde in Lycaeo quibusdam ſacris deguſtatis vertebantur in lupos, & poſt decem annos revertebantur in priſtinum ſtatum, ſi hominum carnibus non veſcebantur. Quod autem &c. G. ſed videtur haec nota ad ℣. 16. pertinere. 10 vel libris G. ſed gloſſema eſſe cenſet Meurſius in Critic. Arnob. II. 17. 11 rationes B. L. V. R. Voſ. G. Steph. al. 12 numinum Steph. Dan. de his appellationibus deorum late agit Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 365. & 512. 13 ait G. 14 vocatione deus vocator L. V. R. Voſ. G. 15 deeſt B. 16 Stercilinius Dan. Sterquilinius L. & al. 17 deſunt ad NONNULLO R. Voſ. Steph. al. 18 vide Fontanin. Antiq. Hort. I. 9. 19 & rorem Edd. al. Teporem Dan. Teporem ſeu rorem Steph. 20 deſunt R. Voſ. Steph. al. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 22 deſunt L. R. Steph. al. 23 adulat Auguſtum B. R. adulatio ad Auguſtum Dan. ad Auguſtum adulatur, quem vivum inter deos nominat & vocat &c. G. 24 deeſt G. V. 25 meruit G. 26 *jurandamque* I. *poſt* G. *per nomen* B. 27 non aviditate L. 28 Auguſtum optaſſe ſe L. 29 cum ad rem q. t. f. reſpexerit L. V. Dan. cum rem B. 30 poſtea al. 31 daturus L. Steph. daturos V. L. B. Edd. al. 32 Phoebe Dan. 33 ſunt L. V. 34 qui R. B. al. ut & mox, qui deus R. Voſ. 35 deeſt B. Dan.

Digitized by Google

Concilia, incertum eſt; urbiſne inviſere, Caeſar,
Terrarumque velis curam: & te maxumus orbis
Auctorem frugum tempeſtatumque potentem
Adci-

SERVII.

25. URBISNE INVISERE CAESAR. [36] Utrum velis [37] terrarum, an maris, an caeli imperium [38] poſſidere.

26. ET TE MAXIMUS ORBIS. [39] [Utrumne, te pro Jove coli velis.

27. AUCTOREM FRUGUM. [40] Qui frugibus & caeteris rebus originem praeſtes.] TEMPESTATUMQUE POTENTEM. Aut bonarum tempeſtatum, ut IX. 19. *Unde haec tam clara repente Tempeſtas?* Aut *tempeſtatum*, [41] ait temporum; ſicut ubique Salluſtius.

VARIORUM.

tur. de fatis quippe paullo poſt acturus eſt. HEINS. *Qui novas a non ullo* Parrh. Catroeus *nullo de ſemine* praetulit. ſed *non ullo* idem notat. de *ſemine* repetit ex lib. II. 317. BURM.

23. DEMITTITIS. *Dimittitis* Rottendorphius ſecundus Voſſ. & Venetus cum duobus & fragmento Moreti, & Parrhaſ. perperam. ſed toties dictum, ut hic plura addere nihil attineat. BURM.

24. TUQUE ADEO &c. Catroeus hanc Auguſti invocationem ſecunda Georgicōn editione fuiſſe adjectam putat, poſtquam divinos ipſi honores Senatus decreverit. Sed ſi ex ipſa Catroei computatione Georgica perfecerit, & recitaverit Auguſto redeunti ab Actiaca victoria Romam ad triumphum, ubi jam Senatus, pronus in omne obſequium & adulationem, de honoribus in reducem ingerendis conſilia agitaſſe credibile eſt, quid alienum, quaeſo, a perſona vatis, qui ex rumoribus publicis futura poterat conjicere, ſi ille pro ſtudio ſuo in Auguſtum auguretur & voveat divinos ipſi honores, & Deos jam nunc de recipiendo Auguſto in concilium ſuum deliberare: immo hoc arbitrio ipſius Auguſti viventis relictum iri canat, in quam Deorum claſſem adſcribi velit? atque ideo illud *mox* non opus eſt ad ejus mortem referre, quum praeſenti & vivo jam templa & aras ſacraverint. ſtatim ergo atque Romam redierit, inter Deos relatum iri auguratur Poëta, ſed incertum eſſe, ubi collocari velit Auguſtus, id vero in ipſius poteſtate fore. Pro *Tuque adeo* Lindenbr. volebat *Teque adeo.* ut ad *habitura* referatur. ut Ecl. IV. 11. *Teque adeo* &c. ubi tamen eſt ablativi caſus. quare *tuque adeo* poteſt ſuppleri per *adſis*, ut ſupra invocavit hoc verbo alia numina; vel per longum hyperbaton, *Tu da facilem curſum.* & hanc lectionem agnoſcit praeter omnes codices Donatus ad Terent. Andr. III. III. 47. & Hecyr. IV. I. 9. ubi *adeo* abundare docet. & etiam *concilia* exhibet. quod male in *conſilia* mutandum cenſet Catroeus, & explicat de decreto a Diis faciendo, de recipiendo in coetum eorum Auguſto. ſed quae iſta loquendi ratio, aut quis umquam ita locutus fuit, quae conſilia, ſive decreta ſint habitura te Deum? an conſilia dicuntur habere Deum aliquem? nec ad conſilia Deorum refert Poëta apotheoſin, ſed ad ſolius Auguſti arbitrium & cupidinem, ut mox vocat, in quae *concilia* Deorum velit locum capere, ut recte Servius hoc maximum eſſe, & plus quam deum fieri, notat. vide quae diximus ad Nemeſ. Ecl. I. 51. BURM.

25. CONSILIA. *Concilia* rectius vetuſti Codices. HEINS.

Ibid. URBISNE. Mediceus *urbesne*, non *urbisne*, ut ambiguitas in oratione omnis vitetur. atque ita Venetus quoque & quartus Moretanus & Leidenſis ex noſtris: ſed *urbisne* veram eſſe ſcripturam non *urbesne*, apud Gellium Noct. Attic. XIII. cap. 19. Valerius Probus aſſeverat. HEINS. *Urbes inviſere* Venetus, *urbesne* Parrhaſ. & nonnulli alii; at plurimi *urbisne*, quod auctoritate veterum grammaticorum confirmatur. quod licet pro *urbes* poſitum quis velit, tamen ambiguam facit conſtructionem, quum & in genitivo caſu poſſet ſumi, ut Roma intelligatur, cui adjungit *terras*, id eſt reliquas orbis gentes. ut ſolent ſaepe Poëtae his duobus comprendere imperium maximum, ut Horat. I. Od. 2. & ita Calpur. IV. Ecl. 8. *Qui populos urbemque regit*, ubi plura diximus. ſed & *urbes* in plurali numero opponunt ſaepe terris. ſic Noſter lib. VII.

36 tradidit utrum Dan. id eſt utrum G. 37 terrae G. 38 tenere & poſſidere G. 39 deſunt ad *tempeſtatumque* R. L. Voſ. *maximus*, id eſt totus, ut ipſe inf. 329. *quo maxima motu Terra tremit.* G. 40 Auctor. ab augendo dictus, ut VII. Aen 49. *Tu ſanguinis ultimus auctor.* G. 41 aut L.

Digitized by Google

Adcipiat, cingens maternâ tempora myrto;
An deus immenſi venias maris, ac tua nautae
Numina ſola colant: tibi ſerviat ultima Thule:
Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis:

An-

SERVII.

28. MATERNA MYRTO. Quae [42] in honorem eſt Veneris, a qua Auguſtus originem ducit [43] [per Cajum Caeſarem.]

29. [44] [AN DEUS I. V. M. Id eſt, an pro Neptuno coli te velis: & *immenſi maris*, cujus menſura non poteſt comprehendi. VENIAS autem [45] aliqui pro *ſis* accipiunt, ac ſi Graece diceret ὑπᾶς, ſive ὑπάρχοις; *ire* veteres pro *eſſe* dicebant.]

30. NUMINA SOLA COLANT. *Sola*, [46] magna, [47] [praecipua; id eſt, ſupra alios deos marinos,] quaſi melior ſit futurus, & Neptuno, & caeteris diis marinis. THULE. Inſula eſt Oceani inter ſeptentrionalem & occidentalem plagam, ultra Brittanniam, [48] juxta Orcadas & Hiberniam: [49] [in hac Thule cum Sol in Cancro eſt, [50] perpetui dies ſine noctibus eſſe dicuntur. Praeterea miracula de hac inſula feruntur; ſicut apud Graecos Cteſias & Diogenes, apud Latinos Sammonicus dicit.]

31. TETHYS EMAT OMNIBUS UNDIS. *Tethys* eſt uxor Oceani, Nympharum mater. Quod autem ait EMAT, ad antiquum [51] nuptiarum pertinet ritum, quo ſe maritus & uxor invicem [52] coëmebant, ſicut habemus in Jure. [53] [Tribus enim modis apud veteres nuptiae fiebant: uſu; ſi, verbi gratia, mulier anno uno cum viro, licet ſine legibus, fuiſſet: Farre, cum per Pontificem Maximum & Dialem Flaminem per fruges & molam ſalſam conjungebantur: (unde Confarreatio appellabatur; ex quibus nuptiis patrimi & matrimi naſcebantur:) Coëmptione vero, atque in manum conventione, cum illa in filiae locum, maritus in patris veniebat; ut, ſi quis prior fuiſſet defunctus, locum haereditatis juſtum alteri faceret: & bene, [54] SERVIAT, quia [55] quandocunque in manum convenerat, omnia protinus, quae doti [56] dicebantur, [57] marito ſerviebant. Hanc Tethyn, Cicero in Timaeo, *Salaciam dicit: Generum* vero pro marito poſitum multi accipiunt, juxta Saffo, quae in libro, [58] qui inſcribitur Ἐπιθαλάμια, ait: Χαῖρε νύμφα, χαῖρε τίμιε γαμβρὲ πολλά ἀεὶ τοῦ νυμφίου. Sic & Pindarus: ἐν τοῖς Ἰσθμιοῖς.] [59]

VARIORUM.

VII. 45. *Rex arva Latinus & urbis regebat*. Claud. Bel. Gild. 47. *Domui terras urbeſque revinxi legibus*. quare ſi *urbes* in accuſativo ſit capiendum, ordo hic erit, *an velis inviſere urbes, an curam terrarum*, repetendo ſcilicet *velis*. nam *inviſere curam terrarum* eleganter dici poſſe non putem: jam vero ſaepe Poëtae verbum infinitivi modi pro ſubſtantivo ponunt, & ei non alterum verbum, ſed ſubſtantivum vel praeponunt, vel ſubjungunt. ut ſupr. Ecl. v. 46. *Quale ſopor feſſis*, & deinde *reſtinguere ſitim*. I. Aen. 124. *miſceri pontum, immiſſamque hiemem ſenſit*. VII. Aen. 421. *tot labores, & tranſcribi ſceptra patieris?* Horat. I. Od. I. *ſunt quos collegiſſe pulverem juvat*, & *meta*, & *palma*,

42 in honore L. V. R. Voſ. Steph. al. 43 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. *maternam myrtum* pro Julia gente dixit, quae a Venere traditur orìunda. Veneris autem in honorem & tutelam fuit myrtus G. 44 deſunt L. R. Voſ. Steph. 45 aliquanti Dan. 46 ΕΝΦΑΙCΙΚΟC. ſ. ἐμφατικῶς. *Venias* autem magis quam *ſias*, ut propriae magis ſit, quam alienae poteſtatis G. 47 deſunt L. R. Voſ. G. & Steph. 48 inter Hiberniam & Orcadas Urſin. Cod. ultra Britanniam, Hiberniam, Orcades R. V. L. & Orcadas, quae inſula in Oceano eſt ultima, in quam cum ſol &c. Voſ. Orcadas, eſt autem inſula &c. Steph. Inſula in Oceano vix paucis nota, quam idcirco nominavit, ut longum & magnum ei tribueret imperium. Alii putant civitatem in ultimis Hiſpaniae G. 49 deſunt V. L. 50 dies continuus ſ. n, e. dicitur Dan. 51 nuptarum Dan. & al. 52 emebant G. Dan. Steph. al. & ſicut G. 53 deſunt ad finem notae L. R. Voſ. Steph. al. 54 EMAT Schedae Briſſoni. 55 quaecumque Dan. 56 dabantur al. Heinſius malebat addicebantur. ſed vide ipſum Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 394. 57 mariti erant Schedae Baſſ. ſerviant Dan. in marg. 58 qui ſcribitur Dan. qui inſcribitur Epithalamium Heinſius. ἐπιθάλαμοι manu viri docti. vid. Scalig. ad Catull. C. 58. 59 ut ſolet, dixit in honorem immortalitatis * Deam uxorem adjungit (ſ. adjungi), ut Aeolo Deiopejam offerri facit. Inconſiderate, dt (ſ. dicit vel dicunt) quoniam haberet Libiam (Liviam) uxorem Caeſar, ipſam divam futuram. Quomodo autem alteram offert? nec attendunt ad illud, offerri quidem, ſed ab eo non accipi; non enim ſemper id quod offertur, accipitur. G.

Digitized by Google

Anne novum tardis ſidus te menſibus addas,
Qua locus Erigonen inter Chelaſque ſequentis
Panditur. ipſe tibi jam brachia contrahit ardens

Scor-

SERVII.

32. TARDIS SYDUS T. M. A. Id eſt, aeſtivis. [60] [Vel quia optat, ut diu vivat: vel quia Virgo & Libra δυσαναφορα, id eſt, tarde orientia dicuntur. Et *Tardis*, an quia aureo ſacculo longiores dies dicuntur fuiſſe; an poſt multos tardoſque menſes, ut deus fiat; an id IV. Ecl. 12. *Aut incipient magni procedere menſes*, per hunc *magni*.]

33. QUA LOCUS ERIGONEN I. C. S. Aegyptii duodecim eſſe aſſerunt ſigna: Chaldaei vero undecim: nam Scorpium & Libram unum ſignum accipiunt: Chelae enim Scorpii Libram faciunt. ſidem Chaldaei [61] nolunt aequales eſſe partes in omnibus ſignis; ſed pro qualitate ſui, aliud ſignum XX. aliud XL. habere; cum Aegyptii tricenas eſſe partes in omnibus velint. Modo ergo ſecundum Chaldaeos locutus eſt, dicens poſſe eum habere locum inter Scorpium & Virginem: nam Erigone ipſa eſt Virgo. Sciendum deinde eſt voluiſſe majores in his ſignis [62] XII. eſſe deorum domicilia: [63] ut Solis, eſt Leo: Lunae [64] vero, Cancer. Caeterorum vero quinque planetarum bina ſunt ſigna: prout ſe ratio ſyderum ſequitur. Nam primus circulus a terra, Lunae eſt; ſecundus Mercurii; tertius Veneris; quartus Solis; quintus Martis; ſextus Jovis; Saturni ultimus. Sed remotis Sole & Luna, quorum ſunt domicilia Leo & Cancer: hi quinque ordine, quo eorum ſunt circuli, bina poſſident ſigna, [65] unum a ſuperioribus: ut Mercurii ſint Virgo & Gemini: Veneris, Libra & Taurus: Martis, Scorpius & Aries: Jovis, Sagittarius & Piſces: Saturni, Capricornus & Aquarius. Unde per haec loca ſyderum, Auguſtum & fortem propter Scorpium, [66] id eſt, Martis domicilium: & juſtum propter Libram, & prudentem propter vicinam Virginem, id eſt Mercurii domicilium, fore ſignificat. [67] [Vel certe ideo inter Scorpionis brachia, quae ſunt Libra; & Erigonem, quae eſt Virgo; quia Libra aequitas, Virgo Juſtitia. Sane haec Erygone [68] Icari filia fuit, tantae pietatis in patrem, ut, cum eum vidiſſet mortuum, omni ſe luctu ac moerore conficeret, ob quam rem miſericordia deorum inter ſigna locum Virginis, ſub Juſtitiae vocabulo, juſſa eſt obtinere. [69] *Chelas* autem *ſequentes* ideo ait, quia, ſicut dictum eſt, ipſae ſunt Libra.] [70] Bene autem Auguſto inter Virginem & Scorpium, id eſt, inter juſtitiam & virtutem, locum tribuit: (nam *chelae*, Scorpii brachia ſunt; quae ſexaginta partes in coelo [71] ſunt:) ut ſolum fore ſignificet.

34. PANDITUR IPSE TIBI. Ordo eſt: [72] *Qua locus ipſe tibi panditur*. TIBI autem, in tuum honorem & [73] gratiam. [74] [IPSE autem, ultro, ſua ſponte. IPSE TIBI. Hic diſtinguitur, niſi dixeris, *Ipſe tibi brachia contrahit ardens* [75] *Scorpius*, bene optantis; ne verba maledictum comprehendiſſe videantur. JAM BRACHIA C. A. S. Ideo Auguſto merito juxta Scorpium locum adſignat, quia ſydus

hoc

60 deſunt R. L. Voſ. Steph. al. Significat libram inter XII. ſigna, quia in (illa) aequinoctium autumnale facit, & eleganter *tardis* ait; quaſi futurum ſit ut Caeſar abierit in coelum, hominis vita tendatur, ut in Bucolicis. *Et incipient* &c. G. 61 volunt Steph. Dan. Fabr. al. 62 deeſt Steph. al. 63 Et ſolis V. B. 64 deeſt L. 65 a ſequentibus, & unum a ſuperioribus R. B. 66 vel Martis L. 67 deſunt ad *bene* L. Steph. ſed R. ad ℣. 34. 68 lege Icarii. vid. Aeliani de Animal. VII. 28. & Anon. in Homerum. ipſum denique Servium ad I. Georg. 388. VOSSIUS. 69 Cheles Dan. 70 Erudite & ſapienter Virgilius Scorpionis locum Auguſto tradidit. Ut enim aſtrologi dicunt, Scorpius in Zodiaco duorum locum tenet: nam *Celeae* (Chelae) ejus intra brachia extenſa TOKeAcNO poſſident. ita ſi ſcorpius contrahat brachia ſua & relinquat locum, quem improbe occupavit, ſine injuria cujuſquam Caeſar in regionem coeli * vocant recipiatur. nam in hanc partem ſigniferia (ſigniferi) THNANKAI, libram appellant. Bene ergo Auguſto dat regionem juſtitiae. Modo ergo ſecundum Kaldaicos locutus, dicens eum poſſe habere locum inter ſcorpionem & virginem; nam *e regione* (*Erigone*) ipſa eſt; & virgo quae inter XII. ſigna dicitur eſſe, *Iacari* (*Icari* & ita deinde) Athenienſis filia. Nam Liber pater Iacaro vinum, Iacarus paſtoribus dedit. & paſtores oppreſſi ſunt ſomno: quorum parentes exiſtimantes veneno necatos, eum occiderunt, & in puteum projecerunt, & plauſtra ejus & inſtrumenta & reliqua * Canis autem ejus quodammodo ſignificare coepit domini mortem. filia ejus Erigone ſecuta eſt canem ad puteum, & cadaver patris ſepelivit, optavitque, ut miſti (f. niſi A. ulti eſſent) Athenienſes *nisi. ent* * mortem *Iacari*, eadem morte perirent. & illi occiderunt paſtores. Liber autem memor, quia ſua cauſa *perierat* (*perierat*) Iacarus, filiam ejus inter aſtra locavit, quae eſt virgo, Canemque, qui quoties oritur vites adurit, Siriuſque appellatur. G. 71 ſunt, & ſolum fore ſignificat Steph. Dan. 72 *qui* L. 73 gratiam tuam V. L. 74 deſunt ad ℣. 35. V. L. 75 *Scorpius* * bene optantis verba, Dan. ſed Heinſius legebat *ſcorpios:* bene optantis, ut verba maledici non c. v.

Scorpios, & coeli juſta plus parte relinquit.
Quidquid eris; (nam te nec ſperent Tartara regem,
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
Quamvis Elyſios miretur Graecia campos,

Nec

SERVII.

hoc ſupra Romam poſitum creditur. Varro tamen ait ſe legiſſe [76] Empedocli cuidam Syracuſano a quadam poteſtate divina mortalem [77] aſpectum deterſum; cumque inter caetera tres portas vidiſſe, treſque vias: unam ad ſignum Scorpionis, qua Hercules ad deos [78] iſſe diceretur: alteram per limitem, qui eſt inter Leonem & Cancrum: Tertiam [79] eſſe inter Aquarium & Piſces: Argute itaque eam viam & ſedem tribuit Auguſto, forti Imperatori, quam habuit deus fortis.]

35. ARDENS [80] SCORPIUS. [81] *Ardens* ad illud refertur, quia Martis eſt domicilium: nam Scorpii tempus [82] frigidum eſt; quippe cujus November menſis eſt. [83] [Vel *ardens*, ad virus ejus, vel ad cupiditatem Auguſti recipiendi.] JUSTA PLUS PARTE. Secundum Chaldaeos, qui Scorpium dicunt ſpatium duorum ſignorum tenere. [84] [Ergo & loci ſpatio te invitat.]

36. QUICQUID ERIS. Ordo eſt, *Quicquid eris, da facilem curſum.* Caetera enim per parentheſin dicta ſunt. [85] [NEC SPERENT TARTARA REGEM. *Nec ſperent* dixit, quaſi beneficium [86] de quocunque venerit.]

37. NEC TIBI REGNANDI VENIAT, &c. Allegoricôs dicit illum nec debere mori velle, nec poſſe. *Dira* autem, pro magna, vel vehemens.

38. QUAMVIS ELYSIOS M. G. c. Licet praeferantur inferi a Graecis Poëtis. [87]

VARIORUM.

palma, ſcilicet *juvat.* ut recte Bentlejus firmat hoc loco. Juven. XI. 199.

Quos clamor & audax
Sponſio, quos cultae decet adſediſſe puellae.

Sil. Ital. I. 528.

Nec requies, tegimenque datur mutare ſub ictu.

Item X. 379.

Vulnera & exhauſtas ſaevo certamine vires,
Ac nimium laetis excuſat ſidere rebus.

& innumera talia. Et ſolutae orationis ſcriptores ita ſolent. Suet. Aug. 64. *literas & natare.* ſed haec ſufficiant. BURM.

26. ET TE. *Te &* Menagianus primus. *Maximus* cur dicatur vid. inf. ỳ. 187. BURM.

27. AUCTOREM. *Auctoremque*, & mox *accipiet.* Voſſ. vitioſe.

28. MATERNA. *Materno* Parrhaſ.

29. AN DEUS. Deerat hic verſus ſecundo Menteliano.

Ibid. AC TUA. *Et tua* Zulichem. Moret. quart.

30. THULE. *Thyle* ſcripti vetuſtiores. Mediceus *Thylae.* ſed Graecis Θύλη eſt. HEINS. *Tyle* Parrhaſ. & Menagii. *Thyle* Ed. Venet.

31. GENERUM. Pro *marito* capit Servius. vid. eumdem ad IV. Aen. 103. & hic Guellium. BURM.

32. ANNE NOVUM. Illuſtrat hunc locum Triſtan. Tom. I. Comment. pag. 73. *ſidus tardis.* Venetus. *meſſibus* Ed. Venet. BURM.

33. ERIGONEN. *Erigonem* Regius, Voſſ. Parrhaſ. & alii.

34. JAM. *Nam* Venetus.

35. SCORPIUS. Mediceus *ſcorpios* bene. quomodo

76 Empedotim * cuidam Dan. Empeduti al. 77 aſpectu al. 78 ipſe diceretur Dan. duceretur al. 79 deeſt al. 80 SCORPIOS L. 81 Hoc commune omnibus ſideribus coeli. aut *ardens*, feſtinans parare locum Auguſto. item *ardens ſcorpios* Graecus nominativus eſt. & *ardens*, ut dixi, ad illud refertur &c. G. 82 frigidum Novembris eſt menſis G. Novembris V. 83 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 84 deſunt R. L. V. Steph. al. 85 deſunt R. L. Voſ. Steph. al. 86 forte, det, quorumque venerit. 87 Quaerendum an ad auctores Graecos, an ad ſolum Homerum retulerit, qui in Odyſſea Campos laudat Elyſios. & adeo amoenos locos (f. lucos) quos praetulerit amori matris Proſerpina, nec accepta facultate eam voluerit ſequi, id eſt Cererem. Proſerpina Jovis & Cereris filia, quae per ſpecum Siciliae a Dite patre rapta eſt. In infernum deſcendit Ceres, ut filiam perciperet (f. reciperet) illa matrem ſequi noluit. Specus per quam (quem) deſcenderat *mundus* eſt appellatus. Item, Rex Moloſſorum Proſerpinam rapuit; & Ceres hoſtia cum cantatoribus multis pulſavit, nec veniebat ad eam filia pro (prae) loci amore. G.

Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem)
Da facilem curſum, atque audacibus adnue coeptis,
Ignaroſque viae mecum miſeratus agreſtis,
Ingredere, & votis jam nunc adſueſce vocari.
Vere novo, gelidus canis quum montibus humor

Li-

SERVII.

39. NEC REPETITA SEQUI CURET P. M. Ceres, cum raptam a Plutone Proſerpinam filiam diu quaeſiſſet, tandem aliquando eam eſſe apud inferos comperit: pro qua re cum Jovis imploraſſet auxilium, ille reſpondit poſſe eam reverti, ſi nihil apud inferos guſtaviſſet. Illa [88] autem jam Punici mali in Elyſio grana guſtaverat: quam rem [89] Aſcalaphus, Stygis filius, prodidit. Unde Proſerpina ad ſuperos remeare non potuit. Hinc ait Lucanus VI. 740. *Quae te* [90] *detineant, Aetnaea, dapes.* Quam neceſſitatem modo Virgilius Proſerpinae tribuit voluntati. Sane Ceres a Jove poſtea meruiſſe dicitur, ut Proſerpina ſex eſſet cum matre menſibus, ſex cum marito: quod ideo fingitur, quia Proſerpina [91] ipſa eſt, quae & Luna, quae toto anno ſex menſibus creſcit, [92] ſex deficit: ſcilicet per ſingulos menſes quindenis diebus: ut creſcens apud ſuperos, deficiens apud inferos eſſe videatur. [93] [Et *Nec ſequi curet Proſerpina matrem*, ad admirationem Elyſiorum poſuit, quod matri praelati ſunt.]

40. DA FACILEM CURSUM. Meo ſcilicet poëmati. [94] [ATQUE AUDACIBUS A. C. Verecunde ſuas vires extenuat, & commendat operis difficultatem, dicendo *Audacibus.*]

41. IGNAROSQUE VIAE MECUM MISERATUS AGRESTES INGREDERE. Aut mecum viae, id eſt, rationis, [95] [aut artis,] ignaros miſeratus, ruſticos juva: [96] aut *mecum ignaros* intelligas; aut ruſticis ignaris fave mecum, id eſt, quibus etiam ego his ſcriptis [97] opem collaturus ſum: aut mecum ignaros agricolas miſerare: aut eis mecum fave.

42. ET VOTIS JAM NUNC ASSUESCE VOCARI. Id eſt, adhuc vivus: Nam ut diximus, Auguſtus vivus divinos honores [98] meruit.

43. VERE NOVO GELIDUS CANIS CUM MONTIBUS HUMOR LIQUITUR. [99] [*Novum* multa ſignificat: nam & recens aliquid *novum* dicitur, ut ipſe ait II. Ecl. 22. *Lac mihi non aeſtate novum*, id eſt, recens. *Novum* dicitur & magnum, ut III. Ecl. 86. *Pollio & ipſe facit nova carmina.* Modo autem] *Novum Ver* ideo ait, quia anni initium menſis eſt Martius. Et ſciendum eſt, decem tantum menſes fuiſſe apud [1] majores: Martium autem anni principium habere voluerunt, propter Martem ſuae gentis auctorem, [2] [quod multis firmatur auctoribus. Nigidius in Sphaera Graecanica, *Novum annum* aequinoctium Vernale memorat. Varro Epiſtolicarum Quaeſtionum: *Inter menſem Februarium, qui tunc eſſet extremus, & inter calendas Martias, quae tunc erant primae.* Atta: *Annum novum voluerunt eſſe primum menſem Martium.* Et alibi: *Majores Martium primum habuerunt.*] [3] Aprilis autem dictus eſt, quaſi terras [4] tepore aperiens: Majus a [5] Maja: Junius a Junone: quamquam alii a majoribus [6] & junioribus hos duos menſes velint eſſe nominatos: nam [7] antea populus Rom. in centurias juniorum & ſeniorum diviſus [8] fuerat: Reliqui jam a numero nominabantur, Quintilis, Sextilis, September, October, November, December. Et hi erant tantum decem menſes: duo vero, propter rationem ſignorum anni, intercalabantur, qui poſtea a Jano & a Februo nominati

88 autem Punici L. autem jam Punici in El. B. 89 Scalafus R. 90 in Lucano vulgo legitur *contineant.* *Ennea* V. L. B. *Enaea* R. & *Ennea* apud Lucanum. 91 deeſt L. V. 92 & ſex V. Voſ. 93 deſunt L. Voſ. R. Et ſequitur, *Et Proſerpina matrem* Dan. 94 deſunt L. Voſ. Steph. 95 deſunt Voſ. L. rationis ignaros intelligas, aut ruſticos &c. R. Steph. al. 96 ut mecum L. Voſ. 97 plurimum coll. Dan. plurima Urſ. Cod. deeſt vero V. L. R. B. 98 emeruit R. V. Steph. al. 99 deſunt L. R. Steph. al. 1 majores aſſuum, eum autem B. 2 deſunt R. L. Steph. al. 3 Aatiiis dictus L. Steph. Aprilis vero Dan. 4 deeſt Voſ. L. tempore R. B. Voſ. 5 *Maja:* Maja mater Mercurii, unde alibi *Maja* genitum dicens Virgilius, Majae filium Mercurium ſignificat, quia malitiae votum vel opus peragit, qui etiam *Malus* appellatur a nigro felle quod Graeci *Melan* dicunt, unde Melancola (Melancolici) appellantur homines, qui & converſationem humanam refugiunt, & amicorum ſuſpecti ſunt. G. facile eſt hic monachales ineptias deprehendere. 6 & a junioribus V. L. 7 ante B. R. L. Steph. ante Populum Rom. Edd. al. 8 deeſt L.

Digitized by Google

Liquitur, & zephyro putris ſe gleba reſolvit,
Depreſſo incipiat jam tum mihi taurus aratro

Inge-

SERVII.

minati ſunt. Februus autem eſt Ditis pater, cui eo menſe ſacrificabatur. Quintilis & Sextilis mutati ſunt poſtea in honorem Julii Caeſaris & Auguſti. Unde ſunt Julius & Auguſtus. [9] [Sic Ovidius in Faſtis.] Ergo, VERE NOVO, & anni [10] initio accipiamus, & prima parte Veris. Nam anni quatuor ſunt tempora diviſa in ternos menſes: [11] qui ipſorum temporum talem faciunt diſcretionem: ut [12] primo menſe Veris novum dicatur Ver: ſecundo, adultum: tertio, praeceps. Sicut etiam Salluſtius dicit [13] ubique: *nova aeſtas*, *adulta*, [14] *praeceps.* [15] Sic Autumnus novus, adultus, praeceps. Item Hyems nova, adulta, praeceps vel extrema. Unde eſt inf. 340. *Extremae ſub caſum hyemis.* [16] Sane ſciendum, Xenophontem ſcripſiſſe unum librum Oeconomicum, cujus pars ultima agriculturam continet: de qua parte multa ad [17] ſuum hoc opus Virgilius tranſtulit; ſicut etiam de Georgicis [18] Magonis Afri, Catonis, Varronis, Ciceronis quoque libro tertio Oeconomicorum, qui agriculturam continet. Nam primus praecepta habet, quemadmodum debeat materfamilias domi agere: Secundus, quemadmodum foris paterfamilias. Illud [19] quoque ſciendum eſt, in his libris non eſſe obſcuritatem in quaeſtionibus, ſicut in Aeneide; niſi in paucis admodum locis. Sed in hoc tantum eſſe difficultatem, ut res poſitas intelligamus: id eſt, τὸ κείμενον; ſicut haec prima quoque ejus praecepta ſignificant. Nam hoc dicit, agrum fertilem, id eſt pinguem & herboſum, bis debere arari: [20] ſemel verno tempore, ut & herbae adhuc tenerae & ſine ſemine avellantur: [21] & aeſtatis calore, ut ſuperfluus humor ſiccetur, vel glebarum putreſiat durities: & ſemel Autumnali [22] arandum cum ſeminibus. Agrum vero tenuem & ſterilem Autumnali tantum tempore arandum: ne ſi etiam Verno araveris, exiguus ejus humor ſiccetur aeſtate. CANIS MONTIBUS. Albis ex nive.

44. LIQUITUR. *Liquor* cum nomen eſt, *Li* brevis eſt: cum [23] ad verbum venerit, producitur, ut, *liquor*, *liqueris*, *liquitur*: nam mutavit naturam: ſicut [24] *humus*, *hu*, brevis eſt: *humanus* producitur. Item *itur*, *i*, producitur: *iturus* [25] corripitur. LIQUITUR autem, defluit, [26] reſolvitur. ET ZEPHYRO PUTRIS SE GLEBA RESOLVIT. Quo tempore Favonii flatu arva laxantur, quae fuerant praecluſa frigoribus. Ipſe alibi II. Georg. 317. *Rura gelu tunc claudit hyems.* PUTRIS GLEBA. Solubilis [27] [quam tepor efficit & aratrum.]

45. DEPRESSO INCIPIAT JAM TUM MIHI TAURUS ARATRO INGEMERE. Aliud pendet ex alio: nam altius impreſſum aratrum boves cogit in gemitum: quod genus arationis pingui convenit terrae: nam [28] e contrario paulo poſt ℣. 68. de infoecunda terra dicturus eſt: *Tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.* MIHI autem, aut vacat, ut Cicero II. Cat. 5. [29] *Qui mihi accubantes in conviviis.* Aut MIHI, id eſt, ruſtico [30] amanti terras. ET TAURUM bovem fortiſſimum accipimus: nam tauri difficile ad aratra junguntur.

VARIORUM.

do & prior Mentelianus cum Gudiano, idque Probus agnoſcit in Grammatica, ubi agit de nominibus in *os* deſinentibus. praeterea *reliquit*, non *relinquit* idem Mediceus cum Gudiano & altero Menagiano. Probus illud verbum omiſit. HEINS. Vid. ad Ovid. II. Met. 196. & alibi ſaepe apud Lucanum, Claudianum & alios Poëtas optimi codices ita exhibent. BURM.

Ibid. JUSTA PLUS PARTE. Duorum ſignorum ſpatium obtinebat, quod Libram veteres ignorarent. NANSIUS. De hac locutione, *plus parte*, vide Heinſ. ad Ovid. III. Triſt. III. 16.

36. QUIDQUID ERIS. In Moretano ordo alius erat verſuum.

Nec

9 deſunt L. in fatis R. 10 initium accipimus & primam partem Steph. al. initio accipimus L. R. V. 11 quod Steph. 12 priore menſe novum Dan. 13 ubique item B. in Ed. Dan. editum ac ſi Salluſtii verba eſſent, *ubique nova aeſtas.* quum *Salluſtius ubique* debeant jungi, id eſt, paſſim, ſaepe, ut ſupr. ad ℣. 27. *ſicut ubique Salluſtius.* BURM. 14 praeceps vel extrema Steph. 15 ſicut B. 16 item ſane L. V. 17 deeſt B. R. V. Voſ. L. Steph. 18 Marci Magonis (Mogonis L.) C. Ciceronis, Varronis. 19 deeſt L. 20 deeſt al. 21 & ut aeſt. cal. ſuperſ. L 22 deeſt B. R. V. Voſ. L. Steph. & al. 23 a verbo Voſ. V. L. 24 ſicut *homo*, *humus* Dan. ſicut *humus u* Voſ. R. 25 corripit L. a'. 26 deeſt L. Voſ. R. Steph. al. 27 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. putres autem glebas ſolubiles quas &c. Dan. 28 e contra L. B. al. 29 *quid mihi* R. Voſ. deinde, *accubantes* in Cicerone legitur, & ita hic B. Steph. Dan. vulgo hic *accumbentes.* 30 Heinſius malebat *aranti.*

Digitized by Google

Ingemere, & ſulco adtritus ſplendeſcere vomer.
Illa ſeges demum votis reſpondet avari
Agricolae, bis quae ſolem, bis frigora ſenſit:

Illius

SERVII.

46. ATTRITUS SPLENDESCERE VOMER. [31] Quoniam a frequente aratione teritur & ſplendidior fit.] Lucretius: I. 315. [32] *Occulto decreſcit vomer in arvo:* [33] [quod evenire frequenti aratione novimus, ut & ſplendidior fiat & teratur. Cato in Oratione ad filium: *Vir bonus eſt, M. fili, colendi peritus, cujus ferramenta* [34] *ſplendent.*] Dicimus autem & *hic vomer*, & *hic* [35] *vomis:* ſed ab utroque, *hujus vomeris* facit.

47. ILLA SEGES. *Seges*, modo terra, [36] [ut IV. Georg. 129. *Nec pecori opportuna ſeges.*] [37] DEMUM, noviſſime, vere, ſpecialiter. VOTIS RESPONDET. Immane eſt, quod ait VOTIS: nam plerumque plus optamus, quam ſperamus poſſe contingere. RESPONDET [38] autem, aut ſatis faciet, aut conſentiet, ut I. Aen. 585. *Dictis reſpondent caetera matris.* [39] [AVARI. Id eſt, quamvis avari: & plus eſt, quam ſi dixiſſet parci. Nigidius: *Quia qui parcior eſt, ſuo contentus eſt, quod avarus non facit.*]

48. BIS QUAE SOLEM, BIS FRIGORA [40] SENSIT. Quae bis & dierum calorem, & noctium ſenſerit frigora. [41] Per quod duplicem oſtendit arationem, Vernalem & Autumnalem: nec enim ad tempora aeſtatis vel hyemis referre poſſumus, quod ait, *Bis Solem, bis frigora:* quia non ſunt in Italia in uno anno duae aeſtates, & duae hyemes: ſicut geometrae dicunt eſſe in quadam parte Indiae, in inſula Taprobane. [42] [Aut ſicut quidam dicunt, ideo bis, ut ſemel cum fructibus, ſemel vacua, Solem & frigus perpeſſa accipiamus.

VARIORUM.

Nec tibi. . . .
Quamvis. . . .
Quidquid eris. . . :

Eris pro *fueris.* unde quam recte Soloeciſmi hoc arguat vir doctus in Actis Lipſ. Suppl. Tom. x. p. 230. in Dialogo de Orator. apparet. vid. & ad II. Aen. 49. BURM.

Ibid. NAM TE NEC. *Ne ſperent* Medic. a m. pr. *non te ſpectent nec* Ed. Venet.

37. DIRA. *Saeva* Zulichemianus.

39. SEQUI CURET. Perperam hanc locutionem ad inferioris aevi Latinitatem detrudere Barthium, vidimus ad Rutil. Iter. I. 429. BURM.

43. VERE NOVO. Conſentiunt Varro lib. I. cap. 28. Columell. I. 4. Palladius lib. II. cap. I. Plinius lib. XVIII. 19. ſemel ab aratione Verna, iterum ab Autumnali. Plin. XVIII. 20. NANSIUS. Vide Nic. Loenſ. I. Epiph. 12.

Ibid. MONTIBUS HUMOR. *Umor* pro *humor*, & hic & alibi vetuſtiora exemplaria. ſic & *umeri* pro *humeri*. HEINS.

44. ZEPHYRO PUTRIS SE GLEBA RESOLVIT. *Zephyro putri* apud Terentianum Maurum in vetuſtis editionibus. ſed perperam. HEINS. *Se putris* Tollianus.

45. DEPRESSO. Male Catroeus capit de jugo, quo premitur tauri caput, ut inf. 285. ſed aratrum depreſſum hic eſt altius impreſſum, ut recte Servius. Calpurn. Ecl. v. 121. *Jamque palam preſſo magis ac magis inſtat aratro.* infr. II. 203. ubi vide adnotata. & ad Val. Flac. VII. 63. BURM.

46. SPLENDESCERE VOMER. *Vomis* Mediceus a manu ſecunda. quomodo infra, *vomis & inflexi primum grave robur aratri.* HEINS. *Vomis* etiam tertius Mentelii & Regius a manu ſecunda. vide Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 927. ut inf. 162. & Serv. ad I. Aen. 293. BURM.

47. AVARI. *Avaris* Zulichemianus.

48. BIS FRIGORA SENSIT. Quid alii ſenſerint ſuper hujus loci explanatione, nemo eſt qui neſcit. Ego, pace omnium dictum, valde, arbitror, faciliorem eſſe Poëtae ſenſum, ſi de ea terra intelligamus, quae totum biennium fuerit otioſa, ſenſeritque bis ſolem, & bis frigora, id eſt duas aeſtates, toti-

31 deſunt V. L. Voſ. R. 32 occulte L. 33 deſunt L. Voſ. R. a fr. t. & decreſcat Steph. al. 34 ſplendent vomendo terram G. 35 vomes & ab utr. G. 36 deſunt L. R. Voſ. ſeges & cum fructibus, & ſine fructibus intelligitur, ut infr. 112. *Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba* G. 37 *demum* autem L. R. Voſ. 38 autem conſentit, omiſſis reliquis L. Voſ. R. Steph. al. 39 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 40 SENTIT L. V. R. Voſ. id eſt quae dierum calorem & ſolis, frigora noctis & hyemis: aut bis aratur, id eſt ſcinditur, in tranſverſum ſulcum ducitur. G. 41 deeſt R. L. 42 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Illius inmenſae ruperunt horrea meſſes.
At prius ignotum ferro quam ſcindimus aequor,
Ventos, & varium coeli praediſcere morem
Cura ſit, ac patrios cultuſque habituſque locorum:
Et quid quaeque ferat regio, & quid quaeque recuſet.

Hîc

SERVII.

49. IMMENSAE. Infinitae.] RUPERUNT HORREA. Plus eſt quam ſi diceret, impleverunt; [43] [hoc eſt, ut non habeat, ubi reponat.]

50. AT PRIUS [44] IGNOTUM FERRO QUAM SCINDIMUS AEQUOR. Id eſt, ante quam faciamus [45] vervactum. [46] [Si autem non *immenſum*, ſed *ignotum* legeris, nobis ignotum ſignificat.] *Aequor* autem, modo terram [47] accipe, ab aequalitate dictam: [48] [ut v. Aen. 456. *Praecipitemque Daren ardens agit aequore toto.*] Unde & maria, *aequora* [49] dicunt.

51. VENTOS. Quia diverſis locis [50] diverſi praevalent venti. Et hoc dicit: Debes ſcire, ager cui vento ſubjaceat. VARIUM CAELI PRAEDISCERE MOREM. Id eſt, aëris. Lucretius IV. 133. *In hoc caelo qui dicitur aër.* Et hoc dicit: Debes etiam caeli qualitatem noſſe; utrum pluviis [51] gaudeat, an tepore, vel frigore.

52. PATRIOS CULTUSQUE, HABITUSQUE LOCORUM. Duas res dicit: Sciendum eſt, ager & quemadmodum a majoribus cultus ſit, & quid melius ferre conſueverit: namque *habitus* locorum, poſſibilitates [52] [vel naturas] accipiamus, [53] [quas Graeci τὰς ἕξεις dicunt. Alii *patrios*, naturales exponunt.]

VARIORUM.

totidem hyemes. viderint doctiores. Jo. MUSON. Florid. Sabinus lib. II. Subceſ. 14. tuetur Servium contra Beroaldi Annotationes. NANSIUS. *Sentit* Mentelianus prior, & ſex alii ex recentioribus. HEINS. De quatuor arationibus hunc locum expoſuit Nicol. Loenſis 1. Miſcel. Ephiphyll. 12. & poſtea Salmaſ. Exerc. Plinian. pag. 511. *quae bis ſolem* Menagianus alter. *bis quoque ſolem* Parrhaſ. *ſentit* Zulich. duo Moreti & fragment. ejuſdem. BURM.

50. AT PRIUS. *Ac prius* codices magno numero praeſtantiores cum utroque Menteliano. aliter tamen Mediceus & Gudianus. mox pro *varium coeli praediſcere morem*, quod & vulgata Columellae exemplaria agnoſcunt libro 1. cap. 4. vetuſtum ejus exemplar Pariſienſe ad D. Germani, quo ſum uſus, *proprium morem* exhibebat. In Epiſtola Seneca LXXXVII. paullo poſt *injuſta gramina* agnoſcit cum vulgatis libris, non *invisa*, quod in Longobardico Pierii & noſtro Veneto alteroque Voſſiano occurrebat. HEINS. *Praedicere* Zulichemianus, Voſſian. & Editio Juntina, & in Servio quaedam Edd. vid. inf. 252. & ita *dicere* & *diſcere* ſemper fere confundi ſolent, apud Ovidium & alios. *injuſſa* etiam habet Acro ad Horat. 1. Od. 4. BURM.

52. CURA SIT. Poſt hunc verſum in Gudiano ſequebantur ſex & viginti verſus infr. 105. *Inſequitur* & ſeqq.

Ibid. CULTUSQUE HABITUSQUE. *Cultus habituſque* Voſſian. alter & alii: & ita apud Columellam codex S. Germani. & hic Ed. Venet. imitatur vero Ovidius IV. Met. 765. *cultuſque habituſque locorum Quaerit Abantiades*. ubi vide, & ad VI. 58. *cultoſque* Gudian. *patrios* cur naturales explicet Servius, vid. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 121. BURM.

54. IL-

43 deſunt eiſdem. 44 IMMENSUM L. V. R. Voſ. ſed profectum a librario, qui ſaepe mare vocari *immenſum* ſciebat. 45 veractum L. V. 46 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 47 accipimus L. ab aequalitate dictum. . . . tam, ut &c. Dan. natum hoc ex repetita ultima ſyllaba τῶ *dictum*, cui librarius ſuperſcripſerat *jam*, ut terrae, non aequori reſponderet: *dictum ita*, ut legebat Voſſius. *dictum campum*, ut Barth. ad Stat. IV. 379. BURM. 48 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 49 dicuntur L. R. Voſ. Steph. al. nominamus G. 50 adverſi R. Voſ. vel diverſi L. 51 gaudeant V. 52 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. accipimus iidem. 53 deſunt iiſdem.

Digitized by Google

Hîc ſegetes, illic veniunt felicius uvae:
Arborei foetus alibi, atque injuſſa vireſcunt
Gramina. nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua tura Sabaei?

At

SERVII.

54. VENIUNT. Creſcunt, ut v. Aen. 244. *Et pulchro veniens in corpore virtus;* [54] [vel proveniunt.]

55. ARBOREI FOETUS ALIBI. Id eſt, poma. [55] [Et *arboreum* aliqui duobus [56] modis accipiunt. Aliter enim in Aeneide de telo XII. 888. *Ingens arboreum.* Cornificius: *Ut folia, quae frugibus arboreis tegmina gignuntur.*] ATQUE INJUSSA VIRESCUNT GRAMINA. Bene injuſſa: nam frumenta [57] ſtudio juſſa naſcuntur. Unde eſt infr. 99. *Atque imperat arvis.* [58] [Et nunc hic unum *alibi* deeſt, ut fiat: *Atque alibi injuſſa vireſcunt gramina.*]

56. NONNE VIDES. [59] [Aut Maecenati dicit, aut ruſtico; &] argumentatur, quaſi hoc dicens: Si una provincia ferre non poteſt omnia, quanto magis unus ager? UT TMOLUS. [60] Mons eſt Ciliciae, in quo naſcitur crocum praecipue: nam loca commemorat, ubi plus provenit & melius aliquid. Nam crocum & in Africa naſcitur, ſed non tale, nec tantum, quantum, vel quale in Cilicia. [61] [Sed *Tmolus* eſt mons etiam Lydiae, circa oppidum [62] Sardis, qui diverſis floribus abundat, unde multi de *Tmolo* croceos odores ſimiles croco accipiunt; alii non dixiſſe eum crocum apud *Tmolum* naſci; ſed *vinum* [63] *Tmoleticum* crocei odoris: nam & crocum in Cilicia apud Corycum naſci Salluſtius meminit.]

57. INDIA MITTIT EBUR. Et in Africa fuerunt [64] elephanti, ſed majores in India. Hinc eſt quod ait Terentius Eun. III. I. 23. *Elephantis quem Indicis praefecerat.* Id eſt, maximis. [65] [Et *India mittit*, quaſi pendit.] MOLLES SUA TURA SABAEI? *Sabaei* populi ſunt juxta Syriam & Arabiam: dicti Sabaei ἀπὸ τῦ σέβεσθαι, quod apud eos [66] *tus* naſcitur, quo deos placamus. *Molles* autem ideo ait, vel quod ſub aëre clementiore ſunt. (Nam ut ait Lucanus, VIII. 565. [67] *Quidquid ad Eoos tractus mundique teporem* [68] *Labitur, emollit gentes clementia coeli*) aut certe quia Alexander Macedo dicitur obſcoenos omnes [69] de exercitu ſuo ſegregatos, illic [70] condidiſſe. Sane *tus* modo ſine aſpiratione dicimus: nam antiqui *thus* dicebant, [71] ἀπὸ τῶ θεῶν, quod diſplicuit: [72] [vel ἀπὸ θύειν, quod eſt ſacrifico:] tura enim a [73] tundendo dicta eſſe voluerunt, a glebis [74] tunſis: cum quibus dicitur fluens de arboribus coaleſcere. [75] [Alii Sabaeos [76] Arabas dicunt, colonos Aegyptiorum ex effoeminatis collectos, ac de Arabia illuc deductos: vel ideo *molles*, quod foemineos cultus veſteſque gerunt.]

VARIORUM.

54. ILLIC. *Illuc* Rottend.

56. TMOLUS ODORES. *Molus* multi veterum librorum, eodem modo, ut *Marus* pro *Tmarus* Ecl. VIII. 44. *Molis* Gudianus. *Tmolos* tert. Mentel. & Regius a m. pr. Servius vero notat quosdam vinum Tmoleticum odoris crocei intelligere, quod venit ex diverſo ſitu, quem huic monti dederunt quidam, unde & duos montes cognomines fecerunt, unum in Cilicia, alterum in Lydia, cujus erroris fontem deteximus Ovid. XII. Met. 109. quo lapſi quidam, illam Aſiae partem in Lydia adſcripſerunt Ciliciae, ubi proprie crocus proveniebat.

54 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 55 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 121. 56 modis. . . . acc. Dan. 57 deeſt R. V. L. al. quaſi quae naſcuntur poſito ſemine naſci jubeantur. G. 58 deſunt R. L. Steph. al. 59 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 60 Mons Ciliciae ubi naſcitur herba boni odoris praecipue G. *eſt* deeſt Voſ. R. Dan. 61 deſunt L. R Voſ. Steph. al. CROCEOS ab herba Libyae (f. Lydiae) croco G. 62 Sardes legebat Heinſius. vid. ad Ovid. VI. Faſt. 315. 63 Tmolicum al. 64 Elephantes Steph. al. ſed meliores V. L. Voſ. R. 65 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 66 deeſt V 67 quiquid R. 68 libitur L. V. Voſ. R. B. 69 ab Dan. 70 concidiſſe Fabr. & hic in quibuſdam ſequitur, vel ideo molles &c. quod in fine notae legitur. 71 ἀπὸ τῦ θύειν, quod diis placuit. Tura enim Dan. ſed *diſplicuiſſe* eſt, quod a Grammaticis eſt rejectum, ut ſaepe *placuiſſe* occurrit in Servio, de eo quod probatum eſt. 72 deſunt Voſ. R. Steph. 73 tuendo B. 74 tuſis. al. 75 deſunt Voſ. R. Steph. al. 76 Arabas. . . . onos Aeg. ex eff. col. ab. . . . de Arabia (ac de Arabia) illuc Dan.

Digitized by Google

At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epiros equarum?
Continuo has leges, aeternaque foedera certis
Impoſuit Natura locis: quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem:

Unde

SERVII.

58. AT CHALYBES NUDI FERRUM. [77] [Subauditur ubique, mittunt.] *Chalybes* populi ſunt, apud quos naſcitur ferrum. Unde abuſive dicitur *chalybs*, ipſa materies, ut VIII. 446. *Vulnificuſque chalybs*. NUDI autem, [78] aut apud quos arbores non ſunt: aut vere *nudi*, propter ferri caedendi ſtudium. Nam legimus VIII. 425. *Bronteſque Steropeſque, & nudus membra Pyracmon*. VIROSAQUE PONTUS CASTOREA. [79] Fibri, canes ſunt Pontici: quorum [80] teſtes apti ſunt medicaminibus, propter quos ubi ſe ſenſerunt requiri, eos ſecant. De his Cicero pro Scauro: *Redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur*. Juvenalis XII. 34. *Qui ſe Eunuchum ipſe facit, cupiens evadere damno* [81] *Teſticuli*. *Caſtores* autem a caſtrando dicti ſunt. VIROSA autem, [82] [aut fortia, aut certe] venenata: nam licet ſint multis remedio, [83] tamen praegnantes eorum odore abjiciunt & egerunt partum. Et *viroſa* dicta ab eo, quod eſt *virus*. * [84] [Alii fortia accipiunt, à viribus.]

59. ELIADUM PALMAS EPIROS EQUARUM. Hypallage eſt: nam [65] haec dicit; [66] Epirus creat equas optimas, quae apud Elidem palmas merentur in Jovis Olympici curuli certamine. Sane *Epiros* Graece profertur, unde etiam E habet accentum. Nam ſi Latinum eſſet, *Epirus*, [67] *Epiri*, PI [68] haberet, quia longa eſt. Nec mireris equas currere: nam, ut dicit [69] Plinius, *velociores ſunt* [70] *maſculis ideo, quod in curſu urinam faciunt*.

60. CONTINUO HAS LEGES. Jugiter, in aeternum, ad [71] perpetuum: ſicut ſequentia indicant: nam dicturus eſt, *Aeternaque foedera* [72] *mundi*.

62. DEUCALION LAPIDES VACUUM JACTAVIT IN ORBEM. Jam tranſit ad fabulam: & poëtice dicit: [73] Iſta tum primum ſtatuta, quae ab initio mundi conſtat fuiſſe.

PHILARGYRII.

58. AT CHALYBES NUDI FERRUM. Gens in Ponto, quae ferrum reperiſſe dicitur: & *nudi*, neceſſitate operis, ut *nudus membra Pyracmon*.

VARIORUM.

bat. ſed circa montem Tmolum naſcebatur nobile vinum, de quo vide ad Ovid. VI. Met. 15. & Maronem infr. ℣. 98. ex quo communi errore Virgilius etiam Tmolo crocum adſcribit, quem ſecuti Columella & alii. *Odores* vero dixit, ut Ecl. II. 55. qui ex herbis & floribus oriuntur, & hinc pro ipſis herbis odoriferis poni ſolent. BURM.

57. INDIA MITTIT EBUR. *Nutrit ebur* in tribus exemplaribus. ſed pro vulgata ſtat ſcriptura ejuſdem Senecae Epiſtola octogeſima ſeptima: deinde in primo Moretano, *viroſaque Pontos Caſtorea*, non *Pontus*. HEINS. Eadem variatio in *mitto* & *nutrio* apud Ovid. II. Metam. 366. ubi vide. *mittit* agnoſcit etiam Scholiaſtes Horatii Crucquianus lib. I. Od. 31. vid. inf. III. 250. BURM.

Ibid.

77 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. Chalybes gens in Ponto, inventrix ferri, dicti a Calybeo Euboeae vico, quia hic Coloni ſunt G. 78 ait V. Voſ. 79 Caſtores dicuntur Silveſtres canes, quos Latine *Fibros* dicunt. Virus, quod in teſticulis habent, aptum medicis, *Caſtorium* appellatur; hoc adeunt (ajunt) cum ſciant quam ob cauſam * ultro eos ſibi demere. Quod ait & Cicero pro Scauro, cum quam ob cauſam in periculo redimant ſe a morte ea parte corporis, propter quam expetunt avulſa & relicta G. Fibri L. 80 teſtones R. B. V. L. Voſ. & mox ſenſerint iidem. 81 in vulgatis Juvenalis codicibus eſt *teſticulorum adeo* &c. ſed in duobus ab Heinſio collatis codicibus eſt *teſticuli*. quod & Schurtzfleiſchius invenit. ut ſit hiatus, quem inter alios plures notavit Heinſius ad Claudian. Sec. Conſ. Stilich. ℣. 167. BURM. 82 deſunt B. R. V. Voſ. L. Steph. al. fortia explicat Salmaſius gravi odore, ut noſtrates *Sterkriechende*. v. Exerc. Plin. p. 362. ut ita *olentes* pro *graveolentes* vidimus ſupr. ad Ecl. II. 11. BURM. 83 tantum V. * 84 deſunt L. 65 hoc V. B. 66 Epiros L. Epecros al. Epiros e. o. q. a. E. p. m. in J. O. curſu. Elis autem urbs eſt Peloponneſi, a Tolotae filio Elo. Epirus autem in Europa eſt G. 67 deeſt L. Voſ. B. 68 haberet accentum V. L. 69 vid. lib. VIII. 42. 70 deeſt Voſ. R. B. L. Steph. Dan. al. 71 perpetuitatem V. L. R. Voſ. 72 deeſt Steph. Dan. 73 iſta deeſt V. conſtant V. dicis ſtatum primum Voſ. R.

Digitized by Google

Unde homines nati, durum genus. Ergo age, terrae
Pingue ſolum primis extemplo a menſibus anni
Fortes invortant tauri, glebaſque jacentis
Pulverulenta coquat maturis ſolibus aeſtas.
At ſi non fuerit tellus fecunda, ſub ipſum
Ar-

SERVII.

63. UNDE HOMINES NATI, DURUM GENUS. Expreſſit *τὸ αἴτιον*, id eſt cauſativum: nam & Graece populi λαοὶ dicuntur a *lapidibus:* [74] λᾶας enim *lapides* dicuntur. [75] ERGO AGE TERRAE PINGUE SOLUM. Jam redit ad cauſſam.

64. PRIMIS EXTEMPLO A MENSIBUS ANNI. Hoc eſt quod dixit, *Vere novo:* [76] [extemplo, induxit, & repoſuit.]

66. PULVERULENTA COQUAT MATURIS SOLIBUS AESTAS. [77] Quae glebas ſolvit in pulverem. Et reddit cauſſam cur hoc debeat fieri. *Maturis* autem *ſolibus*, id eſt, [78] vehementibus, fervidis, magnis. [79] [Ipſius manu adjectum, *maturis Solibus*.]

67. SUB IPSUM ARCTURUM. Id eſt, autumnali tempore, quo *Arcturus* oritur. Et ſciendum [80] quod *ſub* praepoſitio, quando tempus ſignificat, accuſativo gaudet: ut hoc loco, [81] *ſub Arcturum*, id eſt, circa Arcturum. Item inf. 144. *Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe.* [82] [Et I. Aen. 66. *Sub noctem cura recurſat.*] Et item III. Georg. 402. *Sub lucem exportant calathis.* [83] [Hoc autem eſt, tum cum jam pluere [84] compertum. *Arcturus* enim pluviarum & tempeſtatum ſydus eſt. [85] *Arcturus* autem idem Arctoſylax, quia poſt urſae caudam locatus ſit; [86] [ἄρκτος enim urſa, & οὐρὰ cauda:] idem Bootes, quod boves cum plauſtro agat. Alii Arcadem fuiſſe filium Caliſtonis & Jovis dicunt: qui cum matrem in figuram urſae ira Junonis transfiguratam vellet occidere, [87] ambos a Jove in caelum eſſe tranſlatos; [88] ille Arcturus; illa Helice dicta. Alii Icatum hunc volunt eſſe: qui a paſtoribus, quos vino tunc primum reperto, ebrios fecerat, veluti dato veneno, [89] occiſus eſt. [90] [Oritur autem idem Arcturus ante xv. Cal. Octobr. atque exinde pluviae incipiunt, quod ipſe aperuit, dicendo: *Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.* Arcturum autem pluviarum & tempeſtatum eſſe auctorem & Plautus oſtendit in Rudente prol. 69. cum eundem ipſum dicentem facit: *Increpui hybernum, & fluctus movi* [91] maritimos. [92] [*Vehemens ſum exoriens: cum occido, vehementior.*] Ipſius manu adjecti ſunt deletis duobus, quorum alter totus [93] legi potuit, [94] *Illic, officiant ſegetes ne frugibus illis;* ex altero hoc tantum, *ne deſerat humor arenam.*

VARIORUM.

Ibid. MOLLES Cur Sabaei *molles* dicantur, vid. Jacob. Nic. Loenſis I. Miſc. Epiphyll. 10. NANS. Vide & Brouckhuſ. ad Tibul. II. II. 4.

58. AT CHALYBES. *Et* Venetus. *Calybes* Zulich. *nudi ferro* Rottend. alter. *Pontos* Moret. pr. a m. pr. qui contra *Epirus* habet, ut & alii nonnulli. vid. lib. III. 44. BURM.

Ibid. VIROSAQUE PONTUS CASTOREA. Caſtores in Hiſpania, Gallia, Germania, Scythia ſunt. ſed Caſtoreum eam vim non habet, quam Ponticum. Ideo recte inter res memorabiles recenſuit, ut & Strabo lib. III. p. 163. inquiens, ἰδίως τὸ Ποντικῷ πάρεστι τὸ φαρμακῶδες. Qui per Caſtoreum

74 deſunt V. L. Voſ. R. λᾶας al. (λᾶες.) 75 *Durum genus.* quod ex lapidibus conſtat, juxta hiſtoriam Deucalionis & Pyrrhae G. 76 deſunt V. R. Voſ. L. Steph. al. 77 aptum hoc epitheton aeſtatis, ut ipſe II. 418. *Sollicitanda tamen tellus pulviſque movendus.* G. 78 vehementer fervidis Steph. Dan. al. 79 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 80 quia V. R. B. Voſ. 81 *ſub ipſum* A. i. e. circa ipſum A. G. 82 deſunt L. Voſ. R. 83 deſunt ad ℣. 69. L. R. 84 com. . . . Dan. coepit al. 85 Arcturus idem eſt, qui Bootes dictus, idem quem urſas putant quidam * baorio circulo contineri. Bootes, quam plauſtrum huic urſarum nomini attribuant. hic oritur ad XI. Kal. Octob. G. Arcturus autem quod poſt &c. locatus. quem alii Arcadem locatus, quem alis Arcadem &c. Steph. 86 deſunt Dan. 87 ambo Dan. 88 illos al. 89 fuerat occiſus al. occiſus eſſe * Dan. ubi legitur porro, manu adjecti ſunt deletis duobus quorum alter totus legi. . . . potuit. *Ipſis officiant ſegetes ne frugibus illic.* ex altero &c. quae enotata videntur e codice Virgilii autographo. ſic modo. ℣. 64. exemplo induxit, & repoſuit. & ℣. 66. Ipſius manu adjectum. *m. s.* 90 deſunt uſque ad *ipſius* Dan. 91 *marinos* Cod. Urſ. contra metrum. 92 deſunt uſque ad *illis* Steph. al. 93 legi. . . . potuit Dan. 94 *ipſis* Dan.

Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco:
Illic, officiant laetis ne frugibus herbae:
Hîc, ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.
Alternis idem tonſas ceſſare novalis,
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.
Aut ibi flava ſeres, mutato ſidere, farra,

Unde

SERVII.

68. TENUI SUSPENDERE. Pro tenuiter ſuſpendere. [SULCO. Id eſt, aratione.]

69. ILLIC. In terra [95] ſcilicet pingui. [96] [OFFICIANT. Noceant, obſtent. HERBAE. Quae internatae ſegetem laedunt.] HIC [97] [In ſterili, &] tenui, & infoecunda. [98] [Quia ſi preſſius aratur terra tenuior, humor ad inferiora deſidet, & ſapor.... bunt:] [99] Et hoc eſt quod ſupra diximus: omnia praecepta, quae [1] commemorat, ad illud pertinent, quod ait: *Quid faciat laetas ſegetes.*

70. [2] [STERILEM. Pro ocioſum, ut [3] interdum lentus, ceſſans, ut VIII. 549. *Segniſque ſecundo defluit amne.*] ARENAM. Aridam terram, quae eſt ſicut arena.

71. [4] [ALTERNIS. Id eſt, alternatim. IDEM. Scilicet agricola.] TONSAS NOVALES. Agros meſſos. [5] Dicimus autem & *has novales*, & *haec novalia*. Proprie *novales* ſunt [6] arva primum proſciſſa, [7] [& primum ſegetem ferentia.]

72. [8] [PATIERE. Patieris.] SITU DURESCERE CAMPUM. [9] [Segnem, ceſſantem. Et *ſitu*, proo- tio;] ut redeat in vires priores. Sane ſciendum & Ciceronem in Dialogis, & caeteros philoſophos tractare, non quid debeat [10] fieri, ſed quid potiſſimum fieri: quam rem Virgilius nunc ſequitur: nam cum dicat multa remedia agrorum recreandorum, [11] praeponit omnibus intermiſſionem. Unde eam rem frequenter iterat.

73. AUT IBI FLAVA SERES MUTATO SYDERE FARRA. Si te terrarum cogit anguſtia, [12] & non habes, ubi intermiſſo agro rurſus feras; ibi frumenta feras, unde legumina ſuſtuliſti. Aut ſi tibi opus eſt frumento, ſtercora [13] terram, ſparge & cinerem: vel incende ſtipulas. SYDERE. [14] Modo anno.

VARIORUM.

reum intelligunt aconitum, tota aberrant regione. FABRIC.

61. INPOSUIT. *Nam poſuit* Mentelius prior a manu prima. At lib. V. 853. *pacique imponere mores.* BURM.

62. VACUUM LAPIDES. *Lapides vacuum* Leidenſis & Moretanus unus. *Vanum* Voſſianus prior. vulgata eſt apud Schol. Stat. III. Theb. 560. *Jactabit* Gudianus. BURM.

64. A MENSIBUS. *A* deeſt fragm. Moreti.

65. FORTES INVERTANT TAURI. *Invortant* Mediceus a manu prima. HEINS.

66. SOLIBUS. *Solibus* firmatur ex imitatione Gratii Cyn. 58. *quum maturis accenderit annum ignibus* Gloſſa Regii codicis longos dies interpretatur. Sic *matura luce*, eſt multa, X. Aen. 237. vid. Heinſ. ad Val. Fl. VII. 456. & Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 252. & 506. *pulverulenta* eſt frugifera Cerdae. vid. Serv. ad IV. Aen. 155. unde *pulverulenta aeſtas*, quae calore in pulverem terram redigit, debet interpretari. BURM.

68. SULCO. *Solco* tertius Mentelianus, & Regius a manu prima.

69. OF-

95 deeſt L. Steph. al. 96 deſunt L. Steph. al. 97 deſunt B. Voſ. R. ſterilem in tenui L. 98 deſunt L. Voſ. R. Steph. & al. 99 & ut ſupra L. Voſ. R. Steph. al. 1 commemorata ſunt L. 2 deſunt L. Steph. al. porro ad *Tonſas* Voſ. R. 3 pro ceſſans Fabr. lentus. . . ceſſans Dan. forte haec nota ad ℣. 72. referenda. 4 deſunt L. 5 Novalia agri, qui alternis vacant virium novandarum gratia. dicimus enim & has n. & h. n. Novales quod ſementa novantur. Novalia prima terra proſciſſa. G. Vid. Salm. Exerc. Plin. p. 514. 6 tunc primum arva L. Voſ. R. 7 deſunt V. L. Voſ. R. 8 deſunt L. Voſ. R. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 10 deeſt Fabr. 11 ponit prae Dan. Fabr. al. proponit B. 12 & non habes ubi frumenta feres L. ſere V. anguſtia, ibi frumenta V. Voſ. R. ſenſus eſt, ſi anguſtiam (anguſtiae) agri non patientur novales (ut novales) habeas, fructus commutabis, nam ipſa commutatio adfert requiem. G. 13 deeſt Voſ. R. Steph. Dan. al. 14 id eſt principio veris, alterius anni. G.

Unde prius laetum ſiliqua quaſſante legumen,
Aut tenuis foetus viciae, triſtiſque lupini
Suſtuleris fragiles calamos, ſilvamque ſonantem.
Urit enim lini campum ſeges, urit avenae:
Urunt Lethaeo perfuſa papavera ſomno.

Sed

SERVII.

74. Laetum legumen. Fertile. Et *laetus*, prout res [15] fuerit, accipe: ut *laetus homo*, id eſt, hilaris: *laetum pecus*, id eſt pingue: *laetum legumen*, ut diximus, fertile: [16] [& ſic in reliquis. Siliqua. [17] Theca, folliculo, intra quem legumina naſcuntur. Quassante. Id eſt, quaſſa. Quae ſonet, cum quaſſatur. [18] Caecilius: *Si quaſſante capite triſtes incedant*. Plautus Bacch. II. III. 71. *Capitibus quaſſantibus*. *Far* enim propric genus eſt frumenti optimi. Dicitur frumentum a *frumine*, quod eſt gulae prominens pars.] Legumen. *Legumen* dicitur quod manu [19] legatur, nec ſectionem [20] requirat. [21] Frumenta ſunt vero omnia, quae ex ſe emittunt ariſtas. Nam quod ait [22] ſupra *Farra*, frumenta accipimus: ſpecies eſt enim pro genere.

75. Aut tenues foetus viciae. Mire ait [23] *tenues*; nam *vicia* vix ad triplicem pervenit fructum, cum alia legumina [24] proventum habeant feliciſſimum [25] [& fertilem] [26] [Foetus vero hic... vel fructus ut inferitur vero foetum . . .] Triſtisque lupini. [27] Amari: [28] [cum in guſtu ſit amarum triſte:] nam incoctus amarus eſt. [29] [Ennius: *Neque* [30] *ille triſte quaeritat ſinapi*. Nonnulli proprie calamos lupinorum, *alas* dici putant, ut Aelius: *Alae ex lupino lugium*. . . Tamen Varro de Lingua Latina, *alam* culmum fabae [31] dicit. . .]

77. Urit enim lini campum seges. Bene excerpſit [32] [haec tria,] linum, avenas, papaver: & dicit poſt haec, frumenta ſerenda non eſſe: nam licet manu legantur, & ſint inter legumina; viribus tamen frumentis exaequantur. [33] [Coelius libro tertio ſeri avenam oſtendit, ſed videtur poëta velut interrogatus, cur linum, & quae ſequuntur, dicat non ſeri debere; reſpondiſſe, urit enim: quia *enim* cauſalis conjunctio eſt.]

78. Lethaeo perfusa papavera somno. [34] Plena oblivionis: nam Ceres, Jove admonente, dicitur cibo papaveris, orbitatis oblita, (& re vera papaver gignit ſoporem) [35] [cum jam Proſerpinam raptam a Plutone ex inferno recipere non potuiſſet.]

VARIORUM.

69. Officiant. *Offiant* Regius a manu prima. *efficiant* Venetus.

70. Hic. *Haec* Mediceus. *non deſerat* Zulichem.

71. Alternis idem tonsas. *Tonſis* a manu prima Mediceus idem. HEINS. *Ceſſere* Gudianus. & mox *aut ſegnem* Menagianus alter. & Moreti unus. *tonſas* idem Nonius in *novalia*.

73. Aut ibi. *Aut ubi* Venet. Cod. & Ed. Venet. *aut tibi* Mediol. *At ibi* Rottend. alter. *flava ſeges* Moreti unus. a m. pr. *ſemine* recepit Catroeus, quod conveniret ſeq. 82. *mutatis foetibus*. BURM.

75. Tenuis. *Tenues* Parrhaſ. & fragm. Moreti. *ſubſtuleris* Vratiſlav.

76. So-

15 erit accipe B. accipimus Steph. Dan. al. 16 deſunt ad *legumen* Voſ. R. L. 17 Theca leguminis Steph. Dan. al. follis vel ſemen leguminis G. reliquis omiſſis. 18 Caelicius Dan. qui alio ordine haec habet, ut & turbant aliae Edd. & quibuſdam deſunt uſque ad *legumen*. 19 legitur Steph. Dan. 20 requirit Steph. Dan. in falce requirat G. 21 frumenta vero omnia ex ſe G. 22 deeſt V. G. 23 tenuis L. R. G. Voſ. 24 perventum h. f. e. fertiliſſimum G. 25 deeſt L. 26 deſunt Voſ. R. Steph. al. foetus vero gi. . . . vel Dan. 27 quod guſtu ſuo amaro triſtes faciat G. 28 deſunt L. B. Voſ. 29 deſunt ad ℣. 77. L. Voſ. R. Steph. al. vide Scalig. ad Vrron. de R. R. p. 205. ex Macrob. VI. 5. legendum, Ennius in libro Sabinarum (ſatyrarum) quarto, *Neque triſte quaeritat ſinapi, neque cespe moeſtum*. 30 ill. . . triſte Dan. 31 dicere. . . Dan. 32 deſunt V. L. R. Voſ. G. Steph. al. 33 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 34 Somniculoſa eſſe papavera vulgatum eſt, ut ipſe ait IV. Aen. 486. *Soporiferumque papaver*. Et ad dolorem obliviſcendum in potionibus datur. Nam Ceres mater, Proſerpina admonente, dicitur cibo papaveris orbitatis oblita. qui enim papavera manducat cito ſomno premitur. Lethaeo Graeco verbo uſus eſt, quod eſt oblivione. ſomnus enim oblivionem facit. ſed Lethaeus infernalis fluvius dicitur, de quo qui bibunt laborioſa hujus vitae obliviſcuntur. G. 35 deſunt L. Voſ. R. al.

Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola; neve
Effoetos cinerem inmundum jactare per agros.
Sic quoque mutatis requieſcunt foetibus arva.
Nec nulla interea eſt inaratae gratia terrae.
Saepe etiam ſterilis incendere profuit agros,
Atque levem ſtipulam crepitantibus urere flammis:

Sive

SERVII.

79. ALTERNIS FACILIS LABOR. Redit rurſus ad praeceptum, quod ſcit eſſe praecipuum, id eſt, ad intermiſſionem. ALTERNIS. [36] [Intermiſſis, ſubaudi, agris. FACILIS. Utilis.

80. NE. Pro non. SATURARE. Recreare, [37] & reparare.] PINGUI FIMO. Vel humido, vel fertili [38] [SOLA. Terras.]

81. EFFOETOS PER AGROS. Continua fertilitate laſſatos: ſicut etiam frequenti partu *effoeta* dicitur mulier. CINEREM IMMUNDUM dicit [39] ad diſcretionem illius, quo [40] utuntur puellae: [41] [de quibus cineribus in Bucolicis VIII. Ecl. 101. *Fer cineres Amarylli foras*.

82. MUTATIS FOETIBUS. Ut omni anno proferant, ſed diverſa: nam eadem ferre ſemper non poſſunt, niſi intermittant.] REQUIESCUNT FOETIBUS ARVA. Non enim roborantur: quod intermiſſio efficit arationis: quam rem [42] rurſus repetit dicendo.

83. NEC NULLA INTEREA EST INARATAE GRATIA TERRAE, [43] [id eſt, maxima:] nam [44] Liptotes figura eſt, maxima [45] [& praecipua,] ut VII. Aen. 261. *Munera nec ſperno*. [46] [INARATAE. Non ſatae; unde eſt illud ſup. 71. *Alternis idem tonſas ceſſare novales*. Alii *inaratae* accipiunt, quae eſt pabulo pecoribus.]

84. INCENDERE PROFUIT AGROS. Non agros, ſed ea, quae in agris ſunt, id eſt, ſtipulas vel quiſquilias: [47] hoc eſt purgamenta terrarum, [48] [& alia inutilia concremare.] Nam, ut videmus, ſi in agris, qui incendendi ſunt, [49] deſint ſtipulae; aliunde [50] illuc nutrimenta portantur incendii. [51] [Alii non ſaepe profuit, ſed ſaepe incendere accipiunt.]

85. ATQUE LEVEM STIPULAM CREPITANTIBUS URERE FLAMMIS. Ἔκφασις poëtica: [52] [vel ſuperflua verbi repetitio eſt: nam ſtipula per ſe levitatem ſignificat: unde *leves ſtipulas* vocamus. [53] [CREPITANTIBUS vero, ſonantibus.]

VARIORUM.

76. SONANTEM. Vid. Ecl. X. 58. ubi alio ſenſu. hic puta aridam, nam matura areſcunt, ut ita *aridum fragorem* in graviori re dixit infr. 357. BURM.

80. NE SATURARE. *Nec* Parrhaſ. Voſſian.

81. EFFOETOS. Scaliger ad Varron. p. 146. citat, *Immundum effoetos cinerem*. ubi & de cinere, quo utuntur puellae. vel *effoſſos* Zulichemianus. *immundos j. p. agros* Menagii alter. *effectos* Vratiſlav. & ita Nonius in *cinis*.. BURM.

82. REQUIESCUNT. *Requieſcat* Venetus. *requieſcent* Ed. Venet. Heinſius *requieſcant* volebat, ut ſenſus eſſet, licet remedia illa adhibueris, tamen non quotannis ferendi agri, ſed ſine quieſcant mutatis foetibus. ſed *requieſcunt* extat apud Lutatium ad Stat. III. Theb. 182. licet alternis feras agros, tamen requieſcunt aliquo modo, mutato ſemine. quae vis τῶν *ſic quoque* vid. ad Valer. Flac. IV. 598. *fecibus* Fragment. Moreti. BURM.

83. GRATIA. Catroeus explicat, vel quod placeat, & ſic delectabilis ſit. vel quod grata colono exercenti fructus referat. prior explicatio poſſet admitti, ſi cum Servio *non nulla* capiamus pro maxima, & ſenſus ſit, inaratam etiam terram non de-

ſtitui

36 deſunt Voſ. L. R. uſque ad *Pingui*. 37 pro rep. al. 38 deſunt L. R. Voſ. 39 deeſt *ad* Steph. Fabr. diſtinctionem G. 40 utitur puella G. 41 deſunt L. R. Voſ. ad *requieſcunt*. 42 deeſt G. 43 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 44 Litotes L. V. Steph. & al. 45 deſunt L. Voſ. R. 46 deſunt L. Voſ. R. al. INARATAE, intermiſſae Steph. non ſatae. ad illud refert, quod dixerat *Alternis*. G. 47 vel purg. L. id eſt p. al. 48 deſunt L. R. Voſ. 49 deſunt L. 50 illic V. 51 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 52 deſunt L. Voſ. al. 53 deſunt R.

Sive inde occultas vires, & pabula terrae
Pinguia concipiunt: ſive illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor:
Seu pluris calor ille vias & caeca relaxat
Spiramenta, novas veniat qua ſucus in herbas:
Seu durat magis, & venas adſtringit hiantis:
Ne tenues pluviae, rapidive potentia ſolis

Acrior,

SERVII.

86. SIVE INDE OCCULTAS VIRES. *Inde*, id eſt, ex [54] igni; *occultas* autem, arcana quadam ratione celatas. In hoc autem ſenſu ſequitur Heracliti opinionem, qui dicit omnia ex igne procreari: quem nunc terris alimenta praebere commemorat.

88. [VITIUM. [55] Quod foecunditatem impedit.] EXUDAT INUTILIS HUMOR. [56] Nove locutus eſt: nam non ipſe humor, ſed terra deſudat; unde *exudat* pro [57] *exudatur* accipimus: [58] [Poteſt ergo *exudare*, & quod emittitur, & quod emittit, accipi.]

89. CAECA RELAXAT SPIRAMENTA. Breves cavernas, per quas ſudor [59] emanat, quae tenuitate ſui non poſſunt videri: [60] [ergo occulta, & latentia. NOVAS. Quae ante non fuerant. RELAXAT. Aperit. QUA. Pro, [61] per quae.

91. DURAT. Activum eſt hic. Dicimus enim & *duro* & *duror*: *duro* neutraliter, & *dureo*. HIANTES. Apertas, & patentes.]

92. NE TENUES PLUVIAE. Aut lentae, & penetrabiles: aut epitheton eſt aquarum. [62] [Aquae enim naturaliter tenues ſunt.] ſic alibi IV. Georg. 410. *Aut in aquas tenues delapſus abibit.* [63] [Alii *tenues*, inutiles, jejunae, macrae, quibus contrarium pingues, ut eſt, *tenuis ubi argilla*, II. Georg. 180. [64] [RAPIDI. Fervidi & ardentis.]

VARIORUM.

ſtitui dote ſua. & licet horrida videatur, non tam inutilem eſſe, nec debere deſpici. ſed ſi incendio, quiete, &c. reficiatur, maxime etiam prodeſſe. & ut incultis & horridis agris nulla eſt gratia, ſic *gratia* dicitur rei ineſſe, quae praedita eſt aliqua dote, ornamento, decore aut ſimilibus. ſic Manil. IV. 422.

Laudatique cadit poſt paullum gratia ponti.

ſic Stat. VI. 623. *acceſſit lacrimarum gratia formae*; quas noſter V. 343. vocet *lacrimas decoras*. ſic Juvencus I. ℣. 645. *Salomona talis contexit gratia veſtis*. ubi vid. Reuſchii notas. apud Gruter. p. 177. legitur in lapide, *Gal. Felix* &c. *ad augendam Thermarum Trajanarum gratiam conlocavit.* BURM.

84. SAEPE ETIAM. *Sentes & ſteriles* fragm. Moreti.

87. PER IGNEM. *Aevum* vel *iguem* Zulichemianus.

88. EXSUDAT. *Exudat* Medic. & Voſſ. & multi alii. *exundat* Parrhaſ. a m. pr. *exſudat*, an *exudat* ſcribendum vid. Noriſ. ad Cenot. Piſana diſſ. IV. §. 2. p. 449. BURM.

89. SEU PLURES CALOR ILLE VIAS. *Pluris* Priſcianus libro ſeptimo. Idem tamen eodem libro *plures* videtur malle, pag. 777. editionis Putſchianae. quod & Mediceus agnoſcit. caeteri vetuſtiores *pluris*. HEINS. Ita & Regius, cujus gloſſa *vias*, fiſſuras terrae exponit. *relapſat* Zulichemian. BURM.

91. ADSTRINGIT. *Conſtringit* Venetus & Parrhaſ. *reſtringit* Moretanus unus. *adſtingit* Regius.

92. NE TENUES PLUVIAE. *Tenuis* Rottend. ſec. & alter Mentel. Leidenſ. & Regius. Waddel. Animad. Critic. p. 83. legit *tenues pluvias*, neſcio quo ſenſu, & unde pendeat ille accuſativus: ego puto defectum eſſe unius verbi, nam pluviae vix adurere poſſunt dici, niſi illas frigidiſſimas fingamus;

54 igne L. 55 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 56 per breves cavernas, per quas ſudorem parat fructibus. ſed non i. h. ſ. e. deſudat G. 57 deſudatur L. V. Voſ. R. 58 deſunt Voſ. R. L. Steph. & al. 59 manat L. 60 deſunt L. Voſ. R. uſque ad 92. Steph. al. ad *relaxat*. 61 deeſt Steph. al. 62 deſunt L. Voſ. ad *ſic*. ſed R. ad *aderat*. 63 deſunt L. Steph. al. 64 deſunt Dan.

Acrior, aut Boreae penetrabile frigus adurat.
Multum adeo, raſtris glebas qui frangit inertis,
Vimineaſque trahit crates, juvat arva: neque illum
Flava Ceres alto nequidquam ſpectat Olympo:
Et qui, proſciſſo quae ſuſcitat aequore terga,

Rur-

SERVII.

93. ACRIOR. [65] Validior; pro, acris, ut VI. Aen. 304. *jam ſenior.* [65] * [BOREAE. Venti Aquilonis.] PENETRABILE FRIGUS. [66] [Quod omnia penetrat.] ADURAT. *Adurat* & ad Solem & ad frigus pertinet: nam uno ſermone duo diverſa [67] concluſit, quae tamen unum effectum habent: nam [68] & frigoris finis, eſt caloris initium, & ſummus calor, frigoris eſt [69] principium. Unde quaſi unus effectus eſt & frigoris, & caloris: [70] [hoc eſt, quod Graeci dicunt ἀκρότης ἰσότητος.]

94. [71] [MULTUM ADEO. Ordo: multum adeo juvat arva.] RASTRIS. Et *hos raſtros* dicimus, & *haec raſtra:* legimus enim, *At iſtos raſtros interea depone*, in Terentio. Heaut. I. I. 36. Item Stat. III. Theb. 589. *Raſtraque & [72] incurvi ſaevum rubuere ligones.* Et *raſtra* dicta, [73] quod terram radant. GLEBAS INERTES. Pigras, nihil creantes. Et tranſit ad aliud praeceptum.

95. VIMINEASQUE TRAHIT CRATES. [74] [Inſtrumenta ruſtica;] ad agrorum ſcilicet exaequationem, [75] [quam ruſtici [76] Hyrpicem vocant. JUVAT. Vel adjuvat, vel quaſi delectat. Et hic tranſit ad aliud praeceptum.]

96. FLAVA CERES. *Flava* dicitur propter ariſtarum [77] [colorem in] maturitatem. [78] [ALTO OLYMPO. Aut poëtice dictum de caelo, illi favere Cererem: aut vere altam ſegetem eſſe, non paleis tantum inanem, ſed gravem frumento: nam ideo *flava Ceres:*] Et *Ceres* nomen eſt, quod in polyſyllabis in nominativo [79] ſingulari producit ultimam, cum in obliquis corripiat. [80] [ALTO. De alto.] NEQUICQUAM. Id eſt, non ſine cauſſa: nam ſemper duae negativae [81] unam confirmativam faciunt. Unde male quidam locum illum legunt in Terentio Andr. II. III. 25. *Pater adeſt, cave ne te triſtem ſentiat.* Si enim hoc eſt, dicit, vide [82] [ut te triſtem eſſe ſentiat: quod procedere minime poteſt; ſed ita legendum eſt: *Cave te triſtem* [83] *eſſe ſentiat.*] Nam & *ne*, & *cave*, prohibentis eſt. [84] [SPECTAT. Reſpicit.]

97. [85] [ET QUI, PROSCISSO QUAE S. AE. T. Propria voce uſus eſt: cum enim primo agri arantur, quando duri ſunt, *proſcindi* dicuntur; cum iterantur, *obfringi*; cum tertiantur, *lirari*. QUAE SUSCITAT AEQUORE TERGA. Id eſt, vertit; & proprie ſuſcitat, quia jacent inexerciti. *Terga* autem ſuperficiem, ut Homerus, νῶτα θαλάσσης. QUAE SUSCITAT AEQUORE TERGA. Id eſt, terram, quam araverat.]

VARIORUM.

mus: quare ſubintelligo, ne tenues pluviae nihil juvent, ſed magis noceant, quia venas hiantes adſtringere non poſſunt, quae demum coëunt ingenti pluvia: vel ut ſubintelligat verbum ſubſtantivum, *ne tenues pluviae ſint.* aliud non extrico. BURM.

Ibid. RAPIDIQUE POTENTIA SOLIS. *Rapidive* longe veterrimum fragmentum Voſſianum, & caeteri fere ex noſtris omnes, Medicco & Gudiano exceptis. quomodo & Nonius Marcellus in *Tenuis.* & Scholiaſtes Statii Thebaidos primo 419. & Macrobius Saturnalium quinto agnoſcunt. HEINS. *Rapidive* Regius, Voſſ. Edd. Juntae & aliae.

95. VIMINEASQUE CRATES. Servius dicit illud inſtrumentum a ruſticis vocari *Hirpix.* ego vero vocem noſtram *Herce* ex illo originem ducere puto.

65 *Acrior* pro duobus accipi poteſt. an etiam pro uno, quaſi ſol tunc obſit, cum pluviae tenues fuerint G. 65 * deſunt Dan. venti aquilonaris Steph. 66 deſunt L. *penetrale* quod penetrat, *penetrabile* quod facile penetratur. G. 67 concludit G. 68 & frigus eſt caloris al. 69 initium V. 70 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 71 deſunt L. Voſ. R. Baſil. ſed Steph. habet tantum ADEO, valde. 72 *incurvis aevum tribuere* Urſin. Steph. al. & etiam *tribuere leones* V. Voſ. *legiones* R. L. 73 quia terram radunt V. L. R. Voſ. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 363. 74 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 75 deſunt L. Voſ. R. ſed Steph. al. ad *& hic.* 76 Lypicem Dan. vid. Salm. Exerc. Plin. p. 513. 77 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 78 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Quaſi ſemper in caelo ſedeat laborantibus favens. G. 79 caſu ſingulari L. 80 deſunt L. R. Voſ. 81 deeſt G. 82 deſunt L. R. Voſ. 83 deeſt Steph. al. 84 deſunt L. Voſ. R. 85 deeſt nota L. R. Voſ. Steph. al.

Rurſus in obliquom verſo perrumpit aratro,
Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.
Humida ſolſtitia atque hiemes orate ſerenas,
Agricolae: hiberno laetiſſima pulvere farra,

Lae-

SERVII.

98. Rursus in obliquum verso prorumpit aratro [86] Scilicet, autumnali tempore, quo jam cum ſeminibus aratur: nam hoc praecipit, ut cum denuo aramus, tunc per obliquum aratra ducamus: nemo enim uno tempore bis arat. [87]

99. [88] [Exercetque frequens. Quidam *exercet* pro tractat accipiunt, ut viii. Aen. 424. *Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro.* Frequens autem, pro frequenter.] Atque imperat arvis. Id eſt, ut tantum [89] ferant, quantum ipſe deſiderat. Et hoc eſt, quod ait ſupra 47. *Illa ſeges demum votis reſpondet avari Agricolae.* [90] [Alii, ne liberius ferant, quae volunt, ſed quod fuerit ſatum, tradant.]

100. Humida solstitia, atque hyemes orate serenas, Agricolae. [91] [Bene ad votum ſe tranſtulit: neque enim ruſticus aliud poteſt hic facere niſi optare:] [92] nam duo ſunt *ſolſtitia:* unum aeſtivum, octavo kalendarum Juliarum die, quo tempore remeare Sol ad inferiores incipit circulos: & aliud hyemale, octavo kalend. Januariarum die, quo tempore Sol [93] altiores incipit circulos petere. Unde hyemalis ſolſtitii dies minimus, ſicut aeſtivi maximus invenitur. Videtur ergo contrarium eſſe quod dicit, Optate pluvias per ſolſtitia, [94] & per hyemem, ſerenitatem: cum (ut diximus) unum aeſtivum ſit, & aliud hyemale ſolſtitium. Sed ſciendum modo annum in quatuor partes eſſe diviſum: in quo duo ſolſtitia, & duo aequinoctia: unum vernale, & aliud autumnale; quae Graeci ἰσημερίας vocant. Sunt autem haec octavo kalendarum Aprilium, & octavo kalendarum Octobrium die: [95] quia annus olim in duas tantum partes dividebatur; hoc eſt in aeſtivum, & [96] in hyemale ſolſtitium, [97] & in duo hemiſphaeria: ut intelligamus eum omnia tempora voluiſſe complecti. Nam hoc dicit, Optandum ruſticis, ut autumnali & hyemali tempore ſit ſerenitas: quae duo tempora pro uno habebantur, ſecundum [98] hemicycli rationem, ut diximus. Vernali vero, & aeſtivo tempore, ut ſint pluviae! quae & ipſa duo tempora pro uno erant. Tamen ſi diligenter attendamus, poëtica licentia eſt uſus, ut pluralem numerum pro ſingulari poneret: nam *ſolſtitia* pro ſolſtitio, & *hyemes* pro hyeme poſuit. Dicit autem, optanda haec, quae per naturam non ſunt: quo poſſit utriuſque temporis aſperitas mitigari: & aeſtatis calor, pluviis: & frigus hyemis, ſerenitatis [99] tepore. [1] [Sane quidam, *Humida ſolſtitia atque hyemes orate ſerenas*, accipiunt; hoc eſt, ea ſolſtitia [2] [pro hyemali tantum ſolſtitio,] quae humida hiberni temporis ratione eſſe neceſſe eſt: nam aeſtatis ſolſtitia humida eſſe non poſſunt, ut ſub una ſignificatione dictum ſit, *humida ſolſtitia, atque hyemes*; quod oſtendunt ſubſequentia, *hyberno laetiſſima pulvere farra:* neque enim aliquid de aeſtatis ſolſtitio, vel tempore memoravit. Sed verior expoſitio hoc habet: *Humida ſolſtitia, atque hyemes orate ſerenas, Agricolae*; non quod humida eſſe debeant; ſed *humida ſolſtitia*, epitheton hyemis eſt; & modo hoc dicit: ſolſtitia illa, quae humida ſunt naturaliter, id eſt hiberna, o Agricolae, & hyemes ſerenas orate: niſi enim ſerenum caelum fuerit, nec ſeri poterit, nec arari, ut ipſe dixit in ſequenti: *hiberno laetiſſima pulvere farra.* Niſi enim ſerenum fuerit, pulvis e terra levari non poterit. Ergo hoc dicit: *ſolſtitia hiberna*, & non ſolum ſolſtitia, id eſt, ſolſtitiorum ſola tempora, ſed omnes hyemes ſerenas optandas.]

101. Hyberno pulvere. Hyberna ſerenitate,

86 verbo convenienti dixit, *rurſus in ob.* ſcilicet &c. G. 87 Perrumpit de obliqua aratione, id eſt *contra ſulcum*, ut ruſtici loquuntur G. 88 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 89 fructum ferant G. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Muncker. ad Hygin. Fab. cxxv. *ne uberius ferant*, conjicit vid. ſupr. ad ℣. 8. & haec verba ſaepe a Librariis confundi vidimus ad Quinct. decl. cccix. & Sueton. Rhet. pr. & Ovid. 1. Met. 42. & alibi. ſed & *liberius* poteſt ſervari eo ſenſu, quo alibi dixit, ſua ſponte, & injuſſa & ſimilia, quae opponuntur imperio colentis. BURM. 91 deſunt L. Steph. al. Quomodo haec congruere poſſunt, cum alterum ex ſolſtitiis hibernum ſit. Ferunt alii ſolſtitia pro aequinoctiis verno & autumnali accipere, alii ſolſtitia pro aeſtatibus. G. 92 quia L. Voſ. R. deeſt al. 93 ad altiores R. 94 deeſt L. 95 qui R. Voſ. Steph. al. 96 deeſt L. R. Voſ. B. 97 deeſt iiſdem. 98 hemicyclei Dan. 99 tempore Steph. al. 1 deſunt ad finem notae L. R. Voſ. Steph. & al. 2 deſunt Dan. Fabr.

Laetus ager. Nullo tantum ſe Myſia cultu
Jactat, & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſis.

Quid

SERVII.

te, eo, [3] quod nimia ſerenitas pulverem creat. [4] [Et eſt carmen ruſticorum antiquum: *Hyberno pulvere, verno luto, grandia farra, Camille, metes.* Camillus adoleſcens eſt.]

102. LAETUS AGER. Hyberno ſcilicet ſereno: [quia ubi hoc contigerit, ne haec quidem loca quae fertilia ſunt, ut eſt Moeſia, & Gargara, quae dicturus eſt in ſequentibus, certent cum illo proventu.] NULLO TANTUM SE MOESIA CULTU JACTAT. [5] Conſtat quidem [6] *Moeſiam* circa culturam eſſe diligentem; ſed non ei cultus ſuus tantum prodeſt, quantum hyberna ſerenitas, [7] [& humidum ſolſtitium.] [8] *Moeſia* autem provincia eſt [9] [Thraciarum, vicina Scythiae.] [10] *Myſia* vero civitas Phrygiae, haud longe a Troja, quam magis debemus accipere propter *Gargara*, montes Phrygios. [11] [Unde apparet & in Aſia eſſe regionem, quae Moeſia dicatur. Sane *Gargara* multi auctores Graeci, ſicut Serenus Sammonicus tradit, altitudinem Idae montis, & per hoc abuſive omnes ſummitates montium *Gargara* [12] appellant: eſſe etiam *Gargara* civitatem in radicibus Idae montis, in provincia Moeſia [13] Aſiae, quam conſtat naturaliter uliginoſam, & ob hoc frugum feracem; in tantum, ut multi poëtae Graeci *Gargara* abuſive pro cujuſvis rei multitudine vel copia poſuerint. Ergo poteſt & hic ſenſus eſſe, ut ſit: cum ea ſit anni temperies, [14] ut hyems ſerena ſit, & ſolſtitium humidum, fructus optime provenire: haec autem adeo agris eſſe neceſſaria, ut ſine his, ne illi quidem fecundiſſimi Moeſiae agri reſponſuri ſint opinioni fertilitatis, quae de his habetur. CULTU, autem ideo addidit, tanquam diceret omnis ſeges, quae tempeſtivos humores habuerit, [15] aequabit fecunditati arvorum Moeſiorum; quae propterea, quod non quaerant ſolſtitiales imbres, ſed naturali & proprio humore laetentur, maximum & praecipuum cultum [16] habeant, & ita uberes ibi fructus proveniant, ut fecunditatem agrorum ſuorum etiam Gargara ipſa mirentur.]

103. ET MIRANTUR GARGARA MESSES. Phantaſia eſt poëtica, rei [17] inanimatae ſenſum dare: ſic alibi II. Georg. 82. *Miraturque novas frondes, & non ſua poma.* [18] [Sane Rubellius Blandus, & Quadrigarius, hiſtorici, dicunt Gargarum flumen vocari in finibus [19] Thurinis. Ad illud fuiſſe oppidum mediocre, quod *Garga* nunc vicus eſt, quem Troës obſcuri centum quinquaginta, ignoto & incerto duce, inſederunt; ſcilicet nomine a vertice Idaeo tranſlato, a quo civitas etiam in finibus Troicis *Gargara* appellatur.

PHILARGYRII.

103. MIRANTUR GARGARA MESSES. Eſt & alter ſenſus. Cum ea ſit anni temperies, ut hyems ſerena ſit, & ſolſtitium humidum, fructus optime proveniunt: & adeo haec eſſe agris neceſſaria, ut ſine his nec Myſiae quidem, nec Gargarorum agriculturae feracitate laudabiles, reſponſurae ſint opinioni, quae de eis habetur. Eſt autem Myſia regio Aſiae circa Ciliciam, frugum ferax, quae, *nullo cultu tantum ſe jactat*, id eſt, gloriatur, quantum ſi veniat, *ſerena hyems, & ſolſtitium humidum.*

VARIORUM.

puto. FABER. *Grates* Gudianus, *nec illum* Venetus.

96. SPECTAT. *Spectet* Parrhaſ.

97. QUAE SUSCITAT. *Suſcitet* primus Moretanus. HEINS. *Qui ſuſcitat* Gudianus. *proſciſſo* Leidenſis.

98. RUR-

3 quia ſerenitas pulverem creat, & ſerenum per hyemem coelum ſignificat G. 4 deſunt Fabr. ad *Camillus*. L. R. Voſ. Steph. al. ad 102. poſt *metes* aſteriſcus eſt in Dan. 4 * deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 5 id eſt quantum, qui habet humida ſolſtitia & hyemes ſerenas. conſtat enim Moeſiam &c. uſque ad *montes Phrygios*. deinde, ſequebatur: Moeſia autem regio uberrima frugum; Gargara, ut alii, montes Apuliae. Moeſiae quidem ſunt tres. Moeſia Gargara, Moeſia ſuperior, Moeſia quae in Aſia. Gargara pars Indiae (ſ. Idae) montis in Phrygia antiqua. nunc vero in Troja, quoniam Troes Phryges dicuntur. Quidam. Gargara montem Aſianum putant. G. confundunt hi inepti Gloſſatores, ut & Servius Danielis, Gargara in Troade, cum Gargano monte in Apulia. Servius in finibus Thurinis flumen eſſe dicit, quod nuſquam reppert, & ipſe Garganus a Thurin longius abeſt. BURM. 6 Myſiam L. V. R. Voſſ. 7 deſunt L. R. Voſ. G. Steph. al. 8 Myſia Voſ. 9 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 10 Moeſia Voſſ. Dan. 11 deſunt reliqua ad ỳ. 103. MSſ. Steph. & al. 12 appellant et ſe etiam Dan. 13 Aſiae. . . . quam Dan. Aſiatica Voſſ. ad Val. Flac. II. 360. 14 & Dan. 15 aequabitur Fabr. 16 habent & proveniunt Fabr. 17 inanimalis V. L. R. Voſ. G. 18 deſunt ad *Comminus* L. R. Voſ. Steph. al. 19 Thurinis.... fuiſſet Dan.

Digitized by Google

Quid dicam, jacto qui ſemine comminus arva
Inſequitur, cumuloſque ruit male pinguis arenae?
Deinde ſatis fluvium inducit, rivoſque ſequentis?

Et,

SERVII.

104. QUID DICAM. Oratorium ſchema, quaedam recuſare, quaſi non ſufficiat materiae, deinde referre: & quid dicam, quemadmodum juvat arva, qui inſequitur.] COMMINUS. Id eſt, ſtatim, ſine intermiſſione. [20][Non eſt ergo ex propinquo, qui ſignificatus frequentiſſimus eſt in Ciſalpina Gallia: vulgo enim dicunt, *vade ad eum*, *ſed comminus:* unde Virgilius magis patriam conſuetudinem videtur ſecutus. Veteres enim non in tempore, ſed in loco *comminus* ponebant, id eſt, juxta, ut eſt III. Georg. 374. *Comminus obtruncant ferro:* cui contrarium eſt eminus, id eſt, longe.]

105. [21] [INSEQUITUR. Proſequitur, & non ſinit quieſcere.] [22] RUIT. Evertit, diſſipat: nam modo agentis eſt, ut I. Aen. 85. *Una Eurusque, Notuſque ruunt:* nam aliter dictum eſt II. 290. [23] *Ruit alto a culmine Troja.* MALE PINGUIS. Non pinguis, id eſt, ſterilis: [24] [nam *male*, apud Virgilium ſaepe *non* ſignificat, ut IV. 8. *male ſana ſororem.*]

106. DEINDE SATIS FLUVIUM INDUCIT, RIVOSQUE SEQUENTES. Poſt commemoratam generalem agriculturam, tranſit ad ſpecies & [25] culturas venientes ex tempore: nam arare, cinerem jacere, incendere aeternum eſt: irrigare autem, nonniſi nimiae ſiccitatis eſt; ſicut & ſiccare etiam, aut ex magnis pluviis, aut ex fluminis eruptione, compellimur. SATIS. Segetibus, agris ſatis, [26] [id eſt ſeminatis:] nam participium eſt. RIVOSQUE SEQUENTES. Id eſt, juges, [27] [aut ſequuturos] aut certe rivorum eſt epitheton: [28] [quia, qua duxeris, ſequuntur.]

VARIORUM.

98. RURSUS IN OBLIQUUM VERSA PERRUMPIT. *Obliquom* Mediceus & Gudianus. dein *prorumpit*, non *perrumpit* tres codices. HEINS. *Prorumpit* Vratiſl. Parrh. & Edd. Med. Aldi, Juntae & al. *perrupit* Voſſian. pr. *in oblitum* Venetus. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 512.

99. ATQUE IMPERAT ARVIS. Cicero Catone majori cap. 15. *Habent rationem cum terra, quae nunquam recuſat imperium.* ubi fruſtra *imperandi* reponi volebant Manutius & Hotomannus [illegible] II. 370. *dura Exerce imperia.* HEINS. *Imperat* explicat Acro ad Horat. I. Od. 4. inf. ỷ. 128. contra de ſeculo aureo *libertatem* terrae celebrat Ovid. II. Faſt. 296. *Nulla ſub imperio terra colentis erat.* Vide Graevium ad Ciceronis d. l. BURM.

100. SOLSTITIA. *Aeſtiva* ſcilicet. FABER. Nugari Servium & alios de duobus ſolſtitiis, aeſtivis & hibernis, docet Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 175. quum ſolſtitium unum ſit, aeſtivum ſcilicet, alterum vero *bruma* vocetur. BURM.

Ibid. ORATE. *Optate* Moretanus quartus a m. ſec.

101. HIBERNO. Waddel. Anim. Critic. p. 5. *verno* malebat.

102. MYSIA. *Moeſia* vetuſtiſſimum fragmentum Voſſianum duûm paginarum literis Romanis majoribus exaratum, cum caeteris omnibus excepto Mediceo, & Gudiano & Moreti fragmento; ſed nil muto: *Myſiam* etiam hic agnoſcit Macrobius Saturnalium quinto cap. 20. ubi de hoc loco operoſe diſſerit. Idque Graeca enunciatione. In Solini tamen exemplaribus vetuſtis conſtanter *Moeſia.* ſic & *Myſus Caïcus* paſſim apud poëtas, & *Myſus dux* pro Telepho, non *Moeſus.* Nonius Marcellus quoque in *laetum* hoc loco *Myſiam* agnoſcit. praeterea Gudianus *nullo culto.* HEINS. *Meſia* Vratiſl. *ſemeſia* Voſſ. pr. *ſe Meſia* Parrh. *Moeſia* Reg. Ed. Venet. & ita citat Servius ad ỷ. 1. Aen. 140. *Myſia* ex Colotiano profert Urſinus, cujus omnia Emmeneſſius ſuis inſeruit notis. BURM.

104. JACTO QUI. *Jacto cum* Moreti ſecundus.

105. INSEQUITUR. Catroeus fingit hic famulum, qui ſerentem inſequitur, & glebas poſt eum frangit. ſed *inſequi* arva eſt dictum, ut ỷ. 155. *inſectari terram raſtris.* vid. ſupr. 94. *inſequitur* eſt, poſt ſationem inſtat, & eo labore ſtatim fungitur. Vide exempla ex Columella apud Cerdam: qui

20 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. mox *vado ad eum* Dan. 21 deſunt L. R. Voſ. 22 *Ruit* autem evertit R. *ruit* aratro evertit G. 23 *ruit alto culmine* V. L. Voſ. 24 deſunt L. Steph. al. 25 inculturas V. 26 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 27 deſunt eiſdem. 28 deſunt eiſdem, qua duxerit Dan.

Et, quum exuſtus ager morientibus aeſtuat herbis,
Ecce ſupercilio clivoſi tramitis undam
Elicit: illa cadens raucum per levia murmur
Saxa ciet, ſcatebriſque arentia temperat arva.
Quid, qui, ne gravidis procumbat culmus ariſtis,
Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba,

Quum

SERVII.

107. EXUSTUS AGER MORIENTIBUS, &c. Scilicet aeſtatis calore. Secundum Pythagoricos, qui dicunt omne, quod creſcit, animam habere: Unde eſt IV. Georg. 330. *Atque interfice meſſes.*

108. ECCE. Id eſt, ex improviſo. SUPERCILIO autem, altitudine, ſummitate terrarum. [29] [Alii *ſupercilia* loca in obliquum [30] delineata, quae ſuperne habeant alia [31] faſtigia. Ex accidenti dicit *tramitis: tramites* autem ſunt convalles, quae de lateribus utrinque perviae limitant montes, quae ſolent etiam *ſaltus* nuncupari. Sed hic tramitem nunc pro valle ac ſaltu accipere debemus, & pro ſupercilio, ſimpliciter edito loco; ut Homer. Il. x. 411. Ἴλῳ ὀφρυόεντα, nam ideo ait *clivoſi.*

109. ELICIT. Ab eliciendo: & apud antiquos, hodieque in aliquibus provinciis *Elices* appellantur ſulci ampliores, ad ſiccandos agros ducti; unde Poëta ipſo verbo uti voluit: nam & ſcrutatores vel repertores aquarum aquilices dicuntur. (*barinulas* dixerunt.)] RAUCUM PER LEVIA MURMUR SAXA CIET. Non ſolum utilitati hanc rem dicit fore, ſed etiam voluptati: [32] [*murmur* autem ſonum aquae.] LEVIA vero lubrica, [33] [nitida, detrita.]

110. SCATEBRIS. [34] Ebullitionibus, quae [35] fiunt cum aqua in alias [36] rimas defluxerit. Unde etiam vaſa aeſtuantia calore ſcaturire dicuntur: [37] [unde vulgo vaſa, ubi calida ſolent fieri, *ſcutrae* appellantur. TEMPERAT. Ruſticus ſcilicet.]

111. [38] [QUID. Subaudi: de illo dicendum eſt? aut, Quantum illi prodeſt?] GRAVIDIS PROCUMBAT ARISTIS. *Gravidas ariſtas* periphraſticῶs pro ſpicis poſuit. Dicimus autem & *hic ſpicus*, & *hoc ſpicum.* Cicero in Arato: *Spicum* [39] *illuſtre ferens inſigni corpore virgo.* Sed ſcire debemus in uſu eſſe a maſculino utrumque numerum; a neutro vero raro, & tantum ſingularem inveniri: nam [40] plurali nuſquam lectum eſt. [41] [ET QUID. Id eſt, quid dicam, quantum juvet arva. CULMUS. Junctio ſpicarum.]

112. LUXURIEM SEGETUM. Bene *luxuriem*, ut oſtendat rem ſuperfluam, & nocituram, niſi amputetur, [42] [officere, & bene luxuriem [43] paſcit, non ſegetem. Sane *luxuriem* juxta antiquos multi dictum putant, cum *luxuria* dicatur.]

VARIORUM.

qui *comminus* ſtatim explicat cum Servio, & Taubmanno, quos vide. BURM.

Ibid. CUMULOSQUE RUIT. *Tumuloſque* Mediceus a ſecunda manu. HEINS. *Tumuloſque* Parrhaſ.

106. SEQUENTIS. Vid. ad Ovid. I. Met. 370.

107. HERBIS. *Herbas* Gudianus.

108. CLIVOSI. *Diverſi* alter Menagii. *& licit* Gudian. *raucumque* Mediceus. *per laevia* Gudian.

110. TEMPERAT. *Temperes* Parrhaſ. & Zulichem.

111. GRAVIDIS *Gravidus* Ed. Mediol.

112. DEPASCIT. Catroeus explicat immittendo greges pecorum, qui dente caſtigant luxuriam ſegetum, ex Plinio XVIII. 17. vide eodem libro cap. 21. de *pectinatione* capit Cerda. ſed hoc non convenit

29 deſunt R. Voſ. L. Steph. al. ad *Raucum* ℣. 109. 30 delimata Dan. & al. Heinſius malebat *declinata.* 31 Dan. & Fabr. uno contextu, alia faſtigia ex accidenti dicunt. Tramites &c. 32 deſunt L. Voſ. R. Steph. & al. 33 deſunt L. & al. 34 bullitionibus V. R. in illitionibus L. ebullationibus al. Salientibus vel Scaturientibus. *Scaturigines* dicuntur venae aquarum, ſed in arido ſolo, a qua (forte, quod) aqua miſſa perinde ebulliat, atque ſibi (f. ibi) oriatur. Item aqua fervens *ſcaturire* dicitur, quod glomeratur. G. 35 ſunt al. 36 ruinas al. 37 deſunt R. L. V. Voſ. Steph. al. 38 deſunt R. V. Voſ. Dan. 39 *inſigne* al. *tenens* G. & a m. ſec. v. poſt *virgo* etiam *tenens* L. Voſ. R. Vid. Daviſ. ad Cicer. II. de Nat. deor. 42. 40 pluralis n. lectus eſt. R. Voſ. L. B. Steph. al. 41 deſunt ad ℣. 112. Voſ. L. ſed Steph. & al. ad *culmus.* 42 deſunt Voſ. L. R. Steph. & al. 43 depaſcit Fabr.

Quum primum ſulcos aequant ſata? quique paludis
Collectum humorem bibula deducit arēna?
Praeſertim incertis ſi menſibus amnis abundans
Exit, & obducto late tenet omnia limo:
Unde cavae tepido ſudant humore lacunae.
Nec tamen (haec quum ſint hominumque boumque labores
Ver-

SERVII.

113. CUM PRIMUM SULCOS AEQUANT SATA. [44] [Seminata, hoc eſt,] cum adhuc herbae ſunt tenerae, id eſt, [45] [cum operiunt ſulcos herbae, hoc eſt,] antequam cogantur in culmos: [46] [& per iſta tempus oſtendit.] [47] Sane Virgilii hoc hemiſtichium unum [48] de invictis eſt. [49] [QUIQUE PALUDIS. Et hic, juvat arva, ſubaudiendum.]

114. DEDUCIT. Siccat, detrahit. Sic paulo poſt 269. *Rivos deducere nulla Relligio* [50] *vetuit:* Id eſt, ſiccare. [51] [BIBULA ARENA. Quia omnis arena bibula eſt.]

115. [52] INCERTIS MENSIBUS. Inopportunis: *incerti* autem *menſes* ſunt veris [53] & autumni: nam & hyemis certum eſt [54] frigus, & aeſtatis certus eſt calor: [55] [veris vero & autumni nunc frigus, nunc calor eſt:] [56] [quidam *incertos menſes* pro quibuſcunque, qui adferant variam tempeſtatem, accipiunt.]

116. [57] [EXIT. *Exire* proprie dicuntur flumina, cum abundant extra ripas, ut II. Aen. 496. *Cum ſpumeus amnis Exit.*] OBDUCTO LATE TENET OMNIA LIMO. Superlito, ſuperfuſo. [58] [LATE. Valde ac multum, id eſt, per plurimum ſpatium. TENET, occupat, & operit.

117. [59] UNDE. Ex quo, vel ob quam rem.] TEPIDO HUMORE. [60] Stanti, noxio, inutili: [61] [vel hoc eſt incertis menſibus; videtur enim de aeſtate dicere, tepido humore.] LACUNAE autem ſunt foſſae, in quibus [62] collecta aqua ſtare conſuevit; [63] [id eſt, quaſi lacus minores.]

118. NEC TAMEN HAEC CUM SINT HOMINUMQUE BOUMQUE LABORES. [64] Ordo eſt: *Nec tamen nihil* [65] [*improbus anſer, Strymoniaeque grues & amaris intiba fibris Officiunt, aut umbra nocet.*] [66] Et hoc dicit: Licet [67] haec omnia, quae dixi, arando ſint experti & hominum & boum labores: tamen ſunt adhuc aliqua, quae obſunt, niſi [68] provideris: ſcilicet, ne aves obſint, aut [69] umbrae arborum.

VARIORUM.

venit verbo *depaſcere*, & noſtri agricolae oves immittere ſolent arvis, ubi ſata ſe proferre incipiunt. *deſpaſcit* Venetus. BURM.

113. PALUDIS. *Paludes* Zulichem. *Palodes* Gudian. credo per paludem hic intelligi lacunas, ſive in medio agro colluviem aquarum, quam vel exundans fluvius in humilioribus locis reliquit, vel pluviae ingentes faciunt. verbo grandiore uſus in re tenuiori, ut ſaepe in Heroicis. mox vocat *cavas lacunas*, ubi Ruaeni recte explicat. de *deducere* vid. inf. 269. BURM.

115. PRAE-

44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 45 deſunt eiſdem. 46 deſunt eiſdem. 47 & eſt V. L. Voſ. R. Steph. al. & deinde omittunt *eſt*. 48 Schot. II. Obſer. 18. de *injunctis*, id eſt non conjunctis, vel certe de *injectis*, vel *inſertis* legit. Vulgata poteſt explicari, de tam egregiis, ut nemo poſſit vincere, ſive melius facere, ut Ecl. v. 55. *Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus.* & Serv. ad x. Aen. 190. explicat, inimitabilia & propria Virgilio. cogitabam etiam *de invectis*, ut alia manu fuit intruſum. ſed vulgata ſatis placet. manus viri docti in ora codicis ſui *de invinctis* conjiciebat. BURM. 49 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. Haec cultura priori contraria eſt: nam ut illa ſicco agro aquam immittit, ita haec abundantem aquam deducit vernis temporibus, a varietate aeris. G. 50 *prohibet* Cod. Urſ. 51 deſunt R. Voſ. L. Steph. al. 52 PRAESERTIM. maxime, praecipue Steph. 53 vel autumni L. R. Voſ. 54 tempus & frigus G. 55 haec in Dan. leguntur poſt *exit* ℣. 116. 56 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 57 deſunt eiſdem. 58 deſunt eiſdem. ſed Steph. & al. ad *Tenet*. 59 UNDE: de hujuſmodi inundatione ſcilicet amnis Steph. eſt amnis al. 60 deeſt Steph. al. 61 deſunt R. Voſ. Steph. al. 62 deeſt V. L. Voſ. R. 63 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. Concava loca, quae concipiunt aquam pluvialem, in quibus aqua conſtare conſuevit, ſive quae ſunt ad ducendum (f. deducendum) humorem. G. 64 ordo eſt a ſequentibus Steph. 65 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 66 *officiunt*, & hoc Steph. Fabr. al. 67 deeſt V. 68 praeviderit G. prov. ut aves abſint Voſ. R. Steph. Dan. aut aves V. 69 umbra Voſ. Steph. Dan. al.

Digitized by Google

Verſando terram experti) nihil inprobus anſer,
Strymoniaeque grues, & amaris intuba fibris,
Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipſe colendi
Haud facilem eſſe viam voluit, primuſque per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda:
Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno.

An-

SERVII.

119. IMPROBUS ANSER. Inſatiabilis, nulli probandus. Et dicit anſeres agreſtes.

120. STRYMONIAEQUE GRUES. Thraciae, a [70] fluvio, [71] [vel lacu] Strymone, [72] [qui fuit circa Amphipolim civitatem.] ET AMARIS INTYBA FIBRIS. [73] [Ut etiam] Donatus dicit, male quidam *intybam* avem quandam amari jecoris accipiunt: nam *intyba* [74] dicit *cicorea*, quarum radices multae & tenues ambiunt ſegetes & necant. *Fibris* autem abuſive ait, quod radices [75] intyborum hac atque illac [76] decurrant, ut fibrae per jecur, id eſt, venae quaedam ac nervi. [77] [Alii *fibras* proprie dicunt rei cujuſque extremitates, ſicut Cicero in Gabinium: [78] *Fibrae cincinnorum madentes.* Et in Tuſculanis III. 6. *Non ſolum ramos amputare miſeriarum, ſed omnes radicum fibras evellere.* Unde & jecinoris extremae partes fibrae a nonnullis appellantur. Bene ergo Virgilius intyborum, vel radicum, vel foliorum extremitates fibras dixit. Alii herbas adſerunt, ut Nigidius Commentario grammaticali: *Φορβὴ, herba. Sed antea fibra dicta eſt, ut nunc etiam ruſtici dicunt.* Poteſt ergo hic *fibris* pro herbis accipi, quando ipſa *intybus* herbae ſpecies eſt.] AMARIS, nocentibus, ut X. Aen. 900. *Hoſtis* [79] *amare.*

122. AUT UMBRA NOCET. Ut Ecl. X. 76. *Nocent & frugibus umbrae.* [80] [VIAM. Rationem & artem colendi, *μέθοδον*.]

123. MOVIT AGROS, CURIS ACUENS MORTALIA CORDA. Dicturus eſt Jovem feciſſe [81] multa, quae poſſunt in vituperationem venire: & ea hoc colore defendit, [82] quod dicat voluiſſe eum ingenium mortalibus ex neceſſitate praeſtare, ne torperent otio, quod ex rerum abundantia procreatur. [83] [Et *movit agros*, tanquam ipſe colat agros, ut III. Ecl. 61. *Ille colit terras:* vel *movit*, id eſt, juſſit coli, ut eſt terram vertere. *Curis* vero, ſolicitudinibus. ACUENS. Exercens.]

124. VETERNO. Pigritia, [84] [otio; quia plerunque otioſos ſolet hic morbus inceſſere: Plautus in Addicto: *Opus facere nimio quam dormire mavolo, Veternum metuo.*] [85] *Veternus* autem dicitur morbus [86] intercus, id eſt, ὕδερον, qui homines efficit pigros: & [87] dicimus *hic Intercus, hujus Intercutis.*

VARIORUM.

115. PRAESERTIM INCERTIS SI MENSIBUS. *Certis menſibus* apud Probum libro primo Grammaticae. ſed aliter Nonius Marcellus. HEINS. Vid. ad Ovid. II. Artis Amat. 318. Salmaſ. Exerc. p. 631. de vernis capit.

116. EXIT. *Exiit* Gudianus.

117. TEPIDO. *Trepido* Menagius primus.

118. LABORES. Deeſt haec vox Gudiano. apud Serv. ad II. Aen. 306. legitur, *hominumque deumque labores.* vitioſe credo. & ex alio loco tranſlatum, *cum ſunt* erat in Servio Leidenſi. BURM.

120. IN-

70 flumine L. & al. 71 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 72 deſunt iisdem. 73 deſunt L. Dan. 74 dicitur L. Voſ. R. cichorema Voſ. quorum al. dici Salmaſ. 75 intybarum V. 76 decurrunt Steph. al. 77 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. uſque ad *Amaris.* *Intyba* pluralis, generis neutrius, ſingularis vero maſculini, ut Lucius (f. Lucilius) in V. *Intybus herba. praeterea pedibus preſſus equulis.* Item *Intyba* vena quaedam peſſima, & nervi amari terrae. *Amaris fibris* metaphorice, amaro ſucco. fibras enim animalia habent, id eſt ſummae pecorum (f. jecoris) partes. G. Vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 583. 78 legitur in Orat. in Piſon. XI. ſed ibi *Fimbriae cincinnorum* hodie circumfertur. 79 *Amari* Steph. *amare, quid increpitas* al. 80 deſunt L. Voſ. R. rationem *μέθοδον* & Dan. ſed *μέθοδον* caret Steph. & al. 81 jam multa L. Voſ. multa poſſunt in vituperationem venire, & hoc loco defendit, quia ait, *mortalia corda.* G. 82 quo Voſ. R. 83 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 84 deſunt L. Steph. al. 85 nam veternus dic. Steph. nam veternum dicitur R. Voſ. L. al. 86 intercutis idrops Dan. incus al. 87 dicitur Fabr. dicitur *intercus, intercutis* Voſ. Steph. pigros, *intercus* intercutis R. V. *hic* & *hujus* omittunt al.

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni:
Nec ſignare quidem aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quaerebant: ipſaque tellus
Omnia liberius, nullo poſcente, ferebat.
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris,
Praedarique lupos juſſit, pontumque moveri:

Mel-

SERVII.

125. ANTE JOVEM. [88] [Ante regnum Jovis.] NULLI. Vetuſte pro non ſignificat: Terentius in Hecyra I. II. 4. *Si non quaeris, nullus dixeris*: ut ipſe alibi IV. Georg. 516. *Nulla Venus, non ulli animum flexere.* Tale eſt VI. Ecl. 6. *Et nil mea carmina curas*, pro non curas. SUBIGEBANT. Domabant, mollibant, ac per hoc, [89] [ſuo labore] colebant.

126. LIMITE. [90] Termino, ut XII. 898. *Limes agro poſitus.* NEC SIGNARE QUIDEM. [91] Signare, notare; propterea, quod cum agri colonis dividerentur, foſſa ducebatur ab oriente ad occidentem, quae [92] *cardo* nuncupabatur; & alia de ſeptentrione ad meridiem, qui *decimanus limes* vocabatur: & alii minores erant in obliquum diſcreti, qui *lineares* appellabantur, & agros per centurias, ſive per jugera, diviſos coërcebant.

127. [93] [IPSA TELLUS. *Ipſa*, ultro, ſponte ſua, ut IV. Ecl. 21. *Ipſae lacte domum.*] PARTIRI. Dividere, & deſignare. [94] FAS. Id eſt, lex. IN MEDIUM QUAEREBANT. In commune, [95] [id eſt, in publicum, ut ipſe alibi XI. Aen. 335. *Conſulite in medium.*]

128. OMNIA LIBERIUS. Quia ſupra 99. ait *atque imperat arvis.* [96] [Alii *liberius*, pro liberalius accipiunt, bene: tunc enim libere cuncta ſponte ferebant: nunc autem imperante alio per laborem culturae ſerviunt.

129. ILLE. Jupiter, ſcilicet, adeptus imperium.] MALUM VIRUS. [97] Bene ad [98] diſcretionem epitheton addidit, [99] *malum*: nam *virus* & bonum & malum eſt, ſicut venenum: nam idem [1] eſt. Venit autem a Graeco: nam [2] & illi *φάρμακον* medium habent, id eſt, & bonum & malum Sane VIRUS, hodie tres tantum habet caſus: *hoc virus*, *hoc virus*, & *o virus*. Antiqui, *hujus viri* dicebant: Lucretius, II. 475. *Tetri primordia viri.* [3] [Nonnunquam pro foetore ponitur *virus*, ut apud Lucilium: *Anſeris herbilis virus.* ADDIDIT aut abundat, aut addidit, quia habebant ante nonnihil veneni. ATRIS, modo noxiis, id eſt, ad tenebras & mortem mittentibus.

130. PRAEDARIQUE LUPOS JUSSIT. Utrum ut ipſi praedas faciant, an ut ipſi capiantur? PONTUMQUE MOVERI. Ventis ſcilicet. Cicero: *Mare movetur ventis, ne puteſcat.*

VARIORUM.

120. INTYBA *Intuba* Venetus. *intiba* multi. vid. Brodae. V. Miſcell. 36.

122. HAUD. *Aut* Gudianus. *haut* Moreti quartus & Mediceus, & ita paſſim.

Ibid. PER ARTEM. Vide ad Grat. Cyneg. 151. & X. Aen. 632.

124. SUA REGNA. *Sua jura* Ed. Venet.

125. SUBIGEBANT. *Subiebant* Leidenſis ſec. & Voſſ. praeter alia vulgatum vindicat Seneca, quem huc reſpexiſſe credibile Epiſt. LXXXVI de Scipione: *terram, ut mos fuit priſcis, ipſe ſubigebat.*

126. SIGNARE QUIDEM. *Signare ſolum* legitur apud Macrobium libro primo Saturnalium cap. 8. ſed impoſuit illi, ut opinor, memoria. *Ne ſignare quidem* Vaticanus Pierii, cum primo Moretano, Gudiano, ac Menteliano priore ex noſtris. HEINS.

Nec

88 deſunt L. Voſ. R. uſque ad *partiri* ℣. 127. in Steph. erat tantum, *ſubigebant*, ſuo labore colebant arva, reliquis uſque ad *partiri* deſideratis. & ita Baſil. quae *arva* ignorat. 89 deſunt Dan. Fabr. 90 inter limitem & terminum hoc intereſt. *Limes* conſecratus eſt, adeo ut quoniam * Turnus eum commovit, ſit autem *terminus* limes agrorum. G. 91 deeſt Fabr. 92 errare Servium, & *cardinem* a ſeptentrione in meridiem directum docet Salm. Exerc. Plin. p. 475. & a ibi. 93 deſunt Fabr. 94 FAS. licebat Edd. al. 95 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 96 deſunt L. Voſ. R. Steph. a. ad *Malum*. 97 deeſt G. 98 diſtinctionem G. 99 deeſt Voſ. R. Dan. & al. 1 eſt. ſub Saturno fuere Serpentes, ſed ſine veneno G. 2 deeſt Dan. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. uſque ad *Ignemque* ℣. 131.

Mellaque decuſſit foliis, ignemque removit,
Et paſſim rivis currentia vina repreſſit:
Ut varias uſus meditando extunderet artis
Paullatim, & ſulcis frumenti quaereret herbam:

135 Ut

SERVII.

131. MELLAQUE DECUSSIT FOLIIS. Quia eſt opinio, fluxiſſe arboribus mella.] IGNEMQUE REMOVIT. Non [4] penitus ſuſtulit, [5] [non extinxit,] ſed occuluit: Unde eſt VI. Aen. 7. *Quaerit pars ſemina flammae, Abſtruſa in venis ſilicis.*

132. [6] [PASSIM. Abundanter, ubique. RIVIS. Fluminibus.]

133. [7] [UT VARIOS USUS. Uſus ἡ χρεία, ut cum opus rebus eſſet, excogitarentur artes, per quas invenirentur. MEDITANDO. Ab agente eſt, id eſt, dum meditatur.] EXTUNDERET. [8] Studioſe reperiret & coleret.

134. [9] [PAULATIM. Epitheton artium eſt.] FRUMENTI HERBAM. Periphraſis ſegetis, [10] [ut V. Ecl. 26. *Nec graminis attigit herbam.* QUAERERET. Id eſt, ipſe uſus: & *quaereret*, quaſi adhuc, quod non eſſet, id eſt, quaſi intus in ſulcis quaereret.

VARIORUM.

Nec etiam Ed. Dan. & al. nullus fere apud veteres ſcriptores locus, in quo non variant codices, in *ne* & *nec quidem*. vid. infr. 390. & *ne nunc quidem*, pro *nec* vindicavit Bentl. ad Horat. II. Sat. III. 262. imitatus Ovid. III. Amor. VIII. 42. *Signabat nullo limite menſor humum*. BURM.

130. PRAEDARIQUE. Dubitat Servius an activo, an paſſivo ſignificatu ſit accipiendum. & ſcrupulus poſſet naſci, quia *moveri*, non *movere* ſubjicit, quomodo ſi legeretur, *homines* poſſent intelligi, quos juſſit praedari & capere lupos. ſed & quia proprie Lupi *raptores* dicuntur, ut II. Aen. 355. & Vellej. Pat. II. 27. & non inſolitum duo verba diverſa forma activa & paſſiva conjungere, praeferrem hic activum ſenſum. ne actum agam, vide Cl. Drakenb. ad Liv. VIII. 24. Wopkens Lect. Tull. III. 13. & mirum eſt, hic codices conſtanter *moveri* habere, quum alias in his variare ſoleant. ut infr. lib. II. 316. in hoc ipſo verbo *movere*. & apud Lucan. I. 13. *Bellumque movere, Permiſſum ducibus*, ubi male Heinſ. contra codices *moveri* malebat. contra temere apud eumdem lib. X. 347. *ut colla ferire Caeſaris, & Socerum jungi tibi, Magne, juberes. feriri* praeferre volebat Oudendorpius, licet admodum fluctuet. ſed poſtea confidentior factus ſimilia exempla plura produxit ad Caeſar. II. de Bell. Civil. 5. BURM.

Ibid. MOVERI. Malim cum aliis capere de navigatione, ut ita *remis movere mare* paſſim occurrit. vid. ad Ovid. II. Amor. XI. 5. & VI. Metam. ult. nam ſi, ut Servius, intelligas, etiam aureo ſeculo nullos fuiſſe ventos ſtatuendum, quare & tunc puteſceret mare. ſed eo ſeculo nulla commercia exercebantur, propter quae navigare, aut praedari inſtituerunt homines. praecipue vero reſpicit pericula & naufragia, quae inſtituta navigatione creberrima generi humano in avaritiae mercedem eveniſſe paſſim Poëtae canunt. vid. Ovid. II. Amor. II. & alios paſſim. BURM.

131. DECUSSIT. *Diſcuſſit* Zulichemianus & fragm. Moreti. *ſuppreſſit* Moreti primus, quod, niſi ſequeretur *repreſſit*, probarem. opponitur enim illi ex Ecl. IV. 30. *Et durae quercus ſudabunt roſcida mella.* & *ſtillare* alii dixerunt. hunc ſudorem quaſi ſuppreſſit Jupiter pejore ſeculo, ut cura hominum mella deinde ex apibus, alveariis incluſis, colligerentur. ſed & *decuſſit* eleganter; quaſi deterſerit folia, & manu ſua mella inde decuſſerit. Gloſſ. Regii *projecit* explicat. ſic *decutere rorem* lib. IV. 12. & *ſilvis decutere honorem* lib. II. 404. BURM.

132. RIVIS. *Rivos* Venetus, ut ſit appoſitio. non probo tamen.

134. HERBAM. *Herba* Parrhaſ. pro *paullatim* Waddel. Anim. Critic. malebat *ut vitem*. ſed artes non ſtatim omnes inventae, nec perfectae. ſed paullatim incrementa cepere. BURM.

135. ET

4 deeſt Voſ. R. L. 5 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 6 deſunt L. Voſ. R. 7 deſunt iiſdem, Steph. & al. 8 ſed ideo ſe rep. Voſ. 9 deſunt Voſ L. R. Steph. al. 10 deſunt iiſdem uſque ad *Navita* ỳ. 137.

Ut ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.
Tunc alnos primum fluvii ſenſere cavatas:
Navita tum ſtellis numeros & nomina fecit,
Pleïadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton.

Tum

SERVII.

135. UT SILICIS VENIS. Proprie dictum: [11] Quadrigarius quarto: *Inter venas ſaxi*. ABSTRUSUM, latentem, & quaſi divinitus abſconditum: Et hoc eſt, quod dixit, *ignemque removit*. Sane *abſconditum* dicitur, non *abſconſum*, quia *conditum* facit, non *conſum*.

136. ALNOS. Arboris ſpecies, & per hoc lintres fluviales oſtendit. FLUVII. Id eſt, qui in fluviis navigant. SENSERE CAVATAS. Hoc eſt, quod ait *paullatim*.]

137. NAVITA. Pro nauta: ſicut *Mavors*, pro [12] Mars. NUMEROS ET NOMINA FECIT. *Numeros*, aut currendi modos, id eſt, ortus & occaſus: quod ſi eſt, quaſi rem philoſophorum praetermiſit: nam tantum de nominibus dicit, ut *Pleiadas*, *Hyadas*. Aut certe revera ait *numeros*: nam Hipparchus ſcripſit de Signis: & commemoravit etiam, unumquodque ſignum quot claras, quot ſecundae lucis, quot obſcuras ſtellas habeat: Secundum quod bene [13] commemoratis ſignis, quaſi notum, ſtellarum numerum praetermiſit. [14] [Aut *numeros*; quia Septentrionem dicimus: *Nomina fecit* vero, notamina, Plautus in Menechmis II. I. *Juventus fecit nomen Paeniculo mihi*. Et in eo, [15] quod dicit nautam ſtellis numeros & nomina feciſſe, ſignificat neceſſitate quaerendarum rerum, quae ante ſponte ſua cunctis proveniebant, homines navigandi peritiam & ſtudium reperiſſe: & ex eo, quod ſequitur, id quod praecedit oſtendit. Navigandi quippe peritiam ſequitur ſtudium motus, & rationes ſyderum cognoſcendi, propter tempeſtatem maris, & ventorum motus.]

138. PLEIADAS. [16] Signum eſt ante [17] genua Tauri, quod [18] [Graeci ὕβον dicunt, id eſt, petimen. Quidam autem non omnium boum ὕβον, ſed eorum tantum, qui ſunt ita ut Cyprii gibberes, ſicut Ariſtoteles quoque refert; ſed & gibber ipſum ὕβον nominat. Sed *Pleiades*] ortu ſuo primae navigationis tempus oſtendunt. Unde Graece *Pleiades* dicuntur ἀπὸ τοῦ πλέειν: Latine Vergiliae, a verni temporis ſignificatione, quo oriuntur [19] [vel quod Pleiones & Atlantis filiae ſint. Sunt autem ſeptem: [20] Taygete, Alcyone, Celaeno, Sterope, Merope, Maja, Electra, quae exciſum [21] Ilium dolens, lucere deſiit. Quidam [22] Meropen volunt non apparere, velut erubeſcentem, quod ſola e ſororibus cum Siſypho mortali concubuerit.] HYADAS. [23] *Hyades*, ſignum eſt & in fronte Tauri, quod ortu ſuo efficit pluvias: unde ſtellae ipſae, [24] *Hyades* vocantur ἀπὸ τοῦ ὕειν, quas Latini [25] exinde *Suculas* appellaverunt. [26] [Alii *Hyadas*, a porcis, quas Graeci ὗς dicunt, a nobis *ſues* appellantur, non a pluviis, quas ὑετοὺς vocant, dictas accipiunt: nam ideo & Suculas dici a ſuibus. Hae ſunt in fronte Tauri, in formam Y litterae: Unde etiam *Yadas* dici volunt. Has alii ſeptem, alii quinque dicunt his nominibus: Pytho, Synecho, Baccho, Cardie, Niſcis.] CLARAMQUE LYCAONIS ARCTON. Elicem dicit, id eſt, majorem Septentrionem: nam minor Cynoſura dicitur. LYCAONIS autem,

ſub-

11 deeſt Fabr. Daniel vero edidit, quaſi illa verba *inter venas &c.* uſque ad *abſconditum* eſſent Quadrigarii. 12 Mars: nam *mare* dicunt Graeci L. in marg. credo Ἄρης. 13 memoratis L. V. R. Voſ. 14 deſunt Steph. al. ad *Et in eo.* L. Voſ. R. uſque ad ℣. 38. 15 cum dixit al. 16 Pleiades ſunt ſtellae in cauda Tauri, quae verno ortu *Vergiliae* appellantur, quae ortu ſuo primae navigationis tempus oſtendunt. Has a matre Pelione (Pleione) quidam nominatas exiſtimant: ſicut etiam Atlantidas a matre (patre) Atlante. Pleides, quae navigantibus ortu ſuo primae navigationis tempus oſtendunt, initium ΑΠΟ ΤΟ ΠΛCΤΙΝ, (f. ἀπὸ τοῦ πλείονος) id eſt plures, quae in uno loco eſſe videntur. G. 17 genu V. L. Voſ. R. 18 deſunt Voſ. R. G. L. Steph. al. & mox oſtendit: Graeci ὕβον dicunt, id eſt * *petimen*. Dan. vid. Feſt. in *petimina*. 19 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 20 Taygete, Arcyone, Celaenis &c. Dan. qui omiſit Majam. Aſterope etiam al. 21 filium Dan. unde Munck. ad Hyg. fab. CXCII. *occiſum filium* faciebat. 22 Steropen Dan. 23 *Hyadae* ſunt ſtellae in fronte Tauri, ut Chaldaei tradunt, nutrices Liberi patris, ut Muſaeus, ab Hya fratre, quem in venatione interemptum fleverunt, unde dictae. Alii ab eo Hyadas dictas putant, quod ortu earum pluviae naſcuntur; quae amantis (f. a nautis) ſucculae vocantur. Alii, quod magis credibile eſt, Y litera * formatae Hyades appellatae ſunt. G. 24 Hyadae L. confer notam Servii ad lib. I. Aen. 748. ubi ἀπὸ τοῦ ὕειν. 25 deeſt L. Voſ. R. V. Steph. al. ſucculas al. 26 deſunt Voſ. L. R. Steph. al.

Tum laqueis captare feras, & fallere viſco,
Inventum: & magnos canibus circumdare ſaltus.
Atque alius latum funda jam verberat amnem,

Alta

SERVII.

[27] ſubaudi filiam, ut VI. Aen. 36. ***Deiphobe Glauci.*** [28] Lycaon enim, rex Arcadiae, habuit filiam Caliſto, quam cum vitiaſſet Jupiter, Juno in urſam convertit: & poſtea Jupiter miſeratus in ſignum [29] [Septentrionis coeleſte tranſtulit. CLARAM ergo, notam, ut V. 495. ***Tuus o clariſſime frater Pandare:*** vel quia non, vel nunquam, occidit; ideo ***claram:*** vel quia illic alia obſcurior eſt.]

139. TUM LAQUEIS CAPTARE FERAS, ET FALLERE VISCO INVENTUM. [30] [Captare, occupare velle; &] unus ſenſus eſt diviſus interpoſitione alterius: nam ***Laqueis captare feras***, ad venationem pertinet, id eſt, illaqueare feras incurvatis arboribus: ***Fallere viſco***, ad aucupium. Item ad venationem. ET MAGNOS CANIBUS CIRCUMDARE SALTUS. Male autem de aucupio quidam [31] hoc reſpuunt, totum referentes ad venationem: & dicunt, ***Fallere viſco***, pro viſceratione poſitum: conſtat enim luparios [32] carnibus tinctis veneno lupos necare: quod ideo non procedit, quia ***hoc viſcum***, ***hujus viſci*** facit, ſicut ***templum***, [33] ***templi:*** unde eſt, ***Fallere viſco.*** ***Viſcus*** vero, id eſt, caro, ***viſceris*** facit, ut, ***pecus***, ***pecoris***. Et ſi de carne loquebatur, ***viſcere*** debuit dicere. Lucretius: ***Permixtus viſcere ſanguis.*** Item ipſe I. 837. ***Viſcus gigni***, [34] ***ſanguenque creari.*** [35] [Primo de nautis, & navigio invento; poſtea de venatione dixit; nunc de piſcatoribus loquitur: cuncta enim haec neceſſitas invenit.]

141. ATQUE ALIUS LATUM FUNDA JAM VERBERAT. [36] [Ordo eſt: jam alius & funda.] Genus retis, dictum a fundendo, id eſt, [37] reticulum, [38] quod dicitur βόλος.

VARIORUM.

135. ET SILICIS VENIS. ***Ut*** ſcripti noſtri & Pieriani omnes. quidni admittamus? mox, ***Tunc alnos fluvii primum***, non ***primum fluvii***, in ſcriptis noſtris, Mediceo & Gudiano exceptis. HEINS. ***Ut*** etiam Regius. & Serv. ad VI. 7. noſter repetit. ſic Ecl. VI. 32. I. Aen. 398. & 485. ubi vide quod ***tunc alveos*** Scheffer. d. l. ***alnus*** Mentel. pri. a m. pr. ***alnos fluvii primum*** Reg. ***ſenſere*** vero vim hanc habet, ut licet leves eſſent primae hae naviculae, tamen ut pondus aliquod fluvii gravati ſenſerunt, non adſueti antea huic oneri. ſic Petron. CXXIV. ***ſentit terra deos.*** hinc ***gemere*** mare & ſimilia paſſim dicuntur Poëtis. vid. Heinſ. ad Ovid. II. Faſt. 390. BURM.

Ibid. EXTUNDERET. ***Extuderet*** Mediceus, Mentelianus, & alter Voſſianus, ſed fragmentum Moretanum cum Leidenſi ***excuderet***. alter Rottendorphianus ***extruderet***. ſed vulgatum Nonius agnoſcit in ***extundere***. Ubi mendoſe ***& varias*** circumfertur, ſed bene ibidem ***artis*** non ***artes***, quod & Gudianus confirmat. HEINS. ***Extruderet*** citat Schefferus lib. I. de Militia Navali cap. 3. ***Medicando*** etiam alter Menagianus. ***excuderet*** Parrhaſ. Ed. Venet. vid. inf. IV. 319. & Heinſ. ad Ovid. III. Amor. V. 34. BURM.

137. STELLIS. ***Stellas*** Menagianus alter. vid. Macrob. I. Somn. Scip. 19. & ibi Pontanum. Claud. II. in Stilic. 434. ***Senex, numeros qui dividit aſtris, Et curſus, ſtabileſque moras.*** Serv. ad VI. Aen. 64. citat ***navita cum ſtellis.*** BURM.

138. PLEÏADAS, HYADASQUE. ***Pliadas*** plurimi, & ***Hyadas*** Venetus. Heinſius volebat ***Pliadas atque Hyadas. Pleïadaſque Hyadas clarique***, ex Parrhaſ. notat Maſvicius. ſed ibi erat, ***Pliadaſque,***

Hya-

27 ſubaudis Voſ. L. V. ſubauditur G. 28 Altera urſarum eſt: in quantum (f. quam, vel in quam tum) transfigurata eſt Caliſto Lycaonis filia, Dianae in venatione comes, quam Jupiter adamavit, & in Dianam verſus cum ea concubuit, quae cum pinguis apparuiſſet de ſuo * (de ſuo comitatu Diana) eam removit, quae Arcadem puerum edidit. ſed Juno odio pellicata (f. pellicatus) in urſam eam transfiguravit, & venanti filio obtulit. cumque ille feram putaſſet * (f. &) inſequi coepiſſet, Jupiter eos iiſdem figurans aſtris conſecravit. Et illa velut urſa fugiens, ille velut impetum faciens in eam * quod ſidus ſeptentrion dicitur, ſive a numero ſtellarum, ſive quod in parte poli ſeptentrionalis ſit, hoc eſt * Arcton appellatur. illum autem Actofiliam (Arctophylacem) eo quod juxta locatus cuſtos eſſe videatur. *Claram* autem dicit quia ſemper apparet. G. 29 deſunt Voſ. R. L. alii a *Claram.* ſeptentrionis Steph. Dan. 30 deſunt L. Voſ. Steph. al. 31 fallere viſco L. ſed *hoc* deeſt Voſ. Steph. al. 32 canibus unctis L. 33 *hujus templi* L. 34 ſanguinemque L. Voſ. R. 35 deſunt L. Voſ. R. 36 deſunt iiſdem & Steph. al. 37 retiaculum L. & Maſvic. jaculum Dan. 38 qui Voſ. R. L. & al.

Alta petens: pelagoque alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor, atque argutae lamina ſerrae:
(Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.)
Tum variae venere artes. Labor omnia vicit

In-

SERVII.

142. ALTA PETENS. [39] [Nonnulli *alta petens* ad maris piſcationem adplicant; ut prima pars, *funda jam verberat amnem*, fluminis piſcatio videatur: *Alta petens, pelagoque alius trahit humida lina*, de mari dixerit.] TRAHIT HUMIDA LINA. [40] Everriculum ſignificat. [41] [Et *trahit* recte, quia hoc genus retis *tragum* vocatur.]

143. FERRI RIGOR. Durities [42] [ferri, unde *enſes rigidi* fierent:] unde & *rigidus* durus homo dicitur. ARGUTAE SERRAE. Stridulae, ſonorae, [43] [ut inf. 294. *arguto pectine*.] [44] Et dicitur Perdix, ſororis Daedali filius, inveniſſe [45] circinum & ſerram: [46] [cui magiſter invidens, quod melior in hoc fuiſſet inventus; ne plura inveniendo laudem ei infringeret, apud Athenas ex arce Minervae eum praecipitavit. Lamina autem ſerrae, definitio.]

144. SCINDEBANT FISSILE LIGNUM. Quod findi poteſt; [46] * [aut ſcindendo fiſſile faciebant; aut ibi ſcindebant, ubi fiſſile erat.]

145. TUM VARIAE VENERE ARTES. Ex neceſſitate ſcilicet diverſarum rerum, quibus homines, repreſſa ſpontanea cunctarum rerum origine, & terrarum fructificatione, coeperunt egere.] LABOR IMPROBUS. Vel magnus, vel nulli probabilis: nullus enim eſt amator laboris: [47] [vel indefeſſus, adſiduus, ſine moderamine.]

VARIORUM.

Hyadas clarumque. & ſuper *Pli* erat adſcripta litera *e*. BURM.

139. VISCO. Medicos quoſdam *bibiſco* legere narrat Brodaeus Miſcell. II. 29. *Viſco* alii de aucupio intelligunt. vid. ad Val. Flacc. VI. 162. BURM.

141. FUNDA JAM VERBERAT AMNEM. *Everberat* mallem, ſi per veteres membranas liceret. quo verbo noſter denuo eſt uſus Aeneidos duodecimo 866. *verberat* tamen Nonius agnoſcit in *Amnem*. Gudianus *tam verberat*. Gellius Noct. Attic. I. 24. *puer animum ejus ad audiendum everberat*. HEINS. *Latum funda* omnes fere ſcripti. ſed Juntina Ed. *funda latum*. poſt *amnem* diſtinguit Regius cum Servio. & ita Catroeus. *verberat* retineo; nam *everberare* dicitur de repetitis verberibus. ſed hic agit de rete, quod jacitur e manibus, quod verberat quidem aquam, ſed deinde alta petit, nobis *een Werpnet*. quod βόλος a Servio redditur. ut ſequens rete *everriculum*, quod trahitur. ſic ἀμφι-ουλκοὶ & σαγηνοβόλοι diſtinguuntur a Polluce lib. VII. cap. 31. ut recte notat Emmeneſſius. denique verae fundae *verbera* dat noſter inf. ℣. 309. BURM.

142. ALTA PETENS. Servius, quem ſequitur Catroeus, haec de mari & everriculo capit, ut diſtinguatur poſt *amnem*. ſed neſcio quid inconcinni eſt tunc in *pelagoque*, licet ſciam copulam *que* ſaepe tertiae & quartae etiam voci adjungi. rectius vero *funda* jacta in amnem, eoque verberato, *alta*, id eſt, fundum fluvii dicitur petere. nam & *flumen altum* dixit Maro lib. IV. Georg. 333. & Ovid. I. Triſt. VIII. & *lacus altae aquae* Ovid. V. Met. 385. qui & paſſim fontes & alveos *altos* dixit. & ita alii. BURM.

Ibid. LINA. *Ligna* Menagianus.

143. FERRI RIGOR. Intelligo ſecures & alia fabrilia inſtrumenta. ut ſit *ferri rigor*, pro ex rigido ferro facta inſtrumenta. BURM.

Ibid. SERRAE. *Serae* Parrhaſ. *ſarrae* Mentelii prior. *Lammina* Cod. Daniel.

144. NAM PRIMI. *Primum* ſcripti, praeter Mediceum duoſque aut tres alios: non probo. quamquam

39 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 40 verriculum L. Steph Dan. al. Gloſſae *verriculum* σαγήνη. & *Tragum* σαγήνη. Papias *Tragum*, genus retis a trahendo. vid. Non. in *Everriculum*. BURM. 41 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 42 deſunt iidem. 43 deſunt iisdem. 44 Perdix diſcipulus Daedali ſerrae uſum primus invenit, cui &c. ſed poſt *praecipitavit* additur. Hic eſt ſororis ejus filius, vel propter quem Minoem (ad Minoem) fugit. a Minerva avem Perdicem amotatus (f. in avem p. transmutatus) & quia praecipitatus eſſet, in altum non poteſt volare. G. 45 circinnum L. 46 deſunt Dan. ad *lamina* R. Voſ. Steph. al. ad ℣. 144. ſed L. ad *labor* ℣. 145. 46 * deſunt Steph. al. 47 deſunt L. R. Voſ. Steph. al.

Inprobus, & duris urguens in rebus egeſtas.
Prima Ceres ferro mortalis vertere terram
Inſtituit: quum jam glandes atque arbuta ſacrae
Deficerent ſilvae, & victum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus: ut mala culmos

Eſſet

SERVII.

146. ET DURIS URGENS IN REBUS EGESTAS. *Urgens*, [48] cogens, & quaſi importune inſiſtens. *Egeſtas*. [49] [Indigentia rerum.] [50] [Prior eſt egeſtas, quam paupertas: paupertas enim honeſta eſſe poteſt: Egeſtas autem turpis eſt.] Perſius Prol. 10. *Magiſter artis ingeniique largitor Venter, negatas artifex ſequi voces.*

147. PRIMA CERES FERRO MORTALES VERTERE TERRAM INSTITUIT. Prima Ceres [51] omne agriculturae genus hominibus indicavit: [52] ſuperfluam enim quaeſtionem movent [53] quidam commentarii, dicentes Oſyrim vel [54] Triptolemum aratrum inveniſſe: nam aliud eſt unam rem [55] invenire, & aliud omnem agriculturam docere: [56] quod fecit Ceres. Nam *ferrum* dicendo, cuncta generaliter ruſticorum arma complectitur. [57] [Sane ſolum hoc nomen eſt in polyſyllabis, quod ultimam producat in nominativo, & eam in obliquis corripiat, ut *Ceres*, *Cereris*.]

148. SACRAE DEFICERENT SYLVAE. Emphaſis eſt, [58] id eſt, etiam ſacrae: quarum ſterilitas caeterarum quoque ſignificat infoecunditatem. ARBUTA autem ſunt rubra poma ſylvarum, [59] quae Plinius unedones vocat; quod aſperitate [60] ſua plura edi non poſſint. [61] [*Sylvae* autem ſi nominativus pluralis eſt, figurata declinatio eſt; ſi ſingularis genitivus eſt, poſſeſſiva.]

149. VICTUM DODONA NEGARET. *Dodona* civitas Epiri eſt, juxta quam nemus eſt Jovi ſacratum, & abundans glandibus ſemper: [62] [de cujus nemoris arboribus columbae oracula petentibus dare conſueverant] [63] unde & *κατ' ἐξοχὴν Dodonae* efficit mentionem; [64] [quia dixit ſup. 8. *Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta:* ſunt enim Chaones in Epiro, perinde ut Dodona.] Et totum quod dicit hic, hoc eſt: Prius homines, ut legimus, paſti glandibus ſunt, nec aliud ad victum quaerebant. Cum igitur jam deficerent glandes, & non ſolum quaelibet ſylvae, ſed etiam ſacrae victum hominibus negarent; & cum aliis ſylvis ipſa quoque Dodona civitas, quae juxta ſe nemus Jovi conſecratum habebat, glandes uſibus humanis ſubtraheret, Ceres prima omne genus agriculturae hominibus indicavit.]

150. LABOR ADDITUS. Aut, datus; ut nihil mali ante habuerint: aut revera *additus*; quia ante erat quidem labor, ſed tantum herbarum, [65] intyborum; poſtea acceſſit rubiginis, carduorum. [66] [*Labor* autem, quem Graeci *κόπον* dicunt.]

VARIORUM.

quam & id ipſum pro diverſa lectione, apud Fulgentium occurrit in ſcriptis, Mytholog. III. cap. II. HEINS. *Jam primum* Ed. Venet. *nam primum* Regius, Parrhaſ. & alii. & Ed. Mediol.

Ibid. LIGNUM. *Robur* Leidenſis unus a m. ſec.

145. ARTES. *Rates* Venetus.

Ibid. VINCIT. *Vicit* Mediceus & Mentelianus uterque & Gudianus cum Menagiano altero & Leidenſi. recte. nam *venere* praeceſſit. Apud Macrobium tamen Saturnalium V. cap. 16. vulgatum obtinet. verſui proximo Mediceus, *duris ſurgens in rebus egeſtas*, non *urgens*. HEINS. *Vicit* Regius a m. prima & recte: non enim ſententias loquitur

ex

48 id eſt cogens Steph. al. 49 deſunt Dan. 50 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. forte leg. *pejor*. quod etiam Dorvillio meo in mentem venerat. 51 omni Voſ. R. 52 ſuperfluo V. L. R. L. Steph. ſuperflue al. 53 deeſt Voſ. R. V. L. Dan. 54 Tlepolemum G. 55 inveniſſe, aliud G. 56 Ceres cum filiam quaereret Lilybaeam (Lilybaeum) & in Atticam adveniret, ad Caelium (Celeum) hoſpitaliter ab ipſo ſuſcepta, reddidit gratiam. Nam filio ejus Tlepolemo (Triptolemo) arandi ac ſerendi uſum, ut ille hominibus oſtenderet, demonſtravit. G. 57 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. & repetitum ex nota ſupr. ad ỳ. 96. 58 vel etiam L. 59 quae unidones vocantur G. 60 ſui plures uti non poſſunt V. R. Voſ. (ſed illi deeſt *ſui*) ſui plures eis uti n. p. L. 61 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 62 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 63 & ideo Dan. 64 deſunt Voſ. R. L. ad ỳ. 150. ſed Steph. & al. ad *& totum*. 65 Intybarum L. intiborum R. 66 deſunt R. L. Voſ. Steph al.

Digitized by Google

Eſſet robigo, ſegniſque horreret in arvis
Carduus. Intereunt ſegetes: ſubit aſpera ſilva,
Lappaeque tribulique: interque nitentia culta
Infelix lolium & ſteriles dominantur avenae.
Quod niſi & adſiduis terram inſectabere raſtris,

Et

SERVII.

151. ESSET. [67] Comeſſet, conſumeret, ut IV. Aen. 66. *Eſt mollis flamma medullas.* [68] ROBIGO autem genus eſt vitii, quo culmi pereunt, [69] [quod a ruſticanis *calamitas* dicitur. Hoc autem genus vitii ex nebula naſci ſolet, cum nigreſcunt & conſumunt frumenta. Inde & *Robigus* Deus, & ſacra ejus ſeptimo kalend. Majas *Robigalia* appellantur.] [70] Sed haec res abuſive *robigo* dicitur: nam proprie *robigo eſt*, ut Varro dicit, *vitium obſcoenae libidinis, quod ulcus vocatur:* [71] [id autem abundantia & ſuperfluitate humoris ſolet naſci, quae Graece σατυρίασις dicitur.] SEGNIS CARDUUS. Inutilis, infoecundus. [72] [HORRERET. Abundaret, ut totum agrum impleret. SUBIT. Succedit loco intereuntium.] ASPERA SYLVA. Notandum, etiam de herbis ſylvam dictam.

153. [73] [LAPPAEQUE. Species herbae hirſutae. TRIBULIQUE. [74] Genus ſpinae, quod donec viret mollia folia habet; ubi inaruerit aſperantur in ſpinas: Hos *tribulos* ſparſiſſe pugnaturus cum Romanis Hannibal dicitur, fugamque ſimulaſſe; quem cum Romani inſequerentur ignorantes, & fugere credentes, in hoc genus fraudis incurrerunt, & ab hoſtibus in praelium recurrentibus caeſi ſunt. INTERQUE NITENTIA CULTA. Quae ideo coluntur, ut niteant; aut quae per cultum nitere debeant.]

154. INFELIX LOLIUM. Infoecundum; contra II. Georg. 188. *Felicemque trahit limum.* STERILES AVENAE. Ad diſcretionem earum, quae feruntur: [75] [nam in multis provinciis etiam inter fructuum genera numerantur. DOMINANTUR vero, eminent, quia & validiores & altiores ſunt.]

155. QUOD NISI ET ASSIDUIS TERRAM INSECTABERE RASTRIS. Jam [76] concludit, & hoc dicit: Niſi ſaepe ſarrieris: propter [77] illud, ſup. 120. *Et amaris intyba fibris Officiunt:* Niſi aves fugaveris: propter [78] illud, *Improbus anſer, Strymoniaeque grues:* Niſi falce amputaveris ramos: propter [79] illud, *Aut umbra nocet:* Niſi votis invocaveris pluvias: propter ſup. 100. *Humida ſolſtitia, atque hyemes orate ſerenas:* ſine cauſa ingentes frumenti alieni acervos aſpicies. Per quod oſtendit ruſticum ſua inertia famem, non anni vitio, ſuſtinere. [80] [Sane ad illud rettulit, quod ſupra 127. ait, *in medium quaerebant*; at nunc ſibi quiſque, nec ad nos pertinet acervus alienus.] INSECTABERE. Pro inſectatus fueris. Futurum indicativi pro futuro ſubjunctivi. RASTRIS. Sarculis

VARIORUM.

ex ſua perſona Poëta, ſed narrat, per quos gradus artes proceſſerint induſtria hominum, ut recte hic Catroeus. BURM.

148. SACRAE. *Sacra* editio Genevenſis cum Servio Danielis. *Sacrae ſilvae* dativum eſſe puto, ut Dodonaea intelligatur. utinam in aliquo codice reperiretur *ſacras deficerent ſilvas.* ut infr. 298. *noctes non deficit humor.* ubi vide notas. ſed ſequenti verſui tum vis fieret. ſi nominativus eſt *ſacrae ſilvae*, ut Servius ponit, hypallage eſſe deberet, *ſilvae deficiunt glandes*, pro non exhibent; quod durius. ſi genitivus, conſtruendum, glandes ſacrae ſilvae deficerent, hoc verbo neutro ſignificatu poſito. BURM.

150. FRUMENTIS. *Frumenti* Gudianus. an *ex frumentis*, id eſt cum ſeri coeptum eſſet? *ut mala culmus* Gudianus & a m. pr. Parrhaſ. BURM.

151. RUBIGO. *Robigo* Mediceus noſter cum Gudiano, & Vaticanus Pierii, de quo ad Naſonem lib. IV. Faſt. 907. ſic & infra libri iidem praeſtantiſſimi verſu 495. *Exeſa inveniet ſcabra robigine tela.*

67 deeſt R. L. V. Voſ. Steph. al. 68 Rubigo Voſ. R. L. Steph. al. Et Dan. ſemper. 69 deſunt L. Steph. al. 70 ſed abuſive Voſ. R. L. V. Steph. al. 71 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 72 deſunt iiſdem. 73 tota nota deeſt iiſdem. 74 genus * ſpecie Dan. 75 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 76 non claudit Dan. 77 illud etiam, *amaris* L. Voſ. R. 78 deeſt V. L. Voſ. R. 79 deeſt iiſdem. 80 deſunt R. L. Voſ. ad ℣. 157. Steph. & al. ad *inſectabere.*

Digitized by Google

Et ſonitu terrebis aves, & ruris opaci
Falce premes umbras, votiſque vocaveris imbrem:
Heu, magnum alterius fruſtra ſpectabis acervum;
Concuſſaque famem in ſilvis ſolabere quercu.
Dicendum, & quae ſint duris agreſtibus arma:

Quis

SERVII.

156. TERREBIS. Pro, terrueris.

157. PREMES [81] UMBRAS. Coartabis, & imminues, [82] [compeſces. VOTIS. Sacrificiis, precibus. UMBRAS. Id eſt, ramos arborum incumbentes ſegetibus amputans. VOTISQUE VOCAVERIS IMBREM. Ut invoces fore tibi pluviam. ALTERIUS ACERVUM. Qui haec accurate egerit. FRUSTRA SPECTABIS. [83] In alio cernens, quod ipſe non habeas.]

159. FAMEM SOLABERE. Ac ſi diceret: Ne glandibus quidem ſatiaberis: [84] [ſed tantum famem produces] quia dixerat, 149. *Et victum Dodona negaret.*

160. [85] DICENDUM ET QUAE SINT DURIS AGRESTIBUS ARMA. Quaſi magnum opus aggredior, ut III. Georg. 294. *Nunc veneranda Pales.* DURIS AGRESTIBUS. Quia in labore durant.] ARMA. Id eſt, inſtrumenta: ut alibi I. Aen. 177. *Cerealiaque arma.*

PHILARGYRII.

157. FALCE PREMES UMBRAS. Quia arbuſta ſeri ſolent: & *Premes*, pro compeſces.

VARIORUM.

tela. apud Scholiaſten Horatii Ode XXIII. libri III. *ne mala culmos*, pro *ut.* mox *tribolique* Mediceus & Gudianus. HEINS. *Robigus* Deus occurrit in lapide apud Reineſ. I. 233. BURM.

Ibid. HORRERET. *Horreſcet* Venet.

153. NITENTIA. *Virentia* Parrhaſ. & Ed. Mediol. Male. vid. ad lib. II. 211. BURM.

154. DOMINANTUR. *Naſcuntur* Moretanus ſecundus. vid. Ecl. V. 37.

155. TERRAM INSECTABERE. *Herbam inſectabere* Mediceus & uterque Mentelii, primus Moretanus, & quinque alii cum Gudiano. ſic ſupra, *efficiunt ſine frugibus herbae*, & mox *Area cum primis ingenti aequanda cylindro, Ne ſubeant herbae.* invenerat eamdem ſcripturam in codice pervetuſto Pierius Valerianus. HEINS. *Adſiduus* Venetus. *terram ſectabere* Parrhaſ. *herbam* Regius; & praetulit Catroeus jactantior, quaſi ipſe primus ita edidiſſet. Male. vid. ſupr. 104. qui vero raſtris terram inſectatur, herbas malas ſimul eruit, & interficit. BURM.

Ibid. INSECTABERE. Poſitum pro *inſectatus fueris* dicit Servius. & non videtur convenire ſequenti *vocaveris*; ſed vide quae diximus ad Phaedr. IV. ult. & ad Gratii Cyneg. 243. ſic mox 208. *fecerit* & *dividit.* III. Aen. 367. *Vito* & *poſſim.* BURM.

157. FALCE PREMES UMBRAS. *Umbram* non *umbras* Mediceus, primus Moretanus, Mentelianus prior, Gudianus, & alii quatuor. quod & ipſum Nonius Marcellus agnoſcit in *Premere.* HEINS. & Parrhaſ.

Ibid. VOTISQUE. Reſpicit ad Jovis Pluvii invocationem, ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ de quo vide ad illa Petronii cap. XLIV. *Jovem aquam exorabant, itaque ſtatim urceatim pluebat.* & hoc ordo requirit dictorum ſupr. 121. ubi poſt *umbram*, ſequitur. & invocari debet ideo, ut qui labores induxit, facilem faciat agriculturam BURM.

158. HEU, MAGNUM ALTERIUS FRUSTRA. Apud Senecam libro VII. 5. de Beneficiis. *Heu, fruſtra magnum alterius.* ſed pro vulgata ſtat ſcriptura Nonius Marcellus verbo *ſpectare.* HEINS. Et recte, ſuum enim non alterius *exſpectaret.* ſed cum pallore & invidia vicini fertilitatem agri videbat. Waddel. Animadv. Critic. p. 7. *Ulterius fruſtra exſpectabis.* ſed contra ſcriptos codices & mentem Poëtae. BURM.

159. CONCUSSAQUE *Conceſſamque* Editio Genev.

81 UMBRAM V. L. Voſ. R. 82 deſunt Voſ. R. L. ad Ỳ. 159. Steph. al. ad UMBRAS. 83 F. in alieno. 84 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 85 deſunt L. R. Voſ. ad ARMA. Steph. al. ad DURIS.

Digitized by Google

Quîs ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes:
Vomis, & inflexi primum grave robur aratri,
Tardaque Eleuſinae matris volventia plauſtra,
Tribulaque, traheaeque, & iniquo pondere raſtri:

Vir-

SERVII.

161. [86] [QUEIS SINE. Sine quibus. SERI. Seminari. SURGERE. Creſcere.]

162. VOMIS. [87] Et ab eo quod eſt *vomer*, & ab eo quod eſt *vomis*, *vomeris* facit; ſed rationis eſt, [88] *vomer*: nam *vomis* uſurpatum eſt: rarum enim eſt, ut [89] in *is* exeuntia, [90] [*ris*, in obliquis recipiant, ut, *cinis*, *pulvis*. Talis eſt & in Graecis ratio: nam [91] *actin* & *actis* dicunt,] *delphin* & *delphis*; *Eleuſin* & *Eleuſis*: ſed verius in *n* deſinunt, quod in obliquis habent, ut [92] *actinos*, *Eleuſinos*, *delphinos*. INFLEXI PRIMUM GRAVE ROBUR ARATRI. [93] [Periphraſticῶs aratrum: [94] nam *inflexi* [95] [pro *flexi*] poſuit; [96] quia *in* abundat: *Grave* autem *robur*,] propter ſulcos altius imprimendos, [96 *] [& *grave robur* eſt, cui vomer accommodatur.]

163. TARDAQUE ELEUSINAE MATRIS VOLVENTIA PLAUSTRA. [97] *Eleuſin* civitas eſt Atticae provinciae, haud longe ab Athenis: in qua cum regnaret Celeus, & Cererem, filiam quaerentem, [98] liberaliſſime ſuſcepiſſet hoſpitio, [99] illa pro [1] remuneratione oſtendit ei omne genus agriculturae: filium etiam ejus Triptolemum recens natum per noctem igne fovit; per diem divino lacte nutrivit: & eum alatis ſerpentibus ſuperpoſitum, per totum orbem miſit, ad uſum frumentorum hominibus indicandum. [2] *Volventia* autem *plauſtra*, id eſt, volubilia: [3] *Matris Eleuſinae*, id eſt, qualia oſtendit Ceres apud [4] Eleuſina: aut certe, qualibus Mater Deûm colitur: nam ipſa eſt etiam Ceres. [5] [Romae quoque ſacra hujus de plauſtris vehi conſueverant: *Volventia* autem, quae volvuntur, quod venit a volvo, non volvor.]

164. TRIBULAQUE. Genus vehiculi [6] [omni parte dentatum] [7] quo teruntur in area fruges maturae, [8] [quo maxime in Africa utebantur.] TRAHEAEQUE. Vel tabula eſt, ut quidam dicunt, quae trahentibus bubus ſolet areae induci, ad pabulum colligendum; vel vehicula ſine rotis, quas vulgo *trabas* dicunt; &] [9] cauſa metri [10] [in hoc nomine] epentheſin fecit, ut *navita*, & *Mavors*, pro *nauta*, & *Mars*. [11] [Traha autem vehiculum eſt a trahendo dictum: nam non habet rotas.] INIQUO PONDERE RASTRI. Pro iniqui ponderis, id eſt, magni; ſcilicet, ut ſine labore ruſtici glebas [12] poſſint infringere.

VARIORUM.

nev. peſſime. ita IV. Georg. 81. *Nec de concuſſa tantum fluit ilice glandis*. BURM.

161. NEC POTUERE. *Non* Zulichemianus.

162. VOMIS. Vel *vomer* Rottendorphianus. vide ſupr. ℣. 46.

163. TARDAQUE. *Tardeque* Voſſian.

164. TRIBULAQUE, TRAHEAEQUE. Apud Nonium *Tribulaeque*. ſed mendoſe. *trabaeque* etiam

86 deſunt L. Voſ. R. 87 vomis dicitur, quod trudendo vomit terram G. 88 ut *vomer* Dan. 89 ut *his* L. ut in *ri* al. ut in *r* Voſ. R. ut in *is* ex. R. in V. 90 deſunt L. 91 Attin in Attis V. 92 deeſt B. Attinos V. 93 deſunt L. Voſ. R. uſque ad *propter* in Dan. erat, vet. Cod. periphraſticῶs, quod ex Danielis margine in textum irrepſit. ut alibi. 94 inflexi autem L. V. Voſ. R. Steph. al. 95 deſunt Fab. 96 nam *in* R. Voſ. Steph. al. 96 * deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 97 Eleuſin Civitas, Ciae (f. Atticae) haud longe &c. uſque ad *genus agriculturae*. deinde. matrem autem Eleuſinam quaerere dicit. nam ut patres Deos dicebant veteres, ita Deas matres vocabant. Eleuſina dicta ab Eleuſina Atticae. G. 98 deeſt G. 99 deeſt G. 1 munere Steph. al. muneratione R. 2 ergo hoc dicit, plauſtra volventia matris Eleuſinae, id eſt qualia &c. B. R. V. Voſ. L. Steph. al. 3 aut quaerendum eſt quid ſint volventia plauſtra Eleuſ. &c. Dan. 4 Eleuſin V. L. Voſ. R. al. 5 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Cl. Dorvillius conjiciebat, *ſacra hujus deae plauſtris vehi* &c. & de hoc more egiſſe Bentlejum ſuper Epiſtolis Phalaridis p. 289. mihi linguae Anglicae ignaro indicaverat. BURM. 6 deſunt Voſ. R. L. B. Steph. al. 7 *Teruntur* omnes ſcripti & editi ante Danielem, qui *feruntur* dedit, ut credo, vitio operarum. quare operae pretium non retulere viri docti, qui ſolam Danielis editionem, & illam ſecutas, conſulentes, emendaverunt *teruntur*, ut Gataker. II. Obſerv. 2. Scheffer de Re Vehic. II. 7. pag. 127. Piccart. Peric. Critic. c. 27. Muncker. ad Hygin. Fab. CXII. qui *unde teruntur* volebat. immo Neſtor jam ita citaverat. in quibuſdam Edd. eſt, quo teruntur frumenta matura in area. BURM. 8 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 9 Epentheſis eſt *Trabeae* pro *Trahae*, ut navita pro nauta. Traha autem Steph. al. 10 deſunt L. Voſ. R. 11 deſunt Dan. 12 poſſit Voſ. L. V. L. poſſit conſtringere G.

Virgea praeterea Celei viliſque ſupellex,
Arbuteae crates, & myſtica vannus Iacchi.
Omnia quae multo ante memor proviſa repones;

Si

SERVII.

165. VIRGEA PRAETEREA CELEI VILISQUE SUPELLEX. Id eſt, vaſa de vimine [13] facta, qualia Ceres [14] Celeo aliquando monſtravit: ut *qualos*, *corbes*, & caetera. [15] [*Vilis* autem [16] *ſupellex* quoniam de geniſtis, vel junco, vel alba vite ſolent fieri.] Sane [17] *haec corbis* dicendum eſt [18] [foeminino genere,] ſecundum Tullium, qui ait, [19] [in Sextiana] cap. 38. *Meſſoria ſe corbe contexit.* [20] SUPELLEX autem uſurpatum eſt: nam artis eſt, *haec* [21] *ſupellectilis*. Genitivus enim aut par debet eſſe [22] nominativo, aut una ſyllaba major, ut *muſa muſae*: [23] *doctor doctoris*. Si duabus majorem [24] invenerimus, contra artem id eſſe manifeſtum eſt, ut *anceps*, *praeceps*, & pauca alia.

166. [25] ARBUTEAE CRATES. Ex arbuto factae.] ET MYSTICA VANNUS IACCHI. Id eſt cribrum areale. Legimus tamen & *vallus*, ſecundum Varronem: [26] [*Hanc fiſticula Pollio myſta vallus:*] quod [27] idem nihilominus ſignificat. *Myſtica* autem *Iacchi* ideo ait, [28] quod Liberi patris ſacra ad purgationem animae pertinebant: & ſic homines ejus Myſteriis [29] purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur. Hinc eſt, quod dicitur Oſiridis membra a Typhone [30] dilaniata Iſis cribro ſuperpoſuiſſe: nam [31] idem eſt Liber Pater, in cujus Myſteriis *vannus* eſt: quia, ut diximus, animas purgat. Unde & Liber ab eo, quod [32] liberet, dictus, quem Orpheus a gigantibus dicit eſſe [33] diſcerptum. [34] [Nonnulli Liberum Patrem apud Graecos [35] Λικνίτην dici adſerunt; *vannus* autem apud eos λίκνον nuncupatur: ubi de more poſitus eſſe dicitur, poſtquam eſt utero matris editus. Alii *myſticam* ſic accipiunt, ut *vannum* vas vimineum latum dicant, in quod [36] ipſi propter capacitatem congerere ruſtici primitias frugum ſoleant, & Libero & Liberae ſacrum facere. Inde *myſtica*.]

167. [37] [OMNIA QUAE MULTO ANTE MEMOR. Bene non vult ruſticum tunc quaerere, quae dixit, dicturuſve eſt, cum jam opus ſint.] ANTE MEMOR PROVISA REPONES. Antequam agriculturam exerceas, ante praeparabis haec omnia, quae in illius rei ſunt uſum neceſſaria. PROVISA. Id eſt praeparata. REPONES. Recondes, & ſalva cuſtodies.

PHILARGYRII.

165. CELEI. Celeus rex Eleuſiniorum, apud quem Ceres hoſpitata dicitur filiam quaerens. Hic primus propter uſum ſerendi, quem a Cerere Triptolemus filius ejus acceperat, excogitavit caniſtra, ciſtas, & his ſimilia.

166. ET MYSTICA VANNUS IACCHI. *Vannus* eſt vas vimineum latum, in quod propter capacitatem ruſtici congerere frugum primitias ſolent, & Libero ſacrum facere. Unde MYSTICA dixit: eſt autem uſus ejus, ut fabam vannat.

VARIORUM.

iam Mediceus, uterque Mentelianus, Gudianus, alii nonnulli. ſic *derit* pro *deerit* in veterrimis exemplaribus, & *derraverat*, pro *deerraverat*, *caprae* pro *capreae*, ſimiliaque. HEINS. Vide Scheiferum de Re vehiculari II. 7. *traaeque* Reg. *trabaeque* Parrhaſ. *trabeaeque* Ald. Papias, *Trabae*, quam ruſtici *tragulam* vocant. BURM.

Ibid. ET INIQUO. *Et* deeſt Voſſian. priori.

165. CE-

13 deeſt Voſ. R. L. B. Dan. & al. 14 deeſt al. 15 deſunt B. Voſ. L. R. Steph. al. 16 *ſupellexque*. . . nam Dan. *quoniam* Pieeartus d. l. emendabat. 17 *haec* & *corbis* Dan. *Corvis* & mox *ſe corve* L. Voſ. R. *haec* & *corbes* V. forte bene. non enim aliter quid huc *&* copula faciat video. *Corbes*, autem ut *vulpes*, & *vulpis* & ſimilia. vid. ad Phaedr. I. 7. BURM. 18 deſunt L. Voſ. R. 19 deſunt V. B. L. Steph. al. 20 ſane *ſupellex* uſurpativum eſt V. L. B. Voſ. R. Steph. al. 21 *ſupellectilis* Voſ. 22 nomini L. 23 ut doctor B. L. 24 invenimus L. 25 deſunt L. Voſ. R. 26 deſunt B. L. Voſ. R. Steph. al. 27 id Steph. 28 quod apud antiquos Liberi patris, quem nunc Iacchum vocat, ſacra &c. Steph. Vannus quo (qua) grana ventilantur. Iacchi ideo, quia Liberi patris ſacra ad p. animarum pertinebant G. 29 deeſt G. 30 dilaniati V. B. L. Voſ. R. 31 Hyacchus idem eſt L. Voſ. 32 liberet & Oſirim L. 33 diſceptum L. 34 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 35 λικμητὴν & mox λικμὸς Dan. ſed vulgata ſana eſt. vid. Spanh. ad Callim. Hymn. in Jovem ℣. 48. & Muncker. ad Hygin. Fab. 111. BURM. 36 ipſi opſiti * capacitate Dan. ſed Heinſius volebat, *ipſi [illegible]*, viri docti manus, *ipſi propter*, vel ob *capacitatem* 37 deſunt L. V. R. ad ℣. 170. in Edd. Dan. & Fabr. leguntur poſt ℣. 170 & inde ſequentia ad ℣. 168. & 169. in Steph. & al. deſunt ad *ante memor*.

Si te digna manet divini gloria ruris.
Continuo in ſilvis magna vi flexa domatur
In burim, & curvi formam accipit ulmus aratri.
Huic a ſtirpe pedes temo protentus in octo,

Bi-

SERVII.

168. [38] [SI TE DIGNA MANET D.G.R. Id eſt, ſi te capit dignitas ruris, vel agri colendi gloria.] MANET. Expectat. DIVINI GLORIA RURIS. Id eſt, ſi tu gloriam divini ruris vis adipiſci: aut ſi id tibi conceſſum eſt caelitus, ut gloriam ruris habeas. DIVINI autem, a diis conditi, vel quia terra, Dea dicitur.

169. CONTINUO. Principio, ſtatim, aut priuſquam agriculturam coeperis. VI. Virtute. DOMATUR. Uſui ſervire cogitur. FORMAM. Modum.

170. IN BURIM. [39] In curvaturam: nam *buris* eſt curvamentum aratri, dictum quaſi βοὸς οὐρὰ, quod ſit in ſimilitudinem caudae bovis: [40] [Alii *burim* curvaturam temonis, quae ſupra eſt; & quod eſt infra, *urvum* dicunt: *buris* enim ut curvetur, ante igni domatur & amburitur, unde & quae naturaliter inveniuntur [41] curvae, ita dicuntur. Varro ait: *Totum burim indici ab urbe*.]

171. [42] [HUIC. Aratro ſcilicet. A STIRPE. Id eſt, arboris, hoc eſt II. Georg. 53. *Nec non & ſterilis quae ſtirpibus exit ab imis*: alibi pro ipſa arbore: XII. Aen. 770. *Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum*. Vel alibi dicitur ab initio, a radice, vel ima ſummitate.] TEMO. Ad quem ligantur, vel junguntur boves. PEDES PROTENTUS IN OCTO. Subaudi aptatur.

PHILARGYRII.

170. IN BURIM. *Buris* pars aratri curva, quae ut curvari poſſit, ante praeuritur.

VARIORUM.

165. CELEI. *Caelei* Mentelii primus & Gudianus.

166. MYSTICA. In ſacris adhiberi ſolita. ita Tibullus lib. I. XI. 26.

Hoſtiaque e plena myſtica porcus hara.

ſic enim Manuſcriptum, & e Manuſcripto editum exemplar Regii Lepidi ante annos LXXIX. FABRIC.

167. MEMOR. Videtur de futuro hic dici, ut animo ſuo proponat agricola, & provideat, quae deinceps neceſſaria ſint futura. ſic *meminiſſe* etiam & *recordari* poni vidimus ad Ovid. X. Ep. 79. ſed haec verba & praeterita & futura ita menti obverſantia, ac ſi praeſentia eſſent, exprimunt. ut de praeſenti re utitur noſter lib. X. 802. *Nec ſonitus memor aut venientis ab aethere teli*. & inf. lib. II. 347. *multa memor obrue terra*. id eſt, ſumma cura id agens, non obliviſcens, quia multa inde commoda, quae mox enumerat, poſſent provenire. hinc neſcio an jure reprehendat Trebellium Poll. Caſaubonus, qui in Claud. III. dixit, *futurorum memor*, pro provido. nec diſſimiliter uſus hac voce Livius III. 3. *quod nihil minus, quam ne victus ac prope in caſtris obſeſſus hoſtis, memor populationis eſſet, timeri poterat*. id eſt de populatione facienda cogitare poſſet. plura de *meminiſſe*, *memor* &c. ad manum ſunt exempla in hanc rem. ſed haec ſufficiant. *praevisa* etiam Leidenſ. ſec. *reponas* Parrhaſ. Zulich. & Moret. ſecundus. BURM.

168. MANET. *Movet* alter Rottendorphius.

169. DOMATUR. *Dometur* fragmentum Moreti. *inflexa* etiam Parrhaſ.

170. BURIM. Catroeus praecipuum aratri lignum intelligit, cui adhaeret Temo, & Vomis. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 576. *Buram* a Varrone dictam Nonius in *Bura* notat. BURM.

Ibid. ULMUS. *Ulmos* Gudianus.

171. HUIC A STIRPE. *Ab ſtirpe* Mediceus a manu ſecunda, neque aliter ſecundus Moreti & Voſſianus alter. Dictum Aeneidos VIII. ℣. 130. Priſciani tamen exemplaria vulgatam lectionem hic amplectuntur. HEINS. *Protenſus* Menagianus prior. *protectus* vitioſa Genev. Edit. *praetentus* Moreti quartus.

172. Bi-

38 deerant Steph. al. 39 pars aratri quae curvatur. Buris ut videtur dicta a buſtione: igni enim flectitur. quaſi *buſura*, quae fit in ſimilitudinem caudae bovis. G. 40 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 41 curva al. 42 deſunt Voſ. R. ad ℣. 172. in Steph. & al. erat a ſtirpe, a radice, omiſſis mediis, & in Fabr. ſcilicet arboris. vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 576. etiam, dicitur abitio, pro ab initio Dan.

Binae aures, duplici aptantur dentalia dorſo.
Caeditur & tilia ante jugo levis, altaque fagus,
Stivaque, quae currus a tergo torqueat imos;
Et ſuſpenſa focis explorat robora fumus.
Poſſum multa tibi veterum praecepta referre;
Ni refugis, tenuiſque piget cognoſcere curas.

Area

SERVII.

172. BINAE. Duae, quibus latior ſulcus [41] efficiatur. DUPLICI APTANTUR DENTALIA DORSO. *Dentale* eſt lignum, [44] in quod vomer [45] inducitur. DUPLICI autem DORSO, aut lato, ut III. Georg. 87. *At duplex agitur per lumbos ſpina:* aut re vera, DUPLICI, cujus utrumque [46] eminet latus: [47] nam fere hujuſmodi ſunt [48] omnes vomeres in Italia.

173. [49] JUGO. Id eſt, ad jugum. LEVIS. Ideo *levis*, ne boves laborent.

174. STIVA. Manica aratri, [50] qua regitur, gubernaculum. Cicero in Scauriana: [51] *Ab ſtiva ipſa mecum homines* [52] *conloquebantur*. CURRUS IMOS. *Currus* autem dixit, propter morem provinciae ſuae, in qua aratra habent rotas, quibus juvantur. [53] [A TERGO. Poſt tergum. TORQUEAT. Vertat.]

175. SUSPENSA FOCIS EXPLORET ROBORA FUMUS. [54] Probatae enim ſoliditatis ſunt ligna, ſi in fumo minime rimas effecerint: [55] [namque ad exudandum [56] fumo adhibita, ſi rimas faciunt & ſciſſuras, mala ſunt & infirma.] Totus autem hic locus de aratro Heſiodi eſt: Ἔργ. 422. [57] [Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον, Ὅλμον μὲ τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν, Ἄξονα δ' ἑπταπόδην.]

176. [58] [POSSUM MULTA TIBI VETERUM. Doctrinam ſuam commendat; [59] *veterum* autem, ut Heſiodi, qui primus de agricultura ſcripſit; aut aliorum antiquorum: *Tibi* autem, id eſt, o Maecenas, inquit, vel o agricola, hoc eſt enim *tibi*.

177. NI REFUGIS. [60] [Quia alibi ait II. Ecl. 28. *ſordida rura*:] Ni grave tibi ſit: [61] [vel quia poſt dicturus eſt de minoribus animalibus. TENUESQUE PIGET COGNOSCERE CURAS. *Tenues*, modicas; & poteſt hoc ex affectu alterius dictum accipi. Niſi grave tibi ſit.] TENUES. Leves. PIGET. Pigrum eſt.

VARIORUM.

172. BINAE AURES. *Bina auris* in primo Moretano. quod elegantius omnino videtur & concinnius. praeterea *dentilia* in ſecundo Moreti: ſed Columellae etiam *dentalia* dicuntur, & Perſio Satyra prima. HEINS. *Dentalia* etiam Menag. pr. Parrhaſ. & a manu ſecunda. Leidenſ. pr. quod vero Heinſio elegantius videatur *bina auris*, vellem probaſſet in uſu fuiſſe: nam quod Lexica ex Ovid. IV. ex Pont. IX. *binus honor*, proferunt, ibi ipſe Heinſius recte oſtendit *bimus* eſſe legendum. ut ita ex codicibus etiam infr. lib. IV. 299. *bima fronte* pro *bina* eſt reſcribendum, ut ex Servio patet. BURM.

173. TILIA. *Talea* Gudianus. *Editur & tertius* Mentelius a m. pr.

174. STIVAQUE. *Stiva quoque & currus* Ed. Venet.

175. EXPLORET. *Explorat* Schefferianus cum fragmento Moreti, & Gudiano, & a manu prima Mediceus; caeteri omnes *exploret*. HEINS. Et ita Nonius in *explorare*.

178. TUM

43 efficitur Voſ. R. L. 44 ad quod Steph. Dan. Fabr. al. 45 includitur, eaed. Edd. & aliae, & mox, dorſo dicitur Dan. al. 46 eminentia tui L. 47 & fere Steph. al. 48 deeſt Voſ. R. 49 TILIA genus arboris leviſſimae G. 50 quae regitur L. qua tegitur Cod. Urſ. *gubernaculum* vero deeſt R. L. Voſ. Steph. al. 51 deeſt L. V. Voſ. R. 52 loquebantur V. L. Voſ. R. Steph. al. 53 deſunt L. Voſ. R. al. 54 quod vitia materiae parent. probat enim quod ſolida ſunt, ſi f. m. r. fecerint ipſa robora G. *ligna* deeſt V. Voſ. R. L. 55 deſunt L. Voſ. R. 56 fumum Steph. Dan. malim, fumo adhibito. 57 deſunt V. L. 58 deſunt L. Voſ. R. ad hyſteron ỳ. 178. in Steph. al. ad *ni refugis* in aliis ad *tenuesque*. 59 vid. ad Fann. de Ponderibus ỳ. 31. quae dixi. BURM. 60 deſunt Steph. al. 61 deſunt iiſdem ad Tenues.

Area cum primis ingenti aequanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta ſolidanda tenaci:
Ne ſubeant herbae, neu pulvere victa fatiſcat;
Tum variae inludant peſtes. Saepe exiguus mus
Sub terris poſuitque domos atque horrea fecit:

Aut

SERVII.

178. Area cum primis. In primis. [62] Ingenti aequanda cylindro, Et vertenda, &c. [63] [Haec per] Hyſteron proteron poſuit: [64] prius enim eſt, ut manu terra vertatur: deinde ſolidetur glarea: [65] poſtremo aequetur *cylindro*, id eſt, lapide tereti, in modum [66] columnae, qui a volubilitate nomen [67] accepit: κυλίνδειν enim eſt [68] vertere. [69] [Sane area locus eſt vacuus, aut natura, aut ſtudio factus, ne quid inde edi naſcive poſſit, quaſi qui exaruerit. *Cum primis* autem, id eſt, interea, quod maxime neceſſarium eſt, vel inter prima opera & officia.]

180. [70] [Subeant. Succedant, enaſcantur.] Neu pulvere victa fatiscat. Hypallage eſt, pro, [71] ne victa fatiſcat in pulverem, [72] [id eſt, diſſolvatur. *Fatiſcat* autem ſignificat adfatim hiſcat.]

181. [73] [Tum. Id eſt, etiam.] Variae illudunt pestes. [74] Per ludum nocent, [75] [quaſi ludendo & ſine labore ſaeviant.] Saepe exiguus mus. Nitela, [76] [mus agreſtis robeus:] cujus Cicero meminit in [77] Sextiana cap. 33. Et quia [78] [hic Virgilius] vilium animalium mentionem facit, ideo praemiſit: *Ni refugis, tenueſque piget cognoſcere curas.* [79] [Dicendo autem *exiguus mus*, multum ex ipſa deminutione nominis, & numeri ſingularis enunciatione, addidit dignitatis: riſus enim eſt quidam poëta, (Quinctil. viii. de Inſt. Or. 3.) qui ait: *Praetextam in ciſta mures roſere Camilli.*

182. Posuitque domos, atque horrea fecit. Ultra meritum rei locutus eſt.]

PHILARGYRII.

179. Et vertenda manu. Ante vertenda manu, & ſic aequanda. *Cum primis* autem, inter prima.

180. Fatiscat. *Fatiſcat*, ſolvatur: & *Pulvere*, pro ſiccitate.

VARIORUM.

178. Tum primis. *Cum primis* recte pro *imprimis*, nam *tum primum* vitioſe legitur. FABRIC. *Cum primum* Mentelianus & Moretanus priores. *tum primum* Moreti fragmentum. HEINS. *Quam primum* Zulichemius. *tum primum* Parrhaſ. & Moreti fragm. & Ed. Mediol. *cum primum* Leidenſ. Ed. Venet. *eſt* deeſt Parrhaſ. & Reg. & pluribus.

179. Et vertenda. *Evertenda* ſecundus Rottendorphius. *verrenda* Ed. Mediol. *vertenda* eſt ſubigenda, ut lutum ſolet. BURM.

180. Neu pulvere victa fatiscat. Hypallagen facit Servius. Carroeus capit *pulvere*, pro tempore, quo aeſtas ſicca & calida facit dehiſcere & rimas agere terram. quam interpretationem ſuggeſſiſſe potuit Philargyrius, qui *pulvere* exponit, *ſiccitate*; & adjuvari poteſt haec expoſitio ℣. 101. *hiberno laetiſſima pulvere farra*, ubi *ſerenitate* explicatur: & hinc *pulverulenta aeſtas* dicitur ℣. 66. eodem ergo modo eſſet, ut *ludis gladiatoribus*, pro tempore, quo eduntur. de quo egimus ad Ovid. viii. Met. 19. & ita infr. 430. *Vento rubet aurea Phoebe*, id eſt quum ventus eſt, vel imminet. firmari etiam poſſet Varronis loco ex lib. i. cap. 51. ubi de area agit, *ne aeſtu perrimoſa:* ubi Commelini editio vitioſe *poeminoſa*, quum aliae *rimoſa*. ſed *perrimoſa* eſt in antiqua Bononienſi editione, quod placet prae antiquata illa voce. *nam* addit, *ne in rimis ejus grana oblitefcant.* quod

62 Area ex ariditate dicta, quia caret ſucco G. 63 deſunt L. B. 64 nam primum eſt L. Steph. al. 65 poſtmodum al. 66 columnae, quo creta coaequatur, ne ſolvatur in pulverem G. 67 accepit, ut *donant arcana Chylindros* V. 68 verti Steph. al. & in Edd. Dan. & Fabr. legitur hoc in ſeq. ℣. nota poſt *enaſcantur*. 69 deſunt Voſ. R. Steph. al. 70 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 71 nec L. 72 deſunt L. Steph. al. 73 deſunt L. Voſ. R. al. 74 perludunt V. L. Voſ. R. 75 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 76 deſunt L. Urſ. Cod. Steph. al. 77 in Scuriana Cod. Urſ. 78 deſunt V. L. Voſ. R. mox, inde praemiſit Dan. 79 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. ad ℣. 183.

Aut oculis capti fodere cubilia talpae:
Inventuſque cavis bufo, & quae plurima terrae
Monſtra ferunt: populatque ingentem farris acervum
Curculio, atque inopi metuens formica ſenectae.

Con-

SERVII.

183. AUT OCULIS CAPTI FODERE CUBILIA TALPAE. Hoc eſt debiles oculis [80] [& muti:] cum enim talpae caeci naſcantur, [81] quomodo capti oculis? illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderunt.] Et mutavit genus: nam *haec talpa* dicitur: ſicut etiam de damis fecit, ut VIII. Ecl. 28. [82] *Et timidi venient ad pocula damae.*

184. [83] [INVENTUSQUE CAVIS BUFO. *Inventus*, pro qui invenitur: & *cavis* hic pro principali poſitum: Aliter enim II. Aen. 53. *Inſonuere cavae gemitumque dedere cavernae.*] CAVIS. Cavernis, [84] [& locis cavatis.] BUFO. Rana terreſtris, nimiae magnitudinis. MONSTRA. Id eſt, & alia [85] purgamenta terrarum. FERUNT. Gignunt. [86] [POPULATQUE. Veteres *populo*, *munero*, *aucupo*, *lucto* dicebant; nos addita *r* littera pronunciamus. FARRIS. Frumenti. Et hic ſpeciale poſuit pro generali: nam non ſolum *far*, ſed etiam alias fruges & ſegetes haec monſtra, vel vermes, populantur.]

186. CURCULIO. Varro ait hoc nomen per [87] Antiſtoechon dictum, quaſi *gurgulio:* [88] quoniam paene nihil eſt niſi guttur. INOPI METUENS FORMICA SENECTAE. *Senectus* [89] ſemper alienum requirit auxilium: nam *inopi*, non tantum ad formicam pertinet, ſed generale eſt epitheton ſenectutis: [90] [vel ne inops in ſenectute ſit, & hoc juxta opinionem poëticam dixit.]

VARIORUM.

quod *poeminoſae* non congruit. hoc vero ideo recte praecipit, quia medio aeſtu & meridie tritura fiebat, ut infr. ỷ. 298 docet. quo tempore jam area fatiſcere non debet, ſed aequanda eſt. Area vero debet ſtatui ſub dio, ut ex Varrone patet, ubi docet, eſſe debere *mediam paullo extumidam, ut ſi pluerit, non conſiſtat aqua* &c. & hoc ex aliis R. ſcriptoribus colligi poteſt. & hinc etiam Catroeus videtur inductus, ut *nitelam*, vel *nitedulam* magis, quam domeſticum murem cum Servio & aliis hic intelligat. hic vero locus dubia poſſet facere, quae olim notavi ad Val. Flacc. IV. 48. ubi de Halcyones nido:

Icta fatiſcit aquis donec domus.

ubi Heinſius malebat *victa fatiſcit*, ut hoc loco. ſed ibi aliam rem eſſe, nec contra codices novandum aliquid, etiam nunc cenſemus. pro *nitela* Lindebrogius apud Servium malebat *muſtela*, neſcio qua ratione. apud Ciceronem vero alii *nitedulam*, alii *vulpeculam* volunt, ut ex commentatoribus patet. in Ed. Aldi erat *fatiſcant*. BURM.

181. ILLUDUNT. *Inludant* Mediceus, Mentelianus prior, & tres alii cum Gudiano & Vaticano Principe Pierii. ut a ſuperioribus hoc dependeat. *cum variae* Venetus. HEINS.

182. DOMOS. *Domus* Moreti ſec.

183. AUT OCULIS CAPTI. *Oculos capti* eleganti Graeciſmo, & apud Maronem ſatis obvio, Nonius Marcellus profert in *capere*. Aruſianus tamen Meſſius & Cariſius vulgatam ſcripturam ſunt amplexi, ut & Priſcianus libro quinto, quibus codices noſtri ſubſcribunt. HEINS.

184. CAVIS. Vid. ad Phaedr. II. 4. *inventus cavis* Moreti ſec. *terrae* vero eſt nominativus pluralis.

185. POPULATQUE. In primo Moretano *populantque*. HEINS. Et ita Parrhaſ. *Gurgulio* Menag. pr. & alter Rottend. Reg. & tres alii, & Ed. Venet. *Curgillio* Voſſ.

186. ATQUE INOPI METUENS FORMICA SENECTAE. *Metuenſque inopi* Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro primo Satyra prima. HEINS.

187. CON-

80 deſunt Voſ. L. R. ad *& mutavit.* Steph. & al. ad *cum*, & mutae Dan. & Fab. 81 qui al. 82 *tum canibus timidi* V. L. Baſil. *venians* V. R. *veniant* L. 83 deſunt L. Voſ. Steph. al. 84 deſunt L. Voſ. R, Baſil. 85 Pigmenta L. 86 deſunt L. R. Voſ. ad ỷ. 186. Steph. & alii ad *Farris*. 87 Antiſtoeten L. Antiſthaeton R. Voſ. Antiſtichon al. vide haec explicantem Caſalionem Decad. VI. Obſerv. cap. 6. 88 eo quod nihil in eo pene aliud quam guttur videtur Baſil. q. p. nihil ſunt L. Voſ. R. q. nihil paene aliud ſit Steph. 89 deeſt L. quae ſemper Voſ. Baſil. quae enim L. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Contemplator item, quum ſe nux plurima ſilvis
Induet in florem, & ramos curvabit olentis:
Si ſuperant foetus, pariter frumenta ſequentur,
Magnaque cum magno veniet tritura calore.
At ſi luxuriâ foliorum exuberat umbra,

Ne-

SERVII.

187. Contemplator item. Prognoſticon eſt [91] anni futuri fertilis, vel infoecundi. Contemplator autem imperativi modi [92] tempus eſt: futurum pro praeſenti, contemplare, ut alibi lib. IV. 61. *Contemplator aquas dulces.* Terentius Heaut. IV. VI. ult. *Loquitor [93] paucula*, pro loquere, [94] ita contemplare. Nux plurima. Id eſt, longa, ſignificat autem amygdalum: ſed hoc Graecum eſt το ἀμύγδαλον, ϗ τα ἀμύγδαλα. [95] [Et plurima, ſicut III. Georg. 52. *plurima cervix*; & I. Aen. 419. *qui plurimus urbi Imminet.* Sylvis. Quidam pro arboribus accipiunt, ut II. Georg. 87. *Pomaque & Alcinoi ſylvae:* & alibi II. 26. *Sylvarumque aliae preſſos propaginis arcus.*] Sylvis. In ſylvis.

188. Induet in florem. [96] [Id eſt, Cum flos induet nucem, id eſt, veſtiet] in florem ſe effundet. [97] [Figurate hoc dixit.] Et bene elegit arborem, quae prima foliis veſtitur. [98] [Ramos curvabit olentes. Multitudine & denſitate foliorum. Olentes autem odoriferos.

189. Si superant foetus. Id eſt, ſi flores in fructus vertuntur, & ſi ipſi creſcant & abundent: nam proprie] Superant, abundant eſt. [99] [Pariter frumenta sequentur. [1] Et frumenta copioſa provenient.] Pariter hic pro ſimiliter antique dixit, ut Plautus in Aulularia Prol. 22. *Pariter moratus, ut pater [2] avuſque ejus fuit*, [3] [hoc eſt, ὁμοίως.]

190. Magnaque cum magno veniet tritura calore. [4] Aut aeſtus nimios fore ſignificat, [5] [cum abundantia frugum] [6] aut *calorem* dixit feſtinationem operis, ut alibi I. Aen. 436. *Fervet opus.*

191. [7] [Umbra. Pro fronde, ut alibi II. 297. *Ingentem ſuſtinet umbram*] ut oſtendat eo anno, pro copia frugum, feſtinatam & ſtudioſam trituram futuram. Luxuria foliorum exuberat. Superabundat, & amplior eſt.]

PHILARGYRII.

188. Induet in florem. Cum flos induat nucem, id eſt, veſtiat: figurate hoc dixit.

VARIORUM.

187. Contemplator. *Contempletur* alter Rottendorphius a manu prima.

Ibid. Plurima. Id eſt, multae in multis locis nuces, quae ubique ſunt obviae, & primae fere florent, ut inter illas amygdala, in exemplis Servii. Feſt. in *nuculas. quod in eorum regione plurima nux minuta naſcitur.* ſic Ecl. VIII. 96. *naſcuntur plurima Ponto.* vid. & II. Georg. 166. IV. 415. & alibi ſaepe. Sic *multa arena* lib. X. Aen. 589. id eſt *multum ſpatium arenae.* vid. ad Ovid. VIII. Met. 422. & Val. Fl. VI. 553. eodem ſenſu inf. 329. *quo maxima motu Terra tremit*, id eſt, magna pars terrae: nam *terra maxima* non debet capi, quaſi major reliquis univerſi partibus ſit, ſed terra, qua maxima eſt, latiſſime porrigitur, tremit. ſic ſup. 26. *Et te maximus orbis* &c. *Accipiat*, id eſt, qua patet latiſſime. & ita *magnus orbis* II. 338. BURM.

188. Induet. *Induit* Gudianus. Mediceus *curvavit.* HEINS. Rufinianus de Schematis Lexios pag. 34. *Induit & curvavit.* Venetus *curabit.* ut edidit vitioſe Maſvicius. BURM.

190 Calore. *Colore* Zulichemius a manu ſecunda.

191. Umbra. Ablativus eſt. quaſi dicat, per umbram vel cum umbra LINDENB. *Luxurians* emendaverat Heinſ. *Luxuries* Voſſian. alter. *luxurie*

91 anni fertilis V. R. Steph. al. anni infertilis L. 92 tempus futurum, *contemplator aquas* Voſ. R. L. ſed hic *tempus* ſignificat. 93 *pauca* L. 94 deeſt V. L. Voſ. R. aliis vox utraque. 95 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. al. 96 deſunt Voſ. R. L. 97 deſunt iiſdem. 98 deſunt V. L. Voſ. R. ad *ſuperant* ℣. 189. 99 deſunt L. Voſ. R. 1 & etiam al. 2 *atque avos* al. 3 deſunt Steph. al. 4 deeſt V. ut L. 5 deſunt L. Voſ. R. aut certe per calorem feſtinationem ſignificat Dan. 6 aut dixit feſtinationem futuram B. 7 deſunt L. Voſ. R. ad ℣. 192. Steph. & al. ad *ut oſtendat.*

Digitized by Google

Nequidquam pinguis paleâ teret area culmos.
Semina vidi equidem multos medicare ſerentes,
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca,
Grandior ut foetus ſiliquis fallacibus eſſet.
Et, quamvis igni exiguo properata maderent,

Vidi

SERVII.

192. NEQUICQUAM PINGUES PALEA TERET AREA CULMOS. Non pingues, [8] id eſt, ſine frugibus, ut alibi I. 443. *Nequicquam ſeros exercet noctua cantus*, id eſt, non. [9] [PALEA. Ablativus eſt, quaſi ex palea. Et hoc dicit: ſi in amygdali floribus folia ſemper abundaverint, & in frugibus paleae granis erunt copioſiores, & in area amplius paleae quam grana teruntur.] Et notandum, *paleam* dictam numero ſingulari, contra artem: nam ea, quae ex pluribus conſtant, numeri ſunt tantum pluralis, [10] [ſecundum artem] ut *cancelli*, *bigae*, *ſcopae*: licet abutantur poëtae. [11] [*Pinguis* ſane, & quamvis pinguis poteſt accipi: *area* vero, pro, in area.]

193. SEMINA VIDI EQUIDEM MULTOS MEDICARE SERENTES. Incipit dicere de medicandis [12] leguminibus, quemadmodum & majora fiant, & modico [13] igni ſolvantur. Bene autem ait: EQUIDEM, [14] [quod multi pro ego accipiunt, id eſt, ego quidem,] ut a praejudicio inchoaret: nam hoc dicit: Equidem haec vidi fieri; [15] ſed ſic quoque legumina degenerant, niſi [16] ſingulis quibusque annis hoc fiat. Inde enim eſt 199. *Sic omnia fatis In pejus ruere ac retro ſublapſa referri.* MEDICARE antique [17] dixit: nam majores *medico* & *medicor* dicebant, ut *populo* & *populor*: quae verba modo ab utraque ſignificatione tantum paſſivae ſunt declinationis. Sed ut *medicare* diceret pro *medicari*, metri neceſſitas fecit. Sane *medicor* accuſativum regit, ut *medicor illam rem*; *medeor* vero *illi rei* dicimus: nam *medeor illam rem*, figuratum eſt. [18] [SERENTES, aut ſaturos, aut ſerere volentes, ut II. Aen. III. *& terruit Auſter euntes*: vel SERENTES, ſerere incipientes.]

194. [19] [ET NITRO PRIUS. Nitrum ex aqua in modum ſalis coaleſcit, & ad Solem liqueſcit: quod aptum eſt ad lavandum.] ET NIGRA PERFUNDERE AMURCA. Olei ſordibus, ſed his, quae praecedunt: [20] [nam *ſordes*, quae ſequuntur oleum, *feces* vocantur. Et *amurca*, per *c* ſcribitur, & per *g* pronuntiatur.] ut *C. Gajus*, *Cn. Gneus*. [21] [Et *perfundere vidi*, pro, vidi perfundentes.]

195. [22] [GRANDIOR UT FOETUS. Id eſt, majora grana.] SILIQUIS FALLACIBUS. Quae fallere plerumque [23] conſuerunt. Interdum enim [24] leguminum folliculi, cum inanes ſint, majores videntur.

196. [25] [EXIGUO. Modico.] PROPERATA MADERENT. [26] Feſtinata coquerentur. [27] [MADERENT vero antique, pro cocta eſſent, & cito.

PHILARGYRII.

192. PINGUES PALEA. Quidam legunt, *pingues paleae*: Sed verior lectio, *pingues palea*, id eſt, pingues culmos palea, non frumento.

VARIORUM.

rie Parrhaſ. vid. ſup. 112. Ego *umbra* nominativi caſus eſſe puto, ſi umbra, id eſt, umbroſa arbor, exuberat *luxuria*, vel *luxurie* foliorum. ita IV. 511. *populea umbra*, eſt populus. ubi vid. BURM.

192. PINGUIS PALEAE. *Pinguis palea* Mediceus, alter Mentelianus cum Gudiano, & quatuor alii. *pingues palea* Mentelianus prior. *palea pinguis* in primo Moretano. HEINS. *Paleae* Ed. Med.

193. SE-

8 tunc enim plena ſunt, quando frumenta non habent, vel incaſſum pinguis, quae ſine fructu erit G. 9 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. 10 deſunt L. Voſ. R. 11 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. al. 12 ſeminibus leguminum Steph. al. 13 igne V. L. Voſ. R. 14 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 15 ſed quoties ſeruntur, toties legumina degenerant Cod. Urſ. 16 in ſingulis B. L. R. Voſ. 17 dicit V. B. L. Voſ. R. autem antique dixit. Steph. al. 18 deſunt B. L. Voſ. L. V. Steph. al. deinde, *volentes*, inſtans pro futuro, *ut & terruit* G. ſed Heinſ. legendum, *pro praeterito* cenſet. 19 deſunt L. Voſ. R. 20 deſunt L. 21 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 22 deſunt L. Voſ. R. al. abundantior & major fructus Steph. 23 conſueverant G. ſolent al. 24 deeſt V. L. Voſ. R. Steph. 25 deſunt V. L. Voſ. R. al. 26 feſtinanter Steph. Dan. Fab. al. 27 deſunt L. Voſ. R.

Vidi lecta diu, & multo ſpectata labore,
Degenerare tamen: ni vis humana quot annis
Maxuma quaeque manu legeret: ſic omnia fatis
In pejus ruere, ac retro ſublapſa referri.
Non aliter, quam qui adverſo vix flumine lembum

Re-

SERVII.

197. Lecta. Id eſt, cum labore electa.] Spectata. Probata, [28] ut VIII. 151. *Et rebus ſpectata juventus.*

198. [29] [Degenerare tamen. Cum ex bonis fuerint ſeminibus, mala effici & prava; tamen in naſcendo degenerare; ut ſequatur, ſi lecta & probata degenerant; quid, ſi non legas? Degenerare tamen, ἀνακόλουθον: nam cum non propoſuerit quam lecta & ſpectata, vel *quamquam*, vel *licet*, intulit *tamen*.] Ni vis humana. Poſſibilitas. [30] Salluſtius Catil. I. *Sed noſtra omnis vis in animo & corpore ſita eſt*. Aut certe multitudo. Tamen verius eſt, [31] [& melius quod ait,] [32] Vis, quaſi violentia ſit in rebus, quae contra naturam vertuntur in melius. [33] Sic enim & Donatus ſenſit, dicens: *Niſi violentia fiat naturae, omnia in deterius cadunt*: [34] [violentiam fieri naturae, omnia in deterius commutantis. Et hoc eſt, quod ait ſup. 145. *Labor omnia vincit Improbus.*]

199. Manu legeret. Hinc quidam volunt dictum *legumen*.

200. [35] [Sic omnia fatis in pejus ruere. Ab argumento, adeo omnia in pejus quotidie recidunt. *Ruere* autem figurate, pro *ruunt*.] Ac retro sublapsa referri. [36] Τὸ αὐτὸ; bis idem dixit, [37] [pro ſublabi & referri.]

201. [38] [Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum. Oſtendere vult uſque ad perfectionem laborari debere, nec tantum laborem procedere, quantum levem remiſſionem in deterius cuncta deducere.] Adverso flumine. Contra vim & curſum fluminis. Lembum. [39] Naviculam admodum brevem.

VARIORUM.

193. Serentes. *Segentes* Zulich. cum Gloſſa; a *ſegete*. *ſerentis* alter Mentelii & Gudianus.

194. Perfundere. *Praefundere* Venetus. *amurga* Mediceus, Gudianus & Menagianus primus.

196. Igni. *Igne* Mentelius prior.

197. Vidi lecta. Columell. II. 9. *Vidi ego lecta*. quamvis codex S. Germani *τὸ ego* ignoret, & idem Columell. III. 10. *Vidi lecta* exhibeat. illud *ego* addit ſaepius Ovidius. Vide notas ad Epiſt. III. 147. & alibi. ejecit ſaepe hoc praenomen Heinſius. ſed ſic & noſter III. 17. ubi ejici non poteſt illaeſo carmine. vid. & III. Aen. 623. & Cerdam hic. *laeta* Zulich. *&* deeſt Moret. quarto. *expectata* idem, & Leidenſis ſec. & Voſſian. BURM.

198. Degenerare tamen. *Degeneraſſe* apud Probum in Grammatica. aliter ſcripti. HEINS. Servius hic ἀνακόλουθον ſtatuit. ſed *tamen* referendum ad *vidi*. quamvis maderent, vidi tamen degenerare. ita modo ỷ. 192. *pingues*, quamvis pingues interpretatur Servius, ut & III. Aen. 478. 541. & alibi. & haec ellipſis frequens auctoribus v. Gron. ad Liv. XXIII. 19. & Paſſer. ad Propert. II. 31. pag. 378. ſed hic *quamvis* ex ỷ. 196. poteſt repeti. BURM.

199. Manu. *Manus* Mediceus a manu prima. *legerit* fragm. Moreti, & Mentelii prior. *legerent* Parrhaſ. a manu pr.

200. Ac retro. *Hac* Mentel. tert. & Reg. *& retro* Menag. alt. *ſublata* Moret. fragm. vid. II. Aen. 169. BURM.

201. Qui adverso. *Qui ex adverſo flumine*. Leid. ſec.

202. Su-

28 vel explorata, ut *ſunt nobis fortia bello pectora*, ut & G. 29 deſunt L. Voſ. R. Baſil. ad *ni vis*. Steph. deſunt a *tamen* ſu. 30 vel violentia L. V. 31 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 32 ut *vis* V. L. Voſ. R. Steph. al. 33 ſic enim violentiam fieri *naturae omnia in deterius commutantis* Dan. Fabr. 34 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 35 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 36 *δὶς τὸ αὐτὸ*: nam bis idem dixit. Steph. *τὸ αὐτὸ* bis, id eſt dixit Voſ. pro ſublabi & referri, & videtur bis idem dixiſſe Dan. vid. infr. ỷ. 358. 37 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 38 deſunt L. Voſ. R. al. ad *Lembum*. Steph. ad *Adverſo*. mox, nec tantum. . . procedere Dan. vir doctus ſupplebat, nec tantum quidem procedere. Voſſius nec tantum laborem procedere. 39 genus naviculae admodum breve Dan. & Fabr.

Remigiis ſubigit, ſi brachia forte remiſit,
Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.
Praeterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis,
Haedorumque dies ſervandi, & lucidus Anguis,

Quam

SERVII.

202. Subigit. Aut [40] rurſum agitat; ut XII. 287. *Et corpora ſaltu Subjiciunt in equos:* aut certe *Subigit*, eſt urget, impellit.

203. [41] [Atque illum in praeceps. *Atque*, id eſt, ſtatim. Alii quidam ſuperfluam conjunctionem volunt. Et hoc dicit: Ita omnia, quae terra profert, niſi continuum in eis ſtudium agricola exerceat; licet medicentur, & grandia plerunque naſcantur, in pejus ruunt: & ſic feruntur, ſicut qui contra curſum fluminis [42] & vim navim agere vult; ſi aliquantulum manus & brachia remiſerit, & feſſus vel modice ab opere ceſſaverit, ſtatim agente vi fluminis & naturali curſu relabitur, nec poteſt ſurſum ire, ſed in praeceps vadit: nam proprie Praeceps id ſignificat. [43] [Praeceps prono rapit alveus amni. Senſus comparatione finitus.]

204. Praeterea tam sunt Arcturi sydera nobis. Jam dicit, aſtrologiam ruſticum, ita ut navigantem, [44] noſſe debere: [45] [ut, ſicut navigandi tempus & ventorum atque tempeſtatum motus [46] ille ex ſyderum compoſitione cognoſcit, ita & iſte terram colendi congrua tempora, & caſus diverſos, vel caloris ſcilicet, vel frigoris, aut pluviarum, ex ſtellis [47] agnoſcat.] Arcturus autem ſtella eſt in ſigno [48] Boote poſt Septentrionem: [49] cujus ortus & occaſus tempeſtates graviſſimas [50] faciunt. Unde ait: Sydera, id eſt, tempeſtates, ut XI. 259. *Scit triſte Minervae Sidus.*

205. [51] [Hoedorumque dies. Bene autem *Hoedos Arcturo* junxit, qui ipſi pluvias faciunt; ut IX. 668. *pluvialibus hoedis*. Servandi. Obſervandi.] [52] Aurigae ſignum eſt haud longe a Septentrione, cujus [53] pedem cum cornu Tauri una ſtella conjungit: [54] [quem Aurigam pater Mercurius inter ſydera locavit.] Hic in manu ſiniſtra fert hoedos, in humeris [55] capram Amaltheam, quae aluiſſe dicitur Jovem, [56] [Hoedorum matrem, quos quidam Jovis conlactaneos dicunt. Sane nonnulli hunc Aurigam, Myrtilum, quem Pelops occidit, accipiunt; vel certe [57] Erichthonium, qui natus eſt ex ſemine Vulcani, quod, dum ſtuprum Minervae inferre conatur, fudit in terram.] Hoc quoque ſignum tam ortu, quam occaſu ſuo, efficit tempeſtates. Bene autem ait Dies, quia & magnitudine ſui multis diebus oritur: & tempeſtas aut praecedit ſignum, aut ſequitur, aut cum eo eſt. Sane ſciendum omnes aſtrologos, pro ratione climatum, diſſentire in ortu ſyderum: ſed ipſa diſſenſio ultra ſeptem dies non procedit: ſeptem [58] enim etiam ſunt ipſa climata. Hinc eſt quod Solem ad unumquodque ſignum, alii quintodecimo kalend. die dicunt venire: alii [59] quartodecimo: alii infra uſque ad octavum: nec quiſquam procedit ulterius. Lucidus Anguis. Tres ſunt *Angues* in coelo: unus qui [60] in Septentrione eſt: alter [61] Ophiuchi: tertius Auſtralis, in quo ſunt Crater & Corvus, de quo nunc [62] proprie ait *Anguis:* nam *ὄφις* dicitur Graece. Et ſcimus *angues* [63] aquarum, terrarum eſſe ſerpentes. Haec autem ſigna generaliter poſuit: non enim haec tria tantum, ſed omnia [64] praecipit obſervanda.

VARIORUM.

202. Subigit. *Subiit* Mentelius prior. *remigio* Leidenſis primus. lib. VI. Aen. 302. *ratem conto ſubigit*. BURM.

203. Ra-

40 ſurſum Steph. al. ſurſum agit Voſ. R. V. L. recte, judice Dorvillio. 41 deſunt L. Voſ. R. ad ℣. 204. al. ad *& hoc*, Steph. ab *alii*, ad *& hoc*. 42 & vi Steph. al. 43 deſunt Steph. & al. 44 ſcire Steph. al. 45 deſunt L. Voſ. R. 46 alter al. 47 agnoſcet al. 48 Bootae Dan. Steph. Fabr. al. 49 cujus ortu tempeſtates ſunt: aut ſidera tempeſtates ſunt G. 50 facit V. L. Voſ. R. Steph. al. 51 deſunt L. Voſ. R. B. Fabr. Dies quibus oriuntur. Servandi. obſervandi. Steph. 52 Auriga Dan. 53 pedi cornu t. u. a. adjungit G. 54 deſunt L. V. R. B. Steph. al. 55 Capraeam B. capram quae Voſ. R. L. Steph. al. 56 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 57 Eriolus Conium Fabr. 58 enim & i. quoque Climata Steph. al. quoque deeſt Dan. mox quodque ſignum V. 59 XIII. & infra Steph. al. 60 inter ſeptentrionem G. inter ſeptentriones Dan. 61 Ofidis G. Ofiduchi B. 62 proprie dicitur Anguis, ut alii Arcturus, eo quod ſinuoſus, ut ſerpens breviore meatu dicitur. G. 63 aquarum eſſe ſerpentes L. Voſ. R. B. 64 praecepit iidem.

Quam quibus in patriam ventoſa per aequora vectis
Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.
Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas;

Et

SERVII.

206. [65] [QUIBUS IN PATRIAM PER AEQUORA VECTIS. Sic ab agricolis obſervanda ſigna eſſe dicit, ſicut ab his, qui periculoſiſſimis maris locis navigant. VENTOSA AEQUORA. In quibus venti dominantur.] VECTIS. His, qui vehuntur, [66] cujus ſignificationis participium Latinitas non habet.

207. PONTUS ET OSTRIFERI FAUCES TENTANTUR ABYDI. Seſtos & Abydos civitates ſunt [67] Helleſponti, quae anguſto & perículoſo mari ſegregantur. [68] [In his anguſtiis Leander ad Ero natare conſueverat. Nam illa Seſtias, hic de Abydo fuit; qui cum frequenter ad amatricem amator nataret, tempeſtate obrutus interiit: cujus cum cadaver exanime ad litus, in quo Ero de turre expectare ſolebat, eſſet adpulſum, puella ſe praecipitavit in mare, & ita vitam finivit.] Unde elegit locum periculoſiorem: quem pro omni poneret pelago. Sane ſecundum artem [69] *haec oſtra, oſtrea*, & *hae oſtreae* dicimus. Nullum enim habet Latinitas nomen animalis, quod neutri ſit generis, ſicut Graece τὸ κῆτος, καὶ τὰ κήτη. [70] Licet Horatius II. Sat. IV. 33. dixerit: *Oſtrea* [71] *Circeis, Miſeno oriuntur echini*. Et Juvenalis VI. 302. *Grandia quae mediis jam noctibus oſtrea mordet*. Quos tamen poſſumus Graece locutos accipere: ita enim dicunt τὸ ὄστρεον καὶ τὰ ὄστρεα. [72] [OSTRIFERI autem, quod ibi plurimum oſtreorum ſit. FAUCES vero, anguſtiae.]

208. [73] [LIBRA DIE. Hic jam incipit diſputare de cognitione temporum ex ſyderibus.] DIE. Non eſt Apocope, pro *diei*; ſed [74] [ſecundum antiquos] regularis genitivus eſt. Nam, ut ſaepe diximus, obliqui caſus numeri ſingularis [75] nominativo plurali majores non eſſe debent: quod verum eſſe Salluſtius probat, qui in proſa ait lib. I. Hiſt. [76] *Dubitavit acie pars*. Hinc eſt & illud XII. Aen. 511. *Curruque abſciſſa duorum Suſpendit capita*. [77] [Plautus in Amfitryone I. I. 120. *Neque nox quoquam concedit die*, pro diei. Sed modo *dies diei* dicimus. Unde juxta praeſentem uſum, *die* poſuit pro *diei*.] SOMNIQUE. Id eſt, noctis, nam ab officio [78] [temporis, ipſum] tempus oſtendit. Dicit autem aequinoctium autumnale, quod fit Sole in Libra poſito. Vernale enim aequinoctium [79] Sol [80] in ariete poſitus efficit. Hoc autem dicit: frumenta ſerenda eſſe autumnali tempore: legumina vero uſque ad veris [81] initium.

VARIORUM.

203. RAPIT. *Trahit* codex Romanus. ſed *rapit* praeſtat. Ovid. I. Triſt. IV. 15.

Sic non quo voluit, ſed quo rapit impetus undae.

ubi etiam tres codices *trahit*. II. ex Pont. VII. 8.

Ne toties contra, quam rapit amnis, eam.

& I. Met. 311. *Maxima pars unda rapitur. atque* pro ſtatim dici notat Gellius X. 29. vid. Colv. ad Apulej. I. pag. 18. Gronov. ad Liv. XXVI. 39. & Davies. ad Hirt. de Bell. Afric. cap. XXXVIII. eadem diverſitas in his verbis lib. II. Aen. 499. BURM.

Ibid. AMNE. *Amni* Chariſius & Priſcianus legunt. nec aliter Voſſius in ſuis invenerat, de Analogia lib. II. cap. 12. & ſic Pieriani. HEINS. *Amni* Regius, Voſſius, Parrhaſ. & al.

204. PRAETEREA TAM SUNT. *Tam ſint* ſecundus Moreti. ſed aliter Columella libro XI. cap. 2. pro *dies ſervandi*, Scholiaſtes Horatii libro tertio

65 deſunt L. Voſ. R. Baſil. 66 quia Latina locutio non habet praeſens participium, paſſivae ſignificationis Steph. Dan. Fabr. 67 in parte Aſiae G. 68 deſunt B. V. Voſ. L. R. Steph. al. 69 haec *oſtrea* non *oſtreum* dicimus Urſ. Cod. *haec o. e. haec oſtreae* V. haec *oſtrea*, & hae *oſtreae* Voſ. Steph. *oſtrae* B. pronomina vero deſunt R. 70 licet & Horatius. Steph. Dan. al. 71 *Cirreis* B. 72 deſunt B. L. Voſ. R. Steph. al. 73 deſunt R. Voſ. L. 74 deſunt V. L. Voſ. B. al. hoc ſaepe ſe dixiſſe dicit Servius. nempe ad libros Aeneidos, ad quos commentarium ſcripſit prius quam ad Georgica. vid. I. Aen. 156. 636. XII. 518. & alibi. BURM. nam ſecundum illos Steph. 75 a nominativo L. Voſ. R. 76 *dubitavi* L. 77 deſunt Voſ. R. L. al. ad *ſomni*. Steph. ad *ſed modo*. 78 deſunt L. Voſ. R. L. al. 79 aries efficit G. 80 deeſt L. V. R. Voſ. Steph. al. 81 initium. item haedorum ſignum in autumno fit. Haedi autem inter ſidera ſunt in humero ſiniſtro aurigae ſtellae figuratae, quarum occaſu tempeſtates concitantur. Item *Libra die*. Varro ſcribit ab aequinoctio obſervandum, uſque ad diem nonageſimum primum poſt libram. G.

Et medium luci atque umbris jam dividit orbem:
Exercete, viri, tauros: ſerite hordea campis,
Uſque ſub extremum brumae intractabilis imbrem.
Nec non & lini ſegetem, & Cereale papaver,

Tem-

SERVII.

209. ET MEDIUM LUCI. Dici. ATQUE UMBRIS JAM D. O. Nocti. [82] [Quomodo Zodiacus circulus, qui aequinoctia duo facit, orbem dividit: & *luci* dixit partem coeli Septentrionalis, de quo ait infr. 242. *Hic vertex nobis coeli ſublimis:* UMBRIS vero, Auſtralem circulum, qui dicitur eſſe infimus & demerſus, de quo ait 243. *At illum Sub pedibus Styx atra videt, maneſque profundi.* DIVIDIT ORBEM. Ut orbem videlicet coeli medium teneat Sol; medium Luna.

210. EXERCETE VIRI TAUROS. Id eſt, [83] [ad aratra jungite] [84] [cogite laborare.] TAUROS autem, boves fortes accipe. [85] SERITE HORDEA CAMPIS. [86] [*Hordeum* oſtendit in campeſtribus locis ſerendum, &] *hordea* uſurpative ait: & ſciendum [87] tamen in his, tres tantum caſus uſurpari, *haec ordea, haec ordea, o ordea:* ſicut *vina, vina, vina:* & *mella, mella, mella.* [88] [Sane reprehenſus Virgilius dicitur a Bavio & Maevio hoc verſu: *Hordea qui dixit, ſupereſt, ut* [89] *tritica dicat.*]

211. USQUE SUB EXTREMUM BRUMAE. [90] Id eſt, non uſque ad Brumae finem, ſed circa: nam bruma finitur VIII. Kalend. Januariarum die; & iſte [91] non uſque ad ipſum diem dicit ſerendum. INTRACTABILIS autem, propter frigus [92] durae & aſperae: [93] [& *bruma* dicta a brevioribus diebus.]

212. [94] [NEC NON ET LINI SEGETEM. Atqui ſupra ait ℣. 77. *Urit enim lini campum ſeges.* Quid igitur? ſuo tempore, non eo anno, quo ceſſare debet.] CEREALE PAPAVER. [95] Vel, quod eſt eſui, ſicut frumentum: vel [96] quo Ceres uſa eſt ad oblivionem doloris: [97] [nam ob raptum Proſerpinae vigiliis guſtato eo acta eſt in ſoporem: vel quia Myconem Athenienſem dilexerit Ceres, transfiguratum in papaverem tutelae ſuae juſſerit reſervari: vel quia pani aſpergatur.

VARIORUM.

tio Ode prima *ſignandi.* ſed Columella cum vulgatis facit. HEINS. Ita inf. 335. *menſes ac ſidera ſerva.* vid. Valer Fl. I. 18. & alibi. locutio eſt admodum obvia. *ſignandi* ex interpretatione eſt. ita haec duo verba confuderunt librarii apud Ovid. XII. Metam. 23. BURM.

207. OSTRIFERI FAUCES TENTANTUR ABYDI. *Oſtriferae Abydi* fragmentum Moretanum. HEINS. *Fontes tentantur* Venetus.

208. LIBRA DIE. Ita Mediceus a manu prima, neque aliter veterrimum fragmentum Voſſianum, & caeteri codices. A. Gellius Noct. Attic. libro IX. cap. 14. *dies* pro *diei* legendum contendit, idque apparere in veterrimo exemplari, quod idiographum ipſius Maronis ſit creditum. qui illic videndus. at Cariſius Inſtitutionum Grammaticarum libro primo de Analogia, *dii pro die aut diei* Maronem hoc loco ſcripſiſſe contendit, quo & Caelius in Hiſtoria ſit uſus. ſed Priſcianus libro ſeptimo ſub finem *die* agnoſcit, bis prolato hoc loco. ac Naſonem pari modo contendit dixiſſe *fide* pro *fidei*, libro III. Met. *Prima fide vociſque ratae tentamina ſumſit.* Salluſtium *acie* & *requie* pro *aciei* ac *requiei* pari modo affirmat dixiſſe. idem Priſcianus rurſum lib. XVII. *die* pro *diei* poſitum hoc Maronis loco aſſeverat, ut & Probus initio Catholici. *die* etiam Donatus in Andriam Terentii II. v. 19. & *dies* nunc mendoſe in ejus exemplaribus circumfertur. Auſonius Idyllio de ratione librae,

Libra dii ſomnique pares determinat horas.

idem

82 deſunt Voſ. R. L. uſque ad *hordea uſurp.* Steph. al. uſque ad *dividit.* 83 deſunt Dan. 84 deſunt Steph. al. 85 deſunt Steph. al. 86 uſurpative pro ſingulari pluralem Steph. 87 deeſt Voſ. R. V. L. Steph. 88 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 89 *Critica* Dan. Fab. 90 *Bruma* videtur dicta a breviori meatu ſolis, non uſque ergo &c. G. Cl. Dorvillius tentabat in ſequentibus. *Januariarum die: & uſque ſub, non uſque ad ipſum d. d. ſ.* 91 nonus L. non u. a. ipſum G. dicit eſſe Ser. Steph. 92 dura & aſpera al. 93 deſunt Voſ. R. L. Steph. & al. 94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 95 vel quod ſit inter frumenta, vel eo quod Ceres curas levaverit lugens filiam ſomno impleta, vel quo &c. G. 96 quod Ceres eo uſa L. quod, etiam Leid. 97 deſunt ad *jamdudum* Mſſ. al. ſed Steph. ad ℣. 213. Proſerpina Dan. vigiliis Fab. Miconem Dan. Fab. [*μήκωνα*].

Tempus humo tegere, & jamdudum incumbere aratris:
Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis ſatio: tum te quoque, Medica, putres
Adcipiunt ſulci; & milio venit annua cura:

Can-

SERVII.

213. TEMPUS. Tunc ſcilicet eſt.] JAMDUDUM. Quamprimum. [98] Et hoc dicit: ſerendum eſſe eo tempore, [99] non quo pluit, ſed quo imminent pluviae. INCUMBERE ARATRIS. Inſiſtere arationi.

214. [1] [DUM SICCA TELLURE LICET. Dum adhuc nondum pluit, [2] ſed jam eſt vicinum. DUM NUBILA PENDENT. Dum pene jam videntur nubila pendere, & expectare ut effundant pluvias.

215. [3] [VERE. Tempore veris.] FABIS. [4] [Contra rationem dictum, quia fruges omnes numeri ſingularis ſunt.] SATIO. [5] Sementis: & declinatur ſicut *navis*. TUNC TE QUOQUE, MEDICA, PUTRES ACCIPIUNT SULCI. Ad ipſam herbam Apoſtropham [6] facit. [7] Haec autem a Medis tranſlata eſt in Graeciam; [8] quo tempore eam Xerxes invaſerat. Hujus plena Venetia eſt: &, ut dicit Dionyſius, trium foliorum eſt, ſemperque virens. Quod autem ait PUTRES SULCI, [9] naturam ipſius herbae reſpicit: nam uno anno frequenter ſeritur: [10] [& ſexies aut amplius ſecatur] [11] poſtea aliquot annis ſponte procreatur: quod etiam ſequens indicat verſus: nam dicendo, ET MILIO VENIT ANNUA CURA, oſtendit Medicae curam non eſſe annuam. Haec autem [12] herba vulgo dicitur [13] Sylla. [14] [PUTRES. Subacti, vel initio anni, id eſt, vere, vel poſt annum: quidam enim *Medicam* poſt decennium ſeri dicunt. [15] VENIT ANNUA CURA. Vere ſcilicet.]

VARIORUM.

idem Idyllio de ratione anni vertentis. & in carmine Q. Ciceronis apud eundem,

Curriculumque aries aequat noctiſque diique.

ſic R. Conſtantinus illis locis edidit. pervetuſtus tamen Auſonii codex in Ciceronis verſu *dieique*. nam duo illa Idyllia in eo non exſtant, ut incertum ſit *die* an *dii* membranae Conſtantini dederint: nam ipſe & hic & illic ſibi interdum aliquid permiſit. HEINS. *Fecerat* Zulichemius. Horat. III. Od. 7. *Conſtantis fide*. ubi vide Crucq. & Torrent. & Pichen. ad Tacit. III. 38. Column. ad Enn. p. 110. *dies* tuetur. vid. Erythr. in *die*. BURM.

Ibid. UBI. *Cum* Edit. Mediol.

209. JAM DIVIDET ORBEM. *Dividit* idem Mediceus cum primo Voſſiano, primo Moretano, aliiſque nonnullis, ac vetuſtiſſimo fragmento. HEINS. Et ita Parrhaſ. Reg. & editio Juntina.

212. CEREALE. *Ceriale* Gudianus.

213. ARATRIS. *Raſtris* fragmentum Voſſianum ac Moretanum, & Menagianus codex prior cum ſex aliis. *ratris* alter Mentelianus a manu prima, ſed caſtigatum *aratris*. HEINS. *Raſtris* Cod. Dan. *humo eſt tegere & dudum* Zulichem. *jam* etiam deeſt Moreti quarto.

215. VERE FABIS. Sabinus Floridus Subceſ. Lect. II. 19. Servium tuetur contra Bapt. Pii. adnot. Poſt. cap. 32. NANSIUS. Hunc locum a Senecae Ep. LXXXVI. cenſura vindicavit Anglus Doctus La Motte, in diſſertatione, quae legitur in novis commentariis literaturae Anglicae 1726. editis. *ſatio eſt*, *cum te* Parrhaſ. *cum te* etiam Tollian. *tunc te* Senec. Epiſt. LXXXVI. qui & *eſt* agnoſcit. BURM.

216. ACCIPIUNT. *Accipiant* alter Menagianus & Ed. pr. *accipient* Parrhaſ. *tunc accipiunt* agnoſcit Seneca Ep. LXXXVI. quem vide. BURM.

217. AU-

98 deeſt L. & al. dixit Steph. al. 99 non quo jam L. quo non Steph. non quo jam ſunt pluviae al. 1 deſunt L. Voſ. R. ad *ſatio* ỷ. 215. 2 quando imminent pluviae G. 3 deſunt Dan. 4 deſunt Steph. & al. Voſſius adſcripſerat, ſunt, ut Cominianus ait. 5 ſementem V. 6 fecit V. L. B. 7 haec autem herba a Medis Voſ. L. R. Steph. al. a medicis Dan. Fabr. 8 & hanc Xerxes pugnans ad Medos rapuit, quo tempore ea minuta Ser. G. quo t. eam invaſerunt B. V. L. Voſ. R. Steph. al. 9 ad naturam L. 10 deſunt Voſ. R. V. L. B. G. Steph. al. 11 & poſt G. 12 medica herba G. 13 Scylla L. & Fabr. vide Salm. Exerc. Plin. p. 173. 14 deſunt V. L. Voſ. R. B. Baſil. ſed Steph. ad *venit*. 15 Milio ſemen nigrum ſimile lolio, quod ad pabulum boum ſeritur. G.

Candidus auratis aperit quum cornibus annum
Taurus, & averſo cedens Canis occidit aſtro.

At

SERVII.

217. Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus. Quo tempore annum aperit [16] candidus Taurus, qui [17] eſt auratis cornibus: nam *aperit cornibus*, non procedit: non enim a capite, [18] [aut a fronte] ſed a dorſo oritur, id eſt, a medio ſui: unde incipit apparere: nam ea parte, qua [19] mutilatus eſt, oritur, non a fronte. Aperit autem ideo ait, aut quia Aprili menſe Sol in Tauro eſt, [20] quo cuncta aperiuntur: [21] [& hoc melius.] [22] Sed aliud eſt, *aperire annum*, aliud [23] *inchoare*: nam nullus dubitat Martio menſe, ut ſupra (ad ý. 43.) diximus, [24] annum [25] inchoari: [26] [& hoc melius.] Aut certe [27] [*aperit annum* dixit;] quia [28] poteſt unumquodque ſignum & inchoare annum, & finire: ut *aperit annum* dixerit, ſcilicet ſuum: nam & a Tauro uſque [29] ad Taurum, & a Geminis uſque ad Geminos, annus eſt.

218. Averso astro. [30] Duplex lectio eſt: nam alii *adverſo* legunt: cum Cane enim naſcitur Sirius, qui eſt terris adverſus, de quo legimus x. Aen. 275. *Ille ſitim morboſque ferens mortalibus* [31] *aegris Naſcitur*: ut *Adverſo* ſit peſtifero, & contrario mortalibus. Si autem *Averſo* legerimus, *Cum* ſubaudiamus neceſſe eſt, ut iv. Georg. 484. *Atque Ixionii vento rota conſtitit orbis*: id eſt, cum vento. Ut ſit ſenſus, quo tempore etiam Canis cedens, occidit cum averſo aſtro: id eſt, cum Argo: quae & ipſa media eſt, ſicut Taurus: & a puppi oritur: cui Canem conſtat eſſe conjunctum. [32] Et cedens, [33] [aut locum dans, ut & Argo occidat: nam Canis occaſum & Navis occaſus ſequitur; aut certe *Cedens*.]. *Canis*, non recedens, ſed incedens, accipimus, & ſe movens. Tempore enim, quo [34] in Tauro Sol eſt, etiam Canis ad ortum feſtinat. Quod autem ait Occidit, ad aſpectum noſtrum retulit: nam ortus & occaſus duo ſunt: unus ἡλιακὸς, id eſt, [35] *ſolaris*: & alter κοσμικὸς, id eſt, mundanus: unde fit, ut ea ſigna, quae cum Sole oriuntur, a nobis non [36] poſſint videri: & ea, quae videmus, quantum ad Solis rationem pertinet, videantur occidere; ſecundum quod nunc ait, Occidit canis: nam Canis [37] paranatellon eſt Cancri, id eſt, cum eo oritur. Cancer autem, quo tempore Sol in Tauro eſt, poſt horam quartam diei oritur: nam Taurus & Gemini binas horas tenent. [38] [Nigidius commentario [39] Sphaerae Graecanicae: Oritur enim Canicula cum Cancro, in columen venit cum Geminis, occidit cum Tauro:] ſic ergo fit, ut Canis nobis occidat: quantum autem ad Solis pertinet curſum, in ortu eſſe videatur. Secundum hanc rationem etiam paulo poſt dicturus eſt 221. *Ante tibi Eoae Atlantides abſcondantur*. Nam *Eoas* ait in ortu Heliaco poſitas: unde & [40] *Tibi abſcondantur* intulit. [41] [Hunc Canem alii Icari putant, patris Erigonae, qui mortem patris filiae nuntiavit. Alii hunc eſſe quondam cuſtodem Europae, quem nulla fera potuit effugere; quique a vulpibus quondam liberaverit Thebas.]

VARIORUM.

217. Auratis. Vide hic Ruaei notas.

Ibid. Cum. *Dum* Menagianus primus.

218. Adverso astro. Omiſſis verborum ambagibus, dicemus praeter aliorum ſententias hic poſſe intelligi leporem, ex eo quod ait *averſo aſtro*,

16 deeſt L. Voſ. R. B. 17 eſt cum auratis Steph. al. 18 deſunt B. V. L. Voſ. R. & al. 19 latus eſt V. L. Steph. al. mutilatus R. 20 quando G. 21 deſunt B. V. L. Voſ. R. Steph. al. 22 & aliud L. R. Voſ. Steph. al. 23 eſt inchoare iidem. 24 deeſt L. 25 inchoare Voſ. R. V. L. 26 deſunt Dan. 27 deſunt B. L. Voſ. R. 28 un. ſ. poteſt inchoare Dan. 29 deeſt L. in V. B. Voſ. R. 30 Alii dicunt Sidonium ab Europa raptum (lege, ob Europae captum) conſecratum taurum. Alii vaccam, in quam Io transfigurata eſt, & ideo melius incertus habetur ex XII. & conſecratur, qui Aprilis menſe oritur. & inde Aprilis de aperiendo: nam ortus ejus primus in Aprili eſt XIII. Kal. Maj. in quo ſigno mu ta ſigna ſunt G. 31 *agris* L. *aegris n.* aut *adverſo* al. 32 ſupinus canis occidit, idem qui Orionis aſtrum ſequitur. *& averſo aſtro* quidam male accipiunt, ſecundum illud, *Aut Sirius ardor ille ſitim morboſque ferens.* ſed magis intelligere nos convenit *averſo aſtro* taurum dici, cum canis occidit: denique Nigidius ait taurum averſum, vel ſidera locatum. vel *adverſum aſtris.* Sirius dicitur, qui eſt terris adverſus. G. 33 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. Nugae. cedens eſt occidens, ut ſemper apud Ciceronem in Arataeis, & Manilium & alios. VOSSIUS. 34 Taurus cum ſole eſt B. Voſ. V. L. Steph. al. quando Taurus cum s. e. R. 35 ſolis Voſ. R. B. V. L. al. 36 poſſunt al. 37 paranathallon Voſ. L. R. paranatolon Steph. παρανατέλλων Fab. paranatelon al. 38 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. al. 39 Sferae Dan. 40 deeſt L. 41 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. al.

Digitized by Google

At ſi triticeam in meſſem robuſtaque farra
Exercebis humum, ſoliſque inſtabis ariſtis:

Ante

SERVII.

219. TRITICEAM IN MESSEM. [42] [Ad meſſem tritici, vel ſegetis.] ROBUSTAQUE FARRA. Frumenta, quae plus habent virium, quam legumina, quo tempore nobis Atlantides occidunt, ſunt ſerenda. *Atlantides* autem, licet [43] ſeptem fuiſſe dicantur, ſex tamen, [44] [ſicut ſupra 138. dictum eſt,] videntur in coelo; quae Novembri menſe nobis incipiunt non videri. [45] [Cum enim Sol in Scorpione fuerit, oriente Scorpione, occidit Taurus, in quo Virgiliae ſunt, id eſt, ſexto Idus Novembris: Ergo *Eoae* mane abſcondantur: non eſt enim Atlantidum epitheton *Eoae*; ſed *Eoae*, matutinae; modo enim veſpera, modo media nocte, modo mane oriuntur; unde & *tibi* [46] *abſcondantur*, id eſt, ſpectando nec occident. Alii ita exponunt, *Eoas* appellatas, quaſi quae ſemper mane oriantur. Ergo ante occidere Vergiliae debent quam ſero ſit, quae Vergiliae alioquin ſunt Eoae cum oriuntur, non cum occidunt.] [47] Hae autem, ut alii volunt, Jovis; ut alii, Liberi nutrices fuerunt: [48] alii vero ipſas fuiſſe adſerunt Heſperidas.

220. [49] [EXERCEBIS. Pro, exercueris. SOLISQUE INSTABIS ARISTIS. Non leguminibus, ſed ſolis ſegetibus. INSTABIS. Pro, inſtiteris. ARISTIS. Et hic, ſicut ſupra ℣. 8. per *ariſtas* frumenta ſignificat.

VARIORUM.

ſtro, nam averſus lepus canem fugit, uti videre eſt in imaginibus coeli, & teſtatur Cicero in Arato. *Nam canis infeſto ſequitur veſtigia curſu Praecipitemque agitans.* Jo. MUSON. *Averſo* fragmentum Voſſianum, & Gudianus & Mentelianus uterque, cum tribus Moretanis & totidem aliis. neque aliter Servius agnoſcit. ſic & Salmaſius ad Solin. 307. & 509. nam apud Macrobium libro primo cap. 18. commentarii in ſomnium Scipionis vulgata exſtat ſcriptura, incertum ipſiusne Macrobii, an librariorum culpa. *Adverſum* aſtrum poſſes pro infeſto ac damnoſo interpretari, cum Plinius Maniliuſque Sirium heliaco ac veſpertino occaſu, de quo Virgilius agit, pruina frigoreque noxium eſſe moneant. quapropter & Rubigalia ſub hac tempeſtate eſſe inſtituta ait. mihi tamen τὸ *averſo aſtro* arridet. ſumtus autem loquendi modus de *averſo aſtro* ex re militari, quod illi, qui cedebant, fugiebantque *averti*, id eſt tergum dare dicebantur. Et ſane *averſum* frequentiſſime in *adverſum* apud ſcriptores degeneravit. de quo egimus ad Aeneidos VI. 832. Salmaſius Exercit. Plinianis pag. 309. *Averſo aſtro* etiam eſt amplexus, meritoque illic reprehendit Servium, quod *averſum* aſtrum ad Argo navem referri velit, quae cum Cane occidit, quod eſt falſum. Ipſe ſic capit, tamquam voluerit Virgilius, Sirium navi Argoae inſtanti & ſubſequenti cedere ac locum dare, cum extremae caudae canis pingatur proxima Argo averſa. ſed mihi ſimpliciſſimum videtur, de ipſius Sirii cedente, ac proinde averſo ſigno ita capi. Quamquam & *averſum aſtrum* eadem ſignificatione, qua *adverſum* poſſumus interpretari. Plinius lib. II. cap. 15. ex Mſſ. Chifletiano. *Mox in averſo a partibus* CLXXX. *exortus veſpertinos.* & cap. XVI. *Mutato id magis in veſpertino earum exortu, toto ſole averſo.* ſic Mſſ. Chifletianus bene. lib. IV. cap. 2. ubi agit de Hyperboreis gentibus, *una die ſolis averſi.* hoc eſt una die ſolem illis non illucere. *Averſos* ſolis *equos* in

42 deſunt L. Voſ. R. 43 aliquando VI. videntur, aliquando VII. in coelo, quae Novembr. menſe incipiunt non videri a nobis, ſi triticeam in meſſem &c. hoc autem v. die Novembrium, quando occidit taurus cum Sirio. *Adverſus* ideo, quoniam & canis, cujus poſteriores pedes in auſtrali circulo brevitate *ea*, quia cum extremi procedunt, ante occidunt. nam cum canis Sirius adverſus per pedes occidit, cum capite oriatur, cum in culmen venerit, cum Geminis, occidit cum Tauro. Adamans (Athamas) Aeoli filius ex Nympha Phryxum & Heleon (Hellen) filios procreavit. Inoeam (Ino) Dionis filiam conjugem duxit, quae ad perniciem pignorum fata igni viriata intercedebat (f interſetebat.) At ſic cum famia increviſſet, ſubornavit eos, qui reſponſum ab Apolline petebant, ut dicerent Phryxum & Hellen immolandos. Ergo Adamans (Athamas) cum filios immolare vellet, Nympha mater arietem aurei velleris juvenibus immiſit, cui inſidentes, cum per maria ferrentur, Heles (Helle) in fretum decidit, quod Heliſpontum dicitur. Phryxus Colchos ad regem etiam (Æetam) pervenit, qui arietem immolavit, & in luco matris (Martis) pellem conſecravit, quam Draco pervigil cuſtodiſſe dicitur. G. 44 deſunt Voſ. R. Steph. al. 45 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad haec autem. 46 *abſconduntur*, id eſt matutinum occaſum faciunt, cum Sol in Scorpione eſt XV. Kal. Majas Vergiliae occidunt, alii ita &c. G. 47 Has a. volunt Jovis, alii ab nutrice, alii &c. Dan. Fabr. haec autem B. 48 alii ipſas fore *B.* 49 deſunt V. R. L. ad *sum Liber* ℣. 222.

Ante tibi Eoae Atlantides abſcondantur,
Gnoſiaque ardentis decedat ſtella Coronae,
Debita quam ſulcis committas ſemina, quamque
Invitae properes anni ſpem credere terrae.

225 Mul-

SERVII.

222. GNOSIAQUE ARDENTIS STELLA CORONAE. [50] [Et hoc ad ſuperiora pertinet: cum enim Coronae pars oritur, occidit Taurus, in quo Vergiliae ſunt. *Decedat* autem non pro occaſu dixit, ſed Soli cedat: quo in Scorpione poſito, cum ortu ipſius oritur. Fabula vero de *Corona* talis eſt.] [51] Cum Liber pater Ariadnen, Minois Cretae regis filiam uxorem duceret, Vulcanus ei coronam obtulit, quam ille ad uxoris inſigne inter ſydera collocavit. Et *ſtellam* per poëticam licentiam dixit. Caeterum ſex ſunt, quibus in caelo declaratur *Corona*. [52] [Alii hanc fabulam ita adſerunt: Theſeum cum ad interimendum Minotaurum Cretam veniſſet, miſeratam ejus Ariadnen, auxilium ei ad occidendum, filo ducto, Minotaurum praeſtitiſſe; Theſeum vero Ariadnen, utpote ſalutis auctorem, ſecum avexiſſe; qui cum ad Naxum inſulam delati eſſent, Ariadnen ibi, vel conſulto, vel neceſſitate, vel monitu Mercurii, a Theſeo derelictam; quam cum Liber pater adamaſſet, coronam ei dempti pudoris, ſicut ſupra dictum eſt, dicitur obtuliſſe, quam etiam inter ſydera poſtea collocavit. GNOSIA autem Cretica, ab urbe Cretae, quae *Gnoſis* dicitur. Et ſtella dicitur *Cretica*, quia ad laudem illius, quae Cretici regis filia fuit, in caelo eſt poſita ipſa corona.]

223. [53] [SULCIS. Arationibus.] COMMITTAS SEMINA. Quaſi cuſtodibus [54] fidis.

224. [55] [INVITAE TERRAE. Quae quaſi coacta ruſticorum labore, & non ſponte, fructus profert: [56] [alii, ſi non ſuo tempore ſeratur.] [57] [ANNI SPEM. Unde tu annum ſperes poſſe deducere.]

VARIORUM.

in Naſone II. Triſt. 392. habes de caligantibus abrupto ſole Mycenis. Statius Theb. X. 494.

— Nuper Nemeaeo in pulvere felix
Alcidama, primis quem caeſtibus ipſe ligarat,
Tyndarides, nitidi moriens convexa magiſtri
Reſpicis, averſo pariter Deus occidit aſtro.

Manilius lib. II. 494.

Cancer & averſo Capricornus conditus aſtro
Vertitur in ſemet oculis.

ſic lego, non *adverſo*. ſic *averſus animus* Ciceroni. Virgilio XII. Aen. 647. *averſa voluntas*. Horatio I. Sat. V. 29. *amicos averſos componere*. Atque hinc *averſari aliquem* pro odiſſe. Multis de hoc Maronis loco diſputavit adverſus Salmaſium Petavius diſſertationum ad Auctarium operis de Doctrina Temporum libro VII. cap. 3. cui tamen *adverſum aſtrum* amplectenti pro *averſo*, vix eſt ut accedam. nec defuerunt qui *adverſum aſtrum* de ſole interpretati ſunt. quo modo Hadrianus Wallius noſter, qui opinabatur *adverſum aſtrum* capi poſſe de Sole, qui motu adverſo obviam eat Cani, qui & ipſe tum contra Solem ore adverſo conſiſtat. eamque interpretationem optimam ac planam videri, omneſque ineptias, quibus reliquae laborent, arcentem a ſublimitate Maronis. praeſertim ſi meminerimus, uti frequenter *ſidus*, pariter quoque *aſtrum* de Sole ἁπλῶς poſſe dici. Manuducere ad hanc interpretationem Macrobium Saturn. lib. I. cap. 18. Videri ab illo interpretationem hauſiſſe, qui ſic locum ceperint Maronis, aliquot Aſtronomiae conſultos, inter quos Georg. Heniſchium commentario ad Sphaeram Procli, Johannem Keplerum, in Epitome Aſtronomiae Kopernicanae, Joſeph. Blancanum in Sphaera mundi, ſive Coſmographia, denique Joannem Baptiſt. Ricciolum in Almageſto novo. Haec Wallius. HEINS. Nanſius ex Joh. de Sacrobuſto, de Sphaera, ſive de ortu Poëtico ante lib. 25. notaverat, quae ille de his Virgilii verſibus

50 hinc deſunt Steph. al. ad *cum Liber*. 51 GNOSIA. Ariadnam ſcilicet dicit conſecratam Libero patri, cujus occaſu arbores & vites vinea deponunt folia. coronae XII. ſtellae ſignis proximae, in quas Ariadna Liberi uxor transfigurata eſt: cum enim Liber Pater Ariadnam Minois filiam uxorem duceret, Vulcanus ei coronam obtulit, quam ad uxoris in ſigno & inter ſidera collocavit. Item, *Gnoſiaque ardens*. Ariadna a Libero patre adamata, cum in litore dormiens Adeſca (a Theſeo) fuiſſet relicta, huic coronam munere dedit, cum qua aſtris conſecrata eſt G. 52 deſunt L. Voſ. R. al. ad 223. Steph. ad *Gnoſia*. male *Gnoſis* hic a Servio dicitur, quae *Gnoſos*, vel *Gnoſus* vocantur. *Gnoſis* eſt mulier ex *Gnoſo*. 53 deſunt L. 54 fidelibus V. 55 deſunt Voſ. R. ad ℣. 225. 56 deſunt Steph. al. 57 deſunt al.

Digitized by Google

Multi ante occaſum Majae coepere: ſed illos
Exſpectata ſeges vanis eluſit ariſtis.
Si vero viciamque ſeres, vilemque faſelum,
Nec Peluſiacae curam adſpernabere lentis;
Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Bootes.

In-

SERVII.

225. ANTE OCCASUM MAJAE. [58] Id eſt, ante quam Atlantides occidant: & hoc eſt, quod ait, *quam Atlantides abſcondantur*: nam Maja una eſt de ipſis Atlantidibus.

226. [59] [VANIS. Vacuis. ELUSIT. Decepit.]

227. [60] [SI VERO VICIAMQUE SERES. In quodam adeſpoto Graeco ſic poſitum eſt: Φαγῶσαι καὶ φάσηλον ὄροβον, ὁμοίως δὲ μετὰ Ἀρκτῦρον δύοντα ἅμα μέχρι δὲ τροπῶν.] VILEMQUE FASELUM. [61] Plurimum, abundantem: nam omne quod abundat vile eſt; ut inf. 274. *Vilibus aut onerat pomis.*

228. NEC PELUSIACAE CURAM ASPERNABERE LENTIS. *Peluſium*, unum eſt de ſeptem oſtiis Nili, [62] [ubi primum *lens* inventa dicitur: vel] ubi optima [63] lens naſcitur. Unde κατ' ἐξοχὴν locutus eſt. [64] [ASPERNABERE autem, id eſt, contemnes. LENTIS. Ac ſi dicat, Etiam inter alia, lentem feras.]

229. [65] [HAUD OBSCURA. Non obſcura, hoc eſt, clara. MITTET TIBI SIGNA BOOTES. Si viciam, & faſelum, & lentem ſerere volueris, occidente Boote debes incipere.] CADENS BOOTES. [66] Occidens, Verno ſcilicet tempore: tunc enim Bootes occidit. Quod autem [67] ſubdidit.

VARIORUM.

bus judicaverat. vid. ad Rutilium lib. I. It. 638. Broukhuſius *adverſo* probabat, id eſt orienti, quod occidenti aſtro adverſum. *Adverſo* Edd. Venet. & Mediol. regius gloſſator, id eſt *cum averſo*. ut ſuperiori verſu auratis cornibus, pro cum auratis. BURM.

219. IN MESSEM. *In* deeſt ſecundo Moretano. *in menſem* Gudianus.

220. SOLISQUE. Waddel. Anim. Critic. pag. 7. volebat *ſolidiſque*.

221. ABSCONDANTUR. *Abſcondentur* Gudianus.

222. GNOSIA. *Gnoſia* plurimi. *Cnoſia* Mentelii prior & Edit. Junt. R. Steph. & aliae.

Ibid. DECEDAT. *Diſcedat* Venetus.

223. QUAMQUE. *Quamquam* ſecundus Moreti.

224. CREDERE. *Caedere* Mediceus pro *cedere*, ut ſolet. ſed *credere* centum exemplis poteſt firmari; & auctoritate Commentatoris Crucquiani ad Horat. I. Od. 3. *properis* Gudianus. BURM.

226. AVENIS. *Ariſtis* Mediceus, fragmentum Voſſii & primus Moretanus. quomodo & Nonius Marcellus agnoſcit in *Vanus* & in *Exſpectare*. videtur hunc locum reſpexiſſe Quinctilianus Inſtitut. Orat. libro I. cap. 4. etiam Scholiaſtes Perſii Sat. V. *ut quae ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celerius ſe effundunt, & mutatae ſpicae ſaepius inanibus ariſtis ante meſſem flaveſcunt.* HEINS. *Vanis eluſit avenis* Venet. *avenis* etiam Reg. eadem variatio lib. VII. Aen. 809. *eluxit* Voſſian. *deluſit* Parrhaſ. *avenam* hic ſignificare Aegilopem, ut & in illo verſu ſup. 154. *ſteriles dominantur avenae*, cenſet St. Doletus. ita contra *gravidae ariſtae* ſup. ℣. III. BURM.

227. VILEMQUE FASELUM. *Phaſelum* libri vetuſtiores, vel *phaſillum*. HEINS. *Faſellum* Vratiſlav. Venetus Parrhaſ. *vitiamque* Mentel. pr. & Gudian.

229. MITTET TIBI SIGNA BOOTES. *Mittit* Mediceus & fragmentum Voſſii cum Veneto, alter Menagianus *mittat*. HEINS. *Mittere ſigna* idem quod *dare*. ſic Propert. III. VIII. 3.

Natalis noſtrae ſignum miſere puellae.

ubi vide Paſſer. in alia re Caeſar. de Bell. Civ. 71.

Afra-

[58] id eſt, ante occaſum Atlantidum, nam Maja Voſ. L. R. L. Dan. Fabr. id eſt anteq. A. occidant, nam Steph. al. reliquis omiſſis Tropus eſt ſynechdoche. grata varietas. nam idem ſignificat Tauri. tot nominibus ſignificavit, modo *aſtrum averſum*, modo *Atlantidas*, modo *Majam* dicens G. [59] deſunt L. Voſ. R. al. [60] deſunt L. Voſ. R. Steph. al. in Graecis Voſſius emendabat φάσηλ δὲ καὶ φάσηλον. [61] deeſt Steph. al. [62] deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. [63] deeſt Dan. [64] deſunt L. V. al. [65] deſunt L. V. R. al. [66] cadens Voſ. [67] ſubjicit Dan. Fabr.

Incipe, & ad medias ſementem extende pruinas.
Idcirco certis dimenſum partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.
Quinque tenent coelum zonae; quarum una coruſco
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni:
Quam circum extremae dextra laevaque trahuntur,

Cae-

SERVII.

230. INCIPE, ET AD MEDIAS SEMENTEM EXTENDE PRUINAS. Omnia complexus eſt tempora: & Vernum [68] ſcilicet, quo legumen ſeritur: & Autumnale, quo frumentum. Et multi volunt ita hanc partem Aſtrologiae [69] libraſſe Virgilium, ut in omnibus utrumque [70] tempus ſignificaret, vernale & autumnale: unde & ſupra bina ſigna memoravit: Taurum cum Cane: Atlantidas cum Corona. Tamen [71] nos, quantum ad neceſſitatem [72] hujus loci pertinet, haec dixiſſe ſufficiat: nam majoris prudentiae eſt ad ſubtilem harum rerum ſcientiam pervenire: adeo ut ſequentem rationem zonarum Metrodorus philoſophus vix quinque expreſſerit libris; inſertis tam Aſtronomiae quam Geometriae partibus; ſine cujus lineis haud facile zonarum deprehenditur ratio. Idem etiam Metrodorus aſſerit, fruſtra culpari a pleriſque Virgilium, quaſi ignarum Aſtrologiae: cum eum conſtet operis lege compulſum, ut quaedam [73] excerperet, quae obſcura videntur ideo, quia a naturali ordine ſunt remota. Ut autem [74] omnia non diceret, ruſticarum perſonarum habuit conſiderationem, & ipſius eſt operis brevitate [75] conſtrictus. [76] [AD MEDIAS PRUINAS. Hoc eſt quod ſupra ait 211. *Uſque ſub extremum brumae. Medias* autem *pruinas* abuſive ipſas hyemes poſuit: *medium* enim pro legitimo dixit.]

231. DIMENSUM PARTIBUS ORBEM. Annum, [77] diviſum in quatuor [78] tempora. Et per duodecim ſigna, duodecim menſes accipimus.

232. [79] [PER DUODENA. Multi pro duodecim accipiunt, ut XII. 165. *Bina manu lato criſpans haſtilia ferro*. Et 329. *Septenaque tela*. Alii, quia quotannis per eadem [80] ineat: *duodena* ergo, ſaepius duodecim ſigna.

233. QUINQUE TENENT COELUM ZONAE. Id eſt, plagae vel circuli, quorum primus Septentrionalis; vel, ut quidam volunt, Aquilonius. *Zonae*,] Circuli, qui coelum ac terram, veluti zonae cingunt, [81] tranſlative: nam proprie *Zonae* in [82] terris; ſed [83] pro parallelis, id eſt, circulis poſuit: Septentrionalis, Aeſtivalis, Aequinoctialis, Brumalis, Auſtralis.

234. CORUSCO SEMPER SOLE RUBENS. *Coruſco*, ardenti, hoc eſt, aequinoctiali: & bene a media coepit, ut neceſſario extremas & habitabiles conceſſas mortalibus diceret. [84] TORRIDA. Accenſa, [85] [ſicca, quod numquam Sol inde diſcedat.]

235. QUAM CIRCUM EXTREMAE. [86] Bene *extremae* addidit, id eſt, [87] [Borios & Notios;] ne eas, quae circa igneam ſunt, intelligeremus, quas conſtat eſſe temperatas vicinitate [88] caloris & frigoris: quarum unam nos habitamus, alteram [89] antipodes: ad quos hinc torrente Zona, hinc frigidis [90] ire prohibemur. Antipodes autem dicuntur, [91] quod contra nos poſiti ſunt [92] contrariis veſtigiis: Terram enim dicunt undique coelo & aëre cingi. Per has autem duas Zonas in obliquum [93] tenditur ſignifer circulus, qui Solis continet curſum.

68 deeſt R. V. Voſ. occaſus tarde videtur; decedit enim cum IV. ſignis, Tauro, Geminis, Cancro, Leone, verno ſcilicet tempore: tunc enim occidit, quando ſubdit, quare hic primam partem occaſus ejus cum Tauro intelligi oportet, ut vere legumina ſeri indicentur, non aeſtate G. 69 liberaſſe G. 70 deeſt al. 71 deeſt al. 72 deeſt V. Voſ. R. 73 exponeret Steph. Dan. Fabr. 74 univerſa V. R. Voſ. 75 compulſus L. Steph. Dan. al. 76 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 77 divinum L. 78 tempora. Brumalis, Auſtralis. Zonae VI. id eſt Septentrionalis, Solſtitialis, Aequinoctialis, & per &c. R. 79 deſunt L. Voſ. R. al. ad ℣. 235. Steph. & al. ad *Circuli* ℣. 233. 80 forte, ment. & forte erraruni operae Danielis, quas ſecuti Baſileenſes, Comm & Emm. poſt *ſigna* * poſuit Dan. quaſi quid deeſſet. 81 tranſlatio G. 82 terra G. 83 hic pro paralocis poſuit G. 84 rubens, ardens Steph. al. 85 deſunt Steph. al. 86 Septentrionalis & Auſtralis bene G. 87 deſunt G. Steph. al. 88 ſolis al. 89 antipodae G. & mox iterum. 90 jure G. 91 qui al. 92 deeſt G. 93 veſtitur L. Steph. Dan. al. tenditur ignifer G.

Caerulea glacie concretae atque imbribus atris.
Has inter mediamque duae mortalibus aegris
Munere conceſſae divom. Via ſecta per ambas,
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.
Mundus, ut ad Scythiam Rhipaeaſque arduus arcis
Conſurgit, premitur Libyae devexus in auſtros.
Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum

Sub

SERVII.

ſum. Unde etiam fit, ut duae Zonae frigidiſſimae ſint, ad quas numquam accedit Sol: una fervens, a qua pene numquam recedit: duae temperatae, ad quas viciſſim venit. [94] [TRAHUNTUR. Pro, extenduntur, aut, ſine intermiſſione vertuntur.

236. CAERULEA. Frigore ſcilicet, quia ipſe color convenit frigori.]

237. [95] [DUAE MORTALIBUS AEGRIS. Sicut dictum eſt, temperatae ex calido medio, & frigidis extremis circulis.]

238. [96] [PER AMBAS. Cum vitet utramque temperatam, ipſa praepoſitio *per*, pro *inter* accipienda eſt.

239. QUA. Per quam.]

240. MUNDUS UT AD SCYTHIAM. [97] Jam hic definitio eſt noſtri climatis, id eſt, noſtrae habitationis: quae a Septentrione incipiens, in Auſtrali definit plaga. Riphaeas autem arces, Scythiam dicit: cujus ſunt montes Riphaei. [98] [Quoniam Boreus circulus totus ſupra terram eſt, ideoque ab Arato, hic apparens; ille item, Auſtralis, vocatur obſcurus. Sane aliqui *mundum* pro coelo accipiunt hoc loco, qui *mundum*, nomen volunt eſſe univerſae naturae.

241. CONSURGIT, PREMITUR. Deeſt ita, ut ſit, ut ad Scythiam conſurgit, ita premitur in [99] Auſtros; [1] PREMITUR, contra devexus in Indos, ut fuerat ſupra Afros.] LIBYAE DEVEXUS IN AUSTROS. Quoniam Notius circulus totus infra terram eſt, & *premitur*, quaſi deprimitur.] ARDUUS. Excellus, & ſummo vertice arctatus.

242. HIC VERTEX NOBIS SEMPER SUBLIMIS. [2] Id eſt, haec pars mundi a nobis ſemper videtur, [3] [hoc eſt, Scythiae, quae Septentrioni ſubjacet.]

VARIORUM.

Afranianos contra multis rebus ſui timoris ſigna miſiſſe, pro edidiſſe. *aut obſcura* Gudian. BURM.

231. DIMENSUM. *Dimenſum certis idcirco* Zulichem. *demenſum* Regius & Juntina Ed. *partibus annum*, alter Rottendorphius. *regat* Leid. alter.

234. AB IGNI. *Ab igni eſt* Interpres Crucquianus ad Horat. I. Od. 22. ſed *eſt* omittit idem ad III. Od. 3. *ab igne* Parrhaſ. Ed. Venet. BURM.

236. CAERULEA GLACIE. *Caerulae glaciae* Mediceus. *Ceruleae glacie* Moretanus & Gudianus cum primo Moretano & aliis duobus. apud Hyginum de limitibus conſtituendis vulgata occurrit ſcriptura. HEINS. *Caerulae & glacie* Juntin. Ed. *Caeruleae glacie* Reg. cum gloſſa, id eſt, ſubnigrae, ſed vulgata legitur apud Commentatorem Crucquianum Horatii I. Od. 22. & III. Od. 3. BURM.

238. VIA SECTA PER AMBAS. *Et via ſecta* Mediceus cum aliis pleriſque & Hygino. Forte *it via ſecta*. HEINS. *Et via* Parrhaſ. & Reg.

239. VERTERET. *Verterit* Leidenſis primus.

240. SCYTHIAM. *Scithias* fragmentum Moreti *Cythiam* Reg.

241. DEVEXUS IN AUSTROS. *Diverſus* Ed. Venet.

242. SEM-

94 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 237. 95 deſunt iisdem, ſolſtitialis & hiemalis Zodiacus, quem ſigniferum dicimus. ſicut dictum &c. G. 96 deſunt L. Voſ. R. ad ℣. 240. 97 mundus pro coelo accipitur: nam mundi nomine quatuor elementa continentur, quemadmodum erigitur mundus in ſeptentrionalem plagam, ita declinatur in Auſtralem. Jam hic &c. G. *hic* deeſt L. V. R. Voſ. 98 deſunt L. Steph. al. ad *arduus* ℣. 241. Voſ. & R. ad 242. 99 Auſtros * Dan. 1 deſunt Fabr. ut fecerat Dan. 2 ſeptemtriona Arctos, ut Aratus dicit, quam ſecundum clima noſtri coeli Arcticus circulus contra orientem invenit, & contra Arcticus ſupra non excurrit. quapropter partem illam effera Aſtrologi nulla pictura deſignant G. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Sub pedibus Styx atra videt, Manesque profundi:
Maxumus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis
Circum, perque duas in morem fluminis Arctos,
Arctos Oceani metuentis aequore tingui.

Illic,

SERVII.

243. AT ILLUM SUB PEDIBUS STYX ATRA VIDET. [4] Id eſt, axem Notium, id eſt, Auſtralem, qui [5] a nobis nunquam videtur: ſicut [6] Boreus, id eſt, Septentrionalis, [7] [a nobis] ſemper videtur. Et [8] ſicut variae philoſophorum opiniones [9] ſunt, ita & hic varie loquitur: nam alii dicunt a nobis [10] abſcedentem Solem ire ad Antipodas: Alii negant, & volunt illic tenebras eſſe perpetuas. Mire [11] autem ait *Styx*, quaſi de inferis: STYX ATRA VIDET, MANESQUE PROFUNDI, ut oſtenderet illud, quod dicunt philoſophi, recedentes hinc [12] animas, & illic alia corpora ſortiri. Unde & Lucanus ait I. 456. *Regit idem ſpiritus artus Orbe alio.* Quod veriſimile eſt, quia [13] dicuntur animae, aut igni, aut vento, aut aqua, purgari: quod ut fiat neceſſe eſt, dum aut per frigidas plagas, aut igneam tranſeunt. Et licet alii hoc a Virgilio dictum per poëticam licentiam velint; tamen ſciendum eſt, cum poëticae licentiae inſervuiſſe philoſophiam.

244. MAXIMUS ANGUIS. [14] Vel, quia ipſe caeteris eſt major; [15] [vel, quia ad Scythiam; vel quia inter duas Arctos. Sane hunc draconem quidam occiſum, & inter ſidera conlocatum a Minerva dicunt: Alii hunc eſſe, quem Hercules cuſtodientem mala aurea Heſperidum occidit.] HIC. Pro illic.

245. CIRCUM PERQUE DUAS. Et *circum* enim eſt, & *per:* nam per utramque labitur, [16] [id eſt, inter duas] majorem cauda tangens, alvo complectens minorem. IN MOREM FLUMINIS ARCTOS. Heſiodus: ποταμῷ ῥοαῖς ἐοικώς.

246. OCEANI METUENTES AEQUORE TINGI. Hoc refertur ad fabulam: Nam hae duae pellices Junonis fuiſſe dicuntur; quas poſtquam Juppiter [17] in ſyderum retulit numerum, Juno rogavit Tethyn, ſuam nutricem, ne unquam eas pateretur occidere. Unde nunc *metuentes* [18] dixit, ſcilicet, nutricem Junonis. [19] [20] [Sunt autem hae, Helice, & Cynoſura: de Helice, Lycaonis filia, amata a Jove, & a Junone in urſam mutata, ſupra 138. dictum eſt. Cynoſura, quod caudam caninam habeat; hanc [21] Foenicem vocitatam quidam ferunt, Dianae comitem, iraque ejus, quod gravida eſſet inventa, in urſam eſſe mutatam, atque ejuſdem rurſus miſericordia ſyderibus inſertam. Quidam prodidere has Nymphas fuiſſe Cretenſes, Jovis nutrices, & ob meritum conſecratas; quae ideo non occidunt, quia ſecundum clima noſtri coeli Arctous circulus, in quo cardo convertitur, infra horizontem non venit] nam reliqua ſigna dicuntur [22] omni nocte in Oceano tingi.

VARIORUM.

242. SEMPER SUBLIMIS. *Sublimis ſemper* Moret ſec. *& illum* Venetus & Moreti quart.

244. ELABITUR. *Labitur* alter Rottendorphius & fragm. Moreti. quod poſſet alicui placere, quia proprie Serpentes, & flumina dicuntur *labi.* vid. ad Ovid. XV. Met. 721. & XIV. 633. & paſſim. nihil tamen mutem. nam *elapſa* non ſemper pro evaſit ex aliquo periculo ponitur, ſed ſimpliciter pro *lapſa*, *veniens.* ut V. Aen. 151. *Effuſa ante alios primiſque elabitur undis*, id eſt fertur remigando celeriter. & lib. IX. 632. quidam codices, *Effugit horrendum ſtridens elapſa ſagitta*, id eſt emiſſa. ubi alii *adlapſa*, *adducta* &c. BURM.

246. ME-

4 *Styx palus infernalis* axem notum G. Noctium L. notion B. R. Voſ. al. Noticum Steph. Dan. 5 Nobis G. 6 Boreus G. Boreos L. Borion B. 7 deſunt B. Dan. Fabr. 8 deeſt L. ſic G. 9 deeſt G. 10 cedentem V. abſcondentem R. 11 autem *Styx* R. B. autem ait *Styx atra* G. autem ait, quaſi Voſ. Steph. al. 12 animas, illic B. & illic corpora al. corpora indici G. 13 dicitur anima Steph. al. 14 deeſt L. Voſ. R. al. 15 deſunt L. Voſ. R. L. Steph. al. 16 deſunt G. V. L. Voſ. R. Steph. al. 17 in ſidera retulit, Juno G. 18 eas dicit G. 19 Thetis vero nutrix Junonis, Oceani uxor. G. 20 deſunt Voſ. R. V. L. uſque ad *ut perhibent* ℣. 247. Steph. ad *nam reliqua.* 21 Helicem Fabr. 22 omnia malebat Heinſius.

Digitized by Google

Illic, ut perhibent, aut intempeſta ſilet nox
Semper, & obtenta denſantur nocte tenebrae:
Aut redit a nobis Aurora, diemque reducit:
Noſque ubi primus equis Oriens adflavit anhelis,
Illic ſera rubens accendit lumina Veſper.

Hinc

SERVII.

247. [23] [ILLIC. In Auſtrali, id eſt, obſcuro axe.] UT PERHIBENT. [24] Scilicet poëtae: nam in rebus dubiis ſuam [25] denegat fidem. INTEMPESTA. [26] Inactuoſa, alta, [27] denſa, craſſa, qualis eſt intempeſta. Poſſe autem hoc fieri in aliqua parte mundi, ut pene ſibi totum vindicet nox, probat Britannia: quae lucis dives, vix quoddam ſpatium noctibus cedit. [28] [Aut *intempeſta ſilet*, quia Epicurei dicunt, non ire Solem per alterum hemiſphaerium; ſed ſemper his ab ortu colligi ſcintillas, & fieri orbem Solis.]

248. OBTENTA Obducta. [29] [Et *obtenta* ſicut oſtenta, ab eo enim, quod eſt *oſtendor*, veteres participium *oſtentus*, non *oſtenſus* dicebant; ipſe VI. Aen. 60. *Praetentaque Syrtibus arva*. Terentius in Eunucho III. v. 57. *An ego occaſionem mihi* [30] *oſtentatam, tam brevem*. Similiter & illud in Formione V. IV. 7. *Neque me nunc domum reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtentata hujuſce habendae*.

249. REDIT A NOBIS. Id eſt, ad illos, & hoc ſecundum Stoicos, qui dicunt Solem viciſſim per utrumque hemiſphaerium ire, & alternis noctem facere.] DIEMQUE REDUCIT. Ut, quando diſcedit a nobis, & dies clauditur, tunc illic ſit Aurora.

250. AFFLAVIT ANHELIS. Curſu anhelantibus. VESPER. Stella, quae & Venus & Lucifer dicitur: nam Veſper, eo, quod quibuſdam menſibus veſpere; Lucifer autem dicitur, quod quibuſdam mane oriatur.

251. SERA. [31] [Pro ſero, ut VIII. Aen. 30. *Seramque dedit per membra quietem*. Vel] *ſera*, nocti vicina. [32] [ACCENDIT LUMINA VESPER. Bene *accendit lumina veſper*, poëtice, ut ipſe veſper accendat, non homines: & ſaepe hac figura utitur II. Georg. 416. *Jam falcem arbuſta reponunt*.]

VARIORUM.

246. METUENTIS. Horatius II. Od. 2. *Illum agit penna metuente ſolvi, fama ſuperſtes* FABER. *Aequora* Mentelii prior a manu prima, & Leid. prior a manu ſecunda.

248. OBTENTA DENSANTUR. *Denſentur* uterque Mentelianus, Gudianus, & ſex aut ſeptem alii. videantur quae notamus Aen. VII. 794. HEINS. *Denſentur* Voſſian. & Reg. a m. pr. ſuperſcripta litera *a*. ſed *denſantur* hic praefero, ne toties litera *e* & ſyllaba *en* iterentur. *obducta* etiam alter Rottend. quod ab interpretatione eſt. vid. Cl. Drak. ad Sil. Ital. X. 228. & nos ad Ovid. X. Epiſt. 147. BURM.

249. REDIT. Hic locus facere poterat ad firmandam, inter alias, Heinſii illam conjecturam in Valer. Fl. II. 56. *Integer* (Titan) *in fluctus redituro decidit auro*. ubi vid. quae diximus. & ita *renatus ſol* Claudiano praefat. Epithal. in Nupt. Honor. 15. & de eodem ſole, Conſul. Olybr. pr. *ſol, qui Volvit inexhauſto redeuntia ſecula motu. diemque reliquit* Leidenſ. prior. BURM.

250. NOSQUE. *Noxque* Lutat. ad Stat. V. Theb. 178. *Orion* Voſſianus prior.

251. ILLIC SERA RUBENS. Sic & Scholiaſtes Statii Thebaidos quinto, & Marcianus Capella libro ſexto. at apud Senecam Epiſtola 122 *Illis accendit*. aliter ſcripti. HEINS. *Oſtendit* Venetus. male. alluſio eſt ad *prima lumina*, vel primam facem; ut Romani dicebant de prima parte veſperi. ut Guellius notavit. BURM.

252. PRAE-

23 deſunt etiam Steph. 24 Poëtice R. Voſ. V. L. al. 25 denegant Steph. negat L. V. 26 deeſt V. L. Voſ. R. 27 deeſt iisdem. 28 deſunt L. R. V. Voſ. ad ℣. 252. Steph. al. ad 248. 29 deſunt Steph. al. ad *diemque* 249. 30 Bentlejus utroque loco praefert *oſtentam*; ſecundo etiam *oſtenta* Fabr. & recte, quia Servius hic *oſtentus*, non *oſtenſus* dici docet, quod non convenit τῷ *oſtentatam*. BURM. 31 deſunt Steph. al. 32 deſunt iisdem ad 252.

Hinc tempeſtates dubio praediſcere coelo
Poſſumus: hinc meſſiſque diem, tempusque ſerendi;
Et quando infidum remis inpellere marmor
Conveniat: quando armatas deducere claſſis,
Aut tempeſtivam ſilvis evertere pinum.
Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus,
Temporibuſque parem diverſis quatuor annum.

Fri-

SERVII.

252. HINC TEMPESTATES. [33] [Id eſt, ex hac cauſa] [34] ex hac ratione Aſtrologiae: [35] [ex hac temporum ſcientia, vel ſyderum obſervatione. Et hoc contra Epicureos, qui dicunt acervum ſtellarum ſine cauſa eſſe.] [36] Et jam concluſio eſt: nam hoc dicit: Non ſine cauſa [37] intuemur ortus ſiderum & occaſus: hinc enim univerſa noſcuntur. DUBIO COELO. [38] Id eſt, etiam dubio coelo. [39] Et bene *dubio:* nam idem alibi *coeli fraudem* dixit, quod nunc proſpera, nunc adverſa ingerit. PRAEDISCERE. Praevidere.

253. MESSISQUE DIEM. Pro tempore, [40] [id eſt, quando ſit metendi tempus opportunum.] TEMPUSQUE SERENDI. Id eſt, autumnale.

254. INFIDUM. Cui nullus poteſt, aut debet committere fidem: nam ſubito fallit hominem [41] MARMOR. Mare.

255. QUANDO ARMATAS DEDUCERE CLASSES. Id eſt, quando ſit tempus ad agendum navale praelium. [42] [ARMATAS DEDUCERE CLASSES, aut quia in puppibus infigebant arma navigantes, ut 280. *Praefigere puppibus arma:* aut inſtructas armimentis ſuis.]

256. TEMPESTIVAM PINUM. Opportunam: nam tempore importuno hae caeſae arbores cito [43] termites faciunt: ita enim ligni vermes vocantur: [44] [nam hac re etiam ruſtici Lunae curſum obſervare dicuntur: melius enim arbores Luna decreſcente caeduntur. [45]

257. NEC FRUSTRA SIGNORUM OBITUS. S. E. O. Perſeveravit contra Epicureos. OBITUS autem Occaſus.]

258. TEMPORIBUSQUE PAREM D. Q. A. [46] De rebus contrariis fecit [47] declamationem, dicendo, *parem ex diverſis;* [48] [vel ſemper ſibi convenientem.] Re vera enim nihil eſt tam contrarium [49] inter ſe, quam aeſtas & hyems: & tamen de his annus efficitur.

VARIORUM.

252. PRAEDISCERE. *Praedicere* Moret. quart. Cod. Dan. & Edd. Junt. & Ald. vid. ſupr. 51. & inf. II. 255.

253. MESSISQUE. *Menſiſque* Regius, Zulich. & Tert. Mentelii. quae variatio perpetua. vid. ſup. 219. ideoque hic dubitare non debebat Pierius. BURM.

256. AUT TEMPESTIVAM. *Et tempeſtivam* Macrobius Saturn. Lib. VI. cap. 4 & Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro primo Ode 23. aliter codices ſcripti. HEINS. *In Silvis* multi. *avertere* Zulich. Suet. Domit. V. *arbor, quae everſa ſurrexerat.* Eadem varietas lib. II. 208. BURM.

257. SPECULAMUR. *Speculantur* fragm. Moreti.

259. FRI-

33 deſunt L. R. V. Steph. 34 ex ratione Voſ. R. Steph. 35 deſunt L. R. V. Voſ. Steph. al. 36 & eſt concluſio Steph. al. 37 intuentur al. 38 etiam dubii erimus coeli, ſive quando dubium coelum in tempeſtatibus, & ſerenitatis indicium diſcernitur hac ratione. G. 39 & dubio quod n. p. n. a. ingerit Steph. al. ſed Voſ. R. L. deſunt. 40 deſunt Dan. Fabr. 41 ut Lucretius II. 557. *Infidi maris inſidias, vireſque doliſque* G. 42 deſunt L. Voſ. Steph. al. 43 *Teredines* hic legendum eſſe monet Deſpauterius, ubi agit de genere nominum in *es.* NANSIUS. Vide Taubmannum. Cl. Dorvillius laudabat locum Vitruvii lib. I. 9. *abies alit & procreat termitem.* BURM. 44 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. ad ℣. 258. 45 SYLVIS in ſilvis. EVERTERE. excidere. Steph. 46 *Parem,* id eſt Verno, Aeſtivo, Autumno, Hybernoque, id eſt aequali trium menſium in unoquoque anni tempore, id eſt de calore & frigore G. 47 declinationem. G. 48 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 49 intra Voſ. R.

Frigidus agricolam ſiquando continet imber,
Multa, forent quae mox coelo properanda ſereno,
Maturare datur. Durum procudit arator
Vomeris obtuſi dentem: cavat arbore lintres:
Aut pecori ſignum, aut numeros inpreſſit acervis.

Exa-

SERVII.

259. [50] [FRIGIDUS AGRICOLAM. Non generaliter frigidus, ſed quando frigidus fuerit, & quaſi titulus eſt, Agricolam nunquam vacuum eſſe debere. CONTINET. Ut non poſſit propter frigus & imbrem agriculturam exercere. CONTINET autem, Detinet, & impedit.]

260. MULTA FORENT QUAE MOX COELO PROPERANDA &c. Ordo eſt: Multa maturare datur, [51] quae forent in ſerenitate properanda ſereno coelo: nam male quidam *forent*, eſſe praeſentis temporis volunt; ut ſit ſenſus: Multa ſunt properanda, quae [52] maturare datur, mox coelo [53] ſereno: id eſt, in uſum coeli ſereni. Quod non eſt idoneum; licet re vera *fore*, tantum [54] ſemper futuri ſit temporis: nam *foret*, & praeteritum & praeſens & futurum complectitur. Salluſtius Catil. XX. *Ni virtus fideſque veſtra* [55] *ſpectata mihi foret:* id eſt, eſſet: Et ordo eſt: Multa maturare [56] datur, & [57] diligenter facere, [58] quae ſi velis coelo ſereno properanter facere, non diligenter poteris facere, dum feſtinas, [59] [& tardius ad laborem redibis. Oportet ergo, ut, dum domi reſides, ea quae tibi praeparare potes, & neceſſaria vides, parare ſtudeas, ut, cum fuerit ſerenitas data, ſtatim ad laborem prodeas. [60] [Sane *maturare*, duas res ſignificat; aut in otio, & ſuo tempore facta maturata dicuntur; aut accelerata, & ante tempus acta, quod hic ſignificat. Cato, *Properare* dicit *eos, qui prima quaeque ordine ſuo maturare tranſigunt; feſtinare autem illos, qui multa incipiunt: eaque adnectendo, nec terminando praepediant*. Aulus Gellius X. 11. *Mature, veluti celeriter dicimus*. Nigidius: *Mature fieri, quod neque cito, neque tarde fiat; quod hinc debet intelligi; quia poma, quae neque acerba ſunt, neque putrida, matura dicuntur*.] [61]

261. PROCUDIT. Cudendo extenuat. [Id eſt, producit tundendo; & bene, quia praepoſuerat multa, enumerat ſingula.]

262. VOMERIS OBTUSI. [62] [Hebetis; & obtuſum eſt quicquid ſine acumine eſt, vel calore, ut I. Aen 567. *Non obtuſa adeo geſtamus pectora Poeni*. Et] [63] Antiqui *n* litteram addebant, quod nos propter euphoniam in aliquibus detraximus, ut [64] *obtuſus:* in aliquibus *n* remanſit, ut *tunſus*. [65] [*Obtuſi* autem, reverberati, & acumine carentis. DENTEM. Acumen. ARBORE. De arbore.] LINTRES. [66] Fluviatiles naviculas. [67] [Sane non ſine ratione *lintrium* meminit, quia pleraque pars Venetiarum fluminibus abundans, lintribus exercet omne commercium, ut Ravenna, Altinum. Ubi & venatio, & aucupia, & agrorum cultura, lintribus exercetur. Alii *lintres*, in quibus uva portatur, accipiunt.]

263. AUT PECORI SIGNUM, AUT NUMEROS IMPRESSIT ACERVIS. Id eſt, [68] facit aut characteres, quibus pecora [69] ſignantur: aut teſſeras, quibus frumentorum numerus deſignatur: nam *numeros* pro litteris poſuit, quibus numeri continentur. [70] [Sed hoc non de aeſtate, qua ſignari vel fru-

50 deſunt L. Voſ. R. ad 260. Steph. ad *Continet*, ſed in G. erat, monet agricolam debere aliqua opera agere, quibus minime nocent imbres, & quae in ſereno coelo facienda eſſe ſibi neceſſaria, quae tamen celeriter operaretur, propter agriculturae petitionem. 51 quae f. maturanda. nam G. quae forent in ſer. properanda: nam L. Voſ. R. quae forent properanda al. forent properanda ſereno coelo, id eſt in ſerenitate Steph. q. f. pro paranda V. 52 mature Dan. 53 ſereno, in uſum V. in viſum G. 54 deeſt L. Voſ. R. 55 *exſpectata* V. Voſ. R. 56 dantur Dan. 57 celebriter vel laudabiliter V. celebriter Voſ. celeriter R. 58 quae velis Dan. 59 deſunt L. Voſ. R. al. ad 261. 60 deſunt Steph. ad 261. in verbis Catonis Voſſius legebat, *ordine ſuo maturate tranſigunt*. 61 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 62 deſunt Voſ. L. R Steph. al. 63 Antiqui *n* add. Voſ. R L. antiqui tamen *n* add. Steph. al. 64 *Obtuſis* & *tuſis* L. 65 deſunt L. Voſ. R. al. 66 Fluviales L. Voſ. R. Steph. al. *Lintres*, duas ſignificationes habet, nam intelligitur hoc nomine, & pro navibus, & pro vaſe concavo, ubi uva portatur. G. vide Brouck. ad Tibul. I. v. 23. 67 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 68 facit ut char I. ita *charactere ſignari* dicit Columell. lib. XI. II. 14. 69 ſignificantur G. 70 deſunt Voſ. R. L. ad ℣. 265. & Steph & al. qui tamen ordine mutato *Vallos* &c. poſtpoſuere τῷ *Amerina* & ſeqq.

Digitized by Google

Exacuunt alii vallos, furcaſque bicornis,
Atque Amerina parant lentae retinacula viti.
Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga:

Nunc

SERVII.

fruges, vel animalia ſolent; ſed de hyeme, qua imber frigidus eſſe poteſt. Loquitur autem hoc, ſecundum ea, quae aliter dicuntur, aliter audiuntur, ut dictum eſt.

264. EXACUUNT. Repurgant, & reformant in altitudinem priſtinam. VALLOS. Foſſas, & muros de terra factos & glebis, qui fiunt [71] in circuitu cohortium & vinearum: aut quibus aquae ducuntur de locis aquoſis. [72] [*Vallos*, quos aliqui palos, Graeci χάρακας. Homerus Il. XI. 63. σκόλοπας: Aelius Gallus de verbis ad jus civile pertinentibus, *vallos*, tegulas grandes, quae ſupra colliciás infimae ponuntur, appellat. Alii *vallos* hic quadridentes dicunt; nam *vallos*, qui ſcolopes dicuntur, ante muros poni, ut IX. Aen. 524. *Reſcindit vallum, & ſcalas in moenia poſcit.*] BICORNES. Duorum cornuum.]

265. AMERINA [73] RETINACULA. Virgas, de quibus vites religantur, quae virgae abundant circa *Amerinum*, oppidum Italiae, cujus crebram in Roſciana facit Cicero mentionem. [74] [Alii genus ſalicis dicunt, diſpari colore a caetera ſalice: nam eſt rubra, & ad connectendum aptior; quia praeter morem lenta eſt, quae nunc quoque *Amerina* a ruſticis dicuntur.] [75] [LENTAE autem, flexuoſae. Hic computat ea, quae quilibet domi poteſt facere, dum ab agricultura pluviis impeditur; aut nimium frigus terram conſtringit: cuncta enim utilia ſunt humano uſui, quae hic dicit, & quovis tempore poſſunt fieri.

266. FACILIS. Levis ad faciendum, [76] [de qua facile aliquid fiat. Unde *faciles homines*, qui hac & illac cito ducuntur. Ergo *Facilis*, quae cito legitur, vel ſolvatur.] RUBEA VIRGA. Quae abundat circa *Rubos*, Italiae oppidum. Horatius I. Sat. V. *Inde Rubos feſſi pervenimus* Id eſt, ea virga, quae apud Rubos plurima naſcitur. An a [78] *rubo*, cujus meminit III. Ecl. 89. *Ferat & rubus aſper amomum.* FISCINA. Genus eſt vaſis, id eſt, corbulae brevis, quas perferunt qui arbuſta vindemiant. Lucilius in quinto: *Fiſcina fallaci cumulo.* Naevius in Andromacha: *Quod tu, mi Gnate, quaeſo ut in pectus tuum demittas, tamquam vindemiator in fiſcinam.* Plautus in Mercatore V. IV. 28. *Vobiſcum habete cum porcis, cum fiſcina.*

VARIORUM.

259. FRIGIDUS AGRICOLAM. *Agricolas* Macrobius Saturnal. libro VI. cap. 4. & Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro primo, Ode XXIII. aliter codices ſcripti. HEINS.

Ibid. CONTINET IMBER. *Detinet* Zulich. & Ed. Venet. ſed male. & ex interpretatione Servii. *continet* eſt domi tenet, nec exire in campum patitur. Juſt. XLII. 4. *Ille ſimulato timore diu continuit ſe.* ſc. caſtris. vid. ad Petron. cap. LXV. addit Servius aliam explicationem *impedit*, quae Vondelium in errorem traxit, qui vertit *hem binnen 's huis belet*, cum debuit *beſet houd*, & porro pergens: *waar mede by t' huys, by ſchoon weder zich zou moeten verhaeſten*, quum contrarium velit Poëta, quae eſſent properanda coelo ſereno, non domi, ſed ſub dio, quia hiems & imber eum concludit. tunc commodo ſuo in anteceſſum poteſt parare inſtrumenta, quae ſi coelum ſerenum & aeſtas eſt, & deeſſent, deberet ſubito, confuſe & properatim facere. haec enim inter *maturare* & *properare* differentia datur a Grammaticis. BURM.

260. QUAE MOX COELO. *Quae poſt* Mediceus. aliter tamen Nonius in *Maturare*, & Gellius & Macrobius. HEINS.

261. MATURARE. *Procurare* Ed. Venet.

262. VOMERIS OBTUSI. *Obtunſi* idem Mediceus aliique nonnulli ex vetuſtioribus. quod & Nonii codices antiquos inſedit verbo *procudere.* & ſic Priſcianus libro decimo agnoſcit in membranis caſtigatioribus. ut & libro IV. 267. *tunſum galeae*

ad-

71 in circuitum al. 72 deſunt Steph. al. ad *bicornes. Vallos.* palos. paxilla diminutive. *Furcis*, id eſt quibus fulciuntur vites. & ſpinae coacervantur. G. Vide Vlit. ad Grat. Cyneg. 87. 73 RETINACULA quibus vites ligantur G. ligantur &c. Voſ. R. 74 deſunt Voſ. L. R Steph. al. 75 LENTA, flexibili Steph. al. deſunt L. Voſ. R. ad *Rubea.* 76 deſunt Steph. al. ad *Rubea.* mox forte *legetur, vel ſolvatur.* 77 *Rubea*, id eſt ex arbore rubi facta. vel *Rubea*, Rubi oppid. in in Apulia, vel in Theſſalia, quae hoc genere viminis abundat G. 79 *rubo:* & mox *rubus aſper.* Dan. 79 *Fiſcina* genus virgae; ubi caſeum premitur, dein. *fiſcilla* G.

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite ſaxo.
Quippe etiam feſtis quaedam exercere diebus
Fas & jura ſinunt. Rivos deducere nulla

270 Re-

SERVII.

267. NUNC TORRETE IGNI FRUGES, N. F. S. [80] Hyſteron proteron, tamquam dicat: torrete igni, coquite panes: & poſtea dicat, frangite ſaxo: cum prius ſit frumentum molere, & deinde factos panes coquere; ſed recte & ordinate dixit: nam *torrete fruges*, non de coquendis panibus, ſed de ſiccandis frugibus dixit: quod fit primum, & poſtea ſiccatae fruges moluntur: & praecipit parandum eſſe panem, quo utendum ſit, ſereno caelo, ne ea res tunc ſit impedimento. Multi tamen de certo frugum genere dictum volunt: nam far, milium, panicum moli, niſi ante fuerint toſta, non poſſunt. Nam quod ait *ſaxo frangite*, poteſt accipi & [81] *pinſere*, quod ſignificat pilo tundere; quia & vulgo cavatum ſaxum pilum dicimus; quae omnia fieri oportet, propter facilitatem molendi. Multi hyſterologiam putant, quia ante eſt molere, quam coquere. Nonnulli tradunt ruſticos ſolitos, ſi quando ad excudendas fruges eſſent imbribus impediti, ſpicas integras condere, & prout indiguiſſet uſus, hyeme torrere; quo facilius a gluma ſua ſeparatum triticum molerent. Alii non accipiunt hyſteron proteron, ſed modo hoc, modo illud facito, ut diverſa dixiſſe videatur.]

268. QUIPPE ETIAM FESTIS QUAEDAM EXERCERE DIEBUS. Non mirum eſt, ruſticum aliqua facere debere per pluvias, cum ſint quaedam, quae facere poſſit etiam feſtis diebus [82] [Sunt enim aliqua, quae ſi feſtis diebus fiant, ferias polluant: quapropter & Pontifices ſacrificaturi, [83] praemittere calatores ſuos ſolent, ut, ſicubi viderint opifices adſidentes opus ſuum, prohibeant; ne pro negotio ſuo, & ipſorum oculos, & cerimonias Deûm attaminent: feriae enim operae Deorum creditae ſunt. Sane feriis terram ferro tangi nefas eſt: quia feriae Deorum cauſa inſtituuntur; feſti dies hominum quoque.]

269. FAS ET JURA SINUNT. [84] Id eſt, divina humanaque jura permittunt: nam ad religionem fas; jura pertinent ad homines. [85] [Et non ſine cauſa hoc dictum a Virgilio, gnaro totius ſacrorum ritus, ponitur: *religioſi* enim eſſe dicuntur, qui faciendarum [85] * praemittendarumque rerum divinarum ſecundum morem civitatis delectum habent, nec ſe ſuperſtitionibus implicant. Cum ergo hic dicit: *Feſtis quaedam exercere diebus Fas & jura ſinunt*; Et *rivos deducere nulla Relligio vetuit*: oſtendit multa, quae ad rem divinam pertinent, ex praecepto & poſſe fieri, & vitari, ab his ſcilicet, qui religioſi, ut ſupra dictum eſt, appellantur; quem morem Poëta agendo aliud ſubtiliter docuit.]

Ibid. DEDUCERE. Id eſt, ſiccari: nam irrigare inducere eſt, ut ſup. 106. *Deinde ſatis fluvium inducit*. Sane ſciendum ſecundum Varronem contra religionem eſſe, vel ſi [86] irrigentur agri, vel [87] laventur animalia feſtis diebus: Nymphae enim ſine piaculo non poſſunt moveri. Sed ſcimus neceſſitati religionem cedere; Unde perite Virgilius ait:

RIVOS DEDUCERE NULLA RELLIGIO VETUIT, SEGETI PRAETENDERE SEPEM, INSIDIAS AVIBUS MOLIRI, &c.]

VARIORUM.

admiſcere ſaporem. Nam vulgata Priſciani exemplaria mendoſa ſunt. vide lib. III. 133. & Voſſium de Analogia lib. III. cap. 26. HEINS. *Proſcindit arator* ſecundus Moreti. *obtuſo* Parrhaſ. & Reg. a m. pr.

263. IMPRESSIT. *Impraeſſit* Mentel. alter. *impreſſat* alter Rottendorphii & Daniel. Cod. Vid. ad Calpur. v. Ecl. 88. *exacuant* idem Rottend. BURM.

265. AMERINA. *Amarina* Mentelii pr. & tertius a manu prima.

266. Ru-

80 praeparate panem, quo utamini in ſerenitate, ne ea res impedimento ſit poſtea L. Voſ. R. reliqua autem ad 268. deerant in Dan. & Fabr. ſequebatur *Multi tamen &c.* quae contra deerant Steph. & al. ad ꝟ. 268. praeparate p. in ſerenitate, ut prius torreatur, id eſt ſiccatur, dein immolatur. *Frangite ſaxo* eſt ordo perverſus, quia frangere ſaxo antecedit G. 81 *pindere* Dan. Fabr. vid. Ecl. VIII. 82. & Keuchen. ad Seren. Samon. cap. XXV. 82 deſunt Voſ. L. R. Steph. al. 83 permittere Fabr. 84 vel haec ad divina & humana jura pertinent V. divina humana R. 85 deſunt Voſ. R. L. Steph. al. 85 * forte praetermittendarum. 86 rigentur L. Voſ. R. 87 labuntur L.

Religio vetuit, ſegeti praetendere ſaepem,
Inſidias avibus moliri, incendere vepres,
Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.

Saepe

SERVII.

270. VETUIT. Prohibuit. PRAETENDERE SEPEM. Circundare, & opponere: & ſubaudi, nulla religio vetuit.

271. INSIDIAS AVIBUS MOLIRI. [88] Id eſt, aucupia facere. INCENDERE VEPRES. [89] Hoc etiam, ſicut & priora, licet feſtis diebus agere.

272. BALANTUMQUE GREGEM FLUVIO MERSARE SALUBRI. Id eſt, ſalutiſero: nam dicturus eſt in tertio, ſcabie tentari animalia, niſi laventur. De irrigatione vero nihil ad hunc pertinet locum, quia DEDUCERE, ut diximus, ſiccare ſignificat. [90] [Sed qui diſciplinas Pontificum interius agnoverunt, [91] ea die feſto ſine piaculo dicunt poſſe fieri, quae ſupra terram ſunt; vel quae omiſſa, nocent; vel quae ad honorem Deorum pertinent, & quidquid fieri ſine inſtitutione novi operis poteſt; ut rivorum inductionem ſic accipiamus, per foſſam vel pratum purgatum deducere, id eſt, emittere; quoniam cautum in libris Sacris eſt: *Feriis denicalibus aquam in pratum ducere, niſi legitimam, non licet; caeteris feriis omnes aquas licet deducere.* Ergo hic, ut aliquibus videtur, *deducere*, purgare eſt, & ſordes emittere, quae praecludant aquam: ideoque a Pontificibus, ut novum fieri non permittitur feriis, ita vetus purgari permittitur. Alii hoc ſecundum [92] Augurale Jus dictum tradunt, quod etiam in bello obſervetur, ne novum negotium incipiatur. Ergo *rivos deducere*, non eſt novum negotium: & poteſt hoc illuc referri ſupr. 113. *Quique paludis Collectum humorem, bibula deducit arena.* Sane, quae feriae, a quo genere hominum; vel quibus diebus, obſerventur; vel quae feſtis diebus fieri permiſſa ſint, ſi quis ſcire deſiderat, libros Pontificales legat. BALANTUMQUE GREGEM. Id eſt, ovium. MERSARE. Frequenter mergere, propter ſcabiem. [93] [FLUVIO SALUBRI. Non eſt epitheton amnis, ſed ad factum refertur.]

VARIORUM.

266. RUBEA VIRGA. Scholiaſtes Horatii Cruquianus libro primo Satyra 5. ad illum locum, *Inde Rubos feſſi pervenimus. oppidum. unde putant aliqui Virgilium dixiſſe Rubea virga.* HEINS. *Rubra* Venetus. *faſcina* pr. Moreti. ita variant & Codices apud Ovid. IV. Faſt. 754. Gloſſ. Reg. *fiſcinam*, ut caſeus prematur, explicat. quo referri poſſent illa Calpur. III. Ecl. 68.

Sed mihi nec gracilis ſine te fiſcella ſalicto
Texitur, & nullo tremuere coagula lacte.

vide Titii notas ad Nemeſ. I. Ecl. I. BURM.

267. FRANGITE SAXO. Temere nimis pronuntiat Cl. Cortius ad Salluſt. Catil. X. erraſſe librarium, & Virgilium dediſſe *ſaxis*, quia de pluribus agitur. atqui ſingularis ille numerus multo magis poëticus eſt. an non meminerat alterius loci I. Aeneid. 179.

Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo?

vid. inf. lib. II. 72. ita mox 272. *gregem* non *greges*. *ſaxis propter* metrum dixit Samonicus XXXVIII. *Reſinam miſcet, & ſaxis ordea fracta.* quem & vide cap. III. *& frangite* Moreti ſec. BURM.

269. FAS ET JURA. Recte Servius, humana & divina. Catroeus Pontificium jus ſolum hic in verſione dat. vid. ad Petron. cap. CVIII. hinc toties *fas & lex*, *jus piumque*, & ſimiles formulae. BURM.

Ibid. RIVOS DEDUCERE. *Diducere* ſcriptum eſt in optimo illo libro Colotiano, quomodo etiam legitur apud Catonem CLVI. *Aquam diducere in vias, & ſegetem oportet curare, ut fluat.* URSIN. *Deducere* interpretatur Macrobius libro III. Saturnal. cap. 3. pro *detergere ſordidatos*. ego ſimpliciter capiendum opinor, ut in illo Naſonis, Remediis Amoris 194. *Ipſe potes riguo plantam deponere in horto, Ipſe potes rivos ducere lenis aquae.* HEINS. *Diducere*, quod eſt in Mediceo & primo Moretano; & Ald. forte Servius legit, qui *ſiccare* interpretatur. ſed *deducere rivos* eſt, ex fluvio

88 INSIDIAS AVIBUS non de aucupatione loquitur, ſed aves jubet a ſatis prohiberi, referens ad illud, *nihil improbus anſer* G. 89 *Vepres* ſpinoſum virgulti genus maſculini generis, ut VIII. Aen. 645. *ſparſi rorabant ſanguine vepres* G. vid. IV. Georg. 444. Hoc autem ſicut & proprie licet & feſtis diebus agere Baſil. 90 deſunt L. Voſ. R. ad *Ceſtas* ℣. 273. Steph. al. ad vetuit. 91 a die Dan. Fab. 92 Augurale * cujuſ Dan. Augorale alicujus al. 93 deſunt Steph. al.

Saepe oleo tardi coſtas agitator aſelli,
Vilibus aut onerat pomis: lapidemque revertens
Incuſum, aut atrae maſſam picis urbe reportat.

Ipſa

SERVII.

273. [94] [SAEPE OLEO. Et hic *aut* conjunctio eſſe debuit, ut eſt v. Aen. 512. *Illa Notos atque atra volans in nubila fugit*, pro *&* *in Notos*, ut eſſet, Saepe aut oleo, aut vilibus onerat pomis: & bene ruſticorum laudat induſtriam.] COSTAS ASELLI. Aut re vera coſtas, aut clitellas, ut Horatius I. Sat. v. 47. [95] *Hinc muli Capuae clitellas tempore ponunt*. AGITATOR. Verberator: ab agendo dictus; [96] [ac per hoc aſinarius dicitur.]

274. VILIBUS POMIS. Abundantibus: [97] [quia vulgo naſcuntur:] ut ſupra 227. *Vilemque faſelum*. LAPIDEMQUE REVERTENS [98] INCUSUM. Molam manualem, cudendo aſperatam: [99] [& bene verbum vulgare vitavit.]

275. MASSAM PICIS URBE REPORTAT. [1] Aut qui oleum vel poma portaverat ad urbem; aut certe ideo ait, REPORTAT, quia pix in agris naſcitur, & [2] in urbe diſtracta, in agrum a pleriſque reportatur. [3] [Varro dicit antiquos nundinas feriatis diebus agere inſtituiſſe, quo facilius commercii cauſa ad urbem ruſtici commearent: & bene per haec omnia, quae ſuperius dixit, oſtendit ferias non pollui.]

VARIORUM.

vio vel lacu, certe majori canali, aquam ad irrigandos agros derivare. & hinc *inducere rivos ſequentes* dixit ſupra ỳ. 106. *ut parentem undam in rivos vocare* Ovidius II. Amor. XVI 35. ſic *invitatum ſinum* in Rutilio I. 245. explicuimus. & ita explicuiſſe Forcatulum in Penu Juris Civilis cap. 14. notaverat Nanſius. & ſimpliciter *ducere* notare, & velle poëtam, aquam licere inter confines communem avertere, ut alternis utantur, vel ceſpitem, impedientem aquam recto limite, tollere; ut libere effluat. Varro autem prohibens irrigationem, de ea intellexit, quae agitatione lympharum fiebat: poſſet & capi de aqua in agrorum lacunis haerente, quae per rivos deducitur. ut ſupra ỳ. 114.

Collectum humorem bibula deducit arena.
& ita Servius per *ſiccare* explicare potuit, ut & Gloſſ. Regii Cod. *exſiccare. religio* prohibet Urſ. Cod. BURM.

270. SEPEM. *Sepes* fragm. Moreti. *ſaepem* Cod. Daniel. & Regius. vid. Ecl. I. 54.

272. BALANTUMQUE GREGEM. *Greges* Macrobius III. 3. Priſcianus vulgatum agnoſcit; etiam Columella libro II. cap. 22. cujus mihi potior eſt auctoritas. is cum doceat etiam feſtis diebus licere far pinſere, faces incidere, candelas ſevare, aliaque hujuſcemodi permitti; non eſt quod de rivis deducendis ſollicitus ſit Macrobius. quin idem Columella ait, Negare pontifices ſegetem feriis ſepiri debere, quod tamen Maro licere contendit. emenda obiter Macrobium, nam pro eo, quod eſt in vulgatis exemplaribus, *liceat autem, ſi curatione ſcabies ſit abluenda*, cum vetuſtum exemplar Thuaneae Bibliothecae exhibeat, *ſcabies ſit adhibenda*, corrigi debere opinor, *ſcabies ſit abigenda*. HEINS. *Fluvio verſare* Zulichemius. ſed *merſare* Scholiaſtes Horatii IV. Od. 4.

275. INCUSUM. *Incuſſum* Mediceus, Gudianus, Vratiſlav. Leidenſ. Parrhaſ. & plures alii, & a m. pr. Mentel. Edd. Ald. Juntae & al. *incuſum* Reg. a m. pr. & Ed. Comm. Daniel. *incaſſum* Venet. unde vero *inciſum* petierit Maſvicius neſcio, niſi Ruaei notas legerit, qui explicat lapidem molarem, aut molam ante *inciſam*. Scaliger Lect. Auſon. II. 21. *incuſum* lapidem aſperum interpretatur. ut apud Perſ. II. Sat. 52. *incuſa auro dona*, ubi vide interpretes. manualem molam intelligunt Servius, Gloſſator Regii Cod. Erythraeus, & alii, & ita in Theſauro Fabri explicatur. ſimilis contentio apud Val. Fl. II. 339. an *incuſa*, an *incuſſa maſſa* legendum, ubi *incuſſam* praetuli. BURM.

Ibid. MASSAM PICIS. *Duram* picem intelligit. vid. ad Calpurn. v. 81. quae *Brutia* dicebatur, & qua ad varia medicamina utebantur ruſtici, nec non ad alia opera. vid. Taubmannum & Cerdam.

ſed

94 deſunt Steph. al. 95 *hinc* V. 96 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 97 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. al. 98 INCUSSUM L. R. INCUSUM Voſ. Steph. al. 99 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 1 ut qui L. Voſ. R. aut quia V. aut qui oleum, aut qui poma portavit, aut certe G. 2 in urbem retracta a pleriſque G. in urbe non diſtracta, volebat Nanſius. 3 deſunt L. Voſ. R. Steph. al.

Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum. Quintam fuge: pallidus Orcus,
Eumenideſque ſatae. Tum partu terra nefando
Coeumque Iapetumque creat, ſaevumque Typhoea,
Et conjuratos coelum reſcindere fratres.

Ter

SERVII.

276. IPSA DIES ALIOS ALIO DEDIT ORDINE LUNA. Pleniſſime de Lunae diebus omnibus expreſſit Heſiodus: Ἐργ. 765. [4] [Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος εὖ κατὰ μοῖραν Πεφραδέμεν δμώεσσι τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην Ἔργα τ' ἐποπτεύειν, ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέεσθαι.] Quam rem breviter iſte praelibat. [5] [Sed eſt ita, ipſa quoque Luna omnes dies felices dedit, ſed alios aliis rebus aptos. Inde ait *felices*; & hoc eſt ad opera ſumenda, aptos felicibus operis. Alii *felices* pro fecundis accipiunt, ut II. 188. *Felicemque trahit limum.* ALIO ORDINE.] Hoc eſt, non omnes dies facit aequales; ſed diverſi ordinis & modi, cum ipſa ſit una & eadem.

277. FELICES OPERUM. Quibus feliciter poſſunt opera exerceri, vel ad opera ſumenda:] vel certe FELICES, [6] aptos felicibus operibus. QUINTAM FUGE. [7] [Ut quinta luna nullius operis initium ſumas.] Dicitur enim hic numerus Minervae [8] eſſe conſecratus, quam ſterilem eſſe conſtat. [9] Unde etiam omnia ſterilia quinta luna nata eſſe dicuntur: ut, Orcus, Furiae, Gigantes. PALLIDUS ORCUS. Quia pallidos facit: [10] [nam ipſe niger eſt. Probus, *Orchus* legit. Cornutus vetat aſpirationem addendam. Heſiodus *Orcum* quinta luna dicit natum. Celſus, ut Jurisjurandi deum pallidum dictum, quia jurantes trepidatione palleſcunt: nam apud *Orcum* defunctae animae jurare dicuntur, ne quid ſuos, quos in vita reliquerunt, contra fata adjuvent.] ORCUS. Pluton, Deus inferni.]

278. EUMENIDES SATAE. [11] [Id eſt, natae] & ut ſaepe [12] dictum eſt, κατ' εὐφημισμὸν, *Eumenides* vocantur, [13] [quod non habent bonam voluntatem, id eſt, mentem; ſicut Parcae, quia nulli parcant.] NEFANDO. Sacrilego.

279. COEUM. [14] [Nomina ſunt Gigantum.] Per *Coeum* autem & Typhoeum, & Iapetum, omnes gigantes [15] intelligimus; [16] [quos quinta luna dicit eſſe natos.]

280. ET CONJURATOS CAELUM RESCINDERE FRATRES. Othum & Ephialtem [17] [dicit, qui fuerunt filii Neptuni, & novem digitis ſingulis creſcebant menſibus: qua freti altitudine coelum voluerunt evertere; ſed confixi ſunt ſagittis Apollinis & Dianae.]

VARIORUM.

ſed nimis acutus Servius in explicanda voce *reportat*, quaſi nata apud ruſticos in agris pix, reportaretur. quum non ubique naſcatur, ſed mercari eam ſoleant in urbibus agricolae. an ergo & ubi praedam ex venatu domum *reportant*, illa antea domi nata cenſenda? ut lib. III. 375. ſed *reportat*, id eſt hic, vice olei & pomorum, quae vendidit in urbe, ex eorum pretio reportat lapidem & picem; quo ſenſu primo cepiſſe videtur Servius; ſed obſcurioribus verbis ſententiam edidit. quare non opus eſt cum Nanſio in Servio legere *non diſtracta. etiam ab urbe* Gloſſa Regii. BURM.

277. QUINTAM. *Quintum* Venetus.

Ibid. ORCUS. *Orchus* Parrhaſ. vid. Brouckhuſ. ad Tibull. III. III. 38.

278. PARTU. *Parto* Mentelius prior & tertius a manu pr.

279. COEUMQUE. *Coeum Iapetumque* Parrhaſ. Voſſ. Zulichem. & Regius. ſed eraſum videtur *que* in hoc. *Typhonem* Philarg. ad lib. II. Georg. 460. vid. Eryth. Ind. BURM.

281. PE-

4 deſunt L. Voſ. R. 5 deſunt L. R. Voſ. ad *vel certe* 277. Steph. al. ad *Hoc eſt.* 6 ad opera ſumenda, pro felicibus operibus L. ad opera ſumenda apte f. O. Voſ. R. 7 deſunt L. Voſ. R. 8 deeſt G. 9 inde omnia G. 10 deſunt L. Voſ. R. ad ℣. 278. Steph. al. ad *Orcus.* 11 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 12 diximus iidem. 13 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 14 deſunt L. Voſ. R. 15 intelliguntur Steph. al. 16 deſunt L. R. Voſ. 17 deſunt Voſ. R.

Ter ſunt conati inponere Pelio Oſſam
Scilicet, atque Oſſae frondoſum involvere Olympum:
Ter Pater exſtructos disjecit fulmine montis.
Septuma poſt decumam felix: & ponere vitem,
Et prenſos domitare boves, & licia telae
Addere. Nona fugae melior, contraria furtis.

Multa

SERVII.

281. PELIO OSSAM. [18] [Monti Theſſaliae.] *Pelio* o longa eſt: ſed fit brevis ſequente vocali, ut v. Aen. 261. *Sub Ilio alto.* [19] [OSSAM. Alium montem, Thraciae.]

282. [20] [OLYMPUM. Tertium montem, Macedoniae: & tertium quaſi majorem involvere ait.

283. PATER. Juppiter. DISJECIT. Dejecit.]

284. SEPTIMA POST DECIMAM FOELIX. Aut ſeptimamdecimam dicit; [21] aut hoc dicit: Foelix quidem eſt ſeptima, ſed foelicior decima: [22] ut primum locum decimae tribuat; [23] [quae ſit valde foelix; ſecundum ſeptimae, quae poſt decimae foelicitatem ſit ſecunda: ut ea nulla ſit foelicior, excepta decima. Aut certe, ſicut quidam [24] volunt] alii quartamdecimam accipiunt, ut ſit [25] *foelix* ſeptima duplicata: id eſt, cujus numerus poſt decimam invenitur: quo die re vera melius vites ponimus.

285. [26] [DOMITARE BOVES. Inſtruere, quomodo poſſint ferre laborem arandi, & ſciant ad jugum pariter incedere.]

286. NONA FUGAE MELIOR, CONTRARIA FURTIS. [27] Non, ut quibusdam imperitis videtur, Virgilius aut fugam ſervis ſuadet, aut eis indicat dies, quibus ſe a rapinis [28] abſtineant: nam & fugam de profectione & curſu legimus, ut III. Georg. 202. *Simul arva fuga, ſimul aequora* [29] *verrunt*; unde & velocem equum *fugacem* dicimus: & fuga poteſt etiam honeſta eſſe; ut, ſiquis hoſtem, ſi quis imminentem tyrannum, ſi quis ſaevum judicem fugiat. CONTRARIA autem FURTIS illuc ſpectat, ut domino ſit ſpes inveniendi quod amiſerit, & rapere aliquid ſervus formidet aufugiens.

VARIORUM.

281. PELIO OSSAM. Helenius *Pelion Oſſae.* ſed prior lectio magis recepta eſt, & idonea ad conatum inanem exprimendum. E nullo ſcriptore melius intelligi locus poteſt, quam ex Polymnia Herodoti, & ex libro VI. Lucan. qui horum montium ſitum, ipſius Theſſaliae terminum affabre deſcribunt. FABRIC. *Oſſam* Scholiaſtes Horatii Cruquianus libro III. Ode 4. mox idem, ſed male, *imponere Olympum.* nam aliter ſcripti codices, & Nonius Marcellus in *involvere.* HEINS. *Pelion Oſſae* Zulichem. & alter Menagianus, Moretanus etiam primus a manu ſecunda. vid. Catroeum de variis Poëtarum ſententiis in exſtruendis his montibus. *impellere* Ed. Mediol. BURM.

282. FRONDOSUM. *Frondoſom* Mentelii prior. *frondoſae* fragm. Moreti. *frondoſum invertere* Parrhaſ. BURM.

283. EXSTRUCTOS DISJECIT. *Obſtructos* alter Rottendorphius. *ſtructos* Gudianus & Tollianus. *dejecit* alter Menagianus & Ed. Venet. ſed plus eſt *disjicere*, id eſt ſcindere, in plures partes; quam *dejicere*, id eſt humi ſternere. vid. ad Ovid. XII. Met. 108. inf. ỳ. 333. & VIII. Aen. 191. BURM.

284. SEPTUMA. Vid. Brod. IV. Miſcell. 27.

Ibid. ET PONERE VITES. *Eſt ponere vitem* ex ſcriptis potioribus. vulgata ſcriptura vix in duobus aut tribus recentioris notae comparet, ſic libro II. ỳ. 273. *ſit ponere vitem.* non *vites* in omnibus mem-

18 deſunt L. Voſ. R. 19 deſunt iisdem. manus viri docti in ora conjecerat *altum montem.* ſed quia *tertius* ſequitur, melius *alterum* legeretur. BURM. 20 deſunt ad ỳ. 284. L. Voſ. R. 21 & hoc B. 22 ut primus locus decimae relinquatur G. ut primum l. d. relinquat L. B. Voſ. R. Baſil. 23 deſunt L. Voſ. R. Baſil. 24 volunt, quartam decimam dicit Steph. Dan. 25 felix eſt B. al. 26 deſunt L. Voſ. R. al. 27 id eſt, ut ſtultis videtur L. V. Voſ. R. G 28 cuſtodiant vel contineant G. 29 *verris* V. L. *vertis*, etiam & velocem al. *versis* Voſ. R. Baſil. *verrens* legitur in vulgatis, unde etiam L. al. unde velocem Steph. Dan. Fabr.

Multa adeo gelida melius ſe nocte dedere,
Aut quum ſole novo terras inrorat Eous.
Nocte leves melius ſtipulae, nocte arida prata
Tondentur: noctes lentus non deficit humor.
Et quidam ſeros hiberni ad luminis ignes
Pervigilat, ferroque faces inſpicat acuto.

In-

SERVII.

287. [30] ADEO. Valde. Terentius Eun. I. II. 124. *Adoleſcentem adeo nobilem.* MELIUS SE NOCTE DEDERE. [31] [Id eſt, per noctem] melius noſtro obſequuntur labori. NOCTE [32] [autem non eſt adverbium, ſed] nomen, [33] [ablativique caſus] adeo ut ei Horatius junxerit praepoſitionem, ut I. Ep. II. 32. *Ut jugulent homines* [34] *ſurgunt de nocte latrones:* nam adverbium NOCTU facit, ſicut DIU, [35] *Salluſtius: Diu noctuque laborare,* [36] *feſtinare.*

288. SOLE NOVO. [37] Oriente die, & Sole adhuc recenti, necdum ferventi. IRRORAT. Illuſtrat. [38] Aut ſimpliciter *irrorat:* matutino enim tempore ros cadit. Et dicit hoc loco: & die, & noctu, inſiſtendum labori. EOUS. [39] Id eſt, Lucifer, de quo etiam [40] Cinna in Smyrna ſic ait: *Te matutinus flentem conſpexit Eous, Et flentem paulo vidit poſt Heſperus idem.*

289. ARIDA PRATA. Jam matura.

290. TONDENTUR. Secantur. NOCTIS. Accuſativus pluralis.] NON DEFICIT. Non deſerit. Unde & qui deſerunt exercitum, ad hoſtes tranſeuntes, [41] *defectores* vocantur.

291. [42] [SEROS IGNES. Nocturnos.]

292. FACES INSPICAT. Incidit ad [43] ſpicae & ariſtarum imaginem.

PHILARGYRII.

292. FACES INSPICAT. *Inſpicat*, findit in modum ſpicarum, cui multae ſunt ariſtae.

VARIORUM.

membranis. HEINS. *Exponere* Mentelius prior. & Zulichemius. *imponere* Venetus. *& ponere vites* Parrhaſ. & Edd. Junt. & R. Steph. *vitem* Ed. Venet. & Cod. Regius. BURM.

285. ET PRENSOS. *Et preſſos* alter Rottendorphius &c. quartus Moretanus & Zulichemius a manu prima. & Ed. Venet. quod ſignificaret jugo impoſito preſſos. ut Ovid. I. Met. 124. *Preſſique jugo gemuere juvenci.* & ita paſſim. malim tamen vulgatam. ut *prenſi* intelligantur feri, recens capti. *Licia telis* etiam alter Menagianus & Leidenſis prior a manu ſecunda. ut mox ỳ. 294. *telas.* BURM.

287. GELIDA MELIUS. *Melius gelida* ſcripti, exceptis Mediceo, Gudiano & Veneto. HEINS. *Sub nocte dedere* Zulichemius.

289. STIPULAE MELIUS. Scripti *Nocte leves melius ſtipulae*, non *ſtipulae melius*. HEINS. Vulgatum ordinem ſervat Rufinian. de Schem. Lex. p. 31. & Edd. Junt. & R. Steph.

290. NOCTES. *Nocti* proprium eſt, ut ſit humida: non igitur *humor noctis;* ſed *humor non deficit noctes*, ut ſit accuſativus, quem recentiores Grammatici per diphthongum ſcribunt. FABRIC. *Noctis* ſcripti potiores. hoc eſt *noctes.* τὸ *deficere* enim cum quarto caſu plerumque conjungitur apud optimi aevi ſcriptores Latinos, ut ad Naſonem pluribus monui. *noctis* etiam agnoſcunt hic Nonius Marcellus, & Rufinianus Rhetor. *nocte* Mediceus a manu prima. HEINS. Qui & *noctem* adſcripſerat orae a conjectura. *defuit* Venetus. vid. lib. IV. 281. & ſup. ỳ. 141. *humidus noctis non* Tol-

30 MULTA ADEO. Valde diligens diviſio temporum: primo enim IV. partes exſecutus eſt, deinde dies lunares, modo horas, in quas dies & nox dividitur G. 31 deſunt V. L. Voſ. R. Baſil. 32 deſunt L. Voſ. R. Baſil. nomen eſt, iidem. 33 deſunt L. al. 34 *vigilant* V. 35 vide Urſin. ad Sall. Jugurt. cap. XXXVIII. 36 deeſt G. 37 deſunt L. R. Voſ. ad *non deficit* 290. 38 aut enim certe matutino tempore al. 39 ſtella Veneris, alii Junonis interpretantur. alii Cephei (leg. Cephali) & Aurorae filium Heſperum tradunt; qui cum Venere de pulchritudine contendit. ſed magis Veneris eſt, *quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes* (VIII. Aen. 590) item Eous Lucifer, alii Heſperum putant. G. 40 Cirina Baſil. 41 deſertores Voſ. R. 42 deſunt L. Voſ. R. haec nota & ſequentes ad 294. deſunt Baſil. 43 ſpici Voſ. R. L. Steph. Dan. Fabr. ſpicae, id eſt ariſtae Vlit. ad Gratii Cyneg. ỳ. 488. ad ſpeciem al.

Interea, longum cantu ſolata laborem,
Arguto conjunx percurrit pectine telas:
Aut dulcis muſti Volcano decoquit humorem,
Et foliis undam trepidi deſpumat aheni.
At rubicunda Ceres medio ſucciditur aeſtu:
Et medio toſtas aeſtu terit area fruges.
Nudus ara, ſere nudus. Hiems ignava colono.

Fri-

SERVII.

294. [44] [Arguto. Sonoro, ſtridulo.]

295. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. [45] Hypermetrus verſus eſt: unde & ſequens a vocali inchoat. Bene autem ait, Decoquit humorem, id eſt, rem ſuperfluam: ſicut ſupra 112. poſuit: *Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.*

296. [46] [Aheni. Vaſis, in quo coquitur vinum. Et [47] trepidum dicitur, quia quod bullit, quaſi tremere videtur. Aheni. Ex aere facti.

297. Ceres. Frumentum. Medio aestu. Id eſt, per diem,. quando aeſtus eſt.]

299. Nudus ara, sere nudus. [48] Sic Heſiodus, Ἐργ. 391. *Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ [49] βοωτεῖν, γυμνὸν δὲ [50] ἀμᾶσθαι.* [51] Id eſt] adeo ſereno coelo, [52] ut veſtimentis non egeas. [53] Sane quidam poſt hoc hemiſtichium dicitur ſubſecutus: *Habebis frigore febres.* [54] [Nam non dicit nudum eſſe debere, quaſi aliter non oporteat aut poſſit; ſed ſub tanta ſerenitate dicit haec agenda, ut & amictus poſſit contemni.] Hyems ignava colono. [55] Quae ignavum reddit colonum.

PHILARGYRII.

295. Decoquit humorem. Hic verſus longior eſt una ſyllaba, ſed ſine vitio, quoniam ſequens a vocali incipit.

VARIORUM.

Tollian. *nocte leutus* Medic. & ita duo codices apud Serv. ad IV. Aen. 7. ubi *noctes* alius: quod propter ambiguitatem praetuli. BURM.

291. Ad luminis. *Ad* deeſt ſecundo Rottendorphio a manu ſecunda. *pervigilant* fragm. Moreti. *exſpirat* Venetus.

294. Arguto. Maſvicius poſt hanc vocem diſtinguit. ut conjungeret *cantu.* & ita Servius videtur exponere *ſonoro, ſtridulo.* ſed incertum quo referat. nam & *pecten argutus* dici poteſt, qui ſtridorem quemdam edit inter texendum. Catroeus *argutum pectinem* dici putat, quia operi dat omnem perfectionem. male. lib. VII. Aen. 14.

Arguto tenuis percurrens pectine telas.

Arguto mulier Edit. Mediol. BURM.

295. Dulcis musti. Quinctilianus lib. VIII. de Inſtit. Orat. cap. 2. ubi vide.

Ibid. Decoquit humorem. Macrobius Saturnal. v. cap. 14. monet verſum eſſe ὑπερκατάληκτον, ut nihil hic ſit immutandum. HEINS. *Coquit humorem* Edit. Dan. Heinſ. Scaligerum voluiſſe *decoquit humor*, ut ſit neutro genere, ſicut *calor* lib. II. Georg. 344. Rutger. v. Var. Lect. 18. nos docet. mox *diſpumet* Moreti quart. BURM.

296. Trepidi. *Trepidis* Mediceus. *trepidi* Mentelianus, & Gudianus, addita gloſſa, *id eſt bullientis. trepidi* etiam uterque Menagianus, & alter Mentelianus cum Moreti fragmento. optime: de qua ſcriptura pluribus egi ad librum XII. Metamorph. Naſonis 279. ſic *trepidos artus* pro *tremulis* reſtitui Aeneidos tertio v. 617. ubi *tepidos artus* antea erat legere. Neque aliter Servius hic loci agnoſcit, quamquam vulgatos ejus codices apparet eſſe mendoſos. *Tepidum dicit, quia quod bullit, tremere videtur.* In vulgatis etiam Gellii exemplaribus Noctium Atticarum libro II. cap. 3. *tepidi*

44 deſunt R. L. Voſ. B. al. 45 Hypermeter V. 46 deſunt Voſ. R. L. ad ỷ. 299. 47 Tepidum Dan. 48 deſunt L. Voſ. R. 49 Βοώτει Steph. Dan. 50 ἀμᾶσθαι vulgo. 51 id eſt expeditur G. 52 ut amictum poſſis contemnere L. V. Voſ. R. Baſil. amictus O. 53 ſane quidem V. 54 deſunt L. Voſ. R. Baſil. 55 deeſt V. L. Voſ. R.

Digitized by Google

Frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur,
Mutuaque inter ſe laeti convivia curant.
Invitat genialis hiems, curaſque reſolvit:
Ceu preſſae quum jam portum tetigere carinae,
Puppibus & laeti nautae impoſuere coronas.
Sed tamen & quernas glandes tum ſtringere tempus,

Et

SERVII.

300. [56] [Parto. Parato. Agricolae plerunque fruuntur. Dicit agricolas per hyemem his frui, quae aeſtate paraverint.] Plerunque [57] [autem dicit] quia dicturus eſt eſſe aliqua, quae ruſticus etiam [58] hyemis tempore poſſit efficere.

301. [59] [Convivia. Aut mittere ſibi invicem; viciſſim parare.]

302. Genialis hyems. Convivalis, voluptuoſa. Nam quotiens voluptati operam damus, indulgere dicimur Genio. Unde e contrario habemus in Terentio Phorm. I. I. 10. *Suum* [60] *defrandans Genium.* [61] [Genium autem dicebant antiqui, naturalem deum uniuscujuſque loci, vel rei, aut hominis. Curasque resolvit. Quieſcere facit a labore & curis.]

303. Pressae carinae. [62] Onerariae. [63] [Cum jam portum tetigere. Dat comparationem de navigantibus: quod ſicut illi, expleta jam navigatione, & poſitis in ſicco navibus, laetantur, & epulis vacant; ſic etiam ruſtici, finitis completisque aeſtivis laboribus, hyeme convivia celebrant, & a curis ſolvuntur.]

304. Imposuere coronas. Aut re vera coronas: aut ſpiras funium [64] accipimus.

305. Sed tamen et quernas glandes. [65] Sunt aliquae derivationes, ex uſu magis quam ex ratione venientes; ut [66] *quernus*, *ficulnus*, *ilignus*, *colurnus*; a coryſo, ilice, ficu, [67] quercu.

VARIORUM.

di abeni. qui *abeni* Maronem cum adſpiratione ſcripſiſſe contendit. *diſpumat* poſtremae ejusdem Gellii editiones. Gudianus codex pro diverſa lectione *tenui aeni*. quod non capio. HEINS. *Tepidi* Parrhaſ. Voſſ. Edd. Venet. & Mediol, vid. VI. Aen. 248.

299. Nudus ara. Scio Grammaticos in hoc carmine explicando alios aliter ſentire. ac vidi qui locum illum Plinii ex libro de viris illuſtribus huc referendum putarent. *Quintus*, inquit, *dictator dictus: ad quem miſſi legati nudum eum arantem trans Tiberim offenderunt*. URSINUS. Donat. ad Terent. Phorm. II. I. 13. *Nudus*, hoc eſt tunicatus, interiore ſola veſte tectus. vid. Cuper. I. Obſerv. 7. & ita Juſt. XLIII. I. *Dei ſimulacrum nudum, Caprina pelle amictum*, quae ſibi contraria non eſſe docent ibi notae. & ita *veſtitum ſcortum* Juven. III. Sat. 135. eſt togata, quum aliter *tunicatae*, ut notum eſt amatoribus, ſe offerrent. *ara & ſere*. Leid. pr. BURM.

Ibid. Colono. *Colono eſt* Rottend. alter.

300. Fruuntur. *Feruntur* Mediceus.

302. Curas. *Curam* Commentator Crucquianus Horatii lib. III. Od. 17. Nonius in *invitare*, *curas* habet.

303. Pressae. Servius *onerarias* explicat, & eum ſecuti Taubmannus & Ruaeus. ſed & bellicae naves aeque portum tangentes coronam imponebant puppibus; in primis, ſi re bene geſta domum reverterentur, ut notiſſimum. vid. Sil. XI. 486. Frontin. II. XIII. 9..& alios. & ita Vitellius *triumphantium ritu per flumina delicatiſſimis navigiis, & variarum coronarum genere redimitis vehebatur*; Sueton. cap. X. ſed. *oneratas* aliquantum rectius intelligunt Guellius & Cerda, vel *onuſtas*.

ut

56 deſunt L. al. 57 deſunt L. Voſ. R. V. al. 58 hyeme poſſit Steph. Dan. Fabr. al. 59 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. al. 60 *defrudans* Voſſ. 61 deſunt L. Voſ. R. 62 onuſtae V. L. Voſ. R. 63 deſunt L. Voſ. R. 64 accipimus. ſive poſt evaſum mare imponunt navibus inſignia victoriae G. 65 Id eſt, quamvis tibi dixi, cura reſolvitur hyeme, quaedam tamen opera hiemalia ſunt, exercenda in agricultura, ut quaedam domi in noctibus ad hiberni luminis feros ignes. G. 66 *quernas ſ. ilignum coturnum* V. L. Voſ. R. etiam *ficulnus* Voſ. R. 67 quercu. hinc fructum quercus putamus eſſe quernam. G.

Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta.
Tum gruibus pedicas & retia ponere cervis,
Auritoſque ſequi lepores: tum figere damas,
Stuppea torquentem Balearis verbera fundae,
Quum nix alta jacet, glaciem quum flumina trudunt.
Quid tempeſtates autumni & ſidera dicam?
Atque ubi jam breviorque dies, & mollior aeſtas,

Quae

SERVII.

306. CRUENTA. [68] Matura. *Cruenta* autem ideo, quia matura cruoris colorem imitantur.

307. PEDICAS. Laqueos, quibus pedes illaqueantur.

308. AURITOS LEPORES. Majores aures habentes. Horatius aliter ait I. Od. XII. 11. *Doctum & [69] auritas fidibus canoris [70] Ducere quercus.* Id eſt, ſenſum audiendi habentes.

309. BALEARIS FUNDAE. Hiſpanicae: a Balearibus, inſulis [71] Hiſpaniae, ubi inventa eſt funda.

311. QUID TEMPESTATES AUTUMNI. Verno & autumnali tempore fiunt tempeſtates, quando nec plena aeſtas eſt, nec plena hyems. Unde medium & confine utriuſque temporis ex conjunctione [72] contrariarum rerum tempeſtates efficit. Sane ſciendum, ultimas [73] eum partes tam autumni quam veris ſignificare, quibus [74] fiunt procellae: quod de autumno indicat verſus: *Atque ubi jam breviorque dies, & mollior aeſtas:* de vere hic: *Spicea jam campis cum meſſis inhorruit.* Deinde ait: RUIT. Id eſt, [75] praecipitatur, in fine eſt. [76] [Et in hoc talis eſt ſenſus: Quid dicam quantum oporteat ſolicitum & ſtudioſum eſſe agricolam autumni & veris?]

PHILARGYRII.

309. BALEARIS FUNDAE. Fundis nemo figit, ſed intra inſidias cogit, ubi incluſam feram jaculis petiit. Ergo ὕστερον πρότερον eſt. BALEARES FUNDAE, quia apud inſulas Baleares fundarum uſus repertus eſt: & *inſulae Baleares* primo Gymneſiae dictae: poſt vero cum a Graecis occupatae ſunt, quia cum lapidibus fundae rotantes ſubmoverent adverſarios, qui eas incolebant, παρὰ τὸ βάλλειν, *Baleares* appellant.

VARIORUM.

ut Mſſ. quod ipſe olim non improbabam ad Ovid. IV. Faſt. 300. ubi eſt,

Sedit limoſo preſſa carina vado.

& juvare poteſt hanc explicationem Tibullus lib. I. III. 40.

Preſſerat externa navita merce ratem.

Nihilominus malim nunc capere de tempeſtatibus & maris fluctibus jactatis navibus, quae poſt tot pericula portum tetigerunt. quare vellem liber aliquis confirmaret conjecturam Heinſii, ad oram codicis ſcribentis, forte, *feſſae*, ut melius comparatio conveniret. Ruſtici, qui poſt graviſſimos aeſtatis & autumni labores, hieme quaſi portum attigiſſent, genio & quieti indulgent, ut naves vexatae ventis & undis, & ita feſſae portum ſubeant. ſic lib. I. Aen. 168.

Hic feſſas non vincula naves Ulla tenent.

& v. 29. & alibi paſſim. vid. ad Ovid. I. Art. 772. BURM.

304. CORONAS. Per coronas aliqui intelligunt rudentes, & funes nauticos, coronarum modo complicatos. ſed non eſſe ita intelligendum, docetur ex lib. IV. Aen. 408. Nautae autem naves coronabant, & quieſcentes, ut hoc loco: & idem faciebant navigaturi, ut in quarto. FABRIC.

308. DAMAS. *Damnas* Mediceus, Mentelii primus & tertius Rottendorphius. *dammas* Reg. Parrhaſ.

68 matura enim cruoris c. l. omiſſis mediis G. L. al. vel de ſanguine Adonis, vel quae ſuccum cruoris ſimilem habent, vel quia belli tempore inde haſtilia fiant. G. 69 *aurifundi &* Voſ. R. *aurifundum &* V. 70 *dicere* V. 71 deeſt L. Voſ. R. Baleares inſulae Hiſpani maris vicinae inter ſe, ubi primum dicitur fundae militaris uſus inventus. G. 72 contrarias i. e. efficit. quod hic proponit, ut praecaveat unusquiſque ſidera frigora. G. f. ſidera frigida. 73 deeſt Steph. Urſ. & al. 74 ſunt B. L. Voſ. R. Steph. al. 75 praecipitatus B. in finem V. al. 76 deſunt L. Voſ. R. B.

Quae vigilanda viris? vel quum ruit imbriferum ver:
Spicea jam campis quum meſſis inhorruit, & quum
Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent?
Saepe ego, quum flavis meſſorem induceret arvis
Agricola, & fragili jam ſtringeret hordea culmo,

Omnia

SERVII.

313. VIGILANDA VIRIS. Vigilanter providenda.

314. SPICEA JAM CAMPIS. [77] *Spicos* de maturis frugibus abuſive dicimus: nam proprie *ſpicus* eſt, cum per culmi folliculum, id eſt, extremum tumorem, ariſtae adhuc tenues in modum ſpiculi eminent. INHORRUIT. Intremiſcit.

315. FRUMENTA LACTENTIA. Adhuc tenuia, & lactis plena. Sane [78] Varro in libris Divinarum dicit, *Lactantem deum eſſe*, qui ſe infundit ſegetibus, & eas facit [79] lacteſcere. Et ſciendum inter *lactantem* & *lactentem* hoc intereſſe; quod *Lactans* eſt [80] quae lac praebet; *Lactens* cui lac praebetur. [81] [VIRIDI STIPULA. *Stipulae* nomine pro culmo utitur.]

316. FLAVIS. Maturis. [82] [ARVIS. Pro ſegetibus. ET FRAGILI CULMO. Id eſt, quae in fragili culmo erant.] STRINGERET. Secaret, ut IX. Ecl. 60. *Hic ubi denſas Agricolae ſtringunt frondes.*

PHILARGYRII.

315. IN VIRIDI STIPULA. *Stipulae* nomine pro culmo abutitur.

316. INDUCERET ARVIS. Pro ſegetibus.

VARIORUM.

thaſ. Voſſ. & fragm. Moreti. & Ed. P. Dan. vid. Ecl. VIII. 28.

309. TORQUENTEM. *Torquentur* Toll. Edd. Venet. & Mediol. *torquere* Zulich. a m. ſec. *ſtippea* fragm. Moreti.

310. ALTA JACET. Quam tutum ſit fidere editionibus, quae vulgo emendatiſſimae habentur, indicio eſt hic locus, ubi in Pierii notis dicitur in Romano codice eſſe *jecit*, ita Ed. R. Steph. quam fideliter Emmenes, & Maſvicius ſunt ſecuti: ſed quum in ora Juntinae editionis ipſius Pierii manu viderem ex eo codice notatum *tegit*, conſului priores editiones, quas habebam, ubi ita impreſſum vidi. quid tamen velit, quod addit unam literam eſſe corruptam, non capio. ex autographo enim nihil aliud video legendum, quam *tegit*. in pr. Ed. prima litera in *tegit*, obſcurior eſt. BURM.

311. ET SIDERA. *Et frigora* Moreti unus.

313. VIGILANDA. Recte Servius explicat. & ita *vigilatum carmen* dixit Ovid. II. Art. 285. qui & alibi eo verbo ita utitur. ſic *nox vigilata convivio* Tacitus XIII. An. 20. quod imitatus Auctor Hiſtoriae Abbat. Condom. apud Dacherium in Spicel t. II. pag. 580. *Arcanis nox vigilanda ſacris*. BURM.

Ibid. IMBRIFERUM. *Umbriferum* alter Rottendorphius.

314. INHORRUIT. Id eſt in ariſtas excreverit. ut ſupr. ℣. 151. quae cum vento agitantur, horrent. BURM.

315. IN VIRIDI. *Ex viridi* Leidenſis. *lactantia* multi. vide ad Samonici cap. XX. XXIV. XLVI. & alibi. *torgent* Mentelianus. BURM.

316. INDUCERET. *Duceret* Mediceus.

317. FRAGILI JAM STRINGERET HORDEA CULMO. Servius *ſecaret* exponit. Catroeus, ea interpretatione repudiata, exponit, ligaret jam demeſſa ſtramine fragili, ut ſolent meſſores. Sed ſi demeſſa eſſent hordea & humi jacerent, non multum venti nocerent, certe non eruerent ſegetem gravidam ab radicibus. ſed *ſtringere* varia genera frugum numquam ego certe legi pro *ligare*. ſed oleam, flores, fruges, glandes &c. *ſtringere* paſſim occurrit pro deſtringere, decerpere. ut modo ℣. 305. *ſtringere glandes*. quod verbum hic repetere nihil, credo, vitioſi habet tanto intervallo verſuum. vid. ad Gratii Cyneg. 119. & 143. & paſſim. jam vero melius, puto, poſſet explicari, quum agricola videns

77 *Spicam* Urſ. Cod. & mox *ſpica*. 78 ſciendum Varronem i. l. d. verum dicere L. Steph. Dan. al. libris Divinorum G. 79 lacte creſcere L. 80 qui al. quae l. p. lactens praebetur L. V. Voſ. R. 81 deſunt L. Steph. Dan. abutitur Baſil. 82 deſunt L. ad *ſtringeret*. Steph. Dan. ad *Et fragili*.

Omnia ventorum concurrere proelia vidi:
Quae gravidam late ſegetem ab radicibus imis
Sublime expulſam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hiems culmumque levem ſtipulaſque volantis.
Saepe etiam inmenſum coelo venit agmen aquarum,
Et foedam glomerant tempeſtatem imbribus atris

Col-

SERVII.

318. OMNIA VENTORUM CONCURRERE. Inter ſe, ut v. Aen. 14. *Mutati transverſa fremunt.*

320. SUBLIME EXPULSAM ERUERENT. Per ſublime portarent erutam ſegetem. TURBINE NIGRO. Tempeſtate noxia. Horatius I. Sat. IV. 85. *Hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto.*

321. CULMUMQUE LEVEM. *Culmus* [83] dicitur ipſe calamus: *ſtipulae* vero [84] ſunt folia, quae ambiunt culmum.

322. AGMEN AQUARUM. [85] Impetus, ut II. Aen. 782. *Leni fluit agmine* [86] *Tybris.* Eſt autem [87] hoc loco Ecbaſis poëtica ad deſcribendam tempeſtatem.

VARIORUM.

videns flava arva, id eſt matureſcentia hordea, induceret meſſorem, & ut experiatur an matura eſſent, decerperet ariſtas quaſdam, aut calamos, qui cum *fragiles* eſſent, indicium dabant maturitatis, & ideo juberet demeti: ſed ipſo fere momento, quum in eo eſſet, ut ſecaret & demeteret (hoc enim *jam* notat) conſurgunt venti, qui ſegetem gravidam ab radicibus eruerent. quare de ligandis hordeis, quod, poſtquam demeſſa ſunt, fieri ſolet, hic cogitari non poteſt. noſtri agricolae ſolent dictitare, ſe non ſecuros frumentorum eſſe, niſi ſacco conditorum. BURM.

318. CONCURRERE. Ita noſtri omnes, non *conſurgere.* eadem diſcrepantia lectionis apud noſtrum lib. X. Aen. 90. *quae cauſſa fuit conſurgere in arma.* ubi alii codices *concurrere.* & Ovid. XVI. Epiſt. 351.

Finge tamen, ſi vis, ingens conſurgere bellum.

ubi Baſileenſis codex, *concurrere.* & apud Lucan. I. 580. *Manes e medio viſi conſurgere campo.* ubi in tribus, quos conſuluit Heinſius, codicibus, *concurrere* legitur. Et hic librarios inſolentia locutionis commotos, *conſurgere* repoſuiſſe puto. *ventorum proelia* vero forte potuit dixiſſe imitatione Apollonii Rh. qui lib. IV. 819.

Ἱπποτάδην δὲ
Αἴολον ὄππως ἀνέμων ἀΐκας ἐρύξῃ &c.

ubi Schol. ἀΐκας proprie dici concurſus & impetus in bello, ſed Apollonium ita vocare ἀΐσσοντας τῶν ἀνέμων docet. Imitatus Maronem Ovidius II. Amor. XI. 17.

At vobis alii ventorum proelia narrent.

& ita alii ſaepe. BURM.

319. AB RADICIBUS. *A radicibus* Zulichem. & Parrhaſ. vid. ſupr. 20. mox *eruerint* ſecundus Moretanus a manu prima. *ſublimem* Mediceus & Regius a m. pr. ſed *ſublime* multis exemplis vindicavit Oudendorp. ad Jul. Obſeq. cap. CI. BURM.

321. CULMUMQUE. *Stipulamque levem culmoſque volantes* Zulichemius. in Juntina Ed. erat *ſtipulaque,* vitio credo operarum: *ſtipulamque volantem* Francianus. BURM.

322. COELO VENIT AGMEN AQUARUM. *Ruit agmen* Scholiaſtes Statii Thebaïdos primo, ad illum verſum, 356. *ruit agmine facto Inachus.* ſed ſequitur paullo poſt apud noſtrum, *ruit arduus aether.* HEINS. *Ex coelo* Menag. primus. *e coelo* Ed. Venet. *Agmen* aquarum non tam proprie impetum, quam denſum imbrem & aquae motum notare docuit Salmaſ. Exerc. Plin. p. 59. ſi *ruit* cum aliis legeretur, magis impetum notaret. ſed quia hoc verbum mox ſequitur, & ℣. 313. praeceſſit, *venit* retinendum. nec leve nimis hoc verbum in hac re credendum, quum ſaepe, de hoſtili animo in aliquem cadente, occurrere vidimus

ad

83 eſt V. L. Voſ. R. al. 84 deeſt Steph. Dan. al. 85 Impetus aquarum G. 86 Tigris vel Tibris G. 87 hic Ecbaſis Steph. Dan. Fabr. al.

Collectae ex alto nubes: ruit arduus aether,
Et pluvia ingenti ſata laeta boumque labores
Diluit: inplentur foſſae, & cava flumina creſcunt
Cum ſonitu, fervetque fretis ſpirantibus aequor.
Ipſe Pater, media nimborum in nocte, coruſcâ
Fulmina molitur dextra: quo maxuma motu
Terra tremit: fugere ferae: & mortalia corda
Per gentes humilis ſtravit pavor. Ille flagranti

Aut

SERVII.

324. COLLECTAE EX ALTO NUBES. Ab Aquilone, [88] qui utique de alto flat, id eſt, a ſeptentrione: & tempeſtates graviſſimas facit: nam Auſter humilis eſt, ut ſup. 240. *Mundus, ut ad Scythiam, Riphaeaſque arduus arces Conſurgit; premitur Libyae devexus in Auſtros.* RUIT ARDUUS AETHER. Tonitribus percrepat, ut I. Aen. 129. *Coelique ruina.*

326. CAVA FLUMINA. [89] [Profunda, &] alta. Lucanus II. 423. *Rutubamque cavum.*

327. FRETIS SPIRANTIBUS. In motu poſitis. Alibi X. Aen. 191. *Qua vada non ſpirant, nec fracta remurmurat unda.*

328. CORUSCA FULMINA. Coruſcantia, ut II. Aen. 211. *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.* [90] [MOLITUR. Agitat, & jacit.

330. TERRA TREMIT. Terrae motus efficitur: Vel *tremit terra*, tremere videtur: & pavent hi, qui terram colunt.]

331 HUMILIS PAVOR. Qui humiles facit, ut ſup. 277. *Pallidus* [91] *Orcus.*

VARIORUM.

ad Phaedr. I. 21. quibus adde, quae dicemus ad X. Aen. 456. ubi etiam non grave ſatis hoc verbum crediderunt quidam. Heinſius etiam apud Florum III. V. 14. *tota regni ſui mole in Aſiam rurſus mari, terra fluminibuſque veniebat*, corrigebat *irruebat.* ſed perperam, nam & noſter Maro I. Aen. 22. *venturum excidio Libyae populum* dixit. Claudian. I. de Laud. Stilic. 109. *ſtridor terriſonus venientis Alani*, ubi vide Barth. nec de hominibus modo hoc verbo utuntur, ſed & aqua & undae venire dicuntur, quum nociturae ſunt, & quo alio modo creſcunt & irruunt, ut vidimus ad Calpur. Ecl. VII. 68. immo & ipſe Maro. III. Aen. 417. *venit medio vi Pontus, & undis Heſperiam Siculo latus abſcidit.* & ita alibi. BURM.

326. DILUIT. *Deluit* fragmentum Moreti.

Ibid. CAVA. Vid. ad Lucan. I. 394.

327. FRETIS. Catroeus capit pro *in fretis.* ſed *freta* hic de omni mari ferventi debent capi, ut centies Poëtae. *freta ſpirantia* quid ſit videbis in Heinſii notis ad lib. X. Aen. 291. BURM.

328. IN NOCTE. *In* deeſt Moretano quarto a m. ſec. ſed habet Servius ad I. Aen. 89.

Ibid. CORUSCA. Lambinus Servium ſecutus ad Horat. I. Od. 2. *coruſca* conjungit cum *fulmina*, quem ſequitur Cerda & Cl. Bentlejus ad lib. III. Od. 5. ſed Torrentius *coruſca dextra* vult conjungi, quod magis Poëticum etiam mihi videtur. ut Horat. I. Od. 2. *dextra rubenti jaculatus arces*, unde recte Ruaeus hic *rubente dextra* explicat. Vid. ad Valer. Flac. III. 89. denique aperta Senecae imitatio rem conficit, qui in Hipp. 155.

Quid ille, qui mundum quatit
Vibrans coruſca fulmen Aetnaeum manu.

& Prudentii Περὶ Στεφ. Hym. IV. 9.

Cum deus dextram quatiens coruſcam
Nube ſubnixus veniet rubente.

Regii Gloſſa habebat, *coruſcantia*, nomen pro adverbio. BURM.

330. TREMIT. *Fremit* Zulichem. *tremuit* Mentelius prior. de *maxima* vid. ſup. 187.

331. HUMILIS. *Humiles* ſecundus Moretanus. *fragranti* primus.

332. A-

[88] utique qui R. [89] deſunt V. L. Voſ. R. [90] deſunt L. Voſ. R. ad ℣. 331. [91] *Orcus, pallidus morbus* V. L. Voſ.

Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Dejicit: ingeminant auſtri, & denſiſſimus imber:
Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.
Hoc metuens, coeli menſes, & ſidera ſerva,
Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet:
Quos ignis coeli Cyllenius erret in orbes.
In primis venerare deos, atque annua magnae

Sacra

SERVII.

332. ILLE FLAGRANTI AUT ATHO, AUT RHODOPEN. [92] Secundum Epicureos per tranſitum loquitur, qui dicunt fulmina non judicio Deorum, ſed ex nubibus fieri: nam montes quid neceſſe fuerat fulminari? [93] *Athos* autem mons eſt Graeciae, *Rhodope* mons Thraciae. AUT ALTA CERAUNIA. Montes [94] ſunt Epiri, a crebris fulminibus [95] dicti: [96] [κεραυνὸς enim fulmen eſt:] [97] Unum enim fulmen quod colorat, aliud quod transfigit, aliud quod afflat, ut eſt II. Aen. 648. *Ex quo me Divum pater, atque hominum rex,* [98] *Fulminis afflavit ventis.*

333. INGEMINANT AUSTRI. Repetunt ſuos flatus venti.

334. PLANGIT. Reſonare facit. Alii legunt *Plangunt*, ut ſit, *nemora & littora plangunt*, id eſt, reſonant.

335. HOC METUENS, COELI MENSES, ET SYDERA SERVA. Id eſt, duodecim ſigna, quibus menſes [99] cognoſcimus. Et *Sydera* ſunt vel tempeſtates, vel planetarum motus. Sciendum autem (ut diximus) de planetis quinque, duos eſſe noxios, Martem & Saturnum: duos bonos, Jovem & Venerem: Mercurius vero talis eſt, qualis [1] ille cui jungitur: unde etiam fingitur miniſter [2] eſſe deorum; quod eorum obtemperat poteſtati. Hinc eſt quod dicit: [3] QUOS IGNIS COELI CYLLENIUS ERRET IN ORBES. Id eſt, utrum in ſeptentrionalem, an in auſtralem partem inclinetur: aut cui planetarum cohaereat, ut qualitatem Mercurii ex illo [4] poſſis agnoſcere. *Cyllenius* autem *ignis* [5] ſtella Mercurialis dicitur; quia in [6] Cylleno monte Arcadiae dicitur natus eſſe Mercurius.

336. FRIGIDA SATURNI SESE QUO STELLA RECEPTET. [7] Id eſt, nocens, ut VIII. Ecl. 71. *Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.* Ideo autem hoc dicit, quia *Saturnus* deus pluviarum eſt: unde etiam [8] ſenex fingitur: nam ſenes ſemper novimus [9] eſſe gelidos. Hic autem in Capricorno facit graviſſimas pluvias, & praecipue in Italia. Unde & Horatius ait II. Od. XVII. 20. *Seu tyrannus Heſperiae Capricornus undae,* [10] ut in Scorpio grandines: item in alio fulmina: in alio ventos. Unde praecipit nos ſcire debere, in quod ſe ſignum recipiat ſydus Saturni. Sane perite ait *receptet*: ut ex frequentativo verbo nobis oſtenderet Saturnum bis ad unumquodque ſignum reverti: quod alii planetae minime faciunt. Solus enim eſt, qui & longius a Sole diſcedat, & bis ad unumquodque ſignum recurrat.

337. QUOS IGNIS COELI CYLLENIUS ERRET IN ORBES. [11] [Ordo eſt: in quos orbes coeli erret Cyllenius ignis. Et] bene ERRET: nam planetae vocantur ἀπὸ τῆς πλάνης, id eſt, [12] ab errore: nam interdum [13] ad auſtrum, interdum ad ſeptentrionem, plerunque [14] contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur.

338. IN PRIMIS VENERARE DEOS. Poſt haec co-

92 Ordo eſt, creſcente numero ſyllabarum per aucta montium nomina; quia genus apud Homerum induſtria invenitur factum, cum idem verſus ab una ſyllaba incipiens uſque ad quinque ſyllabas decurrit. G. 93 Athon V. L. Voſ. R. al. 94 deeſt iisdem, ſed Baſil. habet. 95 dicta R. 96 deſunt Steph. Dan. al. ſed L. R. Voſ. uſque ad *Plangit* ℣. 334. 97 eſt autem aliud fulmen Fabr. *unum autem eſt*, Voſſius legebat. 98 *fulmine adflavit*, omiſſo *ventis* al. 99 agnoſcimus L. Voſ. R. 1 & ille G. 2 deeſt R. Voſ. 3 *inter quos orbes coeli erret ignis Cyllenius.* R. & Voſ. ſed hic & B. *in quos orbes.* 4 poſſes L. 5 propter ſtellam mercurialem Dan. & al. eſt ſtella Mercurialis. nam in Voſ. R. B. nam etiam V. G. Steph. al. 6 Cyllene V. L. Voſ. R. 7 id eſt ſatis cognitum eſt Saturni ſtellam frigidam eſſe, & ideo apud Judaeos Saturni die frigidos cibos eſſe. *Frigida* autem ſtella dicitur, quia ſit glacialis, grandinoſa, noxia, permutabilis. G. 8 primus ſenex al. 9 deeſt. V. L. R. Voſ. B. 10 unde L. R. B. repetitum ex praecedenti *undae*. 11 deſunt L. V. R. 12 deeſt al. 13 in a. i. in ſept. V. Voſ. L. R. 14 intra R.

Sacra refer Cereri, laetis operatus in herbis,
Extremae ſub caſum hiemis, jam vere ſereno.
Tunc pingues agni, & tunc molliſſima vina:

Tuno

SERVII.

[15] cognita, da praecipue operam ſacrificiis, [16] quibus tempeſtates, & pluviae poſſint repelli. Et mire hoc ſtatim ſubjunxit: quia occurrebat, quid prodeſt tempeſtates futuras videre? Et bene [17] ait, *in primis*, [18] praecipue, [19] & ante omnia: nam alia neglecta poſſunt habere emendationem: tempeſtas adveniens, niſi ante [20] praevideris, univerſa ſubvertit.

339. ANNUA SACRA REFER CERERI. Anniverſaria magna, [21] ſicut in Aeneide VIII. 173. *Annua quae differre nefas.* [22] [Et Ambarvale ſacrificium dicit.] LAETIS OPERATUS I. H. Aut dans operam [23] conviviis: aut [24] poſtquam opera cuncta compleveris.

340. [25] [EXTREMAE SUB CASUM HYEMIS. Circa finem hyemis, antequam ver incipiat. JAM VERE SERENO. Ver, pluviale tempus eſt; ſed circa finem incipit eſſe ſerenum. Dicit ergo *vere ſereno*, ut ſit jam tunc & ver, & ſerenum.

341. TUNC PINGUES AGNI. Subaudi, ſunt; quia aut epulis, aut ſacrificiis ſint apti.] MOLLISSIMA VINA. Carentia aſperitate, & defoecata.

VARIORUM.

332. ATHON. Valerius Flaccus libro primo ℣. 664. *Aut Athon, aut Rhodopen, moeſtae nemora ardua Piſae Aemulus & miſeros ipſe ureret Elidis agros.* ubi *Atho* Maſerius & Aldus repoſuerunt hoc Maronis perſuaſi loco, quod meminiſſent ita Grammaticos reponi hic velle. tale illud Theocriti Idyll. VII. Ἢ Ἄθω ἢ Ῥοδόπαν ἢ Καύκασον ἐσχατόωντα. apud Herodotum non ſemel τὸν Ἄθων. vide Voſſium de Analog. II. cap. 7. ſed ſcripti conſtanter *Athon*. apud noſtrum etiam Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro primo Ode XVI. qui tamen pro *alta Ceraunia* profert *Acroceraunia*. quomodo & Horatius I. Od. 3. *Infames ſcopulos Acroceraunia.* *Athon* Ovidius dixit libro XI. Metam. 554. *Nec levius quam ſi quis Athon Pindumque revulſos Sede ſua totos in apertum everterit aequor.* ſed vide annotata noſtra ſupra ad ℣. 4. hujus libri. Plinius lib. XVIII. cap. 25. *continentia uſque ad Atho montem.* & ſic legendum libro VII. cap. 2. *qui Atho montem incolunt.* Livius lib. XLV. cap. 30. *Portus ad Thoronem ac montem Atho.* HEINS. *Athon* Reg. Parrhaſ. Edd. Venet. & Mediol.

333. IMBER. *Aether* Ed. Veneta.

334. NUNC LITORA PLANGUNT. Pierius teſtatur in nonnullis exemplaribus legi *plangit*, ut ad imbrem referatur. quomodo ex noſtris Mentelianus alter. Videantur quae de hoc loquendi modo notamus ad Naſonem Epiſtola Didus v. 106. *clangunt* in Leidenſi, cum Gloſſa *id eſt reſonant.* etiam in altero Menagiano, pro diverſa lectione. in uno Voſſiano *plaudunt*. HEINS. *Plangit* Francianus & Regius cum Gloſſa *reſonare facit. plangunt* tamen Menag. pro diverſa lectione, cui proxime accedit Edit. Ven. quae *clangunt* habet. Servius quoque ad II. Aen. 420. *plangunt* laudat, quod mihi etiam magis placet, quia *imber plangere litora* minus concinne dici videtur, quum rectius *ingeminare* ille dicatur. librarii vero, quia paſſim activa ſignificatione occurrit *pectora plangere* in luctu, non viderunt, etiam omnia, quae ſonum edunt vehementiorem, *plangere* neutro ſignificatu dici, ideoque mutaverunt numerum pluralem in ſingularem. ſic apud Papin. Stat. V. Theb. 505. de alite in augurio quum dixerit, *aut fugiens placabile planxerit omen*, ut omnes Gronovio & Behotio viſi Codices, non *plauſerit* habent, Scholiaſtes explicat *cum ſtridore ſonuerit*, & adfert non laudato auctore exemplum, *nunc pectora plangunt.* veroſimile eſt ejus animo obverſatum fuiſſe hunc Virgilii locum, ſed pro *litora*, dedit nobis Lindenbrogius *pectora*. ſine dubio vitioſe. nam tres, quas conſului, editiones antiquae, ab anno 1475. & ſeqq. habent, *litora planxerunt*, pro *plangunt*. ſed in Statii loco cum *plangere ales omen* dicatur, activo ſenſu, videtur parum aptum exemplum. quare accommodatiora illa Manilii lib. V. 558.

Te circum Alcyones pennis planxere volantes.

ubi etiam *plauſere* Edit. Aldi. quare reduxi antiquam

quam

15 cogitanda praecipue L. 16 in quibus V. 17 deeſt L. V. Voſ. R. B. 18 id eſt praec. Voſ. R. 19 deeſt V. L. V. R. B. 20 provideris L. V. Voſ. R. B. Baſil. 21 ſic L. V. Voſ. R. 22 deſunt L. Voſ. R. 23 conviviis G. 24 cum G. V. L. Voſ. R. 25 deſunt L. V. R. ad *Molliſſima*. 341.

Tunc ſomni dulces, denſaeque in montibus umbrae.
Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret.
Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho:

345 Ter-

SERVII.

342. [26] [DENSAE IN MONTIBUS UMBRAE. Quia tunc incipiunt arbores frondeſcere.]

343. TIBI. In honorem tuum, & in tuam gratiam.

344. CUI TU LACTE FAVOS, ET MITI DILUE BACCHO. Id eſt, Cui tu liba de lacte, melle, & vino. Nam ſuperfluum eſt, quod quidam dicunt, contra religionem dixiſſe Virgilium, licere Cereri de vino [27] ſacrificare. Pontificales namque hoc non vetant libri. Quod autem ait Plautus [28] [in Aulularia II. VI. 5.] cujus [29] ipſi utuntur exemplo: [30] *Cererine nuptias facturi eſtis?* [31] *Qui? Quia temeti nihil allatum* [32] *intelligo:* non eſt huic loco contrarium: nam aliud eſt, [33] ſacrificium, aliud nuptias [34] Cereri celebrare: in quibus re vera vinum adhiberi nefas [35] erat, quae *Orci nuptiae* dicebantur; quas praeſentia [36] ſui Pontifices ingenti ſolennitate celebrabant. Alii hunc locum aliter accipiunt, ut *Miti Baccho*, non ſit ſeptimus [37] caſus, ſed dativus, & duo [38] numina intelligamus, Liberi & Cereris: nam ſupra quoque ait: *In primis venerare deos:* ut ſit ſenſus, cui Cereri, & miti Baccho, favos lacte dilue: [39] id eſt, eis ſacrifica melle [40] & lacte permiſtis.

VARIORUM.

quam lectionem, quam mutavere grammatici ex uſu magis obvio, quo *plangere*, pro tundere & ferire poni ſolet. BURM.

335. HOC METUENS. *Quod ſupereſt* legitur in Nonio Marcello verbo *ſervare*. qui addit Menandri eſſe imitationem, παρὰ τὸν ἥλιον τέτοχεν. HEINS. *Caelo* etiam Mediceus. *haec metuens* Parrhaſ. & Ed. Mediol.

336. SESE QUO STELLA RECEPTET. *Quo ſeſe ſtella* apud Senecam Epiſt. 88. apud Scholiaſten Statii Thebaidos primo 305. *qua ſeſe*. aliter ſcripti codices. *ſeſe cum ſtella receptat* Scholiaſtes Juvenalis Sat. VI. HEINS. *Receptat* primus Moretanus & Leid.

337. QUOS IGNIS COELI. *Coelo* Mediceus. HEINS. *Signis* Parrhaſ.

339. LAETIS OPERATUS IN HERBIS. Alii *in arvis*. ſed alteram lectionem agnoſcunt Nonius & Helenius. FABRIC. *In orbis* Mediceus a manu prima. *arbis* pro *arvis* manu ſecunda, tertia demum *herbis*. ſed Nonius vulgatum agnoſcit in *operari*. ut & Juvenalis Scholiaſtes ad Satyram XII. 92. at Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro III. Ode 14. *operatus in arvis*, uti & codex meus Venetus & Leidenſis. HEINS. *In herbis* habet Donatus ad Terent. Adelph. II. III. 8. *in arvis* Regius, Parrhaſ. & Voſſian.

340. SUB CASUM. Sub videtur hic ſignificare paullo poſt. NANSIUS. Scripti *ſub caſu*, exceptis Mediceo, Gudiano & etiam Pieriano. HEINS. Ita & Francianus, Regius, Voſſianus & alii. & Edd. priſcae. vid. ad Ovid. XIX. Ep. 195. & inf. III. 402. *Extremo ſub caſu* Venet. BURM.

341. TUNC AGNI PINGUES. Ita ex noſtris uterque Mentelianus caeterique, excepto Mediceo veterrimo & Gudiano & primo Voſſiano, in quibus, quomodo in Pierianis omnibus, *pingues agni*, relicto hiatu. Videantur, quae annotamus ſupra ℣. 4. hoc ipſo libro. & hic Giphanius indice Lucretiano ex ſcriptis p. 463. HEINS. *Tunc pingues agni* etiam Parrhaſ. & Ed. Venet. & Acron. ad Horat. I. Od. 4. credo vero hanc transpoſitionem ortam a librariis, quia pro *tunc* repericbant *tum*, quod ante *agni* peccabat in metrum, & hinc in ſequentibus *tum* quidam codices iterant. alii, ut Parrhaſ. Voſſian. & plures, *tunc* etiam exhibent. BURM.

344. CUI TU LACTE FAVOS. *Quoi* Mediceus a manu prima. HEINS. *Qui* Regium habere notat Maſvicius. quod falſum. habet enim *cui*. ut & alii omnes. BURM.

Ibid.

26 deſunt iisdem. 27 ſacrificari V. L. Voſ. R. Baſil. 28 deſunt V. L. Voſ. R. 29 illi V. Voſ. L. 30 *Cerere* L. *Cereris hic* V. *Cererina* Voſ. R. *Cererine Strobile, has facturi nuptias?* apud Plautum legitur. apud Macrobium vero lib. III. II. *Cererine, mi Strobile, hi ſunt facturi nuptias?* quem vide. 31 deeſt Voſ. R. al. *qui ſine temeto huc adveniſtis*. L. V. R. Voſ. Urſ. Cod. 32 *video* al. 33 ſacrum L. Voſ. V. R. 34 Cereris iidem. 35 fuerat iidem. 36 ſua iidem. 37 deeſt iisdem. 38 nomina V. L. Voſ. Steph. Dan. qui ea intelligimus. 39 id eſt ſacrifica V. 40 & vino Steph. Dan. Fab. al.

Terque novas circum felix eat hoſtia fruges;
Omnis quam chorus & ſocii comitentur ovantes;
Et Cererem clamore vocent in tecta: neque ante
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quam Cereri tortâ redimitus tempora quercu
Det motus incompoſitos, & carmina dicat.
Atque haec ut certis poſſimus diſcere ſignis,
Aeſtuſque, pluviaſque, & agentis frigora ventos;
Ipſe Pater ſtatuit, quid menſtrua Luna moneret:

Quo

SERVII.

345. FOELIX HOSTIA. Id eſt, foecunda. [41] Et dicit Ambarvale ſacrificium: quod [42] ſaepe de porca foecunda & gravida fieri conſueverat: [43] [vel *felicem* dicit, cujus ſacrificio & immolatione foecunditas agrorum merebatur.]

346. OMNIS QUAM CHORUS. *Chorus* proprie eſt [44] coaevorum cantus atque ſaltatio.

347. CEREREM CLAMORE VOCENT. Invocent, [45] dari copiam frumentorum.

348. TORTA REDIMITUS TEMPORA QUERCU: Id eſt, [46] habens in memoria victum priorem, a quo Cereris revocatus eſt benignitate: nam olim homines glandibus veſcebantur.

350. DET MOTUS INCOMPOSITOS. Id eſt, ſaltationem aptam religioni, nec ex ulla arte venientem. Salluſtius, [47] [in Catil. cap. xxv.] *Saltare elegantius, quam neceſſe eſt* [48] *probae*. CARMINA DICAT. Hymnos.

353. MENSTRUA LUNA. Unde & [49] *μὴν* dicitur.

VARIORUM.

Ibid. LACTE. Lacte & vino Cereri libare non licebat, ſed mulſo, quod ex melle & vino fiebat, ut alterum ab altero ſecerni non poſſet, ſed tertium quoddam emineret. habendum autem erat vinum, quod vetuſtiſſimum, & mel, quod recentiſſimum, unde gulonum proverbium, Mulſum, quod bene temperaretur, miſcendum eſſe novo Hymettio & vetulo Falerno. primus omnium miſcuit mel vino Ariſtaeus. NANSIUS. Vide Macrob. VII. 12. & III. II.

346. COMITENTUR. *Comitantur* Gudianus & alter Menagius, Leidenſis, & duo Moretani. & *vocant* mox ſecundus Moreti.

347. IN TECTA. Horat. I. Od. 30. ad Venerem:

Et vocantis
Ture te multo Glycerae decoram
Transfer in aedem.

Vid. Columellae locum apud Cerdam. BURM.

349. REDIMITUS. *Redimantur* Zulichemius. *reditus*, ſuperſcripto alia manu *mi*, Regius.

350. INCOMPOSITOS. *Incompoſitus* Mentelii alter. vide ad Calp. IV. Ecl. 129. BURM.

351. POSSIMUS DISCERE. *Poſſimus noſcere* Medic. HEINS. *In certis* Franc. *noſcere* eſt ex interpretatione, & ita confuderunt haec verba librarii apud Lucan. IX. 761. & X. 189. BURM.

352. AESTUSQUE. *Aeſtus & pluvias & agentes fulgura ventos* Francianus, Ed. Mediol. *aeſtusque & pluviaſque* Mediceus a manu ſecunda, & eodem modo mox 371. *Eurique & Zephyrique*. *Aeſtuſque & pluvias &* Ed. Venet. *agentes frigora*, eſt ducentes, adferentes. vide varium hujus verbi uſum apud Servium ad IV. Aen. 245. ubi Mercurius virga ſua *agere ventos* dicitur. BURM.

353. Mo-

41 dicit autem *Amvarbale* Voſ. R. dicitur autem L. 42 de porca, & ſaepe L. Voſ. R. V. 43 deſunt L. Voſ. R. 44 Chaeborum G. an pro epheborum? 45 deeſt L. V. Voſ. R. 46 hujus in memoriam G. habens in memoriam L. V. Voſ. R. 47 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. 48 probate R. 49 *mene* L. V. Voſ. R. Steph. al. *bene* Dan. Graece *mene* G.

Digitized by Google

Quo ſigno caderent Auſtri: quid ſaepe videntes
Agricolae, propius ſtabulis armenta tenerent.
Continuo ventis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere, & aridus altis
Montibus audiri fragor: aut reſonantia longe
Litora miſceri, & nemorum increbreſcere murmur.
Jam ſibi tum curvis male temperat unda carinis,
Quum medio celeres revolant ex aequore mergi,

Cla-

SERVII.

354. CADERENT AUSTRI. Deſinerent venti. [50] Et hoc etiam loco prognoſtica ſunt tranſlata de Arato, pauca de multis.

355. [51] [PROPIUS STABULIS ARMENTA TENERENT. Scilicet propter repentinos caſus tempeſtatis, aut grandinis, vel terrae motus, aliorumve. Et dicit, quod videntes agricolae poſſint haec ventura praeſcire.]

356. VENTIS SURGENTIBUS. Flare incipientibus. Unde [52] e contrario VII. Aen. 27. *Cum venti poſuere*, id eſt, flare deſierunt. AUT FRETA PONTI. Litora pelagi, quae feriuntur [53] fluctibus. Duo autem dicit naturalia: Futura enim tempeſtate, & ante [54] ventum, fluctus moventur: & fragor auditur ex ſylvis, arcana quadam ratione naturae.

357. ARIDUS FRAGOR. [55] Sonitus, qualis ſolet fieri ex aridis, cum franguntur, arboribus. Ergo *Aridus*, nimius. Omne enim quod aridum eſt, cum frangi coeperit, nimium efficit ſonum. *Fragor* etiam a fractarum rerum nominatus eſt ſonitu.

358. AUT RESONANTIA LONGE LITTORA MISCERI. [56] Δὶς τὸ αὐτὸ, id eſt, bis idem dixit.

359. MISCERI. Perturbari, ut I. Aen. 191. *Miſcet agens telis.* [57] [INCREBESCERE MURMUR. Saepe & crebros fieri ſonitus.]

360. JAM SIBI TUM CURVIS MALE TEMPERAT UNDA CARINIS. Scias, [58] inquit, jam in pelago eſſe graviſſimam tempeſtatem, cum mergi ad littora confugiunt. [59] [*Mergi* autem ſunt, quos nonnulli corvos aquaticos vocant.] Poëtice autem ait: *Jam ſibi tum unda male temperat curvis carinis*, id eſt, ſibi non parcit, ſed creſcit in perniciem ſuam: nam in carinam ſcindendam conſurgit, [60] [& navigantum perniciem. *Temperat* autem abſolute poſuit: nam certe ſubauditur *male:* temperat ſe ipſam ſibi.]

VARIORUM.

353. MONERET. Catroeus veniam audaciae ſuae precatur, quod *moveret* (ut Pierius monuit jam editiones etiam quaſdam habere,) reſtituerit, ſed ita erat in Franciano & Parrhaſ. & centies haec verba confuſa, & utrumque poteſt defendi. ſed praeſtat optimos codices ſequi. mox *ſtabulis propius* Francian. BURM.

354. CADERENT. Incumberent ad excitandas tempeſtates, exponit Cerda. ut infr. II. 107. *Incidere*, ubi ex Homero adducit Ἔμπεσε. ſic in alia re *cadere in hoſtes*, pro incidere, dixit Ovid. I. Triſt. V. 23. BURM.

Ibid. QUID SAEPE. Vetuſtiores: nonnulli *quod.* HEINS. *Quod* etiam Tollianus, Voſſianus prior & fragm. Moreti. & Edd. primae & Steph. P. Danielis & aliae. ſed Regius *quid.*

357. ARIDUS. Nonius Marcellus explicat horrificum, acutum, ut Lucret. VI. 118. *Aridus ſonus. arduus* Ed. Venet. & ita *ſilvam ſonantem* ſup. 76. de aridis calamis dixit. BURM.

359. INCREBESCERE. *Increbreſcere* Zulichem. &

Fran-

50 etiam ex loco hoc L. R. & jam ex hoc loco Voſ. ex hoc etiam Steph. Baſil. 51 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. & Dan. 52 eſt e contrario L. Voſ. R. 53 fluctibus maris G. feruntur a fluctibus Baſil. 54 adventum Baſil. 55 deeſt G. 56 deeſt L. V. Voſ. R. τὸ αὐτὸ, bis idem alii. 57 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. Dan. 58 inquit ex pelago V. inquit in pelago Steph. Dan. *Fabr.* al. 59 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. Dan. al. mergi corvi marini G. 60 deſunt L. V. Steph. Dan.

Digitized by Google

Clamoremque ferunt ad litora: quumque marinae
In ſicco ludunt fulicae: notaſque paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem.
Saepe etiam ſtellas, vento impendente, videbis
Praecipites coelo labi, noctiſque per umbram

Flam-

SERVII.

362. CLAMOREMQUE FERUNT. Id eſt, ſi cum clamore revertuntur: nam plerunque plura dicit ſigna, e quibus unum non ſufficit, ſed omnia [61] ſunt animadvertenda, ut inf. 388. [62] *Tum cornix plena pluviam vocat improba voce, Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.*

363. MARINAE FULICAE. Ad diſcretionem fluvialium. [63] [*Fulicae* autem ſunt aves aquaticae, anatibus paullo minores, ſed corporis forma conſimiles.]

364. ALTAM SUPRA VOLAT ARDEA NUBEM. *Ardea* dicta eſt, quaſi ardua, quae cum altius volaverit, ſignificat tempeſtatem. [64] [Lucanus v. 553.

[65] *Aut ſiccum quod Mergus amat:* [66] *quodque auſa volare*
Ardea [67] *ſublimis pennae confiſa natanti.*]

366. PRAECIPITES COELO LABI. Sequitur vulgi opinionem: non enim omnia [68] prudenter a poëta dicenda ſunt. Quod autem videmus e coelo ſtellas quaſi labi, ἀποῤῥοιαι ſunt [69] ignis aetherii, quae fiunt [70] [ex igne aethereo] cum vehementior ventus altiora conſcenderit; [71] & trahere exinde aliquas particulas coeperit, quae ſimulant caſum ſtellarum. Nam ſtellae cadere non poſſunt: quarum natura eſt, ut ſtent ſemper: unde & ſtellae vocantur. Sane ſciendum eſt, [72] [ut ait Aratus,] [73] ab illa parte ventum flaturum, in quam [74] ille ignis ceciderit.

VARIORUM.

Francianus, Regius & Parrh. vid. ad Suet. Tib. xi. & inf. VIII. 14. & ita ſemper ſcribi debet. BURM.

360. TUM CURVIS. Hanc lectionem Priſcianus libro XVIII. videtur agnoſcere, ſi mendo vacant ejus codices, & Donatus in Phormionem Terentii II. 1. 41. *A curvis* uterque tam Mentelianus, quam Voſſianus, licet in priore id eraſum ſit a manu emendatrice, quomodo & in Romano Pierii: ſic Aeneidos ſecundo, *quis talia fando Temperet a lacrimis.* & apud Horat. libro II. Ode III. *ab inſolenti temperatam laetitia mentem.* Martial. Lib. XI. Ep. 40. *Corripis, obſervas, quereris, ſuſpiria ducis, Et vix a ferulis temperat ira ſibi.* ſic lego ex veſtigiis veterum librorum. in Thuaneo, *temperat ira ſua.* vulgo, *abſtinet ira manum.* Claudian. lib. III. in laud. Stilic. *Omnis & a ſolitis noſter venatibus arcus Temperet.* Plinius L. II. Epiſt. 4. *Quamvis a pleriſque cibis ſinguli temperemus, totam tamen coenam omnes laudare ſolemus.* nec aliter Aruſianus Meſſius nondum editus: *Temperare hujus rei: Terentius Phormione, rei foret aut infamiae temperans. Temperat ab hac re:* Virg. Aen. V. *Temperat a lacrimis. Temperat ſibi a periculo.* Idem Georg. I. *Jam ſibi tum a curvis male temperat unda carinis. Temperat huic. Cicero de M. Marcello, animum vincere iracundiam cohibere, victui temperare.* Symmachus libro III. Epiſt. 86. *Intelligebam non eſſe de nihilo, quod diu a literis temperabas.* Solinus cap. 29. *nam cum mundum a calore veſper temperet.* Perperam Franciſcus Guietus ad Terentium in hoc Maronis loco reponi volebat, *Jam tibi tum curvis*, pro *ſibi.* HEINS. *Jam tibi* etiam Gebhardus malebat ad Propertii. III.

61 deeſt Steph. Dan. 62 cum L. Voſ. R. al. *invocat* al. 63 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. Dan. 64 item, Ardea avis, quam vulgo Sarpam vocant. dicta ab q̄ (forte, ab eo quod) cum vocem emittit, oculi ei ardeſcunt, vel quod ardua etera habeat, id eſt alta. G. 65 deſunt L. V. Voſ. R. vid. ad VII. Aen. 411. 66 *quodque ſignum a. v. Ardea* L. V. Voſ. R. *quod ſignum* al. 67 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. al. *natandi* Fabr. 68 *prudenter.* vid. H. Steph. diſſert. de Critic. p. 176. vid. & ad I. Aen. 250. 69 ignes V. L. qui ſunt L. 70 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. 71 & inde quaſi quaſdam trahere al. 72 deſunt L. Voſ. R. B. & al. 73 vel in illam partem V. 74 deeſt V. L. R. Voſ.

Flammarum longos a tergo albeſcere tractus:
Saepe levem paleam & frondes volitare caducas,
Aut ſumma nantis in aqua conludere plumas.
At Boreae de parte trucis quum fulminat, & quum
Eurique Zephyrique tonat domus; omnia plenis
Rura natant foſſis, atque omnis navita ponto

Hu-

SERVII.

368. [75] [SAEPE LEVEM. Dat aliud ſignum, quod fit, quando futuro ventorum motu ſponte ſua levis palea volitat. ET FRONDES. Arborum minores & leviores.]

369. NANTES. Natantes. CONLUDERE PLUMAS. Moveri. Terentius Adel. III. IV. 13. *Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere.* Id eſt, moveri. Virgilius VIII. 632. [76] *Ludere pendentes pueros.* [77]

370. AT BOREAE DE PARTE TRUCIS CUM FULMINAT. Hoc vult dicere: Ubique graviſſimas & ingentes efficit pluvias, ab iſtis ventis [78] mota tempeſtas.

372. [79] [OMNIA PLENIS RURA NATANT FOSSIS. Operiuntur terrae aquis; & foſſae, ubicumque fuerint, implentur. Et eſt hic μεταφορα: dicit enim *natare rura*, cum terra immobilis ſit.

VARIORUM.

III. Eleg. 9. ut ſupra 343. & alibi. *jam ſibi cum curvis* Venetus. in Regio codice erat aliquid eraſum inter *tum* & *curvis*, quod & in Voſſiano notaverat Heinſius. In Miſcell. Obſerv. Criticis Amſtelaed. editis Vol. II. Tom. II. pag. 171. vir doctus volebat, *jam ſibi tum & curvis:* ingrato admodum ſono, & ideo recte refutatus ab alio viro docto, qui in Servio nihil praeſidii eſſe docuit. Maſvicius vero in Servio edidit *in carinam ſcindenda*, pro *ſcindendam. a curvis* Voſſ. BURM.

361. CUM. *Quom* Mediceus a manu prima.

Ibid. MERGI. Vid. Robert. Titii Controv. Lect. IX. cap. 16.

364. ALTAM SUPRA VOLAT. Ita Senec. VII. Natur. Quaeſt. 28. *altum volitat ſuper* Zulichem. *altum ſuper evolat* quartus Moreti & Vratiſlavienſis. *ſupervolat* Parrhaſ. forte *ſuper evolat.* vid. ad Ovid. II. Art. 19. & ad Suet. Aug. 94. BURM.

Ibid. ARDEA. Aratus ἐρωδιῷ tribuit προγνωστικὰ pluviae. Virgilius illam Ardeam interpretatur. Varro Nonii fol. 207 ei ſimilem querquedulam id facere canit. NANSIUS.

365. IMPENDENTE. *Impellente* Parrhaſ. & Ed. Mediol.

366. PER UMBRAS. Lego *noctiſque per umbram.* ex antiquis & Arato 927. Καὶ διὰ νύκτα μέλαιναν, ὅτ' ἀστέρες ἀΐσσωσι ταρφέα, τοὶ δ' ὄπιθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνωνται. FABRIC. *Sub umbra* Moret. pr.

367. FLAMMARUM LONGOS A TERGO ALBESCERE TRACTUS. Apud Senecam libro VII. Naturalium Quaeſtionum cap. 20. legitur, *longos a tergo flammarum albeſcere tractus.* ſed aliter libro primo cap. 14. idem: niſi quod *ſtellarum* illic exhibetur. etiam male. apud Macrobium Saturnal. VI. cap. 1. *involvere tractus.* etiam male. HEINS.

369. NANTIS. *Molles* Leidenſis primus a manu prima. *collidere* Tollianus.

370. AT. *Aut* Menagianus alter & Leidenſis primus cum fragmento Moreti.

371. TONAT DOMUS. *Domus tonat* Venet.

373. OMNIS NAVITA PONTO HUMIDA VELA LEGIT. *Legunt* in nonnullis Pierius invenit exemplaribus. eleganter. de quo diximus ad Naſonem Metamorph. Lib. IX. ỳ. 426. noſtri tamen codices pro recepta ſtant ſcriptura conſtanter, ut & Nonius Marcellus in *legere. omni navita ponto* in fragmento Moretano. HEINS. Sed *omnis navita*, pro omnes nautae. vid. ad Petron. cap. CVII. BURM.

373. NUM-

75 deſunt V. L. R. Voſ. Steph. Dan. 76 vel *indo* L. *indo* vel *ludere* R. Voſ. 77 PLUMAS, id eſt pennae avium volantium in litore volitant in undis. vel plumas quaſcunque. niſi forte pipos, id eſt cardui florem. G. 78 mutata G. tempeſtate ab his mota ventis Baſil. 79 deſunt L. V. Steph. Dan. ad *nunquam* 373.

Humida vela legit. Numquam inprudentibus imber
Obfuit. Aut illum ſurgentem vallibus imis
Aëriae fugere grues: aut bucula coelum
Suſpiciens patulis captavit naribus auras:
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo:

Et

SERVII.

373. LEGIT. Id eſt, colligit.] NUNQUAM IMPRUDENTIBUS IMBER OBFUIT. [80] Alii *in* vacare volunt; alii [81] augendi habere ſignificationem, ut ſit: Nunquam imber obfuit valde prudentibus: quae res valde non ſunt idoneae. Unde melius eſt ita intelligere: Nunquam imber obfuit non ante proviſus: tam clara ſui dat ſigna: ut *imprudentibus*, ignaris accipiamus: nam hoc dicit: Nunquam neſcienti nocet imber, quia ſe deſignat ante venturum. Et ſcimus leviora eſſe mala, quae ex opinione contingunt.

375. [82] [AERIAE FUGERE GRUES. Aut aërii coloris; aut altum volantes. Dicit autem *grues* de vallibus fugere, non pluviam de vallibus ſurgere. AUT BUCULA COELUM SUSPICIENS PATULIS. Hic locus omnis de Varrone eſt: ille enim:

Tum liceat pelagi volucres, tardaeque paludis
Cernere inexpleto ſtudio certare lavandi:
Et velut inſolitum pennis infundere rorem:
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo,
Et bos ſuſpiciens coelum (mirabile viſu)
Naribus aërium patulis decerpſit odorem.
Nec tenuis formica cavis non evehit ova.

[83] [Eodem modo Aratus Dioſem. 209. Πολλάκι λιμναῖαι ἢ εἰνάλιαι ὄρνιθες, Ἄπληστον κλύζοιντο ἐνιέμεναι ὑδάτεσσιν, Ἢ λίμνην περὶ δηθὰ χελιδόνες ἀΐσσονται. 222. Καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος εὐδίοιο Οὐρανὸν εἰσανιδόντες, ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο, Καὶ κοίλης μύρμηκες ὀχῆς ἐξ ὤεα πάντα Θᾶσσον ἀνηνέγκαντο. Nam & Varro, & Virgilius, Aratum ſecuti ſunt.]

VARIORUM.

373. NUMQUAM IMPRUDENTIBUS IMBER OBFUIT. *Prudentibus* Mediceus a manu prima. valde ſudant in his explicandis interpretes. multi hic *imprudentes* explicant *valde prudentes*, ut ex Servio patet, & ita Huguitionem expoſuiſſe didici ex Erhardi notis ad Petron. cap. v. & ita adfertur in Catholico voce *prudens*. at rarum. nimirum ut *infractos* XII. Aen. I. pro valde fractos explicant grammatici, ita hic *imprudens*, pro valde prudens eſſe interpretandum cenſent. unde in Regio Cod. Gloſſator ſuperſcripſerat *valde*. ſed in verbis ex praepoſitione *in* compoſitis, ut *immutatus*, & ſimilibus, id conſtat factum: ſed in adjectivis, ut *prudens*, exemplum ignoro. nam ita & *inſcius* eſſet *valde ſcius*, *ignarus*, *valde gnarus*, &c. Cerda explicat, indicia tam clara eſſe, ut ne imprudens quidem poſſit falli, quod & amplectitur Catroeus. ſed ſenſum ego clarum puto, ex ultima Servii, ſed obſcuriore expoſitione. nimirum imber numquam talibus agricolis, velut imprudentibus, aut neſcientibus imbremventurum, poteſt nocere, quia ſemper eum provident: & hic *imprudentibus* non generatim de omnibus dicitur, ſed de illis, quibus, ſi imprudentes eſſent, obeſſet imber, nunc quia praeviderunt, nec imber imprudentibus ſupervenit, nocere non poteſt. haeſitarunt viri docti, quia non animadverterunt ellipſim τῶν *veluti*, *tanquam*, *quaſi*: nam *imprudentibus* eſt hic *quaſi imprudentibus*. vid. ad IV. Georg. 27. I. Aen. 250. & alibi ſaepe. ita mox 395.

Nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna.
eſt, quaſi obnoxia eſſet, & lumen a fratre mutuaretur, ſed lucida, pura, quaſi ſua luce fulgeret, ſurgit: ſic & ſupr. 259.

Frigidus agricolam ſi quando continet imbrem.
non generatim *frigidum* dici imbrem notat Servius, ſed ſi frigidus fuerit. IV. Aen. 107.

Quis talia demens Abnuat.
poſitum pro, velut demens, aut demens eſſet ſi abnueret: nam Servius ſubintelligit, *niſi demens*. ſed parco plura referre. male ergo *prudentibus* in codicibus quibusdam. ſimilis fere locutio in lib. I. Aen. 630.

Non

80 *imprudentibus*, id eſt valde prudentibus, aut pro neſcientibus poſuit, id eſt nunquam ſcientibus obfuit imber, tot ſignis praecedentibus G. 81 augentis Voſ. R. L. V. Steph. Dan. al. 82 deſunt L. ad 378. ſed Voſ. R. ab *Aut bucula* deſiderantur. 83 deſunt Steph. Dan. al.

Digitized by Google

Et veterem in limo ranae cecinere querelam.
Saepius & tectis penetralibus extulit ova
Anguſtum formica terens iter: & bibit ingens
Arcus: & e paſtu decedens agmine magno.

Cor-

SERVII.

378. ET VETEREM IN LIMO RANAE CECINERE QUERELAM. [84] Fabula duplex eſt: nam, [85] ut Ovidius dicit, Ceres cum Proſerpinam quaereret, [86] ad relevandam ſitim acceſſit ad quendam fontem: tunc eam Lycii ruſtici [87] a potu prohibere coeperunt: & conturbantes pedibus fontem, cum contra eam emitterent turpem [88] naribus ſonum, illa irata eos convertit in ranas: quae nunc [89] quoque ad illius ſoni imitationem [90] coaxant. Sed hoc non eſt valde aptum: nam [91] illud magis inſultatio fuerat, quam querela: & poenam ſacrilegii juſte [92] pertulerant. [93] Unde magis Aeſopus eſt ſequendus, qui dicit hoc: Cum Juppiter omnibus animalibus reges daret, & [94] ranis dediſſet colendum breviſſimum [95] lignum; illae queſtae, & aſpernatae ſunt [96] eum: Jupiter igitur iratus hydrum eis dedit, qui veſcitur ranis.

380. [97] BIBIT INGENS ARCUS. Sequitur iterum vulgi opinionem.

381. [98] [A PASTU DECEDENS AGMINE MAGNO. Dicit etiam corvos propter futuram inundationem a paſtu fugere.]

VARIORUM

Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.
ubi ſenſus, non diſco ſuccurrere miſeris, quaſi ignara eſſem mali, ſed dudum ſimilia experta, jam ante ſcivi eſſe miſeris ſuccurrendum. & ita poſſet infra lib. II. 499.

Aut doluit miſerans inopem, aut invidit habenti. non quod illa affectione animi, miſericordia, numquam moveri poſſint: ſed quod non miſereantur, ſi quis inops eſt, qui inter ruſticos, contentus bonis naturalibus, non facile reperitur. Quod quum obvium & facile ſit intellectu omnibus, qui in Virgiliana lectione exercitati ſunt, nihil etiam neceſſe erit aliquid novare, cum Ampliſſimo viro Bynckershoekio, qui lib. II. Obſerv. Juris cap. 3. tentabat, *numquam imprudentibus imber Adfuit:* praeterquam enim quod nullo codice edito vel ſcripto adjuvetur, neſcio an *adeſſe* hoc loco eleganter poſſet dici *imber*, qui ſupervenit ſubito. ſed non fallit noſtros agricolas, ut ſolet imprudentes. & ita infr. 425.

Numquam te craſtina fallet Hora,
nimirum ſi ad ſolem & lunas ſequentes reſpicies. BURM.

374. AUT ILLUM. *At illum* quartus Moretanus. *in vallibus* Leid. a m. ſec. *ab vallibus* alter Leid.

376. SUSPICIENS. *Suſcipiens* Zulichemius.

378. QUERELAM. *Querellam* Mentelianus prior, Gudianus & Mediceus. *aut veterem* Ed. Venet. ſed vulgata eſt apud Serv. ad IV. Aen. 463.

379. SAEPIUS ET TECTIS PENETRALIBUS. *E tectis penetralibus* eſt invenire apud Caritium libro II. Inſtit. Grammat. pag. 193. ſed aliter ſcripti. HEINS. *Ocyus* malebat Cerda. Voſſius etiam *tecti penetralibus*. ſed & *tecta culmina* dixit II. Aen. 445. & quum centies *tecta* pro domibus ponantur, idem hic eſt atque ex interioribus ſuis cavis. *domos* dici avium nidos, & ſubterranea beſtiarum cubilia notum eſt. & ita *Formicae copioſam do-*

num

84 multi ambigunt, quae ſit Ranarum vetus querela. Modeſtus ait Latonam, cum ageretur a Junone, in Liciam veniſſe, & ſitientem acceſſiſſe ad fontem paſtoribus prohibitam. Memorem autem injuriae ſuae poſt editum partum rediſſe in Liciam, & paſtores in ranas convertiſſe, ut perpetuam hujus fontis haberent cuſtodiam, cujus potum Latonae denegaſſent. Ovidius dicit &c. G. 85 deeſt B. 86 ad bibendum acceſſit G. 87 potatu prohibuerunt, & G. 88 narium G. 89 deeſt G. 90 conclamant. Alii dicunt ranas per abundantiam aquae extra paludes pelli & ſerpentibus cibos eſſe. aut alio qui interire. inde igitur tempeſtatis adventus eas querelas excipere. querela eſt vox mutua, ut ipſe ait VIII. 215. *omne querelis Implevere nemus.* G. 91 illa Voſ. R. Steph. Dan. 92 pertulerunt L. Dan. 93 haec vix a Servio profecta credit Rigaltius ad Phaedr. I. 2. 94 ranis, ni fallor, Steph. Dan. 95 lignum: inde *coquetas* appellatae ſunt ranae: Jupiter &c. Alii. 96 tum iis hydrum iratus dedit L. B. V. Voſ. Steph. Dan. iratus Jupiter V. aſpernatae ſunt ejus regnum, &, ni fallor, baculum, tunc iis dedit hydrum Urſ. Cod. 97 EXTULIT OVA, de foraminibus portans ad domum ſuam, ne pluvia prehenderentur G. mox, ſequitur rurſus Fabr. al. 98 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan.

Corvorum increpuit denſis exercitus alis.
Jam varias pelagi volucres, & quae Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri,
Certatim largos humeris infundere rores;
Nunc caput objectare fretis, nunc currere in undas,

Et

SERVII.

382. CORVORUM EXERCITUS. Multitudo. [99] [INCREPUIT. Inſonuit.]

383. JAM VARIAS PELAGI VOLUCRES, [1] ET QUAE ASIA CIRCUM, &c. Haec vera lectio: & ſenſus talis eſt: Jam varias pelagi volucres, & eas, quae circum [2] Aſia prata rimantur in dulcibus ſtagnis Cayſtri, videas certatim largos humeris infundere [3] rores. Nam, ſi *jam variae* legeris, ſenſus nulla ratione procedit: [4] *Cayſtrus* autem [5] Aſiae fluvius eſt. *Aſia* vero, palus: Unde fecit [6] [per derivationem poſſeſſivum; quod poſſeſſivum, quantum ad literam, ſimile eſt primitivo ſuo: nam de provincia *prata Aſiatica* diceret, non] *Aſia prata*. Ei de palude *Aſia A* longa eſt: [7] nam de provincia corripitur *A*, ut I. Aen. 385. *Europa atque Aſia pulſus*. Et eſt Homericus verſus Il. B. 461. Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

384. [8] [RIMANTUR PRATA. Paſcuntur in pratis, cibum per terrae rimas requirentes. Nam *rimari* hinc tractum eſt a porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarum.

385. [9] [HUMERIS INFUNDERE RORES. Perfundere humeros largis aquis, & quaſi ſe irrigare.

386. NUNC CAPUT OBJECTARE FRETIS. Mergere ſub aquis caput. CURRERE IN UNDAS. Se in aquam mittere, & natare.]

VARIORUM.

mum vocat Phaed. IV. 23. vid. ad eumdem lib. I. 3. *Penetralia* vero formicarum terrâ tecta ſunt. BURM.

381. PASTU. *Paſtus* Medic.

383. JAM VARIAS PELAGI VOLUCRES. In Mediceo & Gudiano. *Jam variae pelagi volucres*, ut *infundere* non ad τὸ *videas* referatur, ſed capiatur pro *infundunt*. ut frequenti eſt in uſu optimae Latinitatis auctoribus. ſic libro II. ỳ. 432. *& lamina fundi* pro *funduntur*, in optimo codice. Aeneidos II. ỳ. 391. *ſcandere rurſus equum*, in membranis pro *ſcandunt*. & ỳ. 689. ex codice Gudiano: *Hic vero victus genitor ſe tollere ad auras*. libro III. 141. *tum ſteriles exurere Sirius agros*. libro Aeneidos XI. 142. *Arcades ad portas ruere*. Idem Mediceus *atque Aſia circum*. quod & Mentelianum priorem a prima manu occuparat. HEINS.

384. RIMANTUR PRATA CAYSTRI. In Regio codice videtur a prima manu fuiſſe *mirantur*, tranſpoſitis vero & eraſis prima & tertia litera, & ſuperſcriptis *r*. & *m*. Ordo & ſenſus verborum quibusdam obſcurior viſus. Nonius in *Rimari* explicat inhabitare, ita ut abſolute capiat hoc verbum. Cerda tranſpoſitis verbis malebat, *Dulcibus in pratis rimantes ſtagna Cayſtri*, quod minime placet. ſed quum *rimari* quaerere, ſcrutari illa, quae ſunt abſcondita, fere ſignificet, ut lib. VI. 599. *rimaturque epulis viſcera*, ut nimirum veſcatur. & ut venatores ſilvas, piſcatores aquas &c. rimantur. vid. Barth. ad Nemeſ. Cyn. 49. ego hunc ordinem eſſe crederem; *& quae volucres circum rimantur prata Aſia in dulcibus ſtagnis Cayſtri*. & non jungerem *circum Aſia prata*. ſed per Tmeſin *circum* disjunctum, conjungerem verbo ſuo *rimantur*, ut II. 392. *circum caput egit*. & hunc ſenſum inde exire crederem. volucres in ipſo fluvio Cayſtro, vel etiam illo ſupra ripas egreſſo, in ſtagnis illis dulcibus rimari ſub aqua pabula, & ſcrutari, an aliquid herboſi ibi lateat, unde poſſint ali. nam Servium, qui per terrae rimas cibum requirentes volucres explicat, non audiendum putem: quum rimae in arida & ſicca terra, non in ſtagnis, vel terra aquis inundata, reperiantur. jam vero agi de Cycnis ſive oloribus ad Cayſtrum frequentibus crediderim, vel, ut ex Homeri loco a Cerda adducto, etiam

99 deſunt iisdem. 1 AT QUAE B. 2 deeſt Dan. Steph. 3 rores & caetera V. R. Voſ. 4 Cayſtros B. 5 deeſt L. Voſ. B. R. V. al. 6 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. Dan. 7 deeſt Fabr. al. unde provincia corripit V. L. Voſ. R. 8 deſunt L. V. ad ỳ. 387. 9 deſunt Voſ. R. Steph. Dan. al. ad ỳ. 387.

Et ſtudio incaſſum videas geſtire lavandi.
Tum cornix plena pluviam vocat inproba voce,
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.
Nec nocturna quidem carpentes penſa puellae
Neſcivere hiemem: teſta quum ardente viderent

Scin-

SERVII.

387. ET STUDIO GESTIRE LAVANDI. *Geſtire* eſt laetitiam ſuam corporis habitu ſignificare: nam, ut homines verbis laetitiam ſuam exprimunt, ita aves corporis [10] geſticulatione. IN CASSUM autem ideo ait, quia plumarum compoſitio aquam minime ad corpus admittit. [11]

388. [12] RAUCA PLUVIAM VOCAT IMPROBA VOCE. *Rauca* contra naturam ſuam. Et *vocat* poëtice ait: non enim vocat, ſed denuntiat pluviam. Et notandum [13] cornicem, & rauca voce, & ſolam, pluviam praedicere: Corvos vero [14] ſerenum, & plures, & voce tenui ac puriſſima, contra naturam ſuam, ut infr. 410. [15] *Tum liquidas corvi preſſo ter gutture voces.* [16] [Altius autem cornices aliis avibus ſonant; ſed cum pluviam denuntiant, tenues formant voces.

389. SPATIATUR. Diſcurrit.

390. NEC NOCTURNA QUIDEM. Dicit nec puellas quidem, carpentes lanam nocte, ignorare venturam tempeſtatem; ſi ſciant hoc, quod nunc dicit. PENSA. Lana, quae ad penſum datur puellis intra conſtitutos dies paranda.]

391. TESTA CUM ARDENTE VIDERENT. Propter vilitatem noluit dicere *lucernam*, [17] ſed nec *lychnum:* [18] ſicut in heroico carmine, ut I. Aen. 726. *Dependent lychni.* Medius [19] enim in his libris eſt ſtylus, ſicut diximus ſupra.

VARIORUM.

etiam anſeres & grues, anates & alias volucres, ex quibus & noſtrates agricolae futurae tempeſtatis auguria captare ſolent, addi poſſe, quae ſolent ſub aquis pabula quaerere & herbas latentes. & ita lib. II. 199. de Mantuano agro dicit,

Et qualem infelix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niveos herboſo flumine Cycnos.

ubi idem indicat, quod hoc loco. *ſtagna* vero a Poëtis dici de omni aqua, ſive fluminis, ſive maris, non opus credo docere illos, qui Poëtas diligenter legerint. ita vel ipſum fluminis Cayſtri alveum, vel ſuper ripas prata inundantem poſſumus capere. ut ita *ſtagna extenta Lucrino lacu*, de piſcinis ex lacu illo aquam accipientibus dixit Horat. II. Od. 15. ſi quis *rimantur* abſolute poſitum velit intelligere, ordo erit, *quae circum Aſia prata in ſtagnis dulcibus Cayſtri rimantur*. ſed mihi prior ordo magis arridet. BURM.

386. IN UNDAS. *In undam* Mediceus ſecunda manu, quod Gudianus etiam exhibebat. HEINS. *In undas* probat Cortius ad Salluſt. Jug. cap. c. ſed ita ſemper fere variant ſcripti. *caput* etiam Regius & fragm. Moreti. BURM.

288. PLENA. Alii *rauca* v. Taubm. imitatus Lucan. VI. 622. *plena voce ſonent*. *plenam* Ed. Venet. *tunc* Nonius in *pluvia*. BURM.

389. ET SOLA IN SICCA. Addunt nonnulli codices poſt hunc, *At caput objectat querulum venientibus undis*. qui in Medicei codicis ac Gudiani margine adſcriptus erat, ſed recentiore manu, uti & in altero Menteliano inter lineas, in priore ſub finem paginae extremum. HEINS. Erat hic verſus in Franciano, Leidenſ. & Voſſian. ſed in hoc poſt ỳ. 388. legebatur. in margine erat in Parrhaſ. alia manu adſcriptus. BURM.

390. NEC. *Ne* Mediceus, Mentelianus prior & Gudianus cum primo Moretano. HEINS. Ita fere ſemper variatur in Codicibus. ſed res obvia,

&

10 geſtu G. 11 ſive *incaſſum*, id eſt fruſtra: humor enim pennarum denſa levitate ſuſpenditur G. 12 PLENA V. L. Voſ. R. 13 cornicem rauca voce ſolam G. 14 deeſt B. al. 15 cum L. Voſ. R. 16 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. Dan. ad ỳ. 391. & altius aliis avibus ſonant. & mox, tenues formant, omiſſo τὸ *voces* Baſil. 17 nec iterum B. L. R. Voſ. Steph. Dan. 18 ſed in G. quemadmodum in H. c. *dependent Lychni* dixit Fabr. al. in Heroo B. L. V. quod verum puto, ſic Ovid. II. Faſt. 120. vid. ad IV. Aen. 254. & alibi. BURM. 19 vero Steph. Dan.

Digitized by Google

Scintillare oleum, & putris concreſcere fungos.
Nec minus ex imbri ſoles & aperta ſerena
Proſpicere, & certis poteris cognoſcere ſignis:
Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videtur;
Nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna;
Tenuia nec lanae per coelum vellera ferri.
Non tepidum ad ſolem pennas in litore pandunt

Di-

SERVII.

392. PUTRES CONCRESCERE FUNGOS. Nam, ut dicit Plinius lib. XVIII. cap. ult. cum [20] aër humidus eſſe coeperit, [21] [favilla, quae cum fumo ſolet egredi,] prohibita aëris craſſitate, [22] in lucernis reſidet, & quaſdam velut [23] fungorum imitatur imagines.

393. NEC MINUS EX IMBRI SOLES. Id eſt, ſerenitates. Et verſa vice dat prognoſtica, quibus agnoſcamus ex [24] tempeſtuoſo caelo ſerenitatem futuram. APERTA SERENA. Aër enim [25] denſatur nubilo, & rareſcit ſereno, ut inf. 419. [26] *Denſat, erant quae rara modo: & quae denſa relaxat.* [27]

396. NEC FRATRIS RADIIS OBNOXIA SURGERE LUNA. [28] Subaudi a ſuperioribus, obtuſa Luna: nam hoc dicit: [29] Nec tamen Luna videtur [30] obtuſa, quae eſt radiis Solis obnoxia: nam, ut dicunt [31] Phyſici, ab eo accipit lumen. [32]

397. TENUIA. [33] Proceleuſmaticus eſt pro dactylo, quam rem quotieſcunque facit Virgilius, ſervat locum Synizeſi, ut *tenuia*. Item & v. Aen. 432. *Genua labant*. Nubes tenues, pro velleribus, accipiendae.

VARIORUM.

& illuſtrata ſatis a Cl. Drakenb. ad Liv. I. x. §. 3. & Cl. Dukero ad Flor. III. 17. in Suetonio fere ſemper ita variatur. vid. ad Tiber. XV. hic *ne* praeferrem, quod mollius quam *nec nocturna*. ut ſupra 126. *ne nunc* Bentlejum videmus praeferre τῷ *nec nunc*. BURM.

391. TESTA CUM. *Cum teſta* ſecundus Rottendorphius.

394. COGNOSCERE. *Agnoſcere* Parrhaſ.

395. NAM NEQUE TUM STELLIS ACIES OBTUSA VIDETUR. Apud A. Gellium Noctium Atticarum libro VII. cap. 17. hoc modo legas, *Nam neque tunc aſtris acies obtuſa videri.* τὸ *videri* pro *videtur* impenſe placet. HEINS. *Tunc acies ſtellis* Zulichem. *obtunſa* Mentelius primus & ſecundus a manu prima. *tum in ſtellis* Mentelius primus. *cum ſtellis* edit. Comeliniana.

396. OBNOXIA. *Obnixa* Moret. pr. ſed ſenſus eſt, Lunam tam claram & puram, ut non a Sole mutuari lucem, ſed propria lucere videatur. nam *obnoxius*, eſt qui alterius arbitrio ſubeſt. ut Luna Solis, cujus beneficio lucem dat. *Et fratris* Schol. Statii II. Theb. 146. BURM.

397. TENUIA. *Tenuuia* Mediceus.

398. NON TEPIDUM. *Nec tepidum* Leidenſis primus. *nam tepidum* Ed. Venet.

401. AT

20 aeris frigus eſſe G. 21 deſunt G. 22 in lucerna G. 23 frigoris G. 24 tempeſtativo L. tempeſtivo B. R. Voſ. Steph. Dan. tempeſtativo ſole V. 25 denſetur L. Voſ. R. B. 26 *denſet* & *relaxet* L. Steph. Dan. *denſet* & *relaxat* Voſ. 27 APERTA SERENA. Serena in eo quod *ſerat* coelum, id eſt aperuit, eleganter epitheton nominis & etymologiam oſtendit. *ſerenum* enim eſt dictum a *ſerendo*, id eſt, aperiendo, ſic alibi Virgilius (1. Aen. 146.) *& vaſtas aperit Syrtes*, id eſt reſerat G. ſi *ſerat* & *ſerendo* legendum, *reſerat* & *reſerando* malim, & a *ſerare*, quam a *ſerere* deducere, quod verbum ex uſu abiit, ſed compoſita remanſere. BURM. 28 LUNA. Subaudi obtuſa a. s. nam. B. R. Voſ. L. Steph. Dan. deeſt ſubaudi G. 29 nec luna V. L. B. Voſ. R. al. 30 obtunſa V. 31 Philoſophi G. 32 obnoxiam lunam dicit, pro eo quod obſtet & noceat. non abſurde hic videtur tempora dixiſſe nocturnum & diurnum. ſic *nam neque* &c. cum hoc verſu, *nec fratris* &c. ut ſit ſenſus. nec ſic ſol ſubito deficit, ut videtur radiis ejus obnoxia fuiſſe Luna eclipſi demoratus dicit G. 33 deſunt L. B. R. Voſ. Steph. *Tenuia* nebula dicuntur, quae imminente tempeſtate ob nimiam levitatem in aëre vento jactantur. item *vellera* nubes dixit tenuia aranearum, quae imminente tempeſtate per aëra raptantur. Varro in Epimenide, *nubes vellera lanae ſtabant*. ſic & Aratus G.

Digitized by Google

Dilectae Thetidi Alcyones: non ore ſolutos
Inmundi meminere ſues jactare maniplos.
At nebulae magis ima petunt, campoque recumbunt:
Solis & occaſum ſervans de culmine ſummo
Nequidquam ſeros exercet noctua cantus.
Adparet liquido ſublimis in aëre Niſus,

Et

SERVII.

399. DILECTAE THETIDI HALCYONES. Ceyx, filius Luciferi, habuit [34] uxorem [35] Halcyonem: a qua cum prohibitus iſſet ad conſulendum Apollinem de ſtatu regni [36] ſui, naufragio periit. Cujus corpus cum ad uxorem [37] Halcyonem delatum fuiſſet, illa ſe praecipitavit in [38] pelagus. Poſtea miſeratione Thetidis & Luciferi converſi ſunt ambo in aves marinas, quae *Halcyones* vocantur. [39] Sane ſciendum eſt, [40] quod, cum de muliere [41] dicimus, haec *Halcyone* facit: cum de avibus, *hic* & *haec* [42] *halcyon*, *hi & hae halcyones*. Iſtae autem aves nidos faciunt in mari, media hyeme. Quibus [43] diebus tanta eſt tranquillitas, ut penitus nihil in mari poſſit moveri. Inde etiam [44] dies ipſi *Halcyonia* nominantur. NON ORE SOLUTOS. Scilicet [45] manipulos. Alii *ſoluto ore* accipiunt, id eſt, nimium patenti.

400. IMMUNDI. Sues autem, luto gaudentes. Horatius I. Ep. II. 26. *Et amica luto ſus*.

401. MAGIS IMA PETUNT. Deprimuntur ad valles.

403. NEQUIDQUAM. Id eſt, non. Perſius II. 51. *Nequidquam fundo ſuſpiret nummus in imo.* Item Virgilius II. Aen. 546. *Et ſummo clypei nequidquam umbone pependit.* EXERCET NOCTUA CANTUS. [46] Noctua autem avis eſt lucifuga, quae ſignificat pluviam, ſi cecinerit poſt Solis occaſum. [47] De hac autem talis eſt fabula. [48] Nyctimene, poſtquam cum patre concubuit, & agnovit facinus [49] eſſe, in ſylvis ſe abdidit, & lucem refugit; ubi deorum voluntate converſa eſt in avem, quae pro tanto [50] facinore omnibus [51] avibus eſt admirationi. [52]

404. SUBLIMIS IN AERE NISUS. Niſus rex Megarenſium, [53] [pater Scyllae] [54] [in avem mutatus] de quo plenius in Bucolicis Ecl. VI. 74. [55] diximus. [56]

VARIORUM.

401. AT NEBULAE. *Aut* Moreti ſec. & fragm. Moreti.

402. DE CULMINE. *De lumine* Venetus.

405. PUR-

34 conjugem al. 35 Alcionem L. ita ſemper. Alcionem nomine G. 36 deeſt Steph. Dan. ſuper ſtatu r. ſui Baſil. 37 deeſt Steph. Dan. dilatum G. 38 mare G. 39 item, Ceyx Rex Thracum Jovem ſe vocari, & Alcionem uxorem ſuam Junonem coli juſſit, peregre profectus eſt, naufragio interiit. conjux impatienter ferens luctum in avem ſui nominis mutata, cui hoc honoris datum eſt, ut vet. diebus, quibus foetus in mari facit, nulla aura nullusque ventus exſurgat. G. 40 quia V. Voſ. R. B. L. al. 41 dicitur al. 42 Haltione L. Alcyones L. Voſ. *hi* & *haec* L. 43 deeſt B. 44 dies Halcyonii vocantur al. 45 manipulos quod ſequitur al. maniplos Voſ. R. 46 noctua avis lucifuga G. 47 Probus ait, ſi in tectis vel arboribus altis canat, ſerenitatem ſignificat. ſi in foraminibus vel ramuſculis. . . . . de hoc &c. G. deeſt aliquid, forte, *tempeſtatem ſignificat*, vel ſimile quid. BURM. 48 Nyctimone Voſ. L. R. V. Nyctimon G. 49 deeſt al. 50 ſcelere al. 51 deeſt G. omnibus avibus eſt *abominationi* volebat Cl. Dorvillius. 52 Nyctimon Eputi filia a Cornubo hoſpite compreſſa iram patris metuens in ſilvam profugit, quae miſericordia Minervae in noctuam mutata eſt. G. 53 deſunt al. 54 deſunt Voſ. R. Steph. Dan. Fabr. 55 dictum eſt al. 56 NISUS. Pater Scyllae. duae Scyllae fuerunt, una Forci & Cretidae Nymphae filia fuit. altera Niſi regis filia, contra quam, quum devictis Athenienſibus pugnaret Minos, propter filii Androgei interitum, quem Athenienſes & Megarenſes circumventum dolo necaverunt, amatus a Scylla Niſi filia: quae ut hoſti placeret, comam patris purpuream abſciſſam ei abſtulit: quam Niſus ita habuerat conſecratam, ut tamdiu regnaret quamdiu illam habuiſſet intactam: poſtea illa a Minoe condemnatur, dolore in avem converſa eſt, & Niſus extinctus miſeratione in avis permutatus eſt formam. quae aves inter ſe flagrant hodie magna diſcordia. *Apparet nequicquam*, quia haec avis Scylla ſignificat tempeſtatem, ut noctua. ſive illo ſenſu, *apparet* intelligitur, avis ſignificans tempeſtatem, quia pluat de caelo, & non adjungitur *nequicquam*. G. Haec interpolata & deſumta ex nota ad Ecl. VI. 74. unde multa hic corrigi poſſunt, ut pro *Cretidae*, cum Munckero ad Hygini Fab. CXCIX. *Crathaeidae*, dein *contra quem*, & *ei abſtulit*, & *a Minoe contempta*, & *deorum miſeratione*, & *in avis Piſcatiles mutatus e. ſ.* BURM.

Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo.
Quâcumque illa levem fugiens ſecat aethera pennis,
Ecce inimicus, atrox, magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus: qua ſe fert Niſus ad auras,
Illa levem fugiens raptim ſecat aethera pennis.
Tum liquidas corvi preſſo ter gutture voces,
Aut quater, ingeminant: & ſaepe cubilibus altis,
Neſcio qua praeter ſolitum dulcedine laeti,
Inter ſe foliis ſtrepitant: juvat imbribus actis

Pro-

SERVII.

405. [57] [POENAS DAT. Adverſante ſibi patre. Scylla ejuſdem Niſi filia, quae patri ſuo abſciſſam comam purpuream Minoi obtulit contra patrem pugnanti, & inde in avem converſa eſt: quas aves dicit nunc diſcordes nimis eſſe inter ſe.

406. [58] FUGIENS. Patrem ſcilicet. AETHERA. Aërem.

407. ATROX. Crudelis & immitis. STRIDORE. Sonitu alarum.]

410. TUM LIQUIDAS CORVI PRESSO TER GUTTURE VOCES, &c. [59] Plinius in Naturali hiſtoria dicit corvos eſſe oblivioſos, & plerunque minime ad nidos ſuos reverti; ſed quadam ratione naturae haec congerunt ad ſuos nidos, quae vermes poſſint creare: ex quibus relicti eorum pulli aluntur interdum. [60] Horum oblivionem probat etiam ex rebus, quas cum abſconderint, derelinquunt: quod etiam muſtelae dicuntur efficere, [61] [& mures.]

411. [62] [VOCES INGEMINANT. Repetunt voces praeter conſuetudinem, laeti ex ventura propinquitate ſerenitatis.

413. JUVAT. Delectat.]

VARIORUM.

405. PURPUREO. *Purporeo* Mentel. pr. ut Ecl. IX. 40.

406. PENNIS. *Pinnis* Mediceus, Regius a m. pr. Mentel. Gudianus. ut & mox ℣. 409. *quamcumque* Gudian. male. *quacumque* eſt in quacumque parte, ut mox *qua ſe fert*. (ubi *fert ſe* alter Rottend.) & centies alibi. BURM.

407. INIMICUS, ATROX. Vid. ad Ecl. IX. 9. *ſic inimicus, infeſtus* Sall. Catal. XIX. ubi vide Cortii notas. inf. III. 149. *Aſper, acerba ſonans*. in ſimilibus ſuſpendendum eſſe poſt primam vocem docet etiam Servius ad IV. Georg. 19. BURM.

409. RAPTIM SECAT AETHERA PENNIS. *Partim* apud Probum in Grammatica, mendoſe, ut opinor. HEINS. *Rapidis* Voſſianus alter, *raptum* alter Menagianus & Mediceus a manu prima. *ſecat aëra* Parrhaſ. BURM.

410. CORVI PRESSO. *Preſſo corvi* ſecundus Moretanus: *atque ter ingeminat* Regius a manu prima. *cum liquidas* Venetus etiam. BURM.

412. DULCEDINE LAETI. *Capti* in Menagiano. quomodo paſſim optimum ex ſcriptoribus quemque ſolere loqui obſervavi ad Naſonis Pontica I. III. 35. ſed tamen & libro quarto 55. occurrit, *neſcio qua dulcedine laetae Progeniem nidoſque fovent*. HEINS. Ita Culice ℣. 121.

Hoſpita dum nimia tenuit dulcedine captos.

in Catalect. Pithoei p. 87.

Libertatis enim dulcedine captus avitae.

BURM.

413. SE FOLIIS. *In foliis* Mediceus, Gudianus, Mentelianus alter, quatuor alii. *ſtrepitant foliis* Moretanus unus. HEINS. *In foliis* Regius. non vero Parrhaſ. ut Maſvicius notat perperam. *crepitant* Leidenſis alter. BURM.

Ibid.

57 deſunt L. Voſ. R. ad ℣. 410. 58 ILLA. Id eſt Scylla Fabr. al. 59 de Corvis Plinius in N. H. dicit eos eſſe L. Voſ. B. R. ſed ſubjiciunt ℣. 415. 60 oblivionem p. etiam rerum B. 61 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. Dan. al. 62 deſunt R. Voſ. B. V. L. Steph. Dan. ad ℣. 415.

Progeniem parvam dulciſque reviſere nidos.
Haud equidem credo, quia ſit divinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia major.
Verum, ubi tempeſtas & coeli mobilis humor
Mutavere vias, & Juppiter uvidus auſtris
Denſet, erant quae rara modo, &, quae denſa, relaxat;
Vertuntur ſpecies animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,

Con-

SERVII.

415. HAUD EQUIDEM CREDO. Proponit ſibi quaeſtionem acerrimam, & de intima philoſophia, quam tamen [63] totam facilitate diſſolvit: nam quaerit, cur homines, quos conſtat eſſe prudentiores [64] animalibus, per ſe non ſentiant qualitatem aëris [65] futuram, ſed eam magis ex aliis [66] animalibus colligant. [67] Et hoc dicit: homines prudentiam habere naturalem; & ſuo judicio [68] [poſſe vel] laetos eſſe, vel triſtes: quae res in haec animalia cadere [69] minime poſſit, quae nihil ſuum [70] habentia, naturam aëris ſequuntur: & pro ejus qualitate aut laeta videntur aut triſtia: nec praedicere aëris naturam videntur; ſed eam vel proſperam, vel adverſam [71] advenientem ſequuntur. Nos vero & laeti inter nubila eſſe poſſumus, & in ſerenitate ſolliciti.

416. AUT RERUM FATO PRUDENTIA MAJOR. Id eſt, non eſt illis divinitus conceſſum ingenium, nec prudentia, quae eſt major rerum fato: Alibi II. Georg. 494. *Metus omnes, & inexorabile fatum* [72] *Subjecit pedibus.*

418. [73] [MUTAVERE VIAS. Dicit, quia animalia & aves animos cum coeli & aëris qualitate commutant, ut quae ſerenitate gaudeant, tempeſtate turbentur.] JUPPITER. [74] Aër, ut [75] Horatius I. Od. I. *Manet ſub Jove frigido Venator:* [76] [id eſt, aëre.]

420. [77] [VERTUNTUR SPECIES ANIMORUM. Species animorum mutantur, aut laetitia in triſtitiam, aut triſtitia in laetitiam.

421. NUNC. Id eſt, in ſerenitate. DUM N. V. A. Dum eſſent imbres & pluviae.]

VARIORUM.

Ibid. ACTIS. Idem quod *exactis*, id eſt finitis, deſinentibus. vid. ad Phaedr. I. 18.

414. NIDOS. *Natos* Vratiſl. vid. ad Claudian. III. Conſ. Honor. praefat. ỳ. 5. *& dulces inviſere nidos* Francianus. BURM.

415. EQUIDEM CREDO. Vid. ad Lib. VI. Aen. 849.

416. RERUM FATO. Haec conjungere videtur Servius, & firmari poſſet illis Flor. II. 160. *fata rerum*, vel, ut alii, *fato rerum.* ſed praeſtare videtur *rerum prudentia major Sit illis fato*, id eſt fato data. in Regio ſuperſcriptum a gloſſatore, *a fato.* vid. ad Ovid. II. Art. Am. 675. & Gratii Cyneg. 333. & ita *prudentes rerum* pro Philoſophis credimus dictos a Servio ad VI. Ecl. 41. *divinitus* & *fato* diſtinguit Poëta, ut ſaepe *divinitus an caſu*, de quo ad Suet. Claud. 13. egimus. *fato rerum* Tollianus. *facto* Francianus. BURM.

418. MUTAVERE VIAS. Marklandus ad Statii V. Silv. II. 152. malebat *vices*, & ita edidit Cantroeus, nihil tamen monens, unde petierit. ſed & II. Georg. 477. *coeli vias* dixit: & Propert. IV. I. 103.

63 tota Voſ. R. Steph. Dan. 64 ab animalibus B. 65 futuri G. V. L. Voſ. R. 66 animantibus Fabr. al. 67 Quare, cum in ſexto 728. *Inde hominum pecudumque genus, vitaeque volantum*, hic aliter dicit? ideo, quia ibi Anchiſes apud inferos loquitur, hic vero Poeta vivus hoc dixit. major prudentia Jovis, aut rerum fato major prudentia, id eſt divinitus illis conceſſum ingenium [illegible] quae ad ỳ. 416. leguntur G. 68 deſunt Fabr. al. 69 non poſſit Fabr. al. minime poſſunt L. Voſ. R. 70 habentes B. Voſ. R. al. habent Fab. [illegible] habeant. 71 deeſt Fabr. al. venientem al. 72 deſunt G. ſub p. ſtrepitumque Acherontis avari Voſ. R. B. Fab. al. 73 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. Dan. 74 humidus aër B. 75 deeſt L. V. Voſ. R. B. 76 deſunt B. 77 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. ad ỳ. 421.

Digitized by Google

Concipiunt. Hinc ille avium concentus in agris,
Et laetae pecudes, & ovantes gutture corvi.
Si vero ſolem ad rapidum lunaſque ſequentis
Ordine reſpicies; numquam te craſtina fallet
Hora, neque inſidiis noctis capiere ſerenae.

Luna

SERVII.

422. AVIUM CONCENTUS. [78] Commiſtus cantus, id eſt, ſymphonia.

423. LAETAE PECUDES. Aëris ſerenitate gaudentes.

424. SOLEM AD RAPIDUM. Velocem. Et notandum, haec ſigna magis fida & ſubtiliora eſſe, quae ex [79] Sole & Luna colligimus.

425. LUNASQUE SEQUENTES ORDINE RESPICIES. Non *ordinem reſpicies*, ſed *ordine*, id eſt, rationabiliter [80] Solem ſequentes. Luna enim Solis [81] circulum ſequitur, licet [82] ipſa ſit inferior. Donatus dicit LUNAS, noctes accipiendas; ſed male: non enim ſigna, quae [83] dicturus eſt, ex nocte, ſed ex Luna colligimus. [84] [Ergo *Lunas* poëtice dixit pluraliter, pro varietate ejus luminis, & augmenti, & temporum.]

426. NUNQUAM TE CRASTINA FALLET HORA. Hyperbole eſt: [85] ne hora quidem te decipiet. NEC INSIDIIS NOCTIS CAPIERE, &c. [86] Decipieris: [87] & eſt Aphaereſis: [etiamſi ſit ſerena nox, & futura immineat tempeſtas, non tamen te poterit noctis ſerenitas decipere, quin poſſis praevidere futuros imbres ex Lunae qualitate revertentes.]

VARIORUM.

103. *Adſpicienda via eſt coeli. via coeli* ratio & qualitas aëris a Ruaeo exponitur. ſic *anni ſoliſque viae* lib. VI. 797. *ſiderum viae* Lucan. VI. 412. Dionyſ. Perieg. 6. dixit ἠελίοιο κελεύθους. ubi Euſth. vide. Manil. I. 186.

Idem Phoebus eat coeli de partibus iſdem,
Et natura vias ſervet, quas fecerat ipſa.

ſi Mſſ. *vices* darent, non reſcriberem *vias*, licet illas voces centies commutari ſciam, & notaverim ipſe ad Valer. Flac. I. 283. ſed hic ſibi conſtant codices. BURM.

Ibid. JUPITER HUMIDUS AUSTRIS DENSAT. Priſcianus *denſet*, conjugatione antiqua; & Virgilio uſitata. FABRIC. *Humor* praeceſſerat verſu proximo. recte igitur in Mediceo *uvidus*. de quo ad Naſonem pluribus egi Amorum III. El. V. ỹ. 6. Deinde pro *Denſat*, idem Mediceus, Mentelianus uterque, aliique ex melioribus complures *Denſet*, etiam probe. Dictum Aeneidos VII. ỹ. 794. neque aliter hunc producit locum Priſcianus libro octavo. ubi agit de *denſendi* verbo, & Eutyches Grammaticus libro ſecundo. ſed Scholiaſtes Horatii Epodon II. vulgatum agnoſcit. HEINS. Regius *umidus*. ut etiam aliis in locis. qui & *denſet* a manu prima, ut & Francianus & Voſſianus prior. & Edit. Junt. & quia *erant* ſequitur, *denſet* praetuli. quod & Mſſ. apud Servium ad V. Aen. 20. exhibent. BURM.

419. MODO ET QUAE. Copula deeſt Leid. pr. quae intruſa poſſet videri a metuente ſyllabae, quae fere corripi ſolet, librario. ſed vid. ad Calpurn. IV. Ecl. 157. ſic ut *quomodò* corripit Horatius I. Sat. IX. 43. ita diviſis ſyllabis, *quo modo* ultima longa occurrit inf. IV. 120. & 284. Lucan. II. 366. Stat. III. Silv. IV. 90. *humeroſque modo nudare nitentes.* ubi Gronovius *manu* mavult. Martial. IV. 79.

Sigerioſque modo Partheniosque ſonas.

ut viri docti ibi legunt. ſed alii aliter. *relaxet* Venet. & Zulichem. BURM.

420. PECTORA. *Pectore* Mentelianus prior, Menagianus uterque & quatuor aut quinque alii. HEINS. *Tunc alios* Gudianus. *pectore* Francianus, Voſſianus alter. cum fragm. Moreti & Parrhaſ. Regio & Ed. Veneta.

422. AVIUM. *Ovium* Venetus. *hic ille a. contentus* Mediceus a m. pr.

424. Sr

78 miſtus L. V. Voſ. B. 79 luna vel ſole R. B. ſole vel luna G. 80 deeſt al. 81 circulos G. 82 & ipſa ſit inferior, SEQUENTES, *a* prima, tertia vel quarta ſequentes G. 83 dicitur B. 84 deſunt L. Voſ. V. R. Steph. Dan. 85 nec al. 86 decipere Voſ. decipiet R. decipire V. B. 87 nam Aſaereſis eſt, & plerumque ſcimus nos decipi ſerenitate Voſ. R. B. L. Steph. Dan. qui duo reliqua ignorant uſque ad ỹ. 427. ſed Mſſ. ad 429.

Luna revertentes quum primum colligit ignis,
Si nigrum obſcuro conprenderit aëra cornu,
Maxumus agricolis pelagoque parabitur imber.
At, ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento ſemper rubet aurea Phoebe.
Sin ortu quarto (namque is certiſſimus auctor)

Pura,

SERVII.

427. REVERTENTES CUM PRIMUM COLLIGIT IGNES. Cum incipit renaſci.

428. OBSCURO CORNU. Non clare lucenti.]

429. MAXIMUS AGRICOLIS PELAGOQUE PARABITUR IMBER. Id eſt, ſi non habuerit pura cornua, & intra eam nigrum aërem videris, erit ubique pluvia: [88] ſicut ſupra 372. *Omnia plenis Rura natant foſſis, atque omnis navita ponto* [89] [*Humida vela legit.*]

430. SI VIRGINEUM SUFFUDERIT ORE RUBOREM. [90] Si forinſecus habuerit [91] ruborem: nam de interiori parte, *infuderit* diceret.

431. AUREA. Id eſt, pulchra, ut x. Aen. 16. *At non Venus aurea contra.* [92] PHOEBE. Id eſt, Luna. Venit autem ab eo quod eſt *Phoebus.* Et ſciendum, [93] quaedam propria nomina foemininum [94] ex ſe facere tantum; neutrum autem nulla: ut *Phoebus, Phoebe: Julius, Julia: Tullius, Tullia:* non ut appellativum, *doctus, docta, doctum.*

432. SIN ORTU QUARTO. [95] Aratus tertiam dicit animadvertendam eſſe [96] lunam: hic quartam, non illud improbans, [97] ſed hoc magis probans: nam ad hoc pertinet: *Namque is certiſſimus auctor.*

VARIORUM.

424. SI VERO. *Sin vero* Mentelius tertius a manu ſecunda. *ad ſolem rapidum* Zulichem. Regius & Francianus. *ad rapidum ſolem* fragm. Moreti.

425. RESPICIES. *Reſpicias* Menagianus prior. *proſpicies* Francianus. *proſpicias* Parrhaſ. *reſpicias* Senec. Ep. LXXXVIII. BURM.

428. OBSCURO. *Obſcurae* Medic. *comprenditur* Venet. *aëre* Rottend. & id probat Catroeus. ſed rectius puto *aëra.* Cornu enim obſcuro Luna comprehendit aëra nigrum, non aëre obſcuro, quo Luna latet, comprehendit cornu: nam *comprendere* eſt aliquid intra duas extremitates, ut ſunt cornua, complecti. cornu vero non comprehenditur, ſed inter cornua niger *aër*, ut mox Servius intra Lunam, vel (ſi legas pro *intra eam, intra ea*) cornua nigrum aëra videris. ſic *comprehenſum* eſt quod intra manus ungues &c. tenemus vid. II. Aen. 793. XI. 723. *ſic foſſa comprehendere montem* Flor. IV. 12. eſt totum cingere. BURM.

430. SUFFUDERIT ORE RUBOREM. *Ora ruborem* fragmentum Moreti. forte, *virgineo ſuffuderit ora rubore.* HEINS. *Aut ſi virg.* Menagianus alter, & Mediceus manu prima. uſitatior quidem locutio, ut Heinſius corrigebat. vid. Cl. Drak. ad Sil. Ital. XI. 219. & nos ad Claud. Conſ. Mall. 219. ſed nihil tamen temere mutem. vide Brodae. III. Miſc. 13. de his prognoſticis. BURM.

432. SIN ORTU QUARTO. Ita Priſcianus libro XVIII. & ſcripti noſtri. apud Senecam Suaſoriis, *ortu in quarto.* quod & editiones Maronis nonnullas occupavit. mox ſcripti potiores, *neque obtuſis.* Seneca, *Plena neque obtuſis.* HEINS. Variaſſe jam olim codices indicio eſt & Einon, Abbas in Werum, cujus Chronicon edidit Cl. Matthaeus Tom. III. Analector. ille pag. 121. hos verſus adducens legit cum vulgatis, *Pura neque obtuſis.* ſed pag. 138. iterum citans profert, *Laxa nec obſcuris. obtunſis* iterum hic Leidenſis alter, Mentelii primus & tertius, Menagianus unus & Moretanus. *in quarto*

88 ſic V. Voſ. L. B. 89 deſunt L. Voſ. V. R. B. Steph. Dan. al. 90 deeſt B. 91 deeſt L. V. B. Voſ. R. 92 Phaebe autem venit L. V. R. Voſ. B. (qui *Febe*) & al. 93 deeſt L. V. G. Voſ. R. 94 ex ſe tantum, non etiam neutrum facere, ut L. Voſ R. B. ex ſe facere, non etiam neutrum Baſil. 95 Aratus ait, ſi cornu aquilonium ſit erectius, Aquilonem imminere, & per eum ſerenum fieri. Nigidius de ventis IV. ſi ſummum corniculum maculas nigras habuerit, in primis partibus imbres ait fore. ſi in imo cornu, ſerenitatem. rubens luna ventum denuntiat. fit enim ventus ex aëris denſitate a denſitas aeris induſto ſplendere Lunae erubeſcit. G. 96 hic lunam quartam G. anim. lunam hic in aliis Mſ. 97 deeſt B.

Pura, neque obtuſis per coelum cornibus ibit;
Totus & ille dies, & qui naſcentur ab illo
Exactum ad menſem, pluvia ventiſque carebunt:
Votaque ſervati ſolvent in litore nautae
Glauco, & Panopeae, & Inoo Melicertae.
Sol quoque & exoriens, & quum ſe condet in undas,
Signa dabit: ſolem certiſſima ſigna ſequuntur,
Et quae mane refert, & quae ſurgentibus aſtris.

Ille

SERVII.

433. [98] [Obtusis cornibus. Verba Arati ſunt: ℣. 785. παχίων δὲ καὶ ἀμβλείησι κεραίαις.]

435. Exactum ad mensem. Uſque ad menſis ultimam partem. Unde & [99] *exacti menſes* dicuntur, qui circa partum ſunt. Ipſe in ſequentibus III. 139. [1] *Exactis gravidae cum menſibus errant.*

437. Glauco. [2] Glaucus piſcator fuit de Anthedone civitate: qui cum captos piſces ſuper herbam poſuiſſet in littore: & [3] illi recepto ſpiritu rurſus [4] mare petiſſent: ſenſit [5] quandam herbarum potentiam, quibus eſis converſus eſt in numen marinum. [6] Panopea autem eſt Nympha marina. [7] Inoo autem patronymicum eſt a matre [8] Ino. [9] [Melicerta proprium numinis.] Sane Ino & Melicerta [10] filius, poſtquam ſunt in numina commutati, Graece Palaemon & [11] Leucothoe ſunt appellati: Latine Portunus, Mater Matuta. [12] [His ergo numinibus dicit mox ſacrificaturos nautas in littore eis diebus, quibus praedicta ſerenitas affuerit: eo quod ſint in mari ſervati.

438. Sol quoque et exoriens, et cum se condet in undas. Dicitur enim [13] occidens Sol ſe in mare tingere.

439. Signa dabit. Pluviarum, vel ſerenitatis. Certissima signa. De quibus nemini ſit neceſſe dubitare.

440. Et quae mane refert. Ortu diei. Surgentibus astris. Superveniente nocte.

VARIORUM.

quarto Parrhaſ. & ita edidit Catroeus, nec illud *ſin* & *in* aures laedere delicatas poterit, quia etiam *ſin in* conjunxit Maro lib. II. Georg. 234. & III. 504. & forte alibi. BURM.

Ibid. Namque is. *Namque hic* Voſſian. *hic* Voſſ. pr. Ed. Junt. & Ald.

435. Carebunt. *Carebit* Ed. Venet.

437. Glauco et Parthenii eſt, ut Gellius & Macrobius V. 17. monent. Γλαύκῳ καὶ Νηρῆϊ καὶ εἰναλίῳ Μελικέρτῃ. HEINS. *Et Panopae* Ed. Juntae. *Panopiae* Mediceus. qui & *Melicerti* a manu prima.

438. Sol quoque et exoriens, et cum se condet in undas. *Sol quoque exoriens* Mediceus, primus Moretanus, & Venetus noſter. relicto hiatu, de quo ſupra hoc libro ℣. 4. deinde *cum ſe condit*, non *condet* tres Moretanus, & Mentelianus prior a manu prima, ut & Gudianus. HEINS. *Et non ſe* eſt in Mediceo. *nec*

in

98 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. Dan. al. 99 vide ad Phaedr. I. Fab. 18. 1 *Et exactis* L. 2 hic piſcator Voſ. L. R. B. Glaucus Antiodonis filius, hic piſcator f. de Anthedona G. de Anthedone B. 3 illic B. 4 maria G. V. L. B. 5 quarundam Steph. Dan. quandam herbam potentiam habere. Glaucus dolens amiſiſſe praedam, id eſt piſces, praecipitavit ſe in mare. & deus maris eſt factus. Item, Glaucus Poliphei, vel Polimbae & Terrae filius, herba quadam guſtata immortalitatem adeptus eſt, quam piſcibus marceſcentibus impoſuerat, & revixerunt. haec autem herba dicitur in Fortunatis inſulis naſci G. quibus converſus Dan. omiſſo τῷ *eſis*. 6 Panopea, ut Heſiodus dicit, Nerei filia, conjux Glauci, & nympha marina. Melicertes vero Inoes filius & Athamantis, quem Palaemonem Corinthii in Iſthmo colunt. noſtri Portunum dicunt, quia portubus praeſit. unam clavem tenens pingi ſolet. Item, Melicertes patronymicum eſt a matre Melicerte. Sane Ino &c. G. vid. ad v. Aen. 823. 7 male *Inoum* nomen ſtatuere Scholiaſten Horatii notat Munckerus ad Hygin. Fab. 11. quem & vide ad Fulgent. II. 12. BURM. 8 Inone B. 9 deſunt L. Voſ. R. B. al. 10 deeſt L. V. G. B. 11 Leucotea L. R. B. Leucothea G. Voſ. 12 deſunt L. Voſ. R. ad ℣. 442. 13 occidens ſe in mari c. Fabr. & al.

Digitized by Google

Ille ubi naſcentem maculis variaverit ortum
Conditus in nubem, medioque refugerit orbe;
Suſpecti tibi ſint imbres: namque urguet ab alto
Arboribuſque ſatiſque Notus pecoriqu*e* ſiniſter.
Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diverſi rumpent radii: aut ubi pallida ſurget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile;

Heu,

SERVII.

441. MACULIS VARIAVERIT ORTUM. Non clara & pura luce reſplendens in ortu ſuo.]

442. CONDITUS IN NUBEM. [14] Id eſt, ſi orbis ejus quaſi concavus [15] fuerit: quod ipſe exprimit dicens, MEDIOQUE REFUGERIT ORBE. [16] [Id eſt, non fuerit plenus in ſui [17] medio.

443. URGET. Imminet & inſiſtit. SATIS. Segetibus. NOTUS. Ventus.] SINISTER. Noxius.

445. [18] [SUB LUCEM. Oriente [19] die. DENSA INTER NUBILA. Operto ſole [20] nubibus.

446. DIVERSI ERUMPENT RADII. Abſcondito ſole & operto, diverſi radii per nubem erumpent.

447. TITHONI CROCEUM LINQUENS AURORA CUBILE. Tithonus, frater Laomedontis regis, [21] adamatus eſt ab Aurora. Cumque optaſſet prolixiorem vitam, converſus eſt in cicadam.]

VARIORUM.

in Veneto & Regio a manu prima. vid. I. Aen. 5. *ſol quoque cum exoriens* Ed. Venet. *condit* fragmentum Moreti. *ad undas* Moreti quartus. BURM.

439. SEQUENTUR. *Sequuntur* vetuſtiores Pierii. recte, ex noſtris cum Gudiano duo priores Moretani, & Venetus. HEINS. Ita Stephan. Schediaſm. p. 75.

440. ASTRIS. *Auſtris* Mediceus, & ſecundus Rottendorphius a manu prima.

441. MACULIS. *Maculas* Leidenſ. unus. *variaverit orbem* Parrhaſ. & Ed. Venet. quod ſi plures codices firmarent, lubens amplecterer. quam elegantius *naſcens orbis* Solis, quam *ortus* dici mihi videtur. *orbem* vero Solis, Lunae & ſtellarum dici pervulgatum eſt. & variare ſaepe ſcripturam in *orbe* & *ortu* videri poteſt ad illa Nemeſiani Ecl. II. 75.

Nondum purpureos Phoebus quum tolleret ortus.

ubi *orbes* plerique codices. ſic apud Priſcian. in Perieg. ℣. 43. *tarde radios nam ſuſcipit ortus.* in codice eſt *orbis*. vid. & Ovid. III. Faſt. 353. & paſſim. ita & Servius ad lib. V. Aen. 735. Lucani locum citans & lib. IX. 9. *aeternos animam collegit in ortus* nobis dat, quum *orbes* habeant meliores libri. ſed retinet me, ne *orbem* praeferam, ſequenti verſu *orbe*. & quod adfinia epitheta ſaepe occurrunt. BURM.

442. REFUGERIT. *Refulgerit* ſecundus Rottendorphius.

445. AUT UBI. *At* Rottend. ſec.

446. ERUMPENT. *Rumpent* codices noſtri omnes, & Pieriani plerique, unde injecta mihi ſuſpicio, pari fortaſſis modo a Marone relictum libro IV. Georgicon ℣. 78. *ſe rumpunt portis* pro *erumpunt*, quod nunc in membranis & vulgatis exemplaribus circumfertur. nam & ℣. 368. ejuſdem libri in veterrimo codice inveni, *Et caput unde altus primum ſe rumpit Enipeus.* uti pluribus ſuo loco dicetur. libro IX. 671. *cum Juppiter humidus auſtris Torquet aquoſam hiemem & coelo cava nubila rumpit.* Aeneidos IX. 548. *tantus ſe nubibus imber Ruperat.* ſubſcribit & vetuſtis membranis Marius Victorinus libello de Metris. Adeantur quae de hoc verbo annotamus ad Silium Italicum. libro XII. 440. ſic & paullo poſt noſter, *undantem ruptis fornacibus Aetnam*, pro *eruptis* dicet. mox & *ſurget*

14 Soloeciſmus eſt, nam dicere debuerat *conditus in nube*. ſed non hic vitium. quoniam *in* & *per* praepoſitiones multa ſignificant *de*, *pro*. exemplo, *pro turribus altis ſtant moeſti*, hoc eſt ante turres. & hic *in*; non *in nubem conditus*, ut ſit vitium, ſed *in* pro infra ſignificat, id eſt infra nubem conditus. G. 15 fuerat B. 16 deſunt L. R. B. uſque ad *ſiniſter* ℣. 443. ſed Steph. Dan. habent, ORBE. Auſter. 17 metro al. 18 deſunt L. Voſ. R. ad ℣. 448. 19 luce Steph. Dan. 20 nebula Fabr. al. 21 amatus Fab. al.

Heu, male tum mitis defendet pampinus uvas:
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
Hoc etiam, emenſo quum jam decedet Olympo,
Profuerit meminiſſe magis: nam ſaepe videmus
Ipſius in vultu varios errare colores.
Caeruleus pluviam denuntiat, igneus euros.
Sin maculae incipient rutilo inmiſcerier igni,
Omnia tunc pariter vento nimbiſque videbis

Fer-

SERVII.

448. MALE DEFENDET PAMPINUS UVAS. Id eſt, non defendet: nam decuſſis pampinis etiam [22] uva vim grandinis patitur.

449. [23] [TAM MULTA IN T. Dicit, quod ſi oriente ſole pallida aurora fuerit, ſicut ſaepe videmus diluculo ſub ejus ortu pallidam lucem fieri, ſignum hoc ſit tempeſtatis indubitanter.

450. EMENSO OLYMPO. Percurſo & perluſtrato coelo; cum jam deſcendet ad occaſum.]

451. PROFUERIT MEMINISSE MAGIS. Ideo *Magis* [24] addidit, quia a Solê venientia veſpertina ſigna, meliora ſunt.

453. CAERULEUS PLUVIAM DENUNTIAT. Breviter collecta concluſio.

455. [25] [OMNIA TUM PARITER VENTO. Id eſt, ubique & pluvia & venti erunt. FERVERE. Aeſtuare & impleri. Cuncta haec erunt in occaſu conſideranda.] ME NOCTE. [26] Gratiorem ſenſum fecit, interpoſita ſua perſonae commemoratione: nam hoc dicit: nulli ſe ſuadere illa nocte navigare.

VARIORUM.

ſurget non *ſurgit* alter Mentelianus, & duo aut tres alii cum Gudiano a manu prima. HEINS. *Rumpent* etiam Francianus, & Voſſianus prior. & ita Ald. & alii. *erumpent* Parrhaſ. & ita edidit Catroeus. *rumpunt* Regius. & ita Serv. ad I. Aen. 662. *ſurgit* Franc. BURM.

448. DEFENDET. Pro *defendet* Gudianus a manu ſecunda *defendit*. idque ipſum & Moretani duo exhibent. HEINS. Et Leidenſis primus & Zulichemianus, & Ed. Venet. ſed *defendat* Mediol. *defendit*, quia *ſalit* ſequitur, videtur placuiſſe Steph. in Schediaſm. pag. 75. imitatur Fortunatus lib. VI. cap. 8.

Hic tener aeſtivas defendit pampinus umbras.

Tam vites Venetus. *tum vites* Menagianus alter a m. ſec. BURM.

449. TAM MULTA. *Quam multa* eſt apud Nonium in *Grando*. HEINS. *Tum* Mentelius prior & tertius, Regius, alter Rottendorphius, Leidenſis prior & Zulichemius & Vratiſl. Francianus, Parrhaſ. cum fragmento Moreti & Voſſ. priore. *jam* Venetus & Leidenſis alter a manu prima, & ita Genevenſis editio cum Servio. nec diſplicet, ut ſtatim grandinare dicat ad ſignum pallidae aurorae. eadem variatio mox ẏ. 506. *tectis* videtur accepiſſe Catroeus, de uvis, quae foliis ſuis teguntur. ſed *crepitans*, & *ſalit* magis convenit glandi in tectis domorum reſilienti & ſonum edenti, unde ejus vis intelligi poteſt: pampinos enim penetrans uvas laedit, quum in tegulis reſultet. firmatur denique ex lib. V. Aen. 458. *quam multa grandine nimbi Culminibus crepitant*. BURM.

450. EMENSO CUM JAM DECEDET OLYMPO. *Decedit* Mediceus. ſic ſupra ẏ. 209. HEINS. *Deſcendit* alter Rottendorphii. *emiſſo* etiam Leidenſis primus.

451. PROFUERIT. *Profuerat* Ed. Venet.

Ibid. NAM. *Jam* Tollianus.

453. CAERULEUS. *Caerulus* Regius. *Caeruleos* Leidenſis alter.

454. INCIPIENT. *Incipiunt* idem Mediceus a manu prima. quod magis placet. & confirmatur a

Gu-

22 deeſt Steph. Dan. 23 deſunt L. Voſ. R. ad ẏ. 451. Steph. & Dan. ad 450. 24 deeſt V. B. L. Voſ. R. Steph. Dan. 25 deſunt L. Voſ. R. 26 gratioſiorem L. V. B. R. Voſ.

Fervere. Non illa quiſquam me nocte per altum
Ire, neque a terra moneat convellere funem.
At ſi, quum referetque diem, condetque relatum,
Lucidus orbis erit, fruſtra terrebere nimbis,
Et claro ſilvas cernes aquilone moveri.
Denique, quid veſper ſerus vehat, unde ſerenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus auſter,
Sol tibi ſigna dabit. Solem quis dicere falſum
Audeat? Ille etiam caecos inſtare tumultus

Sac-

SERVII.

458. AT SI, CUM REFERETQUE DIEM C. R. Hoc ad futurae ſerenitatis pertinet ſignum: nam [27] ſi de ipſo die dicas, [28] [de quo praemiſit,] ſtultiſſimum eſt.

460. CLARO AQUILONE. Serenifico: quia eſt & [29] nubilus, ſicut fere omnes venti. Horatius I. Od. VII. 15. *Albus ut obſcuro* [30] *deterget nubila coelo Saepe Notus, neque parturit imbres Perpetuos.*

461. DENIQUE QUID VESPER SERUS VEHAT. [31] Concluſio eſt, quae hoc continet: Signa, quae poſſumus ex ſtellis, vel ex ventis colligere, melius ex Sole colligimus. [32] QUID COGITET HUMIDUS AUSTER. Id eſt, in quam [33] partem ſe flectat; utrum ad ſerenitatem, an ad pluvias, ut diximus ſupra.

463. SOLEM QUIS DICERE FALSUM AUDEAT. Id eſt fallacem. [34] Salluſtius Catil. IX. *Ambitio multos mortales falſos fieri coëgit.* CAECOS TUMULTUS. Conjurationes [35] & latentes inſidias.

VARIORUM.

Gudiano. HEINS. Et ita Leidenſis prior a manu prima. *miſcerier* Leidenſis alius, Francianus, Mentel. & alter Gudianus. quia tamen praeceſſit *rumpent*, *ſurget*, *decedet*, & mox *referet*, *condet*, ſequetur, vulgatum hic retinere viſum eſt. BURM.

455. TUNC. *Cum* Francian.

457. IRE, NEQUE A TERRA. *Ab terra* legere eſt apud Valerium Probum Artis Grammaticae libro primo. HEINS. *Moveat* Mediceus a manu prima. & ita edidit Catroeus, neſcio quare: niſi quod in hoc verbum pronior videatur. ut ſupra ỿ. 353. an vero eleganter dicatur, *ego te moveo convellere funem*, pro perſuadeo, quo verbo infr. lib. II. 315. utitur, vehementer dubito. certe tam inſolitae phraſes deberent illuſtrari, & alios ita locutos oſtendi. *monere* vero conſtrui cum infinitivo vidimus ad Gratii Cyneg. ỿ. 243. & obvium eſt. BURM.

458. AT. Servii codex V. habet *ac ſi.*

459. NIMBIS. *Nimbiſque* fragm. Moreti.

461. VEHAT. *Ferat* Mediceus a manu prima. HEINS. *Quod ſerus* Zulichem. *quid cogat &* Ed. Ald. & Junt. quod inde provenit, quia ſcripſerat disjunctim librarius *cogit &*, ut erat in Regio, & Voſſiano. quod conjunctum eſt *cogitet*. & ita in codicibus & in primis editionibus ſaepe erratum eſſe norunt, qui eas verſarunt. apud Stat. I. Theb. 367. *ſed & omne paratus In facinus*. in antiqua editione legitur, *ſedet*. ita Heinſ. apud Ovid. III. Faſt. 301. pro *diſponit*, *Dis ponit* correxit. Apud Dictyn Cretenſ. II. 21. *re cognoſcere*, & *recognoſcere*. & talia plura. *qui cogitat* Moreti quartus. BURM.

463. DABIT. *Dedit* Moreti primus. ex Regio notat Maſvicius, *dicere falſum eſſe audeat*. ſed non vidit illud *eſſe* alia, & quidem Gloſſatoris manu, adſcriptum fuiſſe, ut millies in illo codice ſupplentur talia. vid. lib. II. 4. ubi *ſunt* in textum ſimili modo irrepſit. BURM.

467. CUM.

27 ſi ipſo dicas ſtultiſſimum eſt. G. 28 deſunt L. Voſ. R. B. 29 nubilis s. f. omnis R. 30 *detergit* L. 31 Veſpere ſtella Martis, concluſio e. q. haec continet G. 32 item, Veſperum pro nocte poſuit. Tropus Synecdoche, a parte totum. G. 33 partem inflectat R. L. Voſ. B. 34 Salluſtius in Catilinario al. 35 deeſt copula L. V. B. R. Voſ.

Saepe monet, fraudemque & operta tumeſcere bella.
Ille etiam exſtincto miſeratus Caeſare Romam,
Quum caput obſcura nitidum ferrugine texit,
Inpiaque aeternam timuerunt ſecula noctem.
Tempore quamquam illo tellus quoque, & aequora ponti,
Obſcaenique canes, inportunaeque volucres
Signa dabant. Quoties Cyclopum effervere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam,

Flam-

SERVII.

466. ILLE ETIAM EXSTINCTO MISERATUS CAESARE ROMAM. Bonum epilogi reperit locum: ut in Auguſti gratiam defleat Caeſaris mortem. [36] Conſtat autem, occiſo Caeſare in ſenatu, pridie [37] Iduum Martiarum [38] Solis fuiſſe defectum, ab hora ſexta uſque ad noctem: quod quia multis [39] protractum eſt horis, [40] dicit in ſequentibus: *Aeternam timuerunt ſecula noctem*. FERRUGINE TEXIT. [41] Ferrugo, eſt purpura nigrior, Hiſpana. Alibi IX. 582. *Et ferrugine clarus Hibera.* [42]

468. IMPIA SECULA. Quibus fuerat Caeſar occiſus. [43] [AETERNAM TIMUERUNT SECULA NOCTEM. Propter diutinum, & prolixum Solis defectum: id eſt, timuerunt, ne ſemper ille defectus maneret.

469. TEMPORE QUANQUAM ILLO TELLUS. Ac ſi diceret, quanquam illo tempore non ſolum Sol defecerit; ſed etiam diverſae res, & elementa quaſi fleverint Caeſaris mortem, & inaudita portenta fuerint: ut ex reliquorum comparatione [44] non minus mirum videatur Solem defeciſſe] AEQUORA PONTI. Non ſine cauſſa [45] addidit *Ponti*, quia ſunt & *campi aequora*, ut ſup. 50. *Ac prius ignotum ferro quam ſcindimus aequor*.

470. [46] IMPORTUNAEQUE VOLUCRES. In alienum tempus ruentes: ut [47] ſtryges, aut bubones, nocte gaudentes, per diem poſſent videri.

472. VIDIMUS UNDANTEM RUPTIS FORNACIBUS AETNAM. Malum enim omen eſt, [48] quoties Aetna, mons Siciliae, non fumum, ſed flammarum egerit globos: & ut dicit Livius: *Tanta flamma ante mortem Caeſaris ex Aetna monte defluxit, ut non tantum vicinae urbes, ſed etiam* [49] *Rhegina civitas*, [50] [quae multo ſpatio ab ea diſtat] [51] *afflaretur*. UNDANTEM autem, [52] Undae modo flammas evomentem.

VARIORUM.

467. CUM. *Tum* fragm. Moreti & Ed. Ald. pr.

470. OBSCAENIQUE CANES. *Obſcaenaeque* Mediceus. quod magis poëticum. ut ad Naſonem monuimus Metamorph. III. ỳ. 140. Beda tamen libello de tropis S. Scripturae *canes* maſculini generis hic agnoſcit. Aeneidos ſeptimo 493. *rabidae venantis Iuli Excivere canes*. ſexto 257. *viſaeque canes ululare per umbras Adventante Dea*. HEINS. *Obſcaenique omnes* Venetus. *Obſcenique canes* cum gloſſa, *importuni*, *execrabiles*, Regius. vid. ad Lucan. I. 548. VII. 828. nec propter unum codicem hic mutandum genus puto. fortaſſe etiam genus variare voluit Poëta: quum enim *canis* vocetur utroque genere, *volucres* vero plerumque feminino genere, eodem genere utramque vocem efferre noluit. *volucres* etiam maſculino genere alios dixiſſe puto,

36 conſtat enim o. Julio Caeſare G. 37 idus Martias al. iduum Majarum die V. G. Voſ. R. B. 38 ſolem f. defectu G. 39 tractum L. B. 40 dictum, & *aeternam* G. dicit, *aeternam* B. L. 41 Ferrugo autem eſt Voſ. V. ferrugo proprie ferri ſcabies G. 42 obſcuritas autem ferri, aut ferri raſura eſt G. 43 deſunt ad *aequora* ỳ. 469. L. Voſ. R. 44 deeſt Dan. 45 addit B. additum G. 46 OBSCAENI, qui canunt obſcaenum, quod obſit augurio, IMPORTUNAE quae ad domum accidunt, & ſignificant malum in alienum &c. G. 47 ſtiges B. 48 quando non fumum. ſed L. fumi B. V. erigit B. al. 49 *Regino* L. V. deeſt B. 50 deſunt V. L. B. Voſ. R. Steph. Dan. al. 51 flaretur L. 52 deeſt V. eraſum in B. vomentem L. V. Voſ. R.

Digitized by Google

Flammarumque globos, liquefactaque volvere ſaxa!
Armorum ſonitum toto Germania coelo
Audiit: inſolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoque per lucos volgo exaudita ſilentis
Ingens: & ſimulacra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis: pecudeſque locutae,
Infandum! ſiſtunt amnes, terraeque dehiſcunt,
Et moeſtum inlacrimat templis ebur, aeraque ſudant.
Proluit inſano contorquens vortice ſilvas

Flu-

SERVII.

473. [53] [Liquefacta saxa. Igne ſoluta.] Sonitum toto Germania coelo Audiit. Bene *Germania*, quam vicerat Caeſar, [54] ut, eo occiſo, in rebellionem videretur exurgere.

475. Insolitis tremuerunt motibus Alpes. [55] Aut novis, id eſt, nunquam antea in Alpibus factis; aut magnis [56] & majoribus ſolito.

478. Sub obscurum noctis. Circa noctis obſcurum. Pecudesque locutae. infandum. Aut infanda verba protulerunt; aut hoc ipſum infandum [57] fuit, quod ſunt contra naturam locutae.

480. Illachrymat templis ebur. Scilicet ſimulachrorum. Aeraque sudant. Signa ſunt laboris futuri.

481. Insano. Magno, ut II. 776. *Quid tantum inſano juvat indulgere* [58] *labori?* Et ſciendum flumina, cum ſupra modum creſcunt, non tantum ad praeſens inferre [59] damnum; [60] ſed etiam alia futura ſignificare.

VARIORUM.

puto, ſed a librariis ſaepe mutatum in femininum videbimus alibi. BURM.

472. Aetnam. *Aetnan* primus Moretanus. HEINS.

474. Armorum sonitum. *Sonitus* Scholiaſtes Juvenalis Satyra XI. ỳ. III. HEINS. Et ita ſecundus Menagianus. *ſonitum ex toto* Venetus. *Signorum & armorum ſonus* eſt apud Jul. Obſeq. CXVIII. BURM.

475. Tremuerunt. *Timuerunt* primus Moreti & Zulichemius. *montibus* Mediceus manu prima & fragm. Moreti. & ita Iſidorus de natura rorum cap. XLV. qui Lucano adſcribit. BURM.

479. Infandum. Haec vox per parentheſin ſcribenda ominis gratia. FABRIC. Recte. nam apud Jul. Obſeq. frequenter *bos*, *canis* &c. *locutae* ſimpliciter occurrunt. & Aldus poſt *locutae* diſtinxerat. ut & N. Heinſius, & alii. Guellius jungit *infandum locutae*. ſed vid. ad IV. Georg. 130. BURM.

Ibid. Amnes. *Omnes* prior Menagianus.

480. Inlacrimat templis. Ita Regius, ſuperſcripto *in templis*. ut ſit pro lacrimat in templis. ſic I. Aen. 147. *perlabitur undas*, pro labitur per undas. vid. ibi Serv. BURM.

481. Proluit. *Proruit* Scholiaſtes Crucquianus Horatii lib. IV. Od. 4. & videtur Servius cum eo facere, qui *erueret arbores* habet Sil. Ital. IV. 602. *ceu proruta rupes Avulſi montis*. ſed ſequor tamen codices. BURM.

Ibid. Contorquens vortice silvas. *Vertice* ſcripti noſtri conſtanter. dictum alibi. paullo ante Gudianus, *volgo exaudita*, non *vulgo*. ut & Mediceus. ſic libro III. ỳ. 4. in eodem Gudiano, *omnia jam volgata* & ỳ. 246. *funera volgo*. & ỳ. 469. & 494. in vetuſtis codicibus & alibi paſſim. HEINS. *Aeridanus* etiam multi. *vertice* an *vortice* ſcribendum vid. I. Aen. 117. VII. 31. & Heinſium non ſemper idem ſenſiſſe docebunt ejus notae ad Claudian. de Bell. Get. 458. & I. in Rufin. 271.

ver-

53 deſunt L. Voſ. R. 54 & eo oc. in rebellione B. 55 ut L. 56 deeſt L. 57 fuerit B. 58 *dolori* B. 59 damna V. G. Voſ. R. L. damnas B. 60 ſed & mala ſ. Maſvic. ſed etiam futura G.

Digitized by Google

Fluviorum rex Eridanus, campoſque per omnis
Cum ſtabulis armenta tulit. Nec tempore eodem
Triſtibus aut extis fibrae adparere minaces,
Aut puteis manare cruor ceſſavit: & altae
Per noctem reſonare, lupis ululantibus, urbes:
Non alias coelo ceciderunt plura ſereno
Fulgura: nec diri toties arſere cometae.

Er-

SERVII.

482. FLUVIORUM REX ERIDANUS. Padum dicit. [61] *Fluviorum* autem *rex*, per Italiam: aut certe per totum orbem, ſecundum quod dicit Lucanus II. 416. qui ait, cum de iſto flumine loqueretur: *Non minor hic Nilo*, [62] *ſi non per plana jacentis Aegypti* [63] *Libycas Nilus ſtagnaret harenas. Non minor hic Iſtro, niſi quod, dum permeat orbem, Iſter caſuros in quaelibet aequora fontes Accipit, & Scythicas exit non ſolus in undas.* [64] [Dicit ergo, tantum tunc excreviſſe Eridanum, ut etiam ſylvas moveret, & erueret arbores.]

483. [65] [CUM STABULIS ARMENTA TULIT. Et ipſa ſtabula ſubverſa ſecum trahit, & armenta ſimul.]

484. TRISTIBUS EXTIS. Viſceribus pecorum triſtia portendentibus. FIBRAE MINACES. [66] *Fibras* dicit venas aliquas, quae [67] ſi forte apparerent in viſceribus, malum omen erat, quae nunc apparuere.

485. AUT PUTEIS MANARE CRUOR. Nec ceſſaverunt eodem tempore, aut fibrae minaces apparere, aut puteis manare cruor. ALTAE URBES. Magnae.

487 NON ALIAS COELO CECIDERUNT PLURA SERENO F. Omen eſt in eo, [68] & quia ſereno coelo miſſa ſunt [69] fulgura, & quod plura miſſa ſunt.

488. DIRI COMETAE. [70] Criniti, & peſſimi: quia ſunt & boni: ut [71] diximus in Aeneide x. 272. facti ex Jove, vel Venere: quam rem pleniſſime [72] Avienus exequitur.

VARIORUM.

vertice hic Schol. Horatii modo laudatus BURM.

482. REX. Recte ad Italicos fluvios reſtringit Servius. ita Danubius, *Illyricis regnator aquis* Auſonio Epigr. III. BURM.

483. CUM STABULIS ARMENTA TULIT. *Trahit* Moretanus ſecundus. & Zulichemius. HEINS. Et Edd. Venet. & Mediol. ſollemne hoc verbum. vid. ſupr. h. l. 203. & ad Ovid. VIII. Met. 553. & alibi & Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 968. BURM.

484. MINACES. *Minantes* alter Rottend. *minacis* Gudian.

485. ET ALTE. *Altae* Mediceus, ut ad urbes referatur. HEINS. Ita edidit Ald. & Junta, & eſt in tribus Leidenſibus, Mentelii, Voſſiano priore & Regio, qui pro gloſſa, id eſt *magnae*, habebat, ut & Servius. *alto* in Genevenſi Ed. quum in P. Danielis prima ſit *altae*. Horat. I. Od XVI. *& altis urbibus ſtetere cauſſae, cur perirent.* ita *altam urbem* Babylona vocat Ovid. IV. Met. 57. & *urbem altam Quirini.* I. Triſt. III. 33. Schol. Lucan. I. 560 *alte* dat. ſed in eo etiam prodigium, quod non in exiguis & infrequentibus oppidis, ſed in magnis urbibus lupi viſi & auditi ſunt. *aut putris* etiam

Fran-

61 ubi ſit Eridanus multi errant; ipſum eſſe Rhodanum putant propter multitudinem. Theſias hunc in Media eſſe, Chaerilus in Germania, in quo flumine Edion exſtinctus eſt. Ion in Achaja ſed Virgilium credibile eſt Padum ſignificare, cujus exundantia ſemper prodigioſa eſt exiſtimata, quem *Fluviorum Regem* dixit, ſive quod multa in ſe flumina currentia ex Alpibus recipit, ſive quia ipſius ſimulacrum in coelum ſit receptum inter aſtra. G. 62 *niſi quod* V. L. Voſ. R. B. 63 *Libias* L. 64 deſunt L. Voſ. R. ad 487. 65 deſunt Steph. Dan. 66 Fibrae minaces videbantur currere in fluvios pro ſigno effuſionis ſanguinis G. 67 ſi apparent Fabr. & al. 68 quia & R. quod & L. eo quod V. quia e coelo Voſ. 69 fulmina & pura ſunt miſſa B. fulgura & plura L. V. G. Voſ. R. pluvia miſſa G. pro *pluria*. 70 crinitae, & peſſimae L. V. Voſ. R crinitae ſtellae & peſſimae Fab. al. mox bonae, & factae iidem. 71 docuimus L. V. Voſ. R. B. 72 Avenus V. Abienus R. B. Fab. Atienus Voſ.

Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi:
Nec fuit indignum Superis, bis ſanguine noſtro
Emathiam, & latos Haemi pingueſcere campos.
Scilicet & tempus veniet, quum finibus illis
Agricola, incurvo terram molitus aratro,

Exe-

SERVII.

489. PARIBUS CONCURRERE TELIS. [73] [Quia in civili bello Romani contra Romanos, eisdem & ſimilibus telis armiſque pugnaverunt.] Lucanus I. 7. *Pares aquilas, & pila minantia pilis.*

490. ITERUM VIDERE PHILIPPI. [74] Civitas eſt Theſſaliae: in qua primo Caeſar & Pompejus, poſtea Auguſtus & Brutus cum Caſſio dimicaverunt.

491. NEC FUIT INDIGNUM SUPERIS. Quaſi exclamatio eſt ad deos.

492. EMATHIAM ET LATOS AEMI PINGUESCERE CAMPOS. [75] *Emathia* Theſſalia eſt, dicta ab Emathio rege. *Aemus* autem mons eſt Theſſaliae. [76] [*Pingueſcere* vero aut foecundas fieri ex humano cruore; aut *Pingueſcere* dixit [77] poëtice: quaſi humana corpora terra devorans, pinguis effici potuerit; ſicut ex carnium commixtione frequenter humana caro pingueſcit.]

494. INCURVO. [78] Una pars orationis eſt. SCABRA RUBIGINE. Aſpera: unde & *ſcabies* dicitur a corporis aſperitate.

VARIORUM.

Francianus. *nec puteis* Lutatius ad Statii IV. Theb. 374. *haut puteis* Ed. Mediol. quae & *haud extis.* etiam *per noctes* Leid. ſec. BURM.

487. SERENO. *Siniſtro* Gudianus a manu ſecunda. *fulgora* Menagianus prior.

490. ITERUM VIDERE PHILIPPI. Erraſſe Virgilium, Lucanum, Ovidium, Manilium, & Florum, qui duo haec diverſa praelia in eodem loco commiſſa tradunt, conſtans eſt Doctorum virorum opinio. Ruaeus vero hoc *iterum* non refert ad errorem Virgilii, ſed quaſi Philippi in Thracia viderint ſecundum bellum civile inter Romanos, quum primum inter Caeſarem & Pompejum acciderit in Theſſalia ad Pharſalum. ſed quum repugnent ſequentia, ubi mentio Emathiae & Haemi, quae bis ſanguine maduerunt, ſtatuit Virgilium latius extendere, & Macedoniam non ſtricte ſumere, ſed totam regionem, quae ſub Philippo olim & Alexandro fuit. ſed quum diſtincta mentio fiat apud ſcriptores non Macedoniae, aut Theſſaliae, ſed urbis Philipporum, & montis Haemi, hanc ultimam pugnam in Thracia accidiſſe certum eſt, cujus pars adjecta Macedoniae eo nomine etiam a ſcriptoribus deſignatur. unde & Philippi urbs Macedoniae dicitur Lucae Act. XVI. 12. id eſt ſub Macedonum imperio, aut Macedoniae attributa, licet in Thracia revera ſita fuerit. Catroeus in eodem loco bis pugnatum crediddiſſe Virgilium, & alios, multis argumentis probare conatur, quae hic omnia excutere notarum ratio non permittit. ſine dubio erroris cauſſa potuit provenire ex confuſis Thraciae finibus, de quo egimus ad Val. Fl. I. 24. & IV. 280. & nuper Oudendorp ad Lucan. I. 680. ſed Caeſaris & Pompeji praelium in Theſſalia ad Pharſalum commiſſum conſtat, alterum inter Caſſium & Brutum, & Triumviros in Thracia non minus manifeſtum: erraſſe ergo ſcriptores alios certum eſt, & confudiſſe loca Thraciae & Theſſaliae. An tamen credibile Virgilium, tam doctum & rerum publicarum peritiſſimum, Auguſto & tot aliis viris illuſtribus, qui his praeliis interfuerunt, familiariſſimum, adeo ignarum fuiſſe locorum, in quibus duo haec praelia

73 deſunt L. Voſ. R. al. 74 Civitas Theſſaliae L. Voſ. R. in Macedonia Romani victi ſunt a Philippo rege, ubi Caeſar & Antonius adverſus Brutum & Caſſium dimicaverunt. Aemathia autem pars Macedoniae dicta ab Aemathone Jovis & Electrae filio. Bis autem mundatos Romano ſanguine Aemathiae campos dixit, quia Caeſar & Pompejus ad ſe bellarunt, Brutus & Caſſius contra Caeſarem Auguſtum, & Antonius contra Brutum & Caſſium. ſemel Pompejus & Caeſar, iterum Brutus & Caſſius contra Auguſtum hiemi in Macedonia. G. 75 Emathiam Theſſaliam dictam L. V. G. Voſ. R. Fabr. al. 76 deſunt L. Voſ. R. 77 deeſt Fabr. al. 78 qua B. manus viri docti, *unco pars aratri eſt.*

Exeſa inveniet ſcabra robigine pila:
Aut gravibus raſtris galeas pulſabit inanis:
Grandiaque effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris.

DI

SERVII.

496. GALEAS INANEIS. Concavas, ut v. Aen. 673. *Galeam ante pedes projecit inanem.* GRANDIA OSSA. Aut multa, aut ingentia: [79] qualia antiquorum heroum.

VARIORUM.

lia commiſſa fuerunt? Quare fere in ſententiam Ruaei deſcenderem, ſed paullo aliter hos verſus diſtinguerem & exponerem: nimirum,

Bis ſanguine noſtro,
Emathiam, & latos Haemi pingueſcere campos.

& per Emathiam Pharſalicum praelium intelligerem, ut Lucan. I. I.

Bella per Emathios pluſquam civilia campos.

Id eſt ad Pharſalum; deinde iterum in Thracia, quam per Haemum montem intelligit, & ita *bis pingueſcere* non eosdem campos, ſed diverſos voluit indicare: Philippi vero Thraciae viderunt iterum Romanas, id eſt civiles acies, non eadem urbs in Theſſalia, quae antea viderat. ſed *iterum* bellum civile, antea in Theſſalia geſtum videre nunc iterum, id eſt denuo, Philippi Thraciae. ita *bis* & *iterum* de diverſis caſibus & locis occurrunt lib. IX. 590.

Non pudet obſidione iterum valloque teneri,
Bis capti Phryges.

ubi Servius, *iterum.* denuo: nam jam tertio obſidebantur: & *iterum*, non niſi de duobus dicitur. ſemel a Graecis in ipſa Troja, deinde hic in Latio. ut in ſequenti nota recte Servius ex aliorum ſententia. reliquos vero ſcriptores poſt noſtrum de ejus verbis erraſſe cenſeo. quia confundi ſaepe etiam ſolerent loca Thraciae & Theſſaliae. nam & *Haemum* montem, qui ſine dubio eſt in Thracia, Theſſaliae adſcribit Servius, & hic, & ad II. Georg. 498. & praelium inter Brutum Caſſiumque & Triumviros, in Theſſalia contigiſſe ſcribit idem ad Ecl. IV. 13. & VI. Aen. 831. ubi utrumque praelium etiam Theſſaliae adſcribit. ſi quis melius hunc nodum ſolverit, lubens amplectar ejus ſententiam. BURM.

491. NEC FUIT INDIGNUM. *Non fuit* Moreti ſec. & Parrhaſ. quia vero Servius hic notat eſſe quaſi exclamationem ad deos, ideo Marklandus ad Statii III. Silv. v. 68. legendum eſſe contendit, *nec fuit indignum, Superi, bis* &c. & ita in Edit. Mediol. legi notatum vidi. Nec hoc procedere negarem, ſi vera exclamatio eſſet: ſed quum Servius *quaſi* exclamationem vocet, nihil mutandum cenſeo; & quia hoc ſibi obſtare videret Marklandus, ipſi etiam Servio vim affert, & illud *quaſi* abjiciendum putat. ſed hoc modo omnia licebit ad ſuum arbitrium mutare. incidiſſe forte potuit in codicem ſimilem Regio, in quo videtur olim ſcriptum fuiſſe *Superis*, ſed ultima litera eraſa manſit *Superi*, cui deinde iterum ſuperſcripta litera *s*, niſi pro eo aliam literam fuiſſe credamus, pro qua *s* repoſita fuit. quidquid ſit, *Superis* cum omnibus codicibus eſt ſervandum, & tales *quaſi* exclamationes ſaepe occurrunt, in indignationibus. ut lib. X. 74.

Indignum eſt Italos Trojam circumdare flammis.

id eſt iniquum, ut hic, non fuit hoc iniquum diis viſum, non diſplicuit illis: ut in alia indignatione lib. II. Aen. 428. *Dis aliter viſum.* ſic & Plaut. Poenact. II. ỷ. 8.

Vetui exta proficarier,
Neque ea adſpicere volui, quoniam non bona
Aruſpex dixit, deam eſſe indignam credidi.

ubi variant interpretes, & an *Deúm*, vel *Deam* legendum ſit, diſputant. forte *Deae indigna*, ſcilicet exta, quia erant non bona, legi poſſet. Catroeus explicat caedem Caeſaris tanti fuiſſe diis viſam, ut iterum Romanum ſanguinem bellis civilibus effundi permitterent, in vindictam iſtius necis. ſed verba id exprimere probandum erat, quod ſemper interpretibus illis Gallis indignum viſum fuit, qui Grammaticis inferioris ordinis has partes relinquunt. BURM.

494. TERRAM. *Terrae* Venetus. *terra* Editio Juntae. mox *inveniat* manus prima Rottendorphii ſecundi. *robigine* Medic. & Gud. non *rubigine*. ut alibi. BURM.

497. GRANDIA. Servius aut multa, aut ingentia,

79 quaſi L. Voſ. R. Steph. Dan. antiquorum & Heroum L. Voſ. R. B.

Digitized by Google

DI patrii Indigetes, & Romule, Veſtaque mater,
Quae Tuſcum Tiberim, & Romana Palatia ſervas,
Hunc ſaltem everſo juvenem ſuccurrere ſeclo

Ne

SERVII.

498. DII PATRII INDIGETES, ET ROMULE, VESTAQUE MATER. [80] [Patrii dii ſunt] qui praeſunt ſingulis civitatibus: ut Minerva Athenis: Juno [81] Carthagini. INDIGETES autem, proprie ſunt dii ex hominibus facti; quaſi in diis agentes. Abuſive autem [82] omnes dii [83] generaliter poſſunt dici Indigetes, tanquam nullius rei egentes. [84] [Romulum autem ideo invocat, quia ipſe jam inter deos colebatur. Et recte eum ad Auguſti ſalutem invocat, quaſi ex eo deſcendentis, & qui illius ſit urbis imperator, quam Romulus condiderat.] VESTAQUE MATER, QUAE THUSCUM TIBERIM, ET ROMANA PALATIA SERVAS. Poëtice: nam verum nomen [85] ejus numinis, quod [86] urbi Romae praeeſſet, ſciri ſacrorum lege [87] prohibetur: quod auſus quidam tribunus [88] plebis enuntiare in crucem [89] levatus eſt. [90]

500. [91] [HUNC SALTEM EVERSO &c. Orat, ut poſſit ſedare tanta praelia & bella civilia: & malis finem imponere, & pene jam ruenti mundo ſubvenire. SALTEM. Ut Auguſtum Dii conſervent: cujus temporibus pax univerſo orbe [92] erat. [93]

VARIORUM.

tia, ut Heroum olim erant, explicat. Ruaeus duplicem rationem dat, vel quia homines quotidie decreſcentes, oſſa terra obruta ex ſuco telluris creſcere ſolita, mirabuntur. quod etiam probari debuiſſet, non fingi. altera ratio, quia in acie Pharſalica & Philippenſi magnus perierit numerus Gallorum, qui quum ſtatura corporis longe ſuperarent Romanos, poſteri grandia illa oſſa eſſent miraturi. Unde vero hoc didicerit, gloriae gentis ſuae velificans interpres, ſcire equidem cuperem. Nam in Pompeji exercitu Gallos fuiſſe non legi, niſi Galatas, gentem ex Graecis & Gallis mixtam, & quae jam multum degeneraverat, vellet quis fingere. Caeſar in ſuo exercitu lib. III. Bel. Civ. cap. 89. ubi de inſtructa acie ſua agit, nullam Gallorum facit mentionem, ſed legionum & cohortium. Licet negare nolim, illum ex Gallia quoſdam milites adducere potuiſſe; nam Allobrogum meminit cap. 79. cecidiſſe vero in hoc praelio a ſua parte ſcribit cap. 99. non amplius ducentos, ſed ex Pompejanis ad XV. millia periiſſe. jam abſurdum eſſet, ſi Virgilius, ex tam exiguo numero Caeſarianorum, inter quos Galli illi quaerendi ſunt, praecipue Gallorum oſſa illa grandia ſibi celebranda ſumſiſſet, aut illa quaeri voluiſſet in cadaveribus Pompejanorum. in Bruti & Caſſii exercitu Celtas fuiſſe narrat Appian. lib. IV. de Bell. Civ. p. 640. ſed non addit Appianus illorum majorem numerum cecidiſſe, ut inde grandia illa oſſa miraretur antiquitas. quare ſimpliciter Virgilium explicarem ex communi opinione, qua decreviſſe poſtea hominum corpora ſentiebant plurimi, & hinc poſteritatem grandia illa oſſa, ut Heroum antiquorum, miraturam, ſi conferant cum ſui aevi hominibus. Scoppa. II. Coll. 8. ad Romanorum grandium, id eſt per fortia facta & geſta magnorum, oſſa refert. ſed hoc durum. BURM.

498. PATRII. Heinſius malebat *patriae: indigenae* Ed. Venet.

499. QUAE. *Qui* fragmentum Moreti & Voſſianus. *Tiberim*, *Romana*, ſine copula, Venetus.

500. EVERSO. *Averſo* Mentelii prior a manu prima. *juvenem everſo* Venetus. idem *nec prohibere*.

501. JAM

80 deſunt G. R. patrii ſunt Voſ. 81 Carthaginienſibus G. 82 omnes generaliter, quaſi nullius r. e. V. L. Voſ. R. B. 83 deeſt Fabr. al. 84 deſunt L. Voſ. R. B. Alii *indigetes* proprie interpretantur, quorum proprium nomen ut indigetes, ut Dii Penates, item Lares, qui Dii contra ſonantes, quorum ſingula nomina neſciuntur. G. 85 ejus deeſt. 86 urbis R. praeeſſet, ſcire ſacra G. praeeſt V. R. Voſ. 87 prohibitum eſt G. 88 plebi B. plebi nuntiare G. 89 ſublatus eſt Fabr. 90 item haec (ſ. haec ex) quaeſtionibus Virgilianis eſt, cur dicit a Veſta Palatium & Tiberim ſervata, cum urbs Roma, ſicut multis videtur, in tutela ſit Martis. ſeu idcirco dicitur ſubtractum eſſe proprium nomen a Virgilio, ne ſcirent hoſtes, cui Deo contra Romanos vota ſuſciperent; quanquam erudite Virgilius nimium praeſidem Tiberis Veſtam dixit. hanc Phyſici putant Terram. G. 91 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. ad v. 500. 92 ordo alius verborum, in Baſil. nim. erat, & malis finem &c. ſubvenire poſſet. 93 JUVENEM. bene juvenem, ut oſtendat claram, qui hac aetate tamen poſſit, ut occurrat ſeclo. (ſ. tantum poſſit, ut occurrat ſeclo.) G.

Ne prohibete. Satis jam pridem ſanguine noſtro
Laomedonteae luimus perjuria Trojae.
Jam pridem nobis coeli te regia, Caeſar,
Invidet, atque hominum queritur curare triumphos.
Quippe ubi fas verſum atque nefas: tot bella per orbem:
Tam multae ſcelerum facies: non ullus aratro
Dignus honos: ſqualent abductis arva colonis,
Et curvae rigidum falces conflantur in enſem.
Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum:
Vicinae ruptis inter ſe legibus urbes

Ar-

SERVII.

501. NE PROHIBETE. Id eſt, ne prohibeatis. JAM PRIDEM. Olim. SANGUINE NOSTRO. Romanorum.]

502. LAOMEDONTEAE LUIMUS PERJURIA TROJAE. [94] Excuſat Auguſti tempora, & eum dicit ſuis viribus [95] non compenſare tanta damna reipublicae, [96] quae ex majorum vitiis deſcendiſſe confirmat. Horatius I. Od. XXVIII. 30. [97] *Negligis immeritis nocituram* [98] *poſtmodo natis, Te fraudem committere.*

504. ATQUE HOMINUM QUERITUR. Cum caeleſtes poſſis mereri.

505. UBI FAS VERSUM, ATQUE NEFAS. Apud homines ſcilicet, qui ſpernunt licita, appetentes illicita.

507. SQUALENT ABDUCTIS ARVA COLONIS. Ad bella ſcilicet, ut VIII. Aen. 8. *Et latos vaſtant cultoribus agros.*

508. [99] [RIGIDUM FALCES CONFLANTUR IN ENSEM. Ita orbem bella turbant, ut hi, qui prius agriculturae inſiſtebant, cogantur, deficientibus jam armis, inſtrumenta colendorum agrorum, & metendarum ſegetum, in arma convertere.]

509. HINC MOVET EUPHRATES, ILLINC GERMANIA BELLUM. Undique bellum movetur: *Euphrates* namque Orientis eſt fluvius; *Germania* [1] autem Occidentis provincia.

510. VICINAE RUPTIS INTER SE LEGIBUS, &c. Et externa & civilia bella deſaeviunt.

VARIORUM.

501. JAM PRIDEM. *Nam* Ed. Veneta.

502. LAOMEDONTEAE. *Laumedonteae* Voſſ. pr. Parrhaſ. ſed hoc ex vitio ſeculi.

504. HOMINUM. Catroeus vertit, ac ſi Caeſar non curaret triumphos hominum. quum contra Dii querantur, illum humanos, & nimis humiles triumphos nimis curare, quum poſſet coeleſtes mereri, ut recte Servius. quare pro, *que vous ſoyez inſenſible*, debuiſſet vertere, *trop ſenſible*. ideo autem curabat hos triumphos, quia jam viventem hic honor diis aequabat: nam notum, quam triumphantes Jovis ſolium tangere jactaverint veteres. BURM.

505. VERSUM ATQUE. *Verſumque* Francianus. mox *jam multae* Regius. *tum multae* Moreti quart.

506. NON ULLUS. *Non nullus* Menagii prior. Serv. ad IV. Aen. 103. citat. *nullus aratro ceſſit honor*. vitioſe.

507. ABDUCTIS. *Adductis* Rottendorphius alter.

508. CONFLANTUR IN ENSEM. *Formantur* Nonius Marcellus in *rigidus*. ſed aliter ſcripti. HEINS. *Curvantur* Francianus. *formantur* Serv. ad XII. Aen. 304. BURM.

510. VI-

94 tam longe bellorum cauſſas, ſemel adverſus Herculem geſta, ſemel adverſus Apollinem & Neptunum, docet, ut Callimachus propter pollicitam Heſionem, Apollini & Neptuno propter muros conſtructos. G. 95 deeſt Voſ. R. B. non compenſare damna r. Dan. al. 96 per quae L. 97 *nec legis* B. L. *neglegis* Voſ. 98 *poſtmodo te natis* R. L. B. (qui & *fraude*) Baſil. 99 deſunt L. V. Steph. Dan. 1 deeſt L. Voſ. B. Dan.

Arma ferunt: ſaevit toto Mars inpius orbe.
Ut, quum carceribus ſeſe effudere quadrigae,
Addunt in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens

Fer-

SERVII.

512. Ut cum carceribus. [a] Hoc vult dicere: Res quidem publica habet optimum imperatorem; ſed tanta ſunt vitia temporum praeteritorum, quae in dies ſingulos aucta ſunt; quemadmodum in proceſſu [1] equorum curſus augetur; ut ea, licet optimus rector, refraenare non [4] poſſit: ſicut & auriga a ferventi [5] curſu equos plerunque non poteſt revocare.

513. Addunt se in spatia. Id eſt, currendo plus eorum curſus augetur.

VARIORUM.

510. Vicinae ruptis inter se legibus urbes. Duo Moretani & Menagianus prior *vicinae inter ſe ruptis jam legibus urbes*. HEINS. Sed vulgata eſt apud Serv. ad iv. Ecl. 13. ubi duo mſſ. etiam, *tota Mars improbus urbe*. in uno erat, *una urbe*. BURM.

513. Addunt se in spatia. Multi codices *Addunt in ſpatia*. quod de melioribus ſuis Pierius Valerianus teſtatur. idque in codicibus Servii manu exaratis nonnullis inveni. Mediceus *Addunt ſpatio*. quomodo & Gudianus, ſed in illo caſtigatum poſtea *Addunt in ſpatia*. Mentelianus prior *Addunt ſpatia*. ſed *in* eadem manu additum. Vera ſcriptura videtur *Addunt in ſpatio*. ut Mediceum codicem & Gudianum quam proxime accedamus. nam τὸ *ſe* proxime praeceſſerat. neque id agnoſcit Servius. quamvis, quantum ad τὸ *ſpatia*, dubia apud illum eſt ſcriptura. Servavit hunc nobis loquendi modum Silius Italicus, perpetuus Maronis noſtri atque anxius imitator, Punicorum libro decimo ſexto in deſcriptione certaminis Circenſis ỳ. 372.

Jamque fere medium evecti certamine campum,
In ſpatia addebant.

ubi membranae Colonienſes optimae *in ſpatio*. nec aliter membranae Puteanorum fratrum a me inſpectae. recte. unde Medicei codicis ſcriptura confirmari unice videtur. Certe Servius hoc loco interpretatur *addere in ſpatia, currendo curſum augere, ut in proceſſu equorum curſus augetur*. & recte. quomodo *addere gradum*, pro incitare gradum habes apud Plinium in Epiſtolis libro vi. 20. ad Tacitum, ubi ſe & matrem Veſuvinum incendium effugientes deſcribit. *Deinde manum ejus amplexus, addere gradum cogo. paret aegre incuſatque ſe, quod me moretur.* nam verbo *addere τὸ curſum* ſubintelligi par eſt in hoc Maronis loco, addunt curſum inter currendum. ſic Ovidio viii. Met. 484. *in ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus.* vide Gronov. ad Senecae Thyeſt. v. 994. & Herc. Fur. 1237. nos ad Silii lib. iii. 350. *addere gradum* Lucan. iv. 759. & etiam Livio dictum Lib. 27. & Lib. xxvi. cap. 9. *Alacreſque milites alius alium, ut adderet gradum memor ad defendendam ire patriam, hortabantur. Addere virgas* Livius lib. xxvi. cap. 16. *lictor forti viro adde virgas.* hoc eſt auge virgas, ob maledicta. nam Taurea Imbellius jam alligatus palo & virgis a lictore caedendus maledicta in conſulem jecerat. In Catalectis Pithoei p. 151.

Adeſto Iambe praepes, & tui tenax
Tenoris adde concitum celer pedem.

hoc eſt, pedem incita. contra *preſſo gradu* & *pede*. Dictys Cretenſis lib. ii. 45. *Arreptis armis mox preſſo gradu, circumſpicienteſque omnia pergunt ad eum locum.* Hirtius Bell. Hiſp. *noſtri pede preſſo cum propius rivum appropinquaſſent*. Propert. iv. x. 36.

Nec mora fit, pleno ſiſtit uterque gradu.

Plautus Trinummo Act. iv. Sc. iii. apposite apud Petronium cap. xxiii. *Huc huc convenite nunc ſpatalociuaedi, Pede tendite, curſum addite, convolate planta. fatis addere curſum* Silio lib. xii. 45. *addo loqui* apud Prudennium hymno Romani ỳ. 458. *Haec inter addit ſponte Romanus loqui.* ita ſcripti conſtanter. non *audet*. *addere merum* Propertio, & paſſim aliis poëtis. *addita aetate* pro aucta apud Plinium majorem Hiſtoriae Naturalis libro xi. cap. 48. *corripere ſpatium* habes in Statio de Circenſibus. ſeptem enim in circo ſpatia, de quibus egimus ad Halieuticon Naſonis ỳ. 68. de his

2 quaſi hoc B. 3 equarum G. 4 poſſis Steph. Dan. 5 carru G.

Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

SERVII.

514. NEQUE AUDIT CURRUS HABENAS. *Currus*, id eſt, equi. Sane [6] ſciendum tranſlationem hanc eſſe, non comparationem: quae ſi ponatur in fine, vitioſum eſt.

PHILARGYRII.

514. NEQUE AUDIT CURRUS HABENAS. Notandum, quod Poëta librum in comparatione finierit, antitheton tertia, ubi in utraque voce ſit commutatio. Sic enim rectum ſit, *Fertur currus auriga, neque audiunt equi habenas.*

VARIORUM.

his locutionibus Circenſibus vid. Salmaſ. in Solin. p. 900. & ſeq. ſic & *addere viam* apud Aratorem lib. I. ubi agit de aegrotis a Petro curatis.

I citus, & curas hominum de calle frequentans,
Excute, Petre, gradus, tecum medicina ſalutis
Ambulat: adde viam, ſpes eſt ad gaudia velox
In pedibus non eſſe moram, &c.

ſic *altaria divum addere* Prudentius lib. II. contra Symmach. 357. Plinius XXII. 6. *ſed quis non mores jure caſtiget? addidere vivendi pretio deliciae luxuſque.* ubi recte Chiflet. Cod. *pretia.* vide Gronovii notas. idem Plinius lib. VIII. 7. *Caeſar dictator Euripis harenam circumdedit, quos Nero princeps ſuſtulit, equiti loca addens.* Ludovicus de la Cerda toto coelo aberravit, dum *addunt ſe in ſpatia, idem ſpatium iterato ſaepius demetiri circa metas* interpretatur. ſeptem flexus aut ſpatia ſeptena in circo erant a carceribus ad metam uſque curriculo peragenda. idem ſpatium nequaquam iterabatur. praeterea *τὸ addunt ſe in ſpatia* depravatam lectionem eſt amplexus. plura ibidem peccavit. ſed nos alienis erroribus nunc non inhaeremus. Jacobus Pontanus aliquanto felicius, *Addunt ſe in ſpatia, in ipſa ſpatia curſum intendunt.* nec Servii interpretamentum damnat. Pomponius Sabinus Servii veſtigiis propius inſiſtens, *Addunt in ſpatia, id eſt, in ipſo ſpatio currendi ſumunt vires.* Quae ille, ut multa alia, ex vetuſti alicujus Grammatici ſcriniis haud dubie depromſit, cum in iis manifeſta genuinae lectionis appareant veſtigia. Apud Quinctilianum Inſtitutionum Oratoriarum libro octavo, capite de ornatu, ubi hic Maronis locus occurrit, vulgatam ſcripturam eſt invenire; quam tamen ab ipſius Quinctiliani manu non eſſe profectam habeo perſuaſum, ut certo credam. HEINS. *Addunt in ſpatia* Voſſian. Francianus, Tollianus. & Regius, ſed vacuo ſpatio inter *addunt*, & *in.* *Addere ſe in florem* Ovid. X. Met. 208. qui ſaepe hoc verbo varia conſtructione utitur. *ſe in ſpatia.* Parrhaſ.

6 attendendum eſt tranſlationis eſſe comparationem. G.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

G E O R G I C O N

L I B E R   S E C U N D U S.

HActenus arvorum cultus, & ſidera coeli:
Nunc te, Bacche, canam, nec non ſilveſtria tecum
Virgulta, & prolem tarde creſcentis olivae.
Huc, pater o Lenaee, (tuis hic omnia plena

Mu-

S E R V I I.

1. HACTENUS ARVORUM CULTUS, ET SYDERA COELI: NUNC TE, BACCHE, CANAM. Mire iteravit illum verſum: *Quid faciat laetas ſegetes, quo ſydere terram.* In hoc autem libro exequitur culturam agri conſiti, qui omnium arborum continet genera. Et ſciendum eſt, Virgilium vites quoque arbores dicere, ut inf. 277. [1] *Nec ſecius omnis in unguem Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.* [2] *Hactenus*, ut multi volunt, una pars orationis eſt, & eſt adverbium ſignificans hucuſque. Alii duas partes volunt, pronomen & adverbium; ut ſit *tenus hac*, ſicut III. Georg. 53. *Et crurum tenus a mento palearia pendent.* ſed melius eſt, unam partem accipere orationis, *Hactenus.* SYDERA COELI. [3] Pleonaſmos: nec enim alibi, [4] quam in coelo, ſunt ſydera.

2. BACCHE. Inventorem pro vitibus poſuit, de quibus κατ' ἐξοχὴν in hoc libro [5] loquitur: nam vites praecipuae ſunt, licet & [6] aliarum arborum faciat commemorationem. NEC NON SYLVESTRIA TECUM VIRGULTA. Id eſt, infoecundas arbores, quibus praecipue in Italia vites cohaerent.

3. TARDE CRESCENTIS OLIVAE. Res enim diu duratura tardius creſcit.

4. HUC PATER O LENAEE. *Pater*, licet [7] generale ſit omnium deorum, tamen proprie Libero [8] ſemper cohaeret: nam Liber pater vocatur. LENAEUS autem ἀπὸ [9] τοῦ ληνοῦ dicitur, id eſt, a lacu: [10] nam quod [11] Donatus dicit ab eo, quod mentem [12] leniat, non procedit: nec enim poteſt Graecum nomen [13] Latinam etymologiam recipere. TUIS HIC OMNIA PLENA MUNERIBUS. Tuis muneribus hic ſunt omnia plena: & ea ubique requiruntur.

V A R I O R U M.

1. HACTENUS. Deerat hic verſus Zulichemiano.

3. PROLE. Elegans Metaphora, ab hominum partu & foetu deſumta. ita Alanus in Anticlaudiano I. 79. de tellure:

Na-

1 *Nec rectius* G. 2 Quidam quaeſtionem opponunt, quare, cum de vitibus primum debuit dicere, ab arboribus coepit. quia in Italia in arboribus pendent vineae, & non poſſunt eſſe vites, niſi prius arbores fuerint G. & *hactenus* Steph. al. 3 Pleonaſmos, id eſt adjectio verbi ſupervacui. G. 4 niſi L. V. Voſ. R. niſi in caelo ſidera B. ſunt alibi quam Baſil. 5 loquetur B. 6 aliarum faciat B. faciant al. 7 generaliter G. 8 Libero patri cohaeret G. 9 τῶ al. TEC. V. L. Voſ. R. 10 ab hujus vaſe, in quo uvae premuntur, ſive Lenaeus ΑΠΟ ΤΕΤΔΑΕΝΟΙ, id eſt Lacunam, quando natus eſt ab eo, quod vitem delineat, non procedit &c. G. 11 vide Eraſmi Epiſtolam ad Auguſtinum Eugubinum. (MCLXXV. novae Ed.) defendit Donatum Parrhaſ. ad Claudian. I. Rapt. 15, NANSIUS. 12 deliniat V. R. Voſ. delemat B. 13 in Lacunam &c. *Lenaee* quia leniat in ſe fructus G.

Muneribus: tibi pampineo gravidus autumno
Floret ager; ſpumat plenis vindemia labris)
Huc, pater o Lenaee, veni; nudataque muſto
Tingue novo mecum dereptis crura cothurnis.
Principio arboribus varia eſt natura creandis:
Namque aliae, nullis hominum cogentibus, ipſae
Sponte ſua veniunt, campoſque & flumina late
Curva tenent: ut molle ſiler, lentaeque geneſtae,

Po-

SERVII.

5. PAMPINEO AUTUMNO. Cujus tempore vites & foliis & fructibus plenae ſunt: & ſub quo maturae fiunt. Et *Pampineo*, pro pampinoſo dixit; ut [14] nemus *frondeum*, pro frondoſum. TIBI FLORET AGER. In honorem tuum exultat & laetus eſt: nam autumnali tempore revera florere non poteſt ager.

6. VINDEMIA. Cum *vindemiam* numero ſingulari dicimus, unius anni ſignificamus: cum plurali, multorum: ut *meſſem*, *meſſes*: *hyemem*, *hyemes*: haec enim ſemel tantum annis [15] quibusque contingunt. Multi tamen volunt *Vindemiam* eſſe totius orbis generaliter, *Vindemias* ſingularum partium: ut plus ſignificet ſingularis, quam pluralis numerus: ſicut plus eſt cum dicimus, *per terram* pluit, quam *per* [16] *terras*: tunc enim omne elementum, [17] [per ſingularem numerum] non terras aliquas, ſignificamus.

7. MUSTO. *Muſtum* numero tantum ſingulari dicimus, ſicut & vinum: licet Ovidius abuſive dixerit *Muſta*. Sed hoc ille plus fecit, quod & I. Amor. XVI. II. *Muſtis* dixit: cum (ut diximus I. Georg. 210.) de his nominibus tres caſus tantum uſurpari conſueverint.

8. [18] [TINGUE NOVO MECUM. Pulcre invocat Liberum Patrem adeſſe ſibi canenti de ratione vinearum, & venire in auxilium: & poëtice dicit: hoc Liberum Patrem ſecum agere, quod ipſe ab agricolis debere fieri, carmine demonſtraturus eſt, cum dicit: *Tingue mecum*. DIREPTIS CRURA COTHURNIS: i. e. [19] ablatis, quod eſt genus calceamenti poëtici: nam hoc vindemiae tempore fieri debere, ipſe demonſtraturus eſt.]

9. PRINCIPIO ARBORIBUS. Creandarum arborum naturaliter ſunt tria genera: Aut enim ſua ſponte naſcuntur: aut ex ſeminibus fortuito jacentibus ſurgunt: aut ex radicibus pullulant; nam caetera uſus invenit, favente natura.

11. SPONTE SUA. *Sponte*, modo nomen eſt: quia junctum eſt ei genus, quo caret ſemper adverbium. VENIUNT. Creſcunt, ut alibi I. Georg. 54. *Illic veniunt felicius uvae.* CAMPOSQUE ET FLUMINA LATE CURVA TENENT. Per tranſitum oſtendit, in quibus locis arbores ſponte ſua naſcantur, ſcilicet in humidis: Nam terra mater eſt rerum omnium, & ſeminum cunctorum creatrix.

12. UT MOLLE SILER. Arboris genus eſt, *Siler*. Et notandum genus neutrum de arbore; quod eſt admodum rarum.

VARIORUM.

Naturae contenta manu, Zephyrique favore
Parturit, & tanta natorum prole ſuperbit.
ita Sueton. Aug. XCIV. & Galb. I. *ſobolem* dixit de pullis ex arboribus enatis. BURM.

4. HIC OMNIA. Voſſian. prior habebat, *hic omnia ſunt plena:* illud vero *ſunt* ex gloſſa migravit in ipſum textum. vid. lib. I. ỳ. 463. BURM.

8. DIREPTIS CRURA COTHURNIS. *Dereptis* bene Mentelianus prior. HEINS.

11. CAMPOSQUE. *Campos* Zulichem. *tenent* vero eleganter. & hic locus addi poteſt illis, quae ad Ovid. II. Faſt. 465. notavi. BURM.

12. LEN-

14 *nemora inter frondea*, id eſt frondoſa Fabr. vid. I. Aen. 191. 15 ſingulis Fabr. al. 16 terras pluit V. L. Voſ. R. 17 deſunt V. L. B. Voſ. R. Baſil. 18 deſunt V. L. Voſ. R. Steph. Dan. 19 latis Fabr. al. forte explicatio eſt non τῶ *dereptis*, de quo verbo non agit Servius, ſed τῷ *cothurnis*, & tunc *altis*, vel *calceis altis* poſſet legi. BURM.

Digitized by Google

Populus, & glauca canentia fronde ſalicta.
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine: ut altae
Caſtaneae, nemorumque Jovi quae maxuma frondet
Aeſculus, atque habitae Grajis oracula quercus.
Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſilva:
Ut ceraſis, ulmiſque: etiam Parnaſia laurus
Parva ſub ingenti matris ſe ſubjicit umbra.

Hos

SERVII.

13. Glauca canentia fronde salicta. Locum ſalicum, pro ipſis arboribus poſuit; bene autem ait & *Glauca*, & *Canentia*: nam ſalix ab una parte alba eſt, ab altera viridis. Sane Cacephaton eſt, *Glauca canentia*.

14. Pars autem posito &c. Quacunque ratione projecto, vel ab avibus, vel ab hominibus: ne [20] incipiat eſſe induſtriae. Dicit quippe pleraſque arbores ex ſemine naſci, non ſtudio hominum jacto, ſed quocunque modo & eventu. Pars surgunt. Pro ſurgit.

15. Nemorumque Jovi, quae maxima, &c. Ordo eſt: Nemorumque maxima aeſculus, quae Jovi frondet, id eſt, quae creſcit in [21] Dodonaeo nemore, quod erat Jovi conſecratum.

16. Atque habitae Grajis oracula quercus. Nam in Dodonaeo nemore arbores, dantes reſponſa, fuiſſe [22] dicuntur. *Habitae* autem *Grajis*, vel quaſi non credens dixit, vel quaſi [23] Italus, qui loca illa neſciret: vel revera quondam *Habitae*, quia illo tempore jam ſilebant.

17. Pullulat ab radice. Mira in ſingulis eſt [24] proprietas: nam ait: *Sponte ſua veniunt: ſurgunt de ſemine: pullulant ab radicibus.* [25]

18. Ut cerasis, ulmisque. *Haec ceraſus, his ceraſis* facit. Sane *Ceraſus* civitas eſt Ponti, quam cum deleſſet Lucullus, genus hoc pomi inde advexit, & a civitate [26] *Ceraſum* appellavit. [27] [Nam arbor *ceraſus*: pomum *ceraſum* dicitur.] Hoc autem etiam ante Lucullum erat in Italia, ſed durum; & [28] *cornum* appellabatur: quod poſtea mixto nomine, [29] *cornoceraſum* dictum eſt. Parnasia laurus. A Parnaſo monte Apollini conſecrato.

19. [30] [Parva sub ingenti. Id eſt, radice majoris minor creſcit & ſurgit, ſicut videtur in lauris.]

VARIORUM.

12. Lentaeque genistae. *Geneſtae* in ſcriptis pleriſque. & recte. HEINS. *Laetaeque* Mentelianus prior a manu prima, *& molle* etiam Francianus. *lentas geniſtas* flexiles explicat commentator ad Horat. Epod. xv. ut *lenta vitis* lib. i. 265. & paſſim. vid. ad Grat. Cyneg. 130. *lenteque* Edit. Juntina. BURM.

14. Posito surgunt. *Surgunt poſito* Zulich. *ſurgant* Venetus. *poſitum ſemen* de projecto, temere cadente, exponunt plurimi, unde arbores ſurgunt. & certe ita *poſitae nives* Horat. iii. Od. 10. ubi vid. veteres commentatores. quae delapſae jacentes in terra ſunt. vid. Broukh. ad Propert. i. viii. 9. ubi *poſitae pruinae* ſunt coelo delapſae. ſed Guell. ad Virg. vi. 611. *ponere* vim cumulandi & aſſervandi habere ait, quod non Virgilii loco, non Propertii convenire poſſet. Ovid. xv. Epiſt. 151. & xi. Met. 46. *poſitas frondes*, quae ceciderunt, dicit. & ita tria genera & modos creandarum arborum faceret Poëta ex Servii ſententia. unum quod ſponte, natura ipſa producente, provenit: alterum, ex poſito ſemine, nulla cura tamen hominum: tertium, quod ex radicibus pullulat. ſed ſi *poſitum ſemen* ita, ut vulgo, capiatur, non video, quid differat a primo genere, quod ſponte pro-

20 incipiant Baſil. 21 Dodonae G. 22 dicunt al. dicuntur. Columbae enim ſemper ſuper quercum fata cecinerunt. G. 23 Italis q. l. i. neſcirent B. 24 varietas G. 25 radice. eleganter per numeros adfectat varietas (f. varietates, vel affectata varietas) ne enumeratione ſimili offenderet auditorem. G. 26 *Ceraſium* L. Voſ. R. V. G. qui quidem mox repetit. 27 deſunt B. Ceraſos Lucibus (Lucullus) capto oppido Cerae (Ceraſo) in Italiam primus attulit. G. 28 *cornu* B. 29 *cornoceraſum* L. Voſ. R. 30 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan.

Hos Natura modos primum dedit: his genus omne
Silvarum, fruticumque viret, nemorumque ſacrorum.
Sunt alii, quos ipſe viâ ſibi reperit uſus.
Hic plantas tenero abſcidens de corpore matrum
Depoſuit ſulcis: hic ſtirpes obruit arvo,
Quadrifidaſque ſudes, & acuto robore vallos:

Sil-

SERVII.

20. HOS NATURA MODOS PRIMUM DEDIT. Bene *primum:* nam, ut [31] etiam ſupra diximus, favor naturae fuit etiam ad alios inveniendos uſus: contra naturam enim nihil hominum inventum [32] valeret.

22. VIA. Ratione, ut IV. Aen. 478. *Inveni, germana, viam.* [33] [REPPERIT. Adinvenit: & dicit illa, quae prius dixerat, ex ipſa natura omnem originem ducere; haec autem, quae ſequuntur, uſu & ſtudio adinventa [34] ſunt, non obſiſtente tamen in his etiam natura.]

23. HIC PLANTAS TENERO. Inter plantas & *plantaria*, hoc intereſt, [35] quod *plantae* raptae ſunt de arboribus: *Plantaria* vero, quae ex ſeminibus nata, cum radicibus & terra propria transferuntur, ut: *Et viva ſua plantaria terra.*

24. SULCIS. Foſſis, ut infr. 289. *Auſim vel tenui vitem committere ſulco.* HIC STIRPES OBRUIT ARVO. Altius deponit validiores cum radicibus plantas.

25. QUADRIFIDASQUE SUDES. Ita robuſtas, ut poſſint in quatuor partes dividi. ET ACUTO ROBORE. [36] Pro acuti roboris accipimus. Et bis idem [37] eſt dictum: nam & *valli*, & *ſudes*, idem ſunt.

VARIORUM.

provenit, nam & illae arbores ex ſemine ſurgunt, quod temere vel ex arboribus cadens, vel ventis alio delatum originem dat virgultis & arboribus. & hic humanam opem deſiderari docet oppoſitio prioris generis, quod *nullis hominum cogentibus* provenit. vid. Serv. ad ỹ. 219. ego hic de ſemine ab hominibus, qui plantaria inſtituerunt, ſed quae inde creſcunt ſilveſtria & feros fructus ferunt, *poſito* malim intelligere. nam *ponere* eſt ordinis & rationis certae verbum. ut I. Ecl. 74. *pone ordine vites.* Senec. Ep. LXXXVI. *olivetum nemo non alteri ponit.* & paullo poſt. *olivetum, quod vidi duobus modis diſpoſitum.* & paſſim de arboribus. ſic & de ſemine Propert. II. VIII. 32.

Qui ſterili ſemina ponit humo.

ubi vide Paſſerat. ſic infr. 357. *ſeminibus poſitis.* & hoc differre a *ſeminibus jactis*, quae ſparguntur temere ſine ordine, ut poſſunt dici ſemina, quae ex arboribus cadunt, aut alio caſu. ita infr. 57.

Quae ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos.

ubi Servius *quocumque modo jacto.* licet forte Poëtas hoc diſcrimen non ſemper obſervaſſe religioſe diffiteri nolim. BURM.

16. AESCULUS. Sic recte in ſcriptis melioribus, non *Eſculus.* quod & in Silii Italici, Naſonis, & aliorum poëtarum veterrimis membranis deprehendi. alii in Plinianis & Vitruvianis pariter invenere. ita & Gloſſae veteres, *Aeſculus*, εἶδος δένδρου. HEINS. Et ita in Suetonii codice Memmiano, in Galb. cap. 11. BURM.

Ibid. GRAJIS. *Grais* Regius, Voſſian. Parrhaſ. & alii. & ita fere ſemper.

17. AB RADICE. *A radice* Venetus & Moreti quartus. vid. t. 20.

18. ETIAM. *Et jam* Gudianus, Menagianus alter, Leidenſis unus & Venetus. & ita apud Gellium IV. 17. legitur. ſic & infr. ỹ. 67. & III. 189. & paſſim. vid. Drakenb. ad Liv. I. 47. BURM.

22. ALII, QUOS IPSE VIA. *Alia quas ipſe via* Mediceus a manu ſecunda. Forte, *ſunt aliae quas ipſe viae ſibi repperit uſus.* in Veneto *Sunt alii*

quos

31 jam B. deeſt Baſil. 32 valere Voſ. 33 deſunt L. Voſ. R. V. Steph. Dan. 34 eſſe Fabr. 35 deeſt B. nam plantae L. Voſ. R. V. quod *plantae* ſunt, quae de ſuis arboribus naſcuntur. *plantaria* v. q. de ſuis s. nata &c. G. 36 & acuti B. 37 dixit al. refutat hic Servium Cerda.

Silvarumque aliae preſſos propaginis arcus
Exſpectant, & viva ſuâ plantaria terra.
Nil radicis egent aliae: ſummumque putator
Haud dubitat terrae referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Truditur e ſicco radix oleagina ligno.
Et ſaepe alterius ramos inpune videmus

Ver-

SERVII.

26. SYLVARUMQUE ALIA PRESSOS PROPAGINIS. [38] Propago praecipue vitibus congruit: unde apparet SYLVAS, cum etiam de vitibus dicere. [39] [ARCUS autem bene ait: nam ita reflectuntur propagines vitium, cum in terra ponuntur, ut in medio ſui in terra jaceant, & utrimque capita terra excedant.]

27. ET VIVA SUA PLANTARIA TERRA. Et aliae ſylvarum expectant plantaria cum ſua terra viva, id eſt, naturali, ut I. Aen. 167. *Vivoque ſedilia ſaxo*, [40] [id eſt, naturali.] Inde eſt infr. 268. *Mutata ignorent ſubito ne ſemina matrem.*

30. QUIN ET CAUDICIBUS SECTIS. *Caudicibus* [41] poſuit pro *codicibus*: ſicut *caulem*, pro *colem*: *ſauricem*, pro *ſorice* dicimus. [42] Fit autem, [quod nunc dicit] de oliva & myrto: quarum ſicci ſtipites ſecantur uſque ad medullam; & [43] terrae infoſſi ex ſe arbores [44] creant: quod ſine dubio [45] mirandum eſt.

31. TRUDITUR. Urgente natura [46] procreatur. E SICCO LIGNO. Ex arido. RADIX OLEAGINA. [47] Derivatum ab olea.

32. IMPUNE VIDEMUS. Sine damno ſui. Et loquitur de inſitione. Sane *inſitas* arbores dicimus: *inſertas* vero cauſſas, aut fabulas.

VARIORUM.

quos ipſe viam. quomodo & Longobardicus Pierii, non invenuſta appoſitione. *ſunt alis* a manu prima in altero Menteliano. Magnus Scaliger Prolegomen. in Manilium, *ſunt aliae, quas ipſe vias ſibi repperit uſus.* HEINS. Ita non nominato Scaligero, Keuchenius ad Samonici cap. XL. citat. Cod. Regius pro gloſſa, *alii*, ſcilicet modi: recte, ſunt alii modi, quos uſus ipſe ſibi reperit viâ, id eſt arte, ratione, induſtria & experientia. ut centies *via* apud noſtrum & alios. BURM.

23. ABSCINDENS DE CORPORE MATRUM. *Abſcidens* primus & tertius Mentelianus, Gudianus, & alii tres cum primo Voſſiano. *abſcidere* ab *abs* & *caedo*. ſic Lib. v. Aeneidos ỹ. 685. in quibusdam codicibus, *humeris abſcidere veſtem*. libro IV. ỹ. 590. in pleriſque veterum, *Flaventiſque abſciſſa comas*. & probat Voſſius libro III. cap. 26. de Analogia. ſic & vetuſtus codex Paterculi II. 66. & Prudentii exemplaria Apotheoſ. ỹ. 945. ubi diximus. HEINS. *Abſcidens* etiam Regius, Francianus & fragm. Moreti. de hoc verbo multa viri docti. vid. quae notavit Oudendorp. ad Lucan. III. 33. & paſſim alii. BURM.

26. ALIAE. *Alii* Leidenſis. *arcus* Venet.

27. EXPECTANT. Aliquid turbatum fuiſſe in ſcriptis ſuſpicor ex varietate apud Serv. ad IV. Aen. 231. ubi *flexos p. arcus nexae ſpectans* codices quidam; *hoc nec ſe ſpectent* Steph. Ed. vid. infr. ỹ. 237. BURM.

28. PUTATOR. *Putatum* fragm. Moreti.

30. CAUDICIBUS. *Caudex* & *truncus* non ſunt unum & idem. *caudex* enim frondes habet, *truncus* vero nullas. FABER. Gloſſa Regii Cod. *nodis vel ſtipitibus*.

31. E SICCO. *Ex ſicco* Menag. alter.

32. ET SAEPE. *At* Menagius alter & Zulichemius.

33. Mu-

38 Hoc praecipue G. 39 deſunt L. V. Voſ. R. Steph. Dan. 40 deſunt Baſil. 41 deeſt B. 42 Fit autem hoc de oliva L. V. Voſ. B. R. omiſſis aliis. 43 terra V. L. Voſ. R. Baſil. 44 gignunt al. 45 mirum Fabr. al. 46 procreatur, ut infr. 74. *trudunt de cortice gemmae* Fabr. 47 derivativum B. derivatum ab olea, ut *terrigena* a terra & generando. G.

Vertere in alterius; mutatamque inſita mala
Ferre pirum, & prunis lapidoſa rubeſcere corna.
Quare agite o, proprios generatim diſcite cultus,
Agricolae, fructuſque feros mollite colendo:
Neu ſegnes jaceant terrae. Juvat Iſmara Baccho
Conſerere, atque olea magnum veſtire Taburnum.
Tuque ades, inceptumque una decurre laborem,
O decus, o famae merito pars maxuma noſtrae,
Maecenas, pelagoque volans da vela patenti.

Non

SERVII.

34. LAPIDOSA CORNA. [48] Dura. Alibi III. Aen. 649. *Lapidoſaque corna Dant rami.*

35. PROPRIOS GENERATIM. *Generatim*, [49] per ſingula genera. *Generaliter* autem eſt ſimul omnia. γενικῶς κ̀ κατὰ γένος.

36. [50] [FRUCTUSQUE FEROS. Qui non ſunt apti humanis uſibus: ſive *feros*, ſylveſtres & incultos. MOLLITE. Aptos facite. COLENDO. Vel cultu.]

37. SEGNES TERRAE. Pigrae, infoecundae: & docet poſſe induſtria etiam loca aſperrima ad fertilitatem [51] perduci. ISMARA. [52] Mons eſt Thraciae.

38. OLEA MAGNUM VESTIRE TABURNUM. [53] [Per hos montes ſignificat etiam montuoſa & aſpera loca tentanda eſſe.] TABURNUS autem mons [54] Campaniae. VESTIRE vero, implere ſignificat.

39. TUQUE ADES, MAECENAS. Adeſto, & inceptum favorem omnibus libris impendito: nam ubique eum invocat.

40. O DECUS, O FAMAE MERITO PARS MAXIMA NOSTRAE. Horatius I. Od. I. O *& praeſidium, & dulce decus meum.*

41. PELAGOQUE VOLANS DA VELA PATENTI. Simplici generi carminis praeſta favorem, ut *Vela*, favorem accipiamus: *Patens pelagus*, carminis facilitatem. [55] Hoc autem carmen facile eſſe, ipſe ſignificat dicens, & IN MANIBUS TERRAE: hoc eſt, in facili & in promptu res poſita eſt.

VARIORUM.

33. MUTATAM. *Mutata* Mentelii tertius & Leidenſis primus & Regius.

35. QUARE AGITE O. *Τὸ o* abeſt a Mediceo. HEINS.

36. FRUCTUSQUE FEROS MOLLITE COLENDO. *Cultuſque feros* Macrobius Saturnal. libro VI. cap. 6. & Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro II. Sat. 266. ſed Nonius Marcellus ſtat pro vulgata lectione in *colere.* male etiam Macrobius *mollire.* HEINS. Qui *feros cultus* protulere, verſabantur ob mentem Horatii illa lib. I. Od. X. *qui feros cultus hominum recentum voce formaſti.* ſed *cultus mollire colendo* eſt idem, quod cultus mollire cultu. quod abſurdum. BURM.

37. NEU. *Ne* Menagii alter.

38. TABURNUM. Cerda notat Car. Stephan. *Tiburnum* legere, & juxta Tibur montem intelligere. male. vid. ad Gratii Cyneg. 509. BURM.

39. DECURRE. *Diſcurre* alter Rottendorphii. *inceptum una* Franeianus.

40. O FAMAE. O *patriae* Moreti ſec. a m. pr.

41. PELAGOQUE VOLANS. *Volens* in Leidenſi codice. Adi notas Aeneidos V. ℣. 219. ſed *volans*

apud

48 dura ſunt a qualitatibus baccarum. *Corna* genus arboris, de qua haſtilia fiunt, & non *cornus* habet fructum G. f. quae habet fructum. 49 eſt per ſingula L. V. R. B. ſed hic caret τῷ *genera.* 50 deſunt Voſ. L. V. R. B. Steph. Dan. 51 produci Fabr. al. perducere B. Voſ. R. 52 montes Thraciae L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. al. 53 deſunt Baſil. deinde tendenda eſſe Dan. tenenda Fabr. 54 Campaniae, vel Sabinorum, vel Apuliae G. 55 Ac ſi aperte dicat, mihi auxilium da in hoc labore, quia Poëta es tu, ſive placeant, quomodo curae fuerint tibi quaecumque pono. G.

Digitized by Google

Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto:
Non, mihi ſi linguae centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox. Ades, & primi lege litoris oram.
In manibus terrae. Non hîc te carmine ficto,
Atque per ambages, & longa exorſa tenebo.
  Sponte ſua quae ſe tollunt in luminis auras,
Infecunda quidem, ſed laeta & fortia ſurgunt.
Quippe ſolo natura ſubeſt. tamen haec quoque ſi quis

In-

SERVII.

42. NON EGO CUNCTA MEIS AMPLECTI VERSIBUS OPTO. Id eſt, Non ſum univerſa dicturus: nec enim poſſum: quare & ſuam [56] verecunde extenuat poſſibilitatem; & Maecenatis auribus ex ſui carminis brevitate blanditur. Alii aliter accipiunt. Conſtat Maecenatem fuiſſe literarum peritum, & plura compoſuiſſe carmina: nam etiam Auguſti Caeſaris geſta deſcripſit, quod teſtatur Horatius, dicens II. Od. XII. 9. *Tuque pedeſtribus* [57] *Dicis hiſtoriis praelia Caeſaris, Maecenas, melius, ductaque per vias Regum colla minacium:* ut hoc nunc dicat: INCEPTUMQUE UNA DECURRE LABOREM; Id eſt, adeſto, & ſimul ſcribamus: licet enim, quae tu ſcribis, conſtet eſſe ingentia; meum autem carmen & breve ſit, & totum id explicare non poſſim; debes [58] tamen favere minoribus: ut PELAGOQUE VOLANS DA VELA PATENTI, [59] ſit ingentia ſcribe: & PRIMI LEGE LITTORIS ORAM, [60] fave minora ſcribenti. NON EGO CUNCTA MEIS. Lucretii verſus; ſed ille *aenea vox* ait, non *ferrea*. [61]

44. PRIMI LEGE LITTORIS ORAM. *Lege*, nauticus ſermo [62] eſt, qui nunc & ad [63] navigium, & ad [64] lectionem poteſt referri: nam hoc dicit: faveto principio, vel humilitati carminis mei. [65]

45. IN MANIBUS TERRAE. Id eſt, in facili, & in [66] promptu eſt, terrarum deſcriptio: quod πρόχειρον Graeci dicunt. [67] NON HIC TE CARMINE FICTO, ATQUE PER AMBAGES ET LONGA EXORSA TENEBO. Id eſt, ſimpliciter univerſa deſcribam: neque ut in Aeneide, aliquibus figmentis, aut ullis utar ambagibus. [68]

46. LONGA autem EXORSA, dicit prooemia longe repetita, quae conſtat eſſe vitioſa. [69]

47. SPONTE SUA, &c. Ad illud, quod omiſerat, redit, & exequitur qualitatem trium generum, [70] quae ſupra memoravit: arborum ſcilicet ſponte natarum, procreatarum ex ſemine, & earum, quae de radicibus pullulant.

48. INFOECUNDA QUIDEM. [71] Fructu carentia: & per tranſitum rem phyſicam [72] tangit: nam ſemen ſalicis eſum, dicitur infoecunditatem mulieribus gignere. Et ſupra 13. ait: *Glauca canentia fronde ſalicta*. LAETA ET FORTIA. [73] Quaſi hoc in ipſis arboribus genus ſit foecunditatis.

49. QUIPPE SOLO NATURA SUBEST. Quia, ut ſupra diximus, naturaliter rerum omnium mater eſt terra, & univerſa intra ſe continet ſemina. Hinc eſt: *Quippe ſolo natura ſubeſt*. Nam *natura* dicta eſt ab eo, quod naſci aliquid faciat. Mire autem ait SUBEST, id eſt, ineſt latenter: [74] nam non apparet. Unde Epicurei dicunt nihil eſſe, quod non habeat originem ſui: nam hoc eſt, *Gigni* [75] *de nihilo nihil: in nihilum nil poſſe reverti.*

[HAEC

56 deeſt Baſil. 57 *dices* vulgo. *dicens* B. Fabr. al. in R. erat ſuperſcriptum etiam, *minancium.* 58 tantum V. 59 ut ſit Voſ. R. 60 favere B. 61 LINGUAE CENTUM. Homericus ſenſus Graeci Poetae G. 62 eſt, (ut *literaque Epiri legimus*) Fabr. 63 navigandum Steph. Dan. & al. 64 dictionem G. 65 Tranſit feſtinationem, ut *vada dura lego* (III. Aen. 706.) G. 66 praerupta G. 67 ut in manibus terram habeam, non praelia G. 68 *Ambages*, circuitus ab ambiendo dicti G. 69 *Exorſa*, prooemia longe petita, vel locutiones. hoc dicit, ipſam rem tibi indicabo. G. 70 deeſt B. memoraverat R. Voſ. B. V. L. 71 Foetu Steph. Dan. al. 72 tetigit V. B. L. Voſ. R. 73 quaſi in hoc ipſis arb. al. ipſis genus V. L. B. Voſ. R. eſt Voſ. L. R. B. 74 quia Steph. Dan. deeſt B. 75 *de nihilo nihilum* B. *nihilo in nihilum* Fabr. al. *de nichilo, nichilum nil.* Voſ. L. R.

Digitized by Google

Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis,
Exuerint ſilveſtrem animum: cultuque frequenti
In quaſcumque voces artis, haud tarda ſequentur.
Nec non & ſterilis, quae ſtirpibus exit ab imis,

Hoc

SERVII.

76 [HAEC QUOQUE SI QUIS. Scilicet infoecunda, ſed fortia.

50. INSERAT. Si quis eis fructiferarum arborum ſurculos inſerat.] SCROBIBUS MANDET MUTATA SUBACTIS. Nos *ſcrobes* genere dicimus maſculino: licet Lucanus VIII. 756. dixerit contra artem: *Exigua poſuit ſcrobe.* 77 [Duas autem hic res dicit, videlicet, ut aut inſerantur infoecundae arbores foecundis & fructiferis; aut certe mutentur de ſuis locis, & foſſis immittantur: utrumque enim eis infoecunditatem aufert.]

51. EXUERINT SYLVESTREM ANIMUM. Naturalem aſperitatem & infoecunditatem.

52. ARTES. Foecunditates, ex arte venientes.

VARIORUM.

apud Diomedem Grammaticum occurrit. HEINS. *Potenti* Menagius primus. *petenti* Gudianus. *pelago volans* Gloſſator Regii Cod. exponit *carmine ſuccurrens*, inepto Grammatici acumine: nec Servius ad hanc vocem aliquid notavit, unde credo veram lectionem eſſe, *volens*, quod favorem & benevolentiam notat, ut vulgo notum: & commutaſſe has voces librarios patet ex notis ad Ovid. II. Met. 128. BURM.

43. ORAQUE. *Oraue* Zulichemius. hunc verſum ex Hoſtio tranſtuliſſe Maronem notat Macrob. lib. VI. cap. 3. BURM.

44. FERREA. Debuiſſe *aeneam* vocem dixiſſe, multi volunt. ut apud Ovid. I. Triſt. V. 53. ex Heinſii emendatione,

Si vox in fragili mihi pectore firmior aere,

ubi vide Heinſii notas. ſed eodem redire putat Martin. de Ros II. Sing. 3. quia veteres aere pro ferro utebantur, & paſſim haec metalla Poëtae commiſcere ſolent. & ita *Ferreus ſomnus* noſtro lib. X. 745. qui Homero ὕπνος χάλκεος. vid. ad lib. VI. Aen. 625. Unde credo hunc locum emendari debere: non enim *aeneam vocem* dixit Lucretius, ſed Homerus Il. B. 489. & ibi legitur, *Lucretii verſus ſublatus de Homero*, ſed ille aenea vox *dixit*, ſcil. Homerus: Emmeneſſius nos ad Giſanii Collectanea ablegat. & verum eſt eum explicare *aeream vocem*; ſed locum Lucretii non notat. BURM.

Ibid. ORAM. *Undam* Edit. Juntae. *horam* Zulichem.

45. IN MANIBUS TERRAE. Clariſſimo Dorvilio non placebat Servii explicatio. quia *in manibus terrae* dicuntur eſſe, quae vicinae, ad quas ſtatim proram advertere licet, ut loquitur lib. IV. 117. & haec locutio, uti plerumque de iis, quae tempore vicina ſunt, uſurpatur, ſic tamen & proprie de iis, quae loco proxima, adhibetur recte. Virgilius lib. XI. Aen. 310. *inter manus* ita accipit. *primi litoris ora*, merito in manibus eſſe dicitur, ut quae attingi poſſit. ſic Leander apud Ovid. Ep. XVIII. ℣. 179.

Paene manu, quod amo, tanta eſt vicinia, tango.

alioquin, *in facili*, *in promtu* non negarim poſſe ſignificare. ſic ἐν χερσὶ apud Libanium Epiſt. XLVII. Ἀκούω τοὺς Φοίβους εἰς ἀκμὴν ἥκειν, καὶ τῷ Πέρσῃ γιφ.ρας γεγονέναι, καὶ τὴν διάβασιν ἐν χερσὶν εἶναι. vide Cerdam. Haec vir Clariſſimus. recte & generatim *in manibus eſſe* dicuntur, quae praeſentia ſunt, obvia adſunt, nec longe a nobis remota. Liv. IV. 57. *Haec contentio minime idoneo tempore, quum tantum belli in manibus eſſet, occupaverat cogitationes hominum.* Curtius IV. IV. 13. *Saxa, & quidquid manibus ſors dederat, ingerentes*, ubi quidam codices *in manibus*, & *in manus*. & ita *ad manus*, *ſub manu*, & ſimilia paſſim occurrunt. vide quae diximus ad Sueton. Caeſ. LXXXIV. BURM.

Ibid. CARMINE FICTO. Notat Heſiodum, qui in deſcribenda agricultura variis fabulis detinet lectorem. NANSIUS.

47. IN LUMINIS ORAS. *Auras* a manu ſecunda:

76 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. ad *ſcrobibus* ℣. 50. videlicet inſ. Baſil. 77 deſunt iiſdem.

Hoc faciet, vacuos ſi ſit digeſta per agros:
Nunc altae frondes, & rami matris opacant,
Creſcentique adimunt foetus, uruntque ferentem.

SERVII.

54. HOC FACIET. Id eſt, [78] erit foecunda, [79] ſi fuerit inde tranſlata. [80]

56. [81] URUNTQUE FERENTEM. Quae ferre poteſt, ſi ei umbra non noceat.

VARIORUM.

da Mediceus cum Gudiano. quomodo & uterque Mentelianus & caeteri ad unum omnes. quod arridet, cum praeceſſerit *lege litoris oram*. Cicero in Arateis, *ſe pariter cum ſole in luminis auras Effert*. Lactantius Elegia de Phoenice: *Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portae, Et primi emicuit luminis aura levis*. Videantur tamen annotata Aeneidos VII. ℣. 660. HEINS. *Quae quae tollunt* alter Rottendorphius. *oras* tuetur Cerda ex lib. VII. 660. ſed & ibi varia eſt lectio, *luminis auras*. ut & aliis locis. quare utrumque defendi poteſt. mihi tamen *auras* magis placet, quia centies *in auras* tollere ſimpliciter dicitur, ut & *in luminis auras*. quod idem eſſe quod ad coelum, vel aëra & quidquid ſupra humum tollitur, docuimus ad Gratii Cyneg. 138. ſic mox 81. *ad coelum exire*, & *aëra per vacuum*, & *exſurgere ad auras* II. Aen. 699. & III. 108. Anchiſes ſe *tollit in auras*, id eſt ſurgit humo. & appoſite ad hunc locum apud Ovid. III. Faſt. 234. herba *ſe tollit in auras*. & *ſub auras* IV. Aen. 494. ſub divo: immo *ad ſidera poma niti* dixit infr. ℣. 427. & ſimilia paſſim occurrunt hyperbolica locutione. & ad *auras aetherias* arborem ait tendere infr. ℣. 291. quod plus eſt, quam ad *aëreas*. aether enim altior aere. v. Serv. ad I. Aen. 394. & alibi; & ipſe Lucretius *aëris auras* dixit III. 457. & 568. & alibi. *oras* tuetur Colum. ad Enn. p. 80. & Giſanius in Collectaneis. BURM.

49. SOLO. *Soli* Mentelius primus, a manu prima, & tertius a manu ſecunda. Gloſſa Reg. (ubi turbata erat ſcriptura & correcta, & *ſolo*, facta ex alia lectione) *ſub arbore latet*. *ſubeſt* recte explicat Servius, quia latenter, & ſine arte conſpicua vires ſuggerit. reſpexit forte haec Quinctil. de Inſt. X. 2. *Iis, quae in exemplum adſumimus, ſubeſt natura & vera vis*. Catroeus per *Naturam*, quam majore litera ſcribit, Deum naturae, qui agitat omnem molem, & magno ſe corpore miſcet, intelligit: quod eodem quidem redire poſſet, ſed nimis generatim loqueretur. omnia enim a Deo naturae oriuntur & creſcunt: ſed haec ſola vi terrae, in qua proveniunt, ſine cultura ſurgunt fortia & laeta. BURM.

Ibid. HAEC QUOQUE. *Hoc quoque* Venetus. vid. ad Ecl. VI. 9.

50. AUT. *At* Menagianus prior & Pharraſ. *mandet mundata* Moreti ſecundus.

51. SILVESTREM ANIMUM. *Silveſtrim* Mentel. pr. *animum ſilveſtrem* Leidenſ. unus. *cultoque* Gudian. a m. pr.

52. VOCES. *Voles* Mediceus. quomodo & Gudianus a manu ſecunda. deinde idem Mediceus a manu prima, *Hoc faciat* non *faciet*. ut & Gudianus. etiam *haud tarda ſequantur*, non *ſequentur* primus Moretanus. HEINS. *Sequuntur* ſecundus Moreti. *ad quaſcumque* fragmentum Moreti. *voces* praeferendum, quod τὸ *ſequentur* exigit. II. Amor. XVI. 35.

Et vocet in rivos parentem ruſticus undam.

vocare domini eſt, (vid. Heinſ. ad Ovid. III. Ep. 100.) qui *imperat arvis* & arboribus. qui *cogit*, ut ſupr. 10. *domat*. 62. in quibus locutionibus creber eſt Maro. ſimili Metaphora Ovid. V. Met. 668. *qua vocat ira, ſequemur*. BURM.

54. DIGESTA. *Disjecta* Ed. Venet. vid. inf. ℣. 267.

56. CRESCENTIQUE. *Creſcentique* Mentelianus, tertius Gudianus, Zulichem. & Rottendorphius tertius, & Regius a m. pr. *creſcenteſque* Voſſianus alter, Menagianus prior & Venetus & Francianus.

78 deeſt al. 79 ſi inde transferatur Steph. Dan. 80 DIGESTA poſita & plantata, id eſt, ſi liberum ſpatium habeat. Fabr. & al.

81. 55. NUNC ALTAE FRONDES. hoc eſt frondes & rami arborum, ex quibus oriantur, nocent his, & ſuis umbris foecunditatem avertunt, & prohibent. Fabr. & al.

Jam, quae ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos,
Tarda venit, ſeris factura nepotibus umbram:
Pomaque degenerant ſucos oblita priores:
Et turpis avibus praedam fert uva racemos.

Sci-

SERVII.

57. [82] [Jam, quae seminibus. Id eſt, quae ex ſemine quocumque modo jacto orta eſt. *Jam* particula hic pro praeterea ponitur: & tempus quidem ſignificat, ut v. Aen. 638. *Jam tempus agi res.*

58. Nepotibus. Arbuſculis, quae ex ea oriuntur. Factura umbram. Sui magnitudine & opacitate.]

59. Pomaque degenerant. Modo *degenerant*, in pejus vertuntur: alias in melius. *Poma* vero arborum ex ſemine procreatarum dicit: quas conſtat, [83] niſi inſitae aut tranſlatae fuerint, non reſpondere qualitati ſeminis ſui. Fert uva racemos. *Uvam* pro vite poſuit, id eſt, fructum pro arbore. Sane *racemus* botryonis eſt pars; & [84] *botryo* Graecum eſt: [85] & ſic hic uvam pro vite poſuit: ſicut Horatius, pro vino: nam [86] ait I. Od. xx. 9. *Caecubum,* [87] *& praelo domitam Caleno Tu bibes uvam.*

PHILARGYRII.

57. Jam, quae. *Jam* particula hic pro [88] praeterea ponitur, & tempus ſignificat, ut v. Aen. 638. *Jam tempus agi res.*

VARIORUM.

57. Jam, quae. Haec eſt Servii & vera manuſcriptorum lectio. FABRIC. *Nam quae* prior Menteliarus cum Gudiano & Moretano uno & Zulichemio. HEINS. *Se ſubſtulit* Venetus. *arbor* Menag. alter.

58. Nepotibus. Video ceteros interpretes, quos ego quidem legerim, ita hunc locum explicare, ut vocem *nepotibus* ad verſum illum Eclog. IX. 50. *carpent tua poma nepotes*, referendam putent. qui mihi non ſatis Virgiliani carminis ſenſum videntur aſſecuti: dixit enim poëtice Virgilius *nepotes*, quos Theophraſtus *παραβλαστάδας* & *ῥάβδους*, Cato autem *pullos* dixerunt. quo modo alibi etiam videtur locutus, cum cecinit ſupr. ỳ. 18.

Etiam Parnaſſia laurus
Parva ſub ingenti matris ſe ſubjicit umbra.

& ỳ. 23.

Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum.

& ỳ. 55.

Nunc altae frondes & rami matris opacant.

mecum autem facit perantiquus meus liber, cujus ego bonitatem nunquam tantopere probavi, quam cum in eo animadverti gloſſema aeque antiquo charactere, quod verbum illud *nepotibus*, exponeret *radicibus:* ut ex eo verſu hic ſenſus eliciatur: ſatas ſemine arbores, non modo ipſas tarde venire, utar autem Catonis & Virgilii verbo, verum etiam, ab ea arbore abs terra pulli qui naſcuntur, ſero creſcere. hanc ego hujus loci veram ſententiam puto. URSINUS. Sed refutarunt hanc explicationem Guellius & Cerda. nec exemplum ullum adduci video, ubi *nepotes* de arborum *ſobole* (qua voce utitur Sueton. Aug. XCIV. & Galb. I.) & ſurculis dicantur. *matres* & *pullos* dici obvium, & a Rutgerſio in Lect. Venuſ. cap. XI. pluribus illuſtratum. ſed ſi *nepotes* liceret ſurculos vocare, etiam arbores *aviae* dicendae eſſent. ſed ex arbore ſata *filii*, non *nepotes* eſſent hic vocandi, ſi id voluiſſet Maro. praeterea agenti de tarde creſcentibus arboribus, congruum eſt explicare illas non domino, qui eas inſtituit, ſed ejus nepotibus & poſteris umbram demum facturas. denique hunc Maronis ſenſum eſſe, docebit Senec. Ep. LXXXVI. ubi de Scipionis villa agit, & dicit, *ſe didiciſſe poſſe quamvis vetus arbuſtum transferri. hoc nobis ſenibus diſcere neceſſarium eſt, quorum nemo non olivetum alteri ponit.* & addit *te quoque proteget illa, quae*

Tarda venit, ſeris factura nepotibus umbram.

idem vero hic dicit quod Ecl. IX. 50.

Inſere, Daphni, piros: carpent tua poma nepotes.

vid.

82 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. ad ỳ. 59. 83 niſi tranſlata ea, ut ipſitae fuerint R. B. 84 *Botryon* Graecum nomen eſt, *turpes* autem *racemos* labruſcas dicit G. 85 etſi hic Voſ. & ſic uvam Steph. Dan. 86 ſic ait Steph. Dan. 87 *Et praelo.* V. L. *Calano* Voſ. L. R. *bibis* L. V. Voſ. R. 88 propterea Commel. & Amſt. infr. ỳ. 350.

Scilicet omnibus eſt labor inpendendus; & omnes
Cogendae in ſulcum, ac multa mercede domandae.
Sed truncis oleae melius, propagine vites
Reſpondent, ſolido Paphiae de robore myrtus.
Plantis & durae coruli naſcuntur, & ingens

Fra-

SERVII.

62. COGENDAE IN SULCUM. In ordinem componendae: aut certe arandae. MULTA MERCEDE. Multo labore: a ſequente, quod praecedit intellige.

63. SED TRUNCIS OLEAE MELIUS. Quia ſupra ait: *Truditur e ſicco radix oleagina ligno:* Et jam redit ad eos modos, quos invenit induſtria. Dicendo autem *Melius*, oſtendit etiam alias arbores ex truncis poſſe [89] creari. Sane *olea* eſt arbor ipſa; unde [90] derivatum eſt *oleum*. *Oliva* vero fructus ipſe, unde [91] *olivum* dicitur. Legimus tamen & *olivam* de arbore, ut Ecl. VIII. 16. *Incumbens tereti Damon ſic coepit olivae.*

64. SOLIDO PAPHIAE DE ROBORE MYRTUS. Sicut & olea. *Paphiae* [92] autem, Venereae, a Papho inſula, in qua Venus colitur. Huic autem myrtus conſecrata eſt; vel quod haec arbor gaudet litoribus, & Venus de mari dicitur procreata: vel quod, ut Medicorum indicant libri, haec arbor apta eſt mulierum neceſſitatibus plurimis.

65. PLANTIS ET DURAE CORYLI NASCUNTUR. Duras dixit, non ad lignum, ſed ad [93] fructum [94] ipſarum referens: alii EDURAE legunt, quaſi non durae, ut paulo poſt: *Enodes trunci:* id eſt, ſine nodis: ut *e* modo minuentis, non augentis habeat ſignificationem. Sane *coryli* proprie dicuntur: nam avellanae ab [95] Avellano, Campaniae oppido, ubi abundant, nominatae ſunt.

VARIORUM.

vid. & infr. II. Georg. 294. BURM.

59. PRIORES. *Prioris* Mentelius primus & Leidenſis alter. *fucos* etiam Tollianus.

60. UVA. *Una* Menagianus alter.

Ibid. RACEMOS. Guidelot. ad Calpur. I. 5. racemum botryonem eſſe, non partem ait. NANSIUS.

61. INPENDENDUS. Philarg. infr. ad ℣. 288. legit *imponendus*. male. Sic III. 74.

Praecipuum jam inde a teneris impende laborem.

& II. 434. *impendere curam.* BURM.

62. MULTA MERCEDE. *Magna* Francian. ita Lucan. II. 455. *magna victi mercede*. Ovid. I. Am. II. 35. *magna datur merces*. Catroeus de magnis impenſis capit. ego de labore, & moleſtia, quo ferae arbores mitigantur. vel de *fructu*, ut Taubm. vid. ad Phaedr. IV. I. *domanda* Gudianus. BURM.

64. SOLIDO. *Solido & Paphiae* Venetus. *Paphiae myrtus* nominativi caſus eſſe cum Servio contendit Bentlejus ad II. Od. XVI. 5. Horatii. BURM.

65. ET DURAE. Legendum *Edurae Coryli*, ut Servius. ſed non explicandum pro non duris. in qua ſententia, ut idem auctor eſt, veteres nonnulli fuerunt. quos imitati Mancinellus, Sipontinus, Aſcenſius. Imo vero *Edurae coryli*, id eſt, valde durae. ut idem Servius lib. VIII. 610. exponit. alibi IV. Georg. 145. *eduramque pyrum*. & Ovidius in Arte III. 476. *Nec tamen edure, quod petit illa, nega*, id eſt obſtinate & ruſtice. Hactenus auget. minuit porro in iſtis, *Enodis abies*, & *Enodes trunci*, qui ſunt laeves & abſque nodis. FABRIC. *Et durae* Mediceus & Mentelianus caeterique fere omnes. perperam: vide Aeneidos VIII. 291. *Edurae* Servius quoque agnoſcit. in Menagiano priore *edureae*. HEINS. *Naſcentur* Zulich. & Leidenſis alter. *edure* Francianus. vid. Obſerv. Miſcel. Vol. VI. T. I. p. 285. ubi *eduras* minus duras explicat vir doctus. Catroeus ex Servio utramque in hac voce ſignificationem agnoſcit, ideoque ne ambigua ſit, praefert *& durae*. & ita IV. Ecl. 30. *Et durae quercus*. nam illud *edurus*

pro

89 procreari V. L. Voſ. R. 90 derivatio L. V. Steph. Dan. derivatio ſit B. derivationem habes R. 91 oleum R. olivum eſt al. 92 adjectum mirtus, a Veneris urbe Papho, quae eſt in inſula Cypro G. Paphia autem Venerea R. 93 fetum Voſ. R. 94 deeſt B. 95 Vellino Voſ. L. V. R. Avellino R. Abellino B. Avella Fabr.

Fraxinus, Herculeaeque arbos umbroſa coronae,
Chaoniique patris glandes: etiam ardua palma
Naſcitur, & caſus abies viſura marinos.
Inſeritur vero & foetu nucis arbutus horrida:
Et ſteriles platani malos geſſere valentis:

Ca-

SERVII.

66. HERCULEAEQUE ARBOS UMBROSA CORONAE. Ipſe alibi VIII. Aen. 276. *Herculea bicolor cum populus umbra.* [96]

67. CHAONIIQUE PATRIS. Jovis [97] Epirotici. ARDUA PALMA. Aut alta, aut ad quam difficile pervenitur.

68. CASUS ABIES VISURA MARINOS. [98] Eſt enim abietis ſpecies apta navibus, quam Sapinum vulgo vocant.

69. FOETU NUCIS ARBUTUS HORRIDA. Verſus dactylicus: nam male quidam *horrens* legunt. *Horrida* autem, hiſpida. Et jam tranſit ad inſitionem, quae duplex eſt: nam aut inſitio dicitur, cum, [99] fiſſo trunco, ſurculus [1] foecundae arboris ſterili inſeritur: aut oculorum impoſitio; cum, inciſo cortice, [2] libro alienae arboris germen inſerimus.

70. ET STERILES PLATANI MALOS GESSERE VALENTES, &c. Dicit quid in quam arborem [3] debeamus inſerere: in arbuto nucem; in platano malum; in fago caſtaneam; in [4] orno pyrum: Sed *caſtaneae fagos*, eget expoſitione: non enim in caſtanea fertili infoecunda fagus inſeritur: unde aut hypallage eſt, ut *Caſtaneae fagos*, ſit pro fagi caſtaneas [5] geſſere: aut eſt mutanda diſtinctio, ut ſit: *Et ſteriles platani malos geſſere valentes Caſtaneae.* Hoc eſt, infoecundae arbores platani fortes ramos caſtaneae portaverunt. FAGOS, ORNUSQUE INCANUIT ALBO FLORE PIRI. Secundum quam diſtinctionem, *fagos*, licet brevis ſit *gos*, finalitatis tamen ratione producitur: [6] *Fagos* enim incipit eſſe nominativus caſus Graecus ſingularis, non pluralis noſter accuſativus. Alii neutrum [7] probant, & ita [8] accipiunt: [9] *Caſtaneae flore fagos incanuit: Piri flore ornus incanuit:* ut ſimiliter *fagos* nominativus ſit Graecus.

PHILARGYRII.

66. HERCULEAEQUE ARBOS &c. Quia Hercules, cum ab inferis rediret, hanc primus arborem dicitur contemplatus eſſe, & ſe inde coronaſſe, conveniente colore arboris illi eventui, quo e tenebris in lucem commeavit.

70. ET STERILES PLATANI MALOS GESSERE VALENTES. Alii legunt, & *ſteriles platani malos*, ut ſubintelligas *inſerit*. ſi ita legendum erit, in ſequenti ſenſu Hypallage eſt, *valentes fagi geſſere Caſtaneas*.

VARIORUM.

pro *non durus* nullo loco veteris ſcriptoris probari video, ſed petitum eſt ex analogia τοῦ *enodis* & ſimilium. BURM.

66. HERCULEAEQUE. *Herculeae*, ſine copula, Leidenſis unus.

67. ETIAM. *Et jam* Gudianus, Menagianus, alter Leidenſis & tertius Mentelii. vid. ſupr. ℣. 18. *& ardua* Tollianus. pro *palma* Francianus *planta*. BURM.

68. ABIES CASUS VISURA MARINOS. Hinc au-

96 Deerant, quae ſequuntur ad ℣. 67. L. V. R. Voſ. Steph. Dan. & recte, ſunt enim ad verbum ex Philargyrio, ideo delevi, ne bis legerentur eadem. ſed aliter haec exhibet G. hoc modo: Populum ſignificat arborem, quia de populo fuit corona, quam portavit Hercules circa ſuum caput in infernum. Ipſe alibi VIII. Aen. 276. *Herculea bicolor.* *Arnepolis* civitas a Babyloniis Herculem pro tempore colere dicitur. Idcirco hanc arborem ei dedicatam populum dicunt. Hujus folia noctis & lucis imaginem declarant. nec alia cauſa clavam ei adſignant, quanquam (forte, quam quod ſit) ſit inaequalibus vulneribus, per quam dierum inaequalitas intelligitur G. 97 Epirotici, qui quercum matrem dilexit G. 98 duo genera abietis ſunt, aliud pro fabricis datur ad faciendas naves, *ſapinum* vulgo dicunt, vel pinum vulgo vocant. G. ſappinum. L. V. R. Steph. Dan. al. 99 inſiſſo al. infixo Steph. 1 infecundaea. fertili G. fecundae arbori inſeritur Urſ. Cod. 2 libro alligatur alieno & arb. Cod. Urſ. Dan. & alterius arboris V. alienae arboris germen inponimus. Eſt etiam arbor, cujus pomum *unedon* dicitur; quod ſi in unum (f. ſi unum) edatur, tam jucundum eſt, ut & aliud expoſcas. G. germen ingeritur B. 3 debeat B. 4 orno G. 5 deeſt L. V. R. Voſ. B. 6 fagos autem i. e. n. caſus ſingularis Cod. Urſ. 7 putant L. a m. pr. 8 accipimus B. 9 *Caſtaneae fagos piri f. o. in.* L. V. R. Voſ. B.

Digitized by Google

Caſtaneae fagos, ornuſque incanuit albo
Flore piri, glandemque ſues fregere ſub ulmis.
Nec modus inſerere atque oculos inponere ſimplex.
Nam qua ſe medio trudunt de cortice gemmae,
Et tenuis rumpunt tunicas, anguſtus in ipſo

Fit

SERVII.

72. [10] [GLANDEMQUE SUES FREGERE SUB ULMIS. Id eſt, ulmi inſertis ſibi ſurculis quercuum glandes tulerunt.]

73. NEC MODUS INSERERE ATQUE OCULOS IMPONERE SIMPLEX. Aut, non eſt ſimplex [11] aut fortuita ratio, ſed ea, quae ingenti labore colligitur: aut hoc dicit: Non eſt idem inſerere, [12] quod & oculos imponere: quarum rerum diſcretionem hoc loco commemorat, [13] ſicut nos diximus ſupra. [14]

74. TRUDUNT. Propellunt, ejiciunt. TUNICAS. Id eſt, arborum interiores libros. [15]

VARIORUM.

audax abies dicitur Statio. VI Thebaid. 104. & imitatus hunc locum Calpurn. Ecl. IV. 50. de lauro, *viſura ſaepe triumphos*. BURM.

69. INSERITUR VERO EX FOETU NUCIS ARBUTUS HORRIDA. Mediceus a manu ſecunda, *Inſeritur vero & nucis arbutus horrida foetu*. perperam. *ex nucis arbutus horrida foetu* Gudianus. in Rottendorphiano altero, *arbutus horrens*. praeterea *& foetu*, non *ex foetu* uterque Mentelianus cum Mediceo, & quinque alii ex noſtris. recte, quamquam Probus in Arte Grammatica vulgarem ſcripturam omnibus numeris expreſſit. ut & Victorinus de Metris. Plin. Lib. XV. cap. 15. *Virgilius inſitam nucibus arbutum, malis platanum, ceraſis ulmum dicit*. HEINS. *Arbutus horrens* Zulichemius & alter Rottendorphius. *& foetu* pro *foetui*, praetuli. vide Taubman.

71. FAGOS. Cum jubeat inſeri, ut par eſt, arborem frugiferam ſterili Virgilius, magno Scaligero videtur eſſe accedendum, qui Prolegomenis ad Manilium caſtigabat, *Caſtaneas fagus. fagus, ut* Φηγοὶ ἀρχαικῶς. Priſcianus tamen libro octavo vulgatum agnoſcit. *fagus* certe legebatur a ſecunda manu in priore Menteliano, quod ita accipi poſſit, ut dicat fagum incanuiſſe flore caſtaneae. fagus igitur eſto ſingularis numeri. potuit etiam *fagos* pro *fagus* Graeca enuntiatione prolatum eſſe, quo Servium propendere video. vid. Voſſium Artis Grammaticae II. 35. HEINS. *Flore Caſtaneae fagus* Abramus conjungit. Catroeus diſtinguit: *Caſtaneae fagus ornuſque* &c. v. Taubmannum, & Scal. ad Catal. p. 59.

Ibid. INCANUIT. *Incanduit* ſecundus Moreti. *ornus incanuit* Venetus. *Hornuſque* Zulichem.

72. FREGERE SUB ULMIS. *Legere* primus Moretanus. HEINS. *Glandeſque* Moret. quart. Gudian. Voſſian. Venetus & alter Rottend. ſed ingratus ſonus *glandes ſues* & ſingularis ille, licet de pluribus, uſitatiſſimus. ut ſaepe apud Lucanum & alios notavimus. vid. ſupr. lib. I. 267. &c. Suet. Claud. XXXIV. Harduinus ad Plin. XV. 15. Plinium in hoc Virgilii loco *ceraſum* pro *glandem* legiſſe putat, & de hoc loco plura diſputat Emend. IX. quae fere ad verbum ſublegit Fran. Florido Sabino in Collectaneis I. 12. *frangere* vero, quod non mutandum, convenit certe melius glandibus, quam ceraſis, quorum oſſicula pauci frangere, ſed carne ſua nudata exſpuere ſolent, & ita ut *frangere ſaxo* farra & hordea ſupra I. 267. dixit, ita dentibus frangimus cibos, & quaſi molimus. ſic Samonicus de Medic. cap. XXXIII.

Ovis in ſtabulis fractas qui ruminat herbas.

ubi vide, quae notavimus. Juven. X. 9.

Porrum & cepe nefas violare, & frangere morſu.

Claud. III. Rapt. 43.

Si frangunt communia pabula, glandes.

& ita forte ſcriptura Leidenſis codicis probari poſſet apud Ovid. XI. Met. 124.

Sive dapes avido confringere dente parabat.

ubi

10 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. 11 & L. V. R. Voſ. B. 12 qui V. 13 ſic E. 14 *Inſerere* dixit pro inſerendo. *Oculi* ſunt nodi arborum, e quibus frondes exeunt, vel gemmae G. 15 *libros*. Graece cortices arborum *χίτωνας* (ſ. χιτῶνας), dicunt. *libros* dicunt inferiorem corticem. *plantae* a pangendo, quaſi *pangae* dicuntur. G.

Fit nodo ſinus: huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoque docent inoleſcere libro.
Aut rurſum enodes trunci reſecantur, & alte
Finditur in ſolidum cuneis via: deinde feraces
Plantae inmittuntur: nec longum tempus, & ingens
Exiit ad coelum ramis felicibus arbor:
Miraturque novas frondis, & non ſua poma.

Prae-

SERVII.

76. Huc includunt. Quia ait ex aliena arbore: & eſt mutatio: ideo non ait *hic includunt*, [16] [ſed *huc*.] Sic Cicero: *Includuntur in carcerem condemnati: utique qui illuc fuerant aliunde deducti*. Inoleſcere. Concreſcere, συμφύειν. [17] [Libro. Liber dicitur pars corticis interior.

78. Enodes trunci. Sine nodis. Reſecantur. Abſcinduntur. Alte. Profunde.

79. Finditur in ſolidum. Ut ſolida ſit ipſa fiſſio, & non habeat rimas, aut aliquas fiſſuras. Feraces. Fertiles & fructiferae.

80. Plantae. Scilicet immittuntur ſurculi: nam abutitur plantis pro ſurculis arborum fertilium. Nec longum tempus. Nec multa mora.

81. Exiit ad coelum arbos. Nam hoc genere inſitae arbores citiſſime creſcunt. Ramis felicibus. Fructiferis & fertilibus.]

82. Mirata estque novas frondes et non sua poma. [18] Inſignis phantaſia: & ſane [19] *Mirata eſtque*, legendum eſt, ut ſtet verſus.

PHILARGYRII.

78. Aut rursum. *Rurſum* non habet hic ſignificationem iterandi, ſed abundat.

80. Plantae. *Plantis* abutitur pro ſurculis.

VARIORUM.

ubi *convellere* nunc legitur. BURM.

74. Cortice. *Vertice* ſecundus Moretanus. *trudunt medio* de Zulichem.

76. Aliena ex arbore germen includunt. *Inducunt* alter Rottendorphianus, quod Menagianus etiam alter pro diverſa lectione exhibebat. nec inelegans ea ſignificatione hoc verbum. aliter tamen Aruſianus Meſſius, qui & *alienum* agnoſcit. *includunt* etiam Plinius libro XVII. cap. 14. HEINS. Perpetua fere horum verborum *includere* & *inducere* eſt permutatio in Mſſ. vid. ad Grat. Cyneg. 405. & Cl. Drakenb. ad Liv. II. 2. BURM.

78. Aut rursum. *At* ſecundus Moretanus. *tronci* tertius Mentelii & Regius a m. pr. *& alta* Parrhaſ.

81. Arbos. *Arbor* Mentelius prior & Francianus. & Moretanus primus, quod propter ſonum praetuli. ut & infr. ỹ. 151. Scholiaſtes tamen Horat. Ep. II. 14. *arbos* habet. BURM.

82. Miraturque novas frondes. Interpres, *Mirata eſtque novas frondes*. FABRIC. *Miratasque* a manu prima Mediceus, quomodo & Mentelianus uterque, addita gloſſa: *priori libro, mirata eſt illa arbor. Miratas dicit propter ſcanſionem, ſed mirata eſt lectio. poſteriori, ſane mirataſque legendum eſt, ut ſtet verſus.* neque aliter prior Voſſianus. Ex gloſſa Menteliani libri apparet ſcribendum eſſe, quomodo & in fragmento Gudiani codicis legebatur, *Mirataque novas frondes*. Nam quod Servius in vulgatis exemplaribus agnoſcit *Mirata eſtque*, atque ita ſcribendum monet, pro eo vetuſta exemplaria habent, *Mirataſque*. Vulgara ſcriptura exſtat apud Horatii Scholiaſten Epod. XVI. 46. HEINS. In ora libri ſui Heinſius ſcripſerat forte *miratiſque*, vel *emirata*. *mirata eſtque* Gudianus. *mirataſque* Francianus & Regius, ubi ſuperſcriptum, pro eo quod eſt, *mirata eſt*. BURM.

83. U-

16 deſunt Voſ. L. R. B. Ciceronis locus eſt ex V. Verr. 45. ſed ibi ultima, *utique* &c. non leguntur, hodie certe non illo loco. ita ut poſſent eſſe Servii verba. ut & aliis in locis peccatum eſt, v. III. Aen. 533. BURM. 17 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. ad ỹ. 62. 18 ingens Dan. 19 *mirataſque* L. V. B. *miraturque* al.

Praeterea genus haud unum, nec fortibus ulmis,
Nec ſalici, lotoque, nec Idaeis cypariſſis.
Nec pingues unam in faciem naſcuntur olivae,
Orchades, & radii, & amarâ pauſia baccâ,
Pomaque, & Alcinoi ſilvae: nec ſurculus idem
Cruſtumiis, Syriiſque piris, gravibuſque volemis.

Non

SERVII.

83. PRAETEREA GENUS HAUD UNUM. Docet nunc etiam in ſingulis arborum ſpeciebus eſſe aliquam varietatem.

84. LOTOQUE. *Lotos* Nympha quaedam fuit, quam cum amatam Priapus perſequeretur, illa deorum miſeratione in arborem [20] converſa eſt, quae vulgo faba [21] Syriaca dicitur. [22]

85. UNAM IN FACIEM. In eandem ſimilitudinem.

86. ORCHITES. [23] [Genus olivae] a [24] Graeca etymologia, ſed obſcoena, id eſt a teſticulis, [25] [qui ὄρχεις dicuntur.] RADII. Olivae, [26] ita a longinquitate nominatae. AMARA PAUSIA BACCA. [27] Oliva a [28] paviendo dicta, id eſt, tundendo: aliter enim ex ſe oleum non facit. AMARA autem BACCA viridi, [29] [ut alibi VI. Ecl. 68. *Floribus*] *atque apio crines* [30] *ornatus amaro:* [31] [id eſt, viridi] nam de *pauſia* viride oleum fit: unde contra dulce dicitur, [32] [non viride.]

87. POMAQUE. Subaudi a ſuperioribus, non unam naſcuntur in faciem. ALCINOI SYLVAE. Id eſt, pomiferae arbores: nam Alcinous rex [33] [Phaeacum fuit,] diligens cultor hortorum: unde per ejus ſylvas, arbores pomiferas intelligimus: [34] de quo Homerus ait, quod haberet. Odyſ. H. 120. [35] [*Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ· Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.*]

88. CRUSTUMIIS. *Cruſtumia* pyra ſunt ex parte rubentia, ab oppido Cruſtumio nominata. SYRIISQUE PYRIS. [36] *Syriis*, id eſt, nigris. GRAVIBUSQUE VOLEMIS. Id eſt, magnis: nam & *volema* [37] ab eo, quod volam impleant, dicta ſunt: [38] [Vola autem eſt medietas palmae, vel pedis] unde & *involare* dicimus. [39] [*Volema* autem, Gallica lingua, bona & grandia dicuntur; ſed magis dicta ſunt ab eo, quod volam impleant.]

PHILARGYRII.

88. CRUSTUMIIS. Pro *Cruſtuminis.*

VARIORUM.

83. UNUM. *Unum eſt* alter Menagius.

84. NEC IDAEIS CYPARISSIS. *Neque* ſcripti. HEINS.

86. ORCHADES. Ita ſcripti omnes conſtanter, tam noſtri; quam Pieriani, & recte. etſi nec ipſi Pierio, nec aliis de veriſſima ſcriptura conſtitit. Macrob. Saturn. libro II. cap. 16. *Olearum genera haec enumerantur, Africana, Aquilia, Aegyptia, Orchas, Oleaſter, Pauſia.* Ne dubitare poſſis, audi & Heſychium. Ὀρχὰς, περίβολος ἀμπελῶνος, καὶ εἶδος ἐλαίας. Quin & Nicander in Alexipharmacis ỹ. 87. *Τῆς καὶ πρημαδίης ἢ ὀρχάδος εἶαρ ἐλαίης; Ἢ ἔτι μυρτίνης χεδίῃ διαστάσοιτο ὀρέξαις.* ubi Scholiaſtes: πρημαδία, καὶ ὀρχὰς καὶ μυρτίνη ἐλαιῶν εἰσὶν εἴδη. *Orchites* qui nobis apud Maronem obtruſere, metricae legis rationem ha-

20 verſa V. L. Voſ. R. 21 Serica G. 22 *Idaeis* ab Ida monte Cretae. *Cypariſſi* ſunt arbores, quae naſcuntur in Creta. G. 23 deſunt R. Voſ. Steph. Dan. *Orcades* B. *Orchades* V. *Orcades* inſulae juxta Graecam Etymologiam, ſed obſcenam, dictae in modum teſticulorum: nam Graece OPKONIC, id eſt teſticuli dicuntur G. 24 Graeco L. 25 deſunt L. Voſ. R. B. 26 deeſt V. L. Voſ. R. 27 Pauſia Genus olivarum viride: ideo *amaris* adſcripſit *baccis.* item *radii*, qui ſunt longiores olivae. *Pauſiae* autem a pendendo dictae, id eſt undendo, vel patiendo, (forte tundendo vel paviendo) quia plus humoris habet baccâ. vel *bacca* nomen aromatis eſt agreſtis G. 28 patiendo B. 29 deſunt V. R. L. Voſ. B. 30 *ornatur* B. 31 deſunt R. L. Voſ. B. 32 deſunt Steph. Dan. quod non eſt viride Fabr. al. 33 Athinenſium Piacum G. *fuit*, deeſt B. 34 Homerus enim dicit Alcinoum regem Piacum optima cultu habuiſſe pomaria. G. 35 deſunt L. V. B. Steph. Dan. aliis pars prima, aliis ultima, ut ſolum ſit *μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ*, abeſt. alii, ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ. 36 *ſtiris*, id eſt nigris. vel genus arboris. item *Piris*, pomiferae arbores. G. 37 eo quod manum implent, vel implicant, quia anterior pars palmae *vola* appellatur: nam *volema* eo, quod palmam impleat, unde & *involare* dicitur G. 38 deſunt L. V. Voſ. R. B. Steph. Dan. 39 deſunt iidem.

Digitized by Google

Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris,
Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thaſiae vites, ſunt & Mareotides albae:

Pin-

SERVII.

89. NON EADEM ARBORIBUS PENDET VINDEMIA NOSTRIS. Id eſt: vites quoque diverſae ſunt. *Noſtris* autem, [40] Italicis. Et bene *Pendet* [41] dixit: nulla enim vitis in Italia eſt, quae non pendeat.

90. QUAM METHYMNAEO CARPIT DE PALMITE LESBOS. [42] *Lesbos* inſula eſt, [43] [in Aegaeo mari] cujus civitas *Methymna*, [44] habens pretioſiſſimum vinum.

91. THASIAE VITES. A *Thaſo* inſula nominatae. MAREOTIDES ALBAE. Aegyptiae: *Mareotis* enim pars eſt Aegypti: & dicendo [45] *Albae*, oſtendit etiam eſſe purpureas, vel alterius coloris.

VARIORUM.

habuiſſe non videntur. Nam *orchites* ſecundam ſyllabam producit, ut *myſtites*, *abſyntites*, & ſimilia complura. Papias, cujus Lexicon ex vetuſtis gloſſariis eſt contextum, *Orchades genus olivae, Graece, dictae a ſimilitudine teſticulorum. Orchites* ſunt Rei Ruſticae ſcriptoribus, quod nomen nimis confidenter huc invexere, qui *Orchadas* ignorabant: nam Rei Ruſticae ſcriptoribus nunc *orchis*, nunc *orchitis*, id genus olivae appellatur. quamquam in pervetuſto Columellae exemplari libro v. cap. 8. *Orceis* eſt, quae *orchis* in vulgatis, ut *orcheis* vel *orchas* legendum videatur. Servius etiam in ſcriptis exemplaribus *Orchades* agnoſcit Scholiaſtes ineditus Leidenſis Bibliothecae ad hunc locum: *Orchades inſulae juxta Graecam etymologiam, ſed obſcoenam, dictae in modum teſticulorum.* Neque obſtat, quod Plinius Natur. Hiſtor. libro xv. cap. 1. ubi agit de oleis, *orchites* in Marone videtur agnoſcere. *Genera olearum tria dixit Virgilius, orchites & radios & pauſias.* putavit enim Plinius ex uſu vulgari ſibi eſſe loquendum. Certe apud Columellam libro XII. cap. 47. cum in vulgatis exemplaribus legatur, *Albam pauſeam vel orchiten, vel radiolum, vel regiam dum contundes, primum* (v. c. *primam*) *quamque, ne decoloretur, in frigidam muriam demerge.* veterrimum exemplar S. Germani, quo ſum uſus, *borbadem*, hoc eſt *orchadem*, agnoſcit. in eodem vetuſto Columellae exemplari, *orchia* eſt quam vulgati codices *orchitam* nuncupant. & Probus in Catholico: *Has tertiae ſunt declinationis Graeca, genitivo dis facientia. orchas orchadis. Virgil. orchades & radii.* HEINS. *Orchades* ſecundus Moreti & Gudianus. *Horcades & longe radii & a. p.* 6. Vratiſl. *Achades* Voſſianus pr. *orchades* Regius, *orchites* tuetur Catroeus. vid. Hard. ad Plin. xv. 1. BURM.

Ibid. ET AMARA PAUSIA BACCA. Atqui Columella v. 8. dicit, *Ex oleis, bacca jucundiſſima eſt pauſiae.* unde aliquando cogitabam, an non legendum foret, *amata pauſia bacca*, ut ita apud Gratium in Cyneg. 390. interpretes certant, an legendum *ſedem ſpernit amaram*, an *amatam*, quia eam ante alias appetere ſolebant. quod vero Columella lib. XII. 47. *acerbam* vocet, poſſet capi de nondum matura, ut & hic, quia Servius *viridem* interpretatur, quod explicat Mercurial. 1. Var. Lect. 3. ideo etiam amarorem eſſe jucundum, quamdiu viride eſt illud oleum: nam vetuſtum corrumpi. ſed ſi agatur de oleo expreſſo, an *acerbum*, etiam *amarum* dici poſſit, neſcio. quum videatur haec opponere Columella XI. 2. ut *viride* oleum exprimendum eſſe ex oliva varia, quum incipit nigreſcere, & hoc optimum eſſe. contra *acerbum* fieri ex alba olea. vid. & lib. XII. 50. ubi etiam *acerbum* viridi opponit. vide & Caton. de. R. R. cap. LXV. ſed haec omnia de oleo ex pauſia expreſſo. hic vero agitur de bacca, quae menſis apponebatur, ut clare diſtinguit Columel. v. 8. ſed an non ſibi videtur contrarius? dum alio loco XII. 47. non ſolum *acerbam* vocat, quod de immatura quidem, ut diximus, poſſimus intelligere, ſed eodem capite dicit *pauſiam* per ſe eſſe parum jucundam, ſed condiri multis modis, & ita lautioribus menſis adhiberi: quare ad Mercurialis explicationem confugiendum, ſi non de oleo, ſed ipſa bacca capia-

40 Italis V. L. Voſ. R. 41 deeſt B. 42 Methymnum oppidum in Lesbo inſula. hujus pretioſiſſimum vinum. Lesbos autem inſula Troade adſinis, cujus urbs Methymnia G. 43 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. 44 habet Dan. 45 *Albas* B.

Digitized by Google

Pinguibus hae terris habiles, levioribus illae.
Et paſſo Pſythia utilior, tenuiſque Lageos,
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam:
Purpureae, preciaeque. Et quo te carmine dicam,

Rhae-

SERVII.

92. PINGUIBUS HAE TERRIS HABILES, LEVIORIBUS ILLAE. Pinguibus Thaſiae, levioribus [46] Mareotides: nam ordinem poſitum ſequimur, [47] [cum aperte aliquid non commemoratur.]

93. PASSO PSYTHIA UTILIOR. [48] [Bene *Utilior,*] ut oſtendat etiam de alia uva poſſe paſſum fieri; ſed melius de [49] *Pſythia*. *Paſſum* autem dicitur a patiendo. Nam decoquitur muſtum, & inde fit paſſum: hinc [50] *Defrutum* dictum eſt, quod defraudetur, & quaſi fraudem patiatur. TENUISQUE LAGEOS. *Lageos* eſt, quae Latine leporaria dicitur: [51] [nam λαγὼς Graece lepus dicitur.] *Tenuis* autem, penetrabilis: quae cito deſcendit ad venas.

94. TENTATURA PEDES. Terentius Eun. IV. v. 3. *Neque* [52] *pes, neque mens, ſuum* [53] *ſatis officium facit*. OLIM autem adverbium eſt cujuslibet temporis.

95. PURPUREAE. Purpurei coloris. PRECIAEQUE. [54] Hae cito matureſcunt: unde & *preciae* dictae ſunt, quaſi praecoquae; quod ante alias coquantur. QUO TE CARMINE DICAM, RHETICA? Hanc uvam Cato praecipue laudat in libris, quos ſcripſit ad filium: contra Catullus eam vituperat, & dicit nulli rei aptam eſſe, miraturque cur eam laudaverit Cato. Sciens ergo utrumque Virgilius, medium tenuit, dicens: *Quo te carmine dicam, Rhetica?*

VARIORUM.

piamus, ut amarus ille ſit, non injucundus guſtatui. ipſe Mercurialis, haec non ſatis expediens, aliis excogitandum melius relinquit, ut & nos. BURM.

88. SYRIISQUE PYRIS. *Syriiſque pomis*. Ed. Veneta.

Ibid. GRAVIBUSQUE VOLEMIS. *Volaemis* Mediceus. HEINS. Ita & Mentelius primus. *volomis* alter Rottendorphius.

89. NON EADEM ARBORIBUS PENDET VINDEMIA NOSTRIS. *Pendent vindemia* Mediceus. de quo elegantiſſimo loquendi modo conſulantur, quae obſervamus Aeneidos VI. ỷ. 209. Donatus tamen in Eunuchum II. 3. Terentii agnoſcit *pendet*. HEINS. Vid. ad Ovid. II. Met. 688.

90. QUAM METHYMNAEO. *Quamve Methymnaeo* Crucquianus Commentator ad Horat. I. Od. 17. ſed prima longa eſt etiam Ovidio. I. Art. 57. *de ceſpite* Zulichemius. BURM.

91. SUNT ET. *Et ſunt* Leidenſis primus. *maracotides* Vratiſl. *Faſiae* Ed. Junt.

Ibid. ALBAE. Hanc vocem & ad Thaſias & Mareotidas refert Catroeus. de Mareotico vino vide Vlit. ad Gratii Cyneg. 313. BURM.

93. PASSO. Servius evidenti errore *Paſſum* & *defrutum* idem credit. *Paſſum* inde dicitur, quod ex uvis paſſis fieret, quae in fiſcellam includebantur, mox confuſae praelo ſubjiciebantur, unde paſſum defluebat. NANSIUS. *Tenuis* ab Eryth. in indice exponitur *vehemens*.

Ibid. PSYTHIA. *Phithia* Vratiſl. *Sithia* Mentelii prior. *Sithia* tertia. *Ligeos* Francianus. *Phitia* & *Lugeros* fragm. Moreti. *Pſithia* Voſſian.

94. TENTATURA. Columella III. 2. *iners habetur in tentandis nervis*.

Ibid. VINCTURAQUE LINGUAM. Male Giphanius, Indice Lucretiano in *vincere*, ex ſcriptis, & Donato in Eunuchum Terentii, *victura*. HEINS. *Juncturaque* Gudianus, Menagius uterque & Editio Juntae. *olim*, id eſt, quum inde vinum erit expreſſum, poſtea, denique. ut III. Georg. 303. & alibi. aliter Taubm. olim, id eſt tarde inebriatura. BURM.

95. PRAECIAEQUE. ET QUO. *Praecoquaeque* manus ſecunda Rottendorphii ſecundi. *praeciaeque quo te* Junt. Edit. *pretiae* Voſſian. pr.

96. NEC

46 mareotidas B. 47 deſunt B. 48 deſunt B. 49 Pſitha B. Pſithia in Creta inſula. *utilior* ad maturitatem cito currit, & gracile vinum facit. G. 50 defructum V. B. *dictum quod defraudatur* & q. fr. *patitur* R. L. V. Voſ. defraudetur & patitur. B. 51 deſunt L. V. R. B. Voſ. Steph. Dan. 52 *pedes* al. 53 deeſt V. L. Voſ. R. 54 haec B.

Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis.
Sunt etiam Amineae vites, firmiſſima vina:

Tmo-

SERVII.

96. [55] NEC CELLIS IDEO CONTENDE FALERNIS: Licet ſis a Catone laudata, tamen vino te Campano praeferre non debes. *Cellis* autem apothecis dicit: nam cellas [56] *vinarias* dicimus. Et *Falernus* mons eſt Campaniae, in quo optima vina naſcuntur.

97. SUNT ETIAM AMINEAE VITES, FIRMISSIMA VINA. [57] *Amineum* vinum dictum eſt, quaſi ſine minio, id eſt rubore; nam album eſt. Sane *Amineum* dici verſus probat, qui ſtare non poteſt, ſi, [58] *Aminnaeum* dixerimus. [59]

PHILARGYRII.

97. AMINEAE. AMINEOS. Ariſtoteles in Politicis ſcribit Theſſalios fuiſſe, qui ſuae regionis vites in Italiam tranſtulerint, atque illis inde nomen impoſitum.

VARIORUM.

96. NEC CELLIS IDEO. *Nec cellis adeo* malit ex ſuis Pierius. noſtri omnes pro vulgata ſtant ſcriptura. HEINS. *Ne cellis* ſecundus Rottendorphii, & alter Menagianus, & multi alii cum Juntina Edit. *caellis* Mentelii prior. vulgatam agnoſcit Acro ad Horat. I. Od. 20. & 27. & Seneca I. Nat. Quaeſt. II. *Rethia* Rottend. quae Servius hic de Catone & Catullo notat, inſigniter frigida videntur Urſino. Haec vero Virgilii reſpexit Strabo lib. IV. p. 206. quod Pierius notavit. BURM.

97. SUNT ETIAM AMINEAE VITES. Alciatus Ictus optimus maximus in Paradoxis cenſet legendum, *ſunt etiam Amineae vites.* vulgatam vero lectionem inemendatam ſuſpicatur, repugnante ſyllaba. Nos autem (pace tanti viri dictum eſto) arbitramur, quod ille reſpuit, poſſe admitti, & ſuſtineri, cum apud Graecos legatur aliquando ἀμιναῖος, ut apud Dioſcoridem lib. V. de Omphaſio, neque tanta eſt Auſonii autoritas, ut ejus exemplo debuerit jam recepta lectio immutari. MUSON. Cum de voce controverſiae ſunt, quomodo ſit ſcribenda: tum de loco, ubinam ager Amineus fuerit. vox, ut hic ſcribitur, ita etiam invenitur in antiquo Megonii teſtamento, apud Gruter. CCXV. 27. vitem ex Graecia tranſlatam auctor eſt Ariſtoteles: locum indicat Probus, dicens ex Chio fuiſſe. Nobilis autem imprimis habita, & multis Italiae locis ac regionibus communis. Thuſciae, ut Galenus prodidit memoriae: Campaniae circa Veſuvium & colles Surrentinos, ut Columella. Eidem prope Sueſſam & agrum Falernum, ut Macrobius. Lucaniae juxta urbem Petiliam, ut ex Megonii teſtamento ibidem invento colligitur, in quo inter caetera haec leguntur verba. VINEAM VOBIS AUGUSTALES IDCIRCO DARI VOLO, QUAE EST AMINEA: UT VINUM USIBUS VESTRIS DUNTAXAT, DUM PUBLICE EPULAS EXERCEBITIS, HABERE POSSITIS. Vino Amineo firmitatem Virgilius, aſperitatem tribuit Galenus. cum Chio alii omnes ſuavitatem. Colore fuiſſe album Servius ait, nigrum vero Plinius. FABRIC. Ἀμμίνειον eſt Graecis. Sereno tamen Samonico cap. 38. *Aut in Amineo cochleas haurire Lyaeo.* ſed antiqua exemplaria Pithoei, & duo praeterea, quibus ego ſum uſus, *in Bythino Lyaeo* illic agnoſcunt. quare accedo libris Pierii vetuſtis, qui, *ſunt etiam Ammineae vites.* quomodo & Mentelianus prior a manu prima, ac alii nonnulli, & caeteri noſtri magna ex parte, niſi quod *Amineae* in altero Menteliano. Praeſertim cum & Mediceus exhibeat: *ſunt etiam Aminneae vites.* ſed idem Samonicus cap. XXIX. *Succus Aminaeae vitis cum pane medetur*, pro altera ſcriptura ſtat. Auſonius ad Urſulum. *Cecropiae commune decus Latiaeque Camoenae, Solus qui Chium miſcet & Ammineum.* Galeno tamen libro XII. Methodi medicae, Ἀμιναῖος οἶνος eſt. qui duplicem ejus ſpeciem facit, alterum Aminaeum Neapolitanum, alterum Siculum appellans. in Geoponicis Conſtantini Caeſaris libr. VIII. cap. 21. lemma eſt, Ἀμιναίου οἴνου ποίησις. Dici autem id vinum ab Aminaeo Campaniae oppido, idem Galenus teſtatur. Macrobius Saturnal. libro II. cap. 16. *Amineum vinum* atque Falernum eadem facit. apud Priſcianum lib. XVII. legitur: *Sunt & Aminaeae vites.* Q. Septimius Serenus apud Terentianum Maurum tres pri-

[55] CELLIS, ubi vina conduntur. hoc dicit licet &c. G. [56] *vinaria* V. [57] *Aminaeum* B. *Amyneum* al. *Aminiam* dictum G. [58] *Aminneum* L. Voſſ. R. Steph. Dan. Fabr. [59] item *Amineas* ab agro Amineo, unde vitem hanc tranſlatam dicunt G.

Digitized by Google

Tmolius adſurgit quibus, & rex ipſe Phanaeus,
Argitiſque minor: cui non certaverit ulla,

Aut

SERVII.

98. TMOLIUS ASSURGIT QUIBUS ET REX IPSE PHANAEUS. Duplex eſt hoc loco [60] expoſitio: [61] nam alii volunt [62] ſine vitio in ſubauditione eſſe poſita, quae aperte dicere non poſſumus; ut ſit, *quibus vinis aſſurgit*, id eſt [63] cedit vinus *Tmolius & Phanaeus*: quod ſi aperte dicatur, eſt utrunque vitioſum; tamen [64] *Vinus* de Graeco traxit: nam [65] οἶνον dicunt. Pleraque autem ſubaudiri, quae aperte non poſſumus dicere, & ipſe alibi docet, dicens [66] [de Alecto] VII. Aen. 498. *Nec dextrae erranti deus abfuit*: [67] [quod penitus dicere non poſſumus, quum Alecto foemininum ſit.] Et Salluſtius fragm. lib. III. qui ait: [68] *Quis a Sertorio triplices inſidiae, per idoneos ſaltus poſitae erant. Prima*, & ſubaudiendum reliquit, *inſidia*: quod [69] penitus dicere non poſſumus. Alii autem ad ſuperiora referunt, ut *Quibus*, non ad vina referamus, ſed ad vites: ut ſit, quibus vitibus cedit [70] Tmolus & Phanaeus, [71] [montes vitibus conſiti. Et eſt figura; qualis illa in Aeneide IV. 354. *Me puer Aſcanius, capitiſque injuria chari: Quem regno Heſperiae fraudo*: ſcilicet quem Aſcanium, non, quem caput. *Tmolus* mons eſt Ciliciae: *Phanaeus*] mons eſt in [72] promontorio Chii, dictus a Phanaeo rege. [73] Ut autem *Aſſurgit*, cedit ſit, tractum eſt a ſedentibus, qui in honorem [74] alicujus aſſurgere conſueverunt. REX IPSE PHANAEUS. [75] De Lucillio hoc tractum eſt, qui ait, Χῖος τε [76] δυνάστης, id eſt, οἶνος.

99. ARGITISQUE MINOR. Quantum ad ſolam [77] pertinet ſpeciem. [78] [CUI NON CERTAVERIT ULLA. Id eſt nulla ſe ei in his, quae ſequuntur, comparare contendat.

VARIORUM.

primas ſyllabas in *Amineum* corripuit. verſus ejus ecce: *Quando flagella jugas, ita juga vitis & ulmus uti ſimul eant. Nam niſi ſint paribus fruticibus umbra nec ut teneras Amineas.* Meminit & *vitis Amineae* Vopiſcus in Floriano. Ridicule Iſidorus in Originibus *Amineum* tamquam *ſine minio* dictum eſſe aſſeverat, quod id vinum albi eſſet coloris. Certe, ſi Macrobio credendum, qui Falernum cum Amineo confundit, non potuit id vinum albi ſemper coloris fuiſſe, cum Falerna ut plurimum eſſent nigra. In Columellae veterrimo exemplari *Amineum* per ſimplex *m* extratum occurrit plerumque, & tamen ſubinde *aminneum* quoque, & *ammineum*. Ἀμιναῖος οἶνος Heſychio, quem vide, qui Peucetiam dictam *Aminaeam* vult. Ἀμμιναίας σταφυλὴ Dioſcoridi. vide Digeſt. L. XXXIII. T. VI. l. 16. §. 2. de Tritico, Vino legato. ubi de *Aminaeo*, Feſtus videtur legiſſe: *Sunt & Taminiae vites.* vide omnino Scaligerum in *Taminia*, p. 204. *Aminneum* frequenter apud Catonem de R. R. ſcribitur, ut illic conſtanter codices, niſi quod ſemel *Aminnium*. apud Varronem de R.R. *Aminnaeum* fere ſemper. apud Columellam codices plerumque *Aminea*, interdum tamen *Aminnea*. apud Plinium *Amminea*. In veteri Inſcriptione AMINEA. vide Popmam in Catonem, ult. edit. p. 159. HEINS. De hoc vino multi viri docti egerunt, & varie de forma ſcribendi hoc nomen diſſeruerunt, vide ad Seren. Samon. cap. XXIX. Vinet. ad Auſon. Epiſt. XVIII. Harduin. ad Plin. XIV. Emend. 5. C. Sam. Schurtzfleiſchius in antiquitatibus Deipnoſophiſticis, defendit lectionem Vaticani codicis: *ſunt & Amineae vites.* in Regio eſt, *Sunt etiam Amineae.* ſed, *Sunt & Amineae* Voſſ. Parrh. & L. a m. ſec. Heſychii locus ab Urſino & Heinſio adductus *Aminaeae* videtur poſcere. in Columella III. cap. 2. ter *Amineae* occurrit. *Ammineae* non vidi in ſcriptis. neſcio fere quid eligam. Cogitabam etiam, quia durior videbatur appoſitio, *vites vina firmiſſima*,

60 compoſitio. nam alii volunt ſine vino. alii autem ad ſuperiora referunt, quibus non ad vina referamus, ſed ad vites, ut ſit, quibus cedit Tmoleus & Paneus, montes vitibus conſiſteotes (conſiti) G. 61 jam B. 62 ſine dubio al. 63 cedit Tmolus & Steph. Dan. cedit & Tmolus & al. 64 vinum Fabr. 65 οἶνος al. 66 deſunt V. Steph. Dan. 67 deſunt L. V. R. B. Voſ. 68 *quia Sertorio* Fabr. al. *poſitae errant* V. L. Voſ. 69 deeſt Steph. Dan. 70 Tmolius V. L. Voſ. R. B. & mox iterum. 71 deſunt B. 72 promunctorio L. V. Voſ. 73 *Aſſurgit* vero cedit ſignificat, quod tractum al. 74 alicui B. ſurgere V. L. Voſ. R. 75 Phanaeus promontorium Siciliae, ubi Apollinis templum eſt. Tmoleum & Paneum dicunt. Item Tmoleus a monte Libyae (Lydiae) Tmolo, Tmolium vinum Phanaeus promontorium Chii, unde & Chium vinum Tmoleum & Panaeum dicendo Tmolium & Chium vinum oſtendit. G. 76 δύνασης οἶνος Fabr. al. δυνάσας, id eſt οἶνος Steph. Dan. Ex codice δυνάσας, id eſt in hoc V. id eſt INOC L. 77 hoc ſcribit. Theſſalos &c. Commel. Ed. 78 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. ad ℣. 101.

Digitized by Google

Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te, DIs & menſis adcepta ſecundis,
Tranſierim, Rhodia, & tumidis, Bumaſte, racemis.
Sed neque quam multae ſpecies, nec nomina quae ſint,
Eſt numerus: neque enim numero conprendere refert:
Quem qui ſcire velit, Libyci velit aequoris idem

Di-

SERVII.

100. Aut tantum fluere. Id eſt, tam abundans eſſe.]

101. Mensis et diis accepta secundis. [79] [Grata & ſacrificiis & menſis ſecundis] pomorum ſcilicet.

102. [80] [Rhodia. Rhodos inſula eſt, cujus nunc vinum laudat.] Bumaste. [81] Uva in mammae bovis ſimilitudinem. [82] [Tumidis racemis. Turgentibus.]

103. Sed neque quam multae species &c. Scit apud diverſos lecta eſſe innumerabilia vitium genera; quibus offenſus ait, Colligere tanta vitium genera, nec utile eſt, nec poſſibile. Qui enim conatur univerſa cognoſcere, debet etiam impoſſibilia ſcire, ut eſt arenarum vel fluctuum numerus.

105. [83] [Libyci aequoris. Id eſt, Africani. Ipſe alibi IV. Aen. 257. *Litus arenoſum Libyae.*]

PHILARGYRII.

101. Mensis secundis. *Menſis*, quae poſt inferuntur: per quod ſignificat & eſui & potui bona.

102. Diis accepta secundis. *Diis ſecundis* intelligit, hoc eſt, propitiis.

104. Refert. Aut intereſt, aut prodeſt.

105. Libyci. Ipſe alibi. *Litus arenoſum Libyae*, dixit.

VARIORUM.

ſima, legi poſſe, *Dant etiam Amineae vites firmiſſima vina.* ſed quia codices omnes *ſunt* habent, non audeo aliquid novare. Alciatus non in Paradoxis, ut Muſonius, ſed Diſpunct. lib. I. ult. videtur probare, *ſunt etiam Amineae vites.* ſed in l. XVI. §. 2. de Tritico, vino vel oleo leg. pro *Aminaeum*, ut ibi legitur, vult Graeca voce ἄμεινον, id eſt *optimum* legi. pro *firmiſſima* erat in Moreti quarto *fortiſſima*, etiam non male. ut ita *fortes herbae* Ovid. XV. Met. 538. & *fortia medicamina* de medicam. Fac. 35. & ſimilia plura. & ſolent hae voces a Librariis commutari. vid. ad Ovid. VII. Metam. 457. & alibi. BURM.

98. Tmolius adsurgit. Ita noſtri potiores & duo veterrimi Pieriani, bene. male Giphanius Indice Lucretiano ex ſuis *Tmolus aſſurgit*. *Tmolius* refer ad τὸ *rex*. ſic *Tmolia terra* alibi. & apud Naſonem, *Gargara quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos, Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos.* HEINS. *Tmolus* alter Rottendorphius & Edit. Ald. & Juntina, quartus Moreti, & Parrhaſ. *rex ipſe Favenus* Vratiſl. *Thmolius* Francianus. *Timolus aſſurgit* fragm. Moreti. *Timolius* Voſſ. prior. Erythr. vulgatum tuetur. Regem dici adfirmant interpretes vinum Tmolium & Phanaeum, ſed ſine exemplo. ego reges veros intelligi puto, qui olim in illis partibus regnarunt, & vina ſua jactarunt, qui, ſi nunc viverent, cederent Amineis. *Phanae* promontorium Chii inſulae apud Thucydid. lib. VIII. 24. de *Tmolo* vid. Erythr. Indicem. Serv. ad VI. Ecl. 66. *Tmolus* habet, & Tmolum facit montem *Ciliciae*, quum ſit Lydiae: ſed vid. ſupr. ad lib. I. 56. BURM.

99. Argitisque. *Archivuſque* alter Rottendorphius. *Argutiſque* fragm. Moreti. *non cui* Venetus.

101. Non ego te, mensis et diis adcepta secundis. Legendum ex noſtris omnibus, *Non ego te, Dis & menſis.* quod & Scholiaſtes Horatianus Crucquii agnoſcit ode quinta libri quarti. Dis acceptam ait: quod ejus uſus plurimus in ſacrificiis. *ſecundis* ad menſas refer, non ad Deos. HEINS. *Nonne* Mentelius prior. defendit vulgatam

79 deeſt al.
80 deſunt L. Voſ. R. V. B. Steph. Dan.
81 genus uvae longum. hujus racemum in ſimilitudinem mammae bovis G.
82 deſunt V. R. Voſ. L. B. Steph. Dan.
83 deſunt L. Voſ. R. V. B. Steph. Dan.

Digitized by Google

Diſcere quam multae zephyro turbentur arenae:
Aut, ubi navigiis violentior incidit eurus,
Noſſe, quot Ionii veniant ad litora fluctus.
Nec vero terrae ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices, craſſiſque paludibus alni
Naſcuntur: ſteriles ſaxoſis montibus orni:

Li-

SERVII.

109. Nec vero terrae ferre omnes omnia possunt. Aut generale eſt, ſicut ait in primo ℣. 53. *Et quid quaeque* [84] *ferat regio:* aut ad ſuperiora pertinet, ut ſit ſenſus talis: Non prodeſt [85] noſſe cuncta vitium genera: nec [86] enim omnia procreantur in omnibus terris.

110. Crassis paludibus. Lutoſis naturaliter.

111. [87] [Steriles saxosis montibus orni. Non ſolum in omnibus terris minime naſcuntur, ſed etiam ea, quae propria ſunt ſingulis regionibus, non ubique in eis proveniunt; ſed diſtinctis propriiſque locis naſcuntur: ut quaedam juxta flumina, quaedam in montibus, nonnulla in locis paluſtribus oriantur. Si ergo una regio arbores ſibi naturaliter inſitas non in quibuſcumque locis, ſed diſtinctis & certis profert, multo magis una provincia vel regio, non poteſt univerſas arbores diverſi generis continere.]

VARIORUM.

tam lectionem Luiſinus lib. I. Parerg. cap. 7. ſed, *te Dis & menſis.* etiam Francianus & Tollianus, Voſſianus, Parrh. Regius, & fragm. Moreti. intelligi hic Τρώξιμον docet Politian. lib. VII. Epiſt. 35. BURM.

102. Transierim. *Tranſieram* Zulichem. a manu pr. & Edit. Genevenſis.

Ibid. Bumaste. Legitur & *Bumaſta*, quam *bumammam* tranſtulit Varro, a ſimilitudine τοῦ μάστου, ut ſit Βουμαστὸς, quaſi grandius uber habens. craſſa enim & carnoſa eſt, menſis, quam lacubus, utilior. & melius ad eſcam, quam in liquorem ſtringitur, ut & Columella de Orcade tradidit. FABRIC. *Bumaſthe* cum adſpiratione ſcribunt male, etiam codices Macrobii ſub finem Saturnalium ſecundi, ubi varias vites recenſet, *bumamma*, *aut, ut Graeci dicunt*, Βουμαστὸς. ſed aliter Cato, Columella & Plinius. Μαστὸς enim mamma. *Bumaſtus* bis corruptum apud Columellam lib. XII. 34. *ſed muſtum de bumaſto.* ubi *de ſubmaſta* legitur, & cap. 38. *per vindemiam ex vetere bumaſto*, pro *arbuſto*. HEINS. Vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 259.

103. Nec nomina. *Et nomina* Voſſianus unus & Moreti fragm.

104. Est numerus. *Et numerus* Ed. Venet.

105. Quem qui. *Quem ſi* Gudianus. *quae qui* Leidenſis unus a manu ſecunda.

106. Discere. *Dicere* Mediceus, & alii non pauci, ſed perperam. vulgatam quippe ſcripturam & Columella agnoſcit libro III. R. R. cap. 2. & Claudianus expreſſit libro primo in Eutropium ℣. 32. manifeſta imitatione, *Si pelagi fluctus, Libyae ſi diſcis arenas, Eutropii numerabis heros.* deinde apud Columellam in vulgatis libris, *verſentur arenae*, non *turbentur*. ſed veterrimus S. Germani codex, quem conſului, *turbentur*, plane, ut in omnibus Maronis exemplaribus. apud Cariſium libro primo perperam *turbantur*. HEINS. *Turbantur* etiam Menagianus alter. Leidenſis prior & Zulechemius. *turpentur* Vratiſl. *diſcere & turbentur* legitur apud Crucquianum Interpretem Horatii I. Od. 28. apud Amm. Marcel. XXXI. 4. *truduntur* vel *trudentur* legitur. BURM.

107. Navigiis. Gloſſa Reg. Cod. id eſt navigationibus. ſed licet ita recentiores ſcriptores uſurpaſſe conſtet, hic pro ipſis navibus commode capi poteſt. ut & inf. 443. vide ad Rutilii Iter lib. I. 541. BURM.

108. Veniant. *Venient* ſecundus Moreti. *Eonii* Rottendorph. *quod Ionii* Gudianus.

112. Lae-

84 *requirat* B. 85 *noſſere* V. 86 *deeſt* Steph. Dan. 87 *deſunt* L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan.

Litora myrtetis laetiſſima: denique apertos
Bacchus amat collis, aquilonem & frigora taxi.
Adſpice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoaſque domos Arabum, pictoſque Gelonos.
Diviſae arboribus patriae. Sola India nigrum
Fert ebenum: ſolis eſt turea virga Sabaeis.
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno

Bal-

SERVII.

112. LITTORA MYRTETIS LAETISSIMA. Locum poſuit pro ipſis arboribus; ſicut *ſalictum* pro ſalicibus. Nam *myrtetum* eſt locus: arbor vero ipſa *myrtus* vocatur. DENIQUE APERTOS BACCHUS AMAT COLLES. Hinc eſt, quod vites [88] amant montium laxiora, [89] [vel ſcopulos: nam dicit Bacchum colles amare, ut ſignificet vineas in montibus plerumque fertiliores exiſtere, licet etiam planities plurimae vino ſint fertiles.

113. ET FRIGORA TAXI. *Taxus* eſt arbor venenata. Et *taxi* hic pluralis eſt numerus. Et hoc dicit: *Bacchus amat colles*, id eſt, vites uberiores ſunt in montibus: *Taxi amant Aquilonem*, qui eſt ventus frigidus.]

114. ASPICE ET EXTREMIS. [90] Intuere etiam extremum orbem cum ſuis cultoribus domitum: nam ſubaudimus CUM. Et per tranſitum majeſtatem Romani laudat imperii.

115. EOASQUE DOMOS ARABUM. [91] Arabia, Panchaia, & Sabaeorum gens [92] eadem eſt, [93] apud quam tus naſcitur, ut, *Solis eſt turea virga Sabaeis*. Item inf. 138. *Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis*. Plautus: *Arabico* [94] *ture*. PICTOSQUE GELONOS. Stigmata habentes: [95] populi Scythiae, ut IV. Aen. 14. *Pictique Agathyrſi*. [96]

116. DIVISAE ARBORIBUS PATRIAE. [97] Regiones, ut I. Aen. 380. *Italiam quaero patriam*. SOLA INDIA NIGRUM FERT HEBENUM. Atqui & in Aegypto naſcitur; ſed Indiam, omnem plagam Aethiopiae [98] accipimus. Sane & *haec hebenus*, & *hoc hebenum* dicitur: hic neutro uſus eſt; Lucanus vero ait X. 117. *Hebenus Mareotica vaſtos Non operit poſtes*. *Hebenus* autem arbor eſt, quae caeſa dureſcit in lapidem.

117. [99] [SOLIS EST TUREA VIRGA SABAEIS. Apud Sabaeos tus naſcitur, qui (ut ſupra dictum eſt) iidem ſunt & Arabici, & Panchaici.

118. ODORATO SUDANTIA LIGNO. Id eſt, quorum ligna odoriferum ſuccum referunt.]

VARIORUM.

112. LAETISSIMA. *Mitiſſima* Francianus. an pro *ditiſſima*, ut mox ℣. 136.? ſed nihil mutandum temere. BURM.

113. AMAT. *Amant* Leidenſis ſecundus.

114. DOMITUM CULTORIBUS. Servium haec non bene explicare, credit Cl. Dorvilius, qui, *domitum orbem extremum a cultoribus*, id eſt ab agricolis, intelligebat. ſcilicet non ſolum Italia, Graecia, Aegyptus, Aſia minor, ſed remotiſſimae etiam regiones coluntur: ſive verſus ſeptentriones, ſive verſus meridiem eas, quas partes per geminos, quos memorat, populos indicat. in quarto Moreti deerat copula *&*. unde forte poſſet legi:

Adſpice & extremum, domitis cultoribus, orbem.

ut ſint abſoluti ablativi. certe Servius *Extremum orbem* agnoſcere videtur, & *cultoribus* explicat, *cum* cultoribus, ut ſaepe *cum* ſubintelligi notavi. vid. inf. lib. IV. 483. & alibi. *extremum*

vero

88 amant montium ſcopulas. Cod. Urſ. credo, ſcopulos. 89 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. Dan. ad ℣. 114. 90 in iſto loco omnes regiones laudat, ſed oppoſito crimine, ut ad panegyricum Italiae major jam eſſe videatur. G. 91 Arabia eſt V. 92 deeſt Steph. Dan. falſum eſſe eamdem gentem eſſe docet Salmaſ. Exerc. Plin. p. 387. 93 apud quos tantum naſcitur B. 94 *adore* legitur apud Plautum in Milit. II. pro, & v. 2. 95 & ſunt populi al. 96 Geloni Thraces ſunt. a Gelone Herculis & Chaniae Nymphae filio dicti. & ideo quia ſtigmata compunctionum habent. Hi in Africa ſunt, non longe, a pennis, (f. Poenis) qui aquoſae dicunt *pictos*. G. f. qui aeque ſe d. pictos. vel ſubeſt Punica vox. 97 Regionis Steph. Dan. al. 98 Accipiamus V. B. Voſ. R. L. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 725. & ſeqq. 99 deſunt Voſ. R. V. L. B. Steph. Dan. ad ℣. 119.

Balſamaque, & baccas ſemper frondentis acanthi?
Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis? ubi aëra vincere ſummum
Arboris haud ullae jactu potuere ſagittae.

Et

SERVII.

119. Balsamaque. *Que* vacat, ut alibi v. Aen. 468. *Dixitque, & praelia voce diremit.* Sane *Balſamum* eſt arbor ipſa; *Opobalſamum*, ſuccus collectus ex arbore: nam ὀπὸς dicitur ſuccus; [1] τὸ ξύλον lignum: [2] [unde Xylobalſamum, lignum ipſius arboris.] Probatio autem opobalſami, ut dicit [3] Plinius, haec eſt, *Si contra ſolem feratur, & corruptum non ſit, manum ferentis exurit.* [4] Semper frondentis acanthi? *Acanthus* [5] arbor eſt in Aegypto, ſemper frondens, ut oliva, laurus: & [6] *Acanthus* dicta, quia ſpinis eſt plena: ἄκανθος enim ſpina eſt: [7] [nam eſt ſpinoſa arbor.] [8] Abundat hac etiam Circina inſula.

121. Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres? Apud [9] Aethiopiam, Indos, & Seras, ſunt quidam in arboribus vermes, & bombyces appellantur; qui in aranearum morem tenuiſſima fila deducunt, unde eſt [10] ſericum: nam lanam arboream non poſſumus accipere, [11] quia ubique procreatur. Depectant. Decerpant; ſed alii *depectat* legunt: quod ſi eſt, *Seres*, poſuit pro *Ser*: ſicut *trabes* pro *trabs*. Sic Lucanus I. 19. *Sub juga jam Seres, jam barbarus iſſet Araxes.*

122. Oceano propior gerit India lucos. Haec enim habet arbores magnas, quae eſt juxta Oceanum: hinc eſt: *Extremi ſinus orbis.*

PHILARGYRII.

122. Gerit. Pro habet, ut alibi I. Aen. 315. *Virginis os, habitumque gerens.*

123. Aera. *Aëra arboris*, nunc pro cacumine: aut aërem eum dicit, qui circa cacumen eſt.

VARIORUM.

vero orbem noſter & alii centies dixerunt. vid. inf. 123. & ita Lucan. VI. 328. & alii. BURM.

115. Domos. *Domus* Venet. *Gelones* Francianus.

116. Sola India. *Sed India* Francianus. *hebenum* etiam Mſſ. multi & edit.

118. Quid tibi. *Quid & odorato.* Ed. Veneta. *& quid* Salmaſ. Exerc. Plin. p. 375. quem vide.

119. Baccas. *Bacas* Voſſ. Regius & alii, & ita alibi.

120. Canentia. *Albantia* Leidenſis unus.

121. Depectant. *Depectent* alter Rottendorphius. *& foliis* Mentelii prior. & Parrhaſ. *deſpectant* Voſſ. prior & fragm. Moreti.

122. Propior. *Proprio* Voſſianus prior a manu ſecunda. per *lucos* hic arbores in oriente celeberrimas, *Cocos*, intelligit Catroeus. *gerit* cur dicat, vid. Brouckh. ad Propert. III. IX. 10. BURM.

123. Extremi sinus. *Extremique ſinus orbis, ubi vincere ſummum* Parrhaſ. non, ut Maſvicius prodit, *ubique aëra vincere ſummum*, ut ita ſeptem pedibus exſultet verſus. BURM.

124. Haud ullae. *Aut ullae* Mediceus, Gudianus, Leidenſis & Francianus.

125. Non

1 Xylobalſamum lignum ipſius arboris L. V. R. Voſ. ſuccus Xylobalſamum B. Balſamum. fructus ipſius arboris Opobalſamum dicitur G. 2 deſunt V. B. Steph. Dan. 3 vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 418. manus viri docti, *contra ſolem teratur*, & mox *terentis*. 4 in India quaedam arbores ſunt, e quibus lacrymae emanant, quod *balſamum* vocant G. 5 herba Cod. Urſ. 6 Acanthos B. Ac. dicta quaſi al. 7 deſunt L. V. B. Steph. Dan. item *Acantid*, de quo Gniſo ſcripſit, quod in ejus flore veſtis *Acanthia* dicitur. G. quod in ejus flore tincta, dedit Heinſ. ad Claud. Epith. Honor. 95. 8 abundat haec etiam in Cyrenaica inſula Fabr. al. Cirnia V. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 730. 9 deeſt Steph. Dan. apud Aethiopiam ſunt & Indos atque Seras G. apud Aethiopiam, Indos & Seres Cod. Urſ. 10 ſericum veſtitum procreatum B. 11 quae V. L. Voſ. R. procreantur B.

Et gens illa quidem ſumtis non tarda pharetris.
Media fert triſtes ſucos, tardumque ſaporem
Felicis mali; quo non praeſentius ullum,
Pocula ſi quando ſaevae infecere novercae,
Miſcueruntque herbas & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.

Ipſa

SERVII.

125. NON TARDA. Id eſt, ſtrenuiſſima: nam [12] Litotes figura eſt.

126. MEDIA FERT TRISTES SUCCOS. *Di*, ſine ſibilo proferenda eſt: Graecum enim nomen eſt: & *Media* provincia eſt. TRISTES autem ſuccos, Amaros, ut I. Georg. 75. *Triſteſque lupini*. TARDUMQUE SAPOREM FELICIS MALI. Apud Medos [13] naſcitur quaedam arbor, ferens mala, quae *medica* vocantur: quam per periphraſin oſtendit, ejus ſupprimens nomen: hanc plerique citrum volunt; quod negat Apulejus in libris, quos de Arboribus ſcripſit: & docet longe aliud genus arboris eſſe. *Tardum* autem *ſaporem* dicit, vix intelligibilem, quod illi ad carnem [14] mediam citri referunt: [15] nam prima & interior [16] facile ſuum oſtendit ſaporem.

127. FELICIS MALI. Secundum eos, qui dicunt citrum [17] foecundum: [18] nam haec arbor, id eſt [19] citri, omni pene tempore plena eſt pomis, quae in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore ſunt [20] poſita. Aut certe *Felicis*, ſalubris: nulla enim efficacior res eſt ad venena pellenda.

128. SAEVAE NOVERCAE. Aut [21] hae, quae ſaevae [22] ſunt: aut epitheton eſt omnium novercarum.

129. NON INNOXIA VERBA. Litotes [23] [figura eſt] id eſt, nocentiſſima. Et eſt augmentum, quaſi parum putent venena miſcere, niſi etiam magicos cantus addiderint.

130. MEMBRIS AGIT ATRA VENENA. [24] Radices, nuces, [25] lupini, citrum, apium, proſunt contra futurum, non contra jam acceptum venenum. Unde etiam antiquitus ante ullas alias epulas, haec ſolebant menſis [26] apponi. Apparet ergo non eum de citro loqui in praeſenti, cum dicit MEMBRIS AGIT ATRA VENENA. [27] Jam data.

PHILARGYRII.

126. TRISTIS SUCCOS. Auſteros, amaros. TARDUM. Gravem, aut diu palato immorantem.

VARIORUM.

125. NON TARDA PHARETRIS. *Haud tarda pharetris* Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro III. Ode 4. in fragmento Gudiani codicis, *aut dura*. & ſane *tardum ſaporem* proxime ſubjungit. HEINS. *Non tarda ſagittis* fragm. Moreti. *non tarda* eſt peritiſſima, callens arte ſagittandi. non indocta, ut Gloſſa Reg. Cod. ſic Terent. Heaut. III. II. 4. *Ille Cliniae ſervus tardiuſculus eſt*. Quum vero eo ſenſu & *durus* dicatur, ut Servius ad III. Aen. 94. *Dardanidas duros* explicat, de inſipientia eorum, qui non intellectuſi ſunt. hinc varia illa lectio in Gudiano fragmento videtur orta, niſi quis vellet etiam ſequenti verſu pro *tardum ſaporem* reſcribere *durum ſaporem*. quod conveniret *triſtibus ſucis*. nam illi aeque cito ac dulces deprehenduntur. *durum* vero *ſaporem* pro aſpero dixit noſter Lib. IV. 102. certe vix credo bis eamdem vocem a Poëta poſitam. BURM.

127. PRAESENTIUS ULLUM. Donatus in Phormionem Terentii. at Macrobius libro ſecundo Saturn. cap. 15. *praeſtantius ullum*. male. ubi tamen pluribus hunc locum illuſtrat. HEINS. *Praeſtantius* Parrhaſ. vid. lib. I. 10. & XII. 152. & paſſim ita variant ſcripti. BURM.

129. MISCUERUNTQUE. *Miſcuerantque* Francianus. *miſcuerintque* fragm. Moreti. ita variant codices. & lib. III. 283. per *verba* intelligit carmina

&

12 Liptotes Steph. Dan. al. ut ſaepe. 13 quaedam arbor eſt G. 14 medicam cicatrix G. 15 deeſt B. 16 ut facilis a. o. s. vel tardum, diu inhaerentem ori G. 17 foecundi V. G. Voſ. L. R. B. 18 deeſt B. 19 citrum o. fere t. plenum G. 20 deeſt G. 21 illae Fabr. al. 22 ſunt G. 23 deſunt Voſ. R. L. 24 Radices enim nuceſque ac lupini acceptum nomen fugiunt G. 25 lupinum V. 26 apponere B. 27 id eſt, jam Voſ.

Ipſa ingens arbos, faciemque ſimillima lauro;
Et, ſi non alium late jactaret odorem,
Laurus erat. Folia haud ullis labentia ventis:
Flos ad prima tenax. Animas & olentia Medi
Ora fovent illo, & ſenibus medicantur anhelis.

Sed

SERVII.

131. FACIEMQUE SIMILLIMA LAURO. Figura Ciceronis, qui ait in Caeſarianis: *Sed ſimillimum deo judico.* Sane etiam [28] haec probat citrum non eſſe: nam citri arbor & multum non poteſt creſcere, & multo habet folia majora quam laurus.

132. ALIUM LATE JACTARET ODOREM. Et [29] infinitum emittit ſuum odorem, & [30] longe alium [31] [quam laurus.]

134. FLOS APPRIMA TENAX. *Apprima*, [32] id eſt, maxime. Et eſt nomen pro adverbio, ſicut III. Georg. 499. *Et pede terram Crebra ferit*, pro crebro. ANIMAS. [33] Δυσπνοιαν, id eſt, pulmonis vitioſum anhelitum; [34] quod exprimit, ſubdens: *Senibus medicantur anhelis.* OLENTIA ORA. Putentia, id eſt, δυσωδίαν oris. Notandum ſane huic uni tantum arbori incubuiſſe Virgilium, & expreſſiſſe ubi [35] ſit, qualis ſit, cujus poteſtatis [36] ſit; ſicut in quarto de herba amello, quod, qui de arboribus aut herbis [37] ſcripſerunt, in omnibus exequuntur.

PHILARGYRII.

134. OLENTIA. *Olentia*, & ad animas eſt referendum, & ſubaudiendum male olentia. Sic Plautus in Milite glorioſo III. I. 53. *Tum in Apulis non ſum natus, non ſum* [38] *animata.*

135. ANHELIS. *Anhelis* autem illis, qui anhelant, & deficiunt.

VARIORUM.

& murmura magica, de quibus vid. ad Valer. Flac. VII. 389. BURM.

130. AGIT ATRA. *Agitata* Vratiſl. *agit* pro exigit. vid. ad Samon. cap. XLVI. *fugat* explicat Nonius in *agere*. pellit, excludit Servius ad IV. Aen. 245. BURM.

131. FACIEMQUE SIMILLIMA LAURO. Vertit locum Theophraſti libr. IV. cap. 4. pene ad verbum. ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς δάφνης. Animadvertendum autem in vulgatis libris non δάφνης, ſed ἀνδράχνης corrupte legi: in quo lapſus videtur Theod. Gaza, qui *portulacam* vertit; recte igitur aliquot eruditiſſimi viri indicarunt eam ſcripturam non carere mendo: quo cum diu torquerentur, ἀδράχνης pro ἀνδράχνης non ſatis recte ſubſtituerunt. nos autem quam repoſuimus lectionem, veram eſſe exiſtimamus. ita enim legi debere admonet Athenaeus lib. VII. a quo hic ipſe Theophraſti locus adducitur. ubi, δάφνης pro ἀνδράχνης ſcriptum eſt. verba vero illa ἀνδράχνης, καρύας. quae in eum locum irrepſerunt, inepti alicujus gloſſema eſſe exiſtimo, rejiciendaque omnino videntur, quoniam a veteribus quoque libris abſunt. URSIN. Vid. Bodaeum ad Theophr. p. 342. qui ἀδράχνης praefert. *ſimillima lauros* Medic. a m. pr. BURM.

132. JACTARET. *Ructaret* Venetus. vid. ad III. Aen. 576. Servium.

134. APPRIMA. *Ad prima* ſcripti noſtri. & recte. ſic *in primis*, & *cum primis*. Aruſianus Meſſius: *Ad prima vel Adprime*, Virgil. II. *Flos ad prima tenax. Terentius Andria, Adprime. Meis me omnibus adprime ſcio eſſe obſequentem. apprime* Giphanius ex vetuſtiſſimo codice & Servio Indice Lucret. in *E breve. a primo* non diſſimili modo habes quoque apud ſcriptores antiquos, ut erudite obſervavit Gronovius noſter ad Senecae Herculem Furentem ℣. 213. & ad ſcripta ejuſdem Senecae Philoſophica. Nat. Quaeſt. V. 14. *adprimus* dixiſſe veteres ex Livii Odyſſea notat Gellius libro VII. cap. 7. *Ibi denique vir ſummus adprimus Patroclus.* Iiſdem antiquis & *adpotus* & *adprobus* dictum ibidem obſervatur. Is ipſe Gellius libro XVII. cap. 2. ex Quadrigarii Annalibus *comprime* pro *ad-*

prime

28 hoc probat Fabr. al. haec probant V. L. Voſ. R. B. 29 infinitium V. 30 deeſt V. L. Voſ. R. B. 31 deſunt iisdem. 32 prime, maxime B. 33 deeſt L. 34 vel halitus foeditatem, quod O. 35 deeſt R. B. ſtet Fabr. 36 deeſt Fabr. 37 dicunt V. L. Voſ. R. B. 38 *in Umbria* apud Plautum.

Sed neque Medorum ſilvae, ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiae certent: non Bactra, neque Indi,
Totaque turiferis Panchaïa pinguis arenis.
Haec loca non tauri ſpirantes naribus ignem

In-

SERVII.

136. SED NEQUE MEDORUM SYLVAE. Jam incipit laus Italiae, quam exequitur ſecundum praecepta Rhetorica: nam dicit eam & habere bona omnia, & carere malis univerſis.

137. GANGES. [39] Indiae fluvius, per quem provincia ſignificatur. HERMUS. Lydiae fluvius, arenas aureas trahens. [40]

138. LAUDIBUS ITALIAE CERTENT. Figurate: nam *certo tecum* dicimus. BACTRA. [41] Regio juxta [42] Aſſyrios: unde & populi Bactriani [43] dicuntur.

139. PANCHAIA. Arabia, ut diximus ſupra 115. [44] [Arabia autem eſt regio, ubi & templum Triphyllii Jovis habent: ut ſcribit Euemerus. Ipſe alibi IV. Georg. 379. *Panchaeis adoleſcent ignibus arae.*]

140. NON TAURI SPIRANTES NARIBUS IGNEM: Quales fuerunt in [45] Colchide, civitate Scythiae: [46] [nam hoc habet fabula:] Jaſon Colchos profectus ad tollendum vellus aureum, quod dicaverat [47] Marti Phryxus, fretus Medeae auxilio, & pervigilem draconem occidit, & ejus dentes ſevit, [48] junctis tauris ignem [49] efflantibus: unde nati armati [50] quamprimum fecerunt impetum in Jaſonem fruſtra, poſtea mutuis vulneribus conciderunt. Has autem [51] ei conditiones [52] Aeeta rex propoſuerat; cui Apollo reſponderat, tamdiu eum fuiſſe regnaturum, quamdiu illud vellus [53] fuiſſet in templo.

PHILARGYRII.

139. PANCHAIA. Regio Arabiae, ubi & templum Triphylii Jovis. Ipſe alibi inf. IV. 379. *Panchais adoleſcunt ignibus arae.*

140. TAURI. *Tauri* autem hi ſunt, quos ignem flantes Aeetae imperio Jaſon junxit, unguento uſus, quod ei Medea dederat.

VARIORUM.

prime annotat in uſu etiam antiquis fuiſſe. HEINS. *Ad prima* etiam Francianus & Tollianus. vid. ad Claud. I. in Ruf. 168. *apprima* Ed. Venet. Victorium, hic Virgilium reprehendentem, refutat Ferrarius in Hortis Heſperidum II. 3. eſſe enim duo genera Mediae, unum ἄγονον & ſterile, alterum γόνιμον, cujus flos eſt tenax. & deſcribere Maronem non imperfectum, infructuoſum & ſpadonem, ſed quem natura propoſitum habet, bona fruge probabilem. BURM.

Ibid. ANIMAS. Iſidorus XVII. Orig. de morientium ex veneno animis capit, quas remorari medicos putat malo medico, quod refutat Robert. Ti-

39 *Ganges* Indiae fluvius mergens (emergens) de latere Caucaſi ad meridiem, & ad orientis frontem inclinatus dividit Indiam. eo quod inter flumina indicatur India, & in qua aurum & gemmae naſcuntur. G. 40 *Turbidum* dicit, quod copia auri viriditatem aquae perdat. G. 41 regio juxta Syriam, vel civitas in Oriente, quam Alexander cepit. urbs Perſarum eſt G. 42 Aſſyriam B. 43 deeſt V. L. R. Voſ. B. 44 deſunt V. L. R. Voſ. B. Arabia, ubi thus naſcitur. Panchaiam dixit haec loca Italiae, ſcilicet propter ſuavitatem G. 45 Colchida V. 46 deſunt G. Jaſon Colchos profectus petit pellem auream arietis. Eta pater Medeae, Rex Colchae, hanc oblationem dedit, quod non poſſet eam accipere, niſi prius tauros, quos ei Vulcanus dono dederat, ignem naribus ſpirantes, jungeret, & dentes Draconis, quem occiderat Cadmus. Quae difficultas per Medeae amorem & Aetae filiae artem effecta eſt. Nam cum Jaſonem adamaſſet Medea, carminibus ſuis obtinuit, ac venenis & medicaminibus permiſcuit omnia, ut quamvis tauri ignem ſpirarent, nocere non poſſent, & feritas eorum compeſceretur, & ſerpentium (dentibus) jactis per ſulcum, cum armati homines exſtitiſſent, depugnantes interierunt. Quibus rebus Jaſon victor effectus pellem, quam petierat, ſuſtulit, & Medeam ſecum avexit. Item, Jaſon Theſſalus vir, qui Colchos propter pellem auream navigabat, quae in tutela Liberi patris erat, & ad conditionem a Medea advitus (ſ. adjutus) cui injunctum fuerat, ut tauros ignem flantes domaret, quos delenitos ita veneficiis ſubegit, ut ararent: pro ſeminibus autem Draconis dentes accepit, quibus natus eſt exercitus armatus. adeo Poëta laudat Italiam iſtis malis viduatam. G. 47 morti, fretus R, Marti, fretus V. L. Voſ. 48 cunctis V. L. Voſ. R. 49 flantibus al. 50 qui primum B. Voſ. R. Steph. Dan. 51 deeſt Steph. Dan. 52 Oeta iidem. Aeter V. L. Voſ. B. Aether R. 53 fuiſſe Voſ.

Invertere, ſatis inmanis dentibus hydri;
Nec galeis, denſisque virûm ſeges horruit haſtis:
Sed gravidae fruges, & Bacchi Maſſicus humor
Inplevere: tenent oleae armentaque laeta.
Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert:
Hinc albi, Clitumne, greges, & maxuma taurus

Vi-

SERVII.

141. [54] [SATIS. Seminatis. [55] HYDRI. Serpentis. Hic eſt anguis, quem Cadmus in Boeotia occidiſſe fertur, cujus dentes ipſe partim ibidem ſevit, partim Aeetas in Colchide: ex quibus [56] utrimque ſeges armatorum hominum enata eſt. Tauri autem hi ſunt, quos ignem flantes Aeetae imperio Jaſon junxit, unguento uſus, quod ei Medea dederat.]

142. SEGES HORRUIT. Non placuit. *Seges* autem quia de ſemine.

143. GRAVIDAE FRUGES. Largae, abundantes. MASSICUS HUMOR. Vinum Campanum, a Maſſico, monte Campaniae.

145. [57] [ARDUUS. Celſus & eminens.]

146. HINC ALBI, CLITUMNE, GREGES. Vocativus eſt *Clitumne*. Clitumnus autem [58] fluvius eſt in Mevania, quae pars eſt Umbriae, partis [59] Tuſciae: de quo fluvio, ut dicit Plinius in Hiſtoria naturali, [60] animalia, quae potaverint, albos [61] foetus creant. MAXIMA TAURUS VICTIMA. Quia [62] triumphantes de albis tauris ſacrificabant. [63]

PHILARGYRII.

142. SEGES HORRUIT. Ut factum eſt in Colchide. Et hic eſt Hydrus, quem Cadmus in Boeotia occidiſſe fertur, cujus dentes ipſe partim ibidem ſevit, partim Acetes in Colchide: ex quibus utrimque ſeges armatorum hominum nata eſt.

143. HUMOR. Vinum a montibus Falernis, qui *Maſſici* dicuntur.

146. CLITUMNE. *Clitumnus* amnis eſt, Umbriam a Tuſcia dividens. Significat autem boves Mevanienſes, qui ſunt albi.

VARIORUM.

Titius lib. VI. Controv. Lect. 19. *animos* Venet. BURM.

135. MEDICANTUR. *Medicatur* Venetus.

136. DITISSIMA TERRA. *Regna* Mediceus a manu ſecunda. ſed aliter Donatus in Phormionem Terentii II. I. 14. qui & mox, *nec Indi*. quomodo fragmentum Moreti, & noſter Venetus. HEINS. *An ſilvae ditiſſima* conjungenda? *nec Indi* Parrhaſ. Venet. *certant* etiam Leid a m. ſec.

137. ATQUE AURO. *Aut auro* Zulichem. & Parrhaſ. *atque aura* Mediceus. male explicari hunc locum, quia Hermus turbidus ſit auro per Pactolum illato, non quod ipſe aurifer ſit, oſtendit doctiſſimus Drakenb. ad Sil. I. 159. BURM.

140. HAEC. *Nec* Mediceus a manu ſecunda. *ſpirantis* Mentel. duo.

141. IMMANES DENTIBUS HYDRI. *Inmanis* ſcripti. vere omnino. HEINS. Et Regius & editi multi. *hydris* Mediceus.

142. VIRUM. *Viris* Zulichemius.

144. OLEAEQUE. Ex Pierianis nonnulli *oleae armentaque laeta*, hiatu relicto. quod Maroni familiare. ſed diſſentit Mediceus. caeteri tamen omnes noſtri cum Pierianis faciunt. Diximus de hoc loco jam ſupra initio libri primi Georgicon ỳ. 4. Relinquit & hiatum ex ſuis Giphanius ad Lucret. p. 463. HEINS. Regio etiam & aliis omnibus deeſt *que*.

146. ET MAXIMA. *Te maxima* Scholiaſtes Crucquianus Horatii lib. IV. Od. 2 vid. Turneb. XXIX. 26. *Maxima*, quia tauro major victima non caedebatur, vel quia triumphantes ſolebant tauro, ut maxima victima, facere. male Catroeus *les plus belles victi-*

[54] deſunt V. L. Voſ. R. B. [55] Hydri pro Draconibus G. [56] utrique Commel. forte, utriſque. [57] deſunt L. V. R. Voſ. B. BELLATOR. bellicoſi equi in Italia naſci adſueverunt. G. [58] filius G. [59] Tuſciae, ubi optimi boves naſcuntur G. an *optimi boves*. [60] quod animalia cum pot. Fabr. al. [61] deeſt L. B. [62] triumphantes albis tauris ſacrificabant Diis ſuis G. [63] item Clitumnus in Umbria Deus, quo nomine ibi eſt fluvius, in Tiberim fluens, ad quem nunc loquitur G.

Victima, ſaepe tuo perfuſi flumine ſacro,
Romanos ad templa Deûm duxere triumphos.
Hîc ver adſiduum, atque alienis menſibus aeſtas:
Bis gravidae pecudes, bis pomis utilis arbor.
At rabidae tigres abſunt, & ſaeva leonum
Semina; nec miſeros fallunt aconita legentis;

Nec

SERVII.

147. PERFUSI FLUMINE SACRO. Fluento. *Perfuſi* autem *tauri*, qui ante triumphantes uſque ad templa ducebantur. Aut certe *perfuſi greges* intelligamus: quod ad equos triumphales poteſt referri.

148. DUXERE TRIUMPHOS. Si equi, duxerunt: ſi boves, deduxerunt.

149. HIC VER ASSIDUUM. Verna temperies: nam ver [64] proprie aſſiduum eſſe non poteſt, [65] [ſeu longum.] Horatius II. Od. 6. *Ver ubi longum, tepidaſque praebet Juppiter umbras.* [66] [ALIENIS MENSIBUS AESTAS. Id eſt, quando alibi hyems, in Italia pene aeſtas videtur.]

150. BIS GRAVIDAE PECUDES. Verum eſt: [67] inde enim eſt in Bucolicis II. 22. *Lac mihi non aeſtate novum:* [68] *non frigore defit.* [69] [BIS POMIS UTILIS ARBOS. Id eſt, Biferae ſunt arbores.

151. AT [70] RABIDAE TIGRES ABSUNT. Malum Armeniae. ET SAEVA LEONUM SEMINA. Malum Libyae.]

152. SEMINA. Genera. Et eſt Lucretii ſermo: nam quod ait *ſaeva*, aut cruenta accipimus; aut re vera *ſaeva ſemina:* Ut enim dicit Plinius: *Animalia,* [71] *quae ſunt cum acutis unguibus, frequenter parere non poſſunt: vitiantur enim intrinſecus ſe moventibus pullis.* NEC MISEROS FALLUNT ACONITA LEGENTES. Mira arte uſus eſt, ut excuſaret rem, quam negare non potuit: nam *aconita* naſcuntur in Italia: ſed ea non obeſſe dicit, [72] [quia ſunt omnibus nota] [73] [unde dicit, *nec fallunt legentes:* vel quia ea ſcientes renuunt & rejiciunt, quod omnes ſcire ſignificat.] [74] Aconita autem nata dicuntur de ſpumis Cerberi, quo tempore eum Hercules [75] ab inferis traxit. [76] Quod, quia in ſaxis & cotibus naſcitur, *aconitum* dicitur, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, id eſt, a cote: & dicimus τὸ ἀκόνιτον, καὶ τὰ ἀκόνιτα.

PHILARGYRII.

147. FLUMINE. Clitumnus & deus, & lacus in finibus Spoletinorum, ex quo bibentia pecora alba fiunt.

VARIORUM.

victimes. notum diſcrimen inter *majores* & *minores* hoſtias, ut ſaepe apud Livium & alios occurrit. BURM.

149. HIC VER ADSIDUUM. *Ver perpetuum* Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro II. Ode 6. HEINS. Hoc etiam quidam Eclog. IX. 40. voluerunt intrudere. *hic iter* Venetus. apud Horatium legitur *Juppiter brumas*, non *umbras*, ut Servius hic. BURM.

150. GRAVIDAE PECUDES. Si de lacte, ut Servius, intelligatur, deberet ſubintelligi *quotidie*, nam bis mulgentur oves, & etiam boves. III. Ecl. 30. quare, ut conveniat ſequentibus, & vocis *gravidae* propria ſignificatio ſervetur, de foetu capiendum. oves vero autumno & vere admittuntur, & aeſtate & hyeme pariunt. vid. Colum. VII. 2 & alios. *pecudes* vero in primis oves dici notum. BURM.

Ibid. ARBOS. *Arbor* praetuli. vid. ſupr. 81.

151. RA-

64 deeſt V. L. R. Voſ. B. Steph. Dan. 65 deſunt iisdem ad ℣. 150. ſed Steph. & Dan. ad *Horatius.* 66 deſunt Steph. Dan. 67 unde Steph. Dan. 68 *nec* V. 69 deſunt L. ad ℣. 152. 70 RAPIDAE G. Voſ. R. beſtiae Armeniae Tigres, quae vitro raptis falluntur catulis G. vide Parrhaſ. ad Claudian. III. Rapt. 267. 71 *haec quae* L. Voſ. R. V. B. Steph. Dan. 72 deſunt G. 73 deſunt L. V. B. Steph. Dan. 74 Haec autem herba dicitur nata B. V. L. Voſ. R. Aconitum letalis herba eſt, quae creſcit in petris. dicendo *aconita*, autem herbae quaedam in Ponto ſed terra (f. ſine terra) in ſaxis nata. ſive *aconita* gemmae in capitibus Draconum naſcentes, ſimiles pretioſis lapidibus, non nocent in Italia. dicendo *Aconita* ad innocentiam Italorum reſpicit, execrans venena peregrina. *Aconita* enim herbae quaedam Sidone terra (ſine terra) in ſaxis natae G. 75 ab imis G. 76 quae L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan.

Digitized by Google

Nec rapit inmenſos orbis per humum, neque tanto
Squameus in ſpiram tractu ſe conligit anguis.
Adde tot egregias urbis, operumque laborem,
Tot congeſta manu praeruptis oppida ſaxis:
Fluminaque antiquos ſubterlabentia muros.
An mare, quod ſupra, memorem, quodque adluit infra,
An-

SERVII.

153. NEQUE TANTO SQAMEUS. Sunt quidem ſerpentes in Italia; ſed non tales, quales in Aegypto, aut in Africa. [77] IN SPIRAM autem, in collectionem volubilitatis: quod eſt a [78] funibus tractum.

155. ADDE TOT EGREOIAS URBES. Laudat Italiam a civitatibus, quas & plures habet & maximas, & opportuniſſime [79] collocatas. [80] [OPERUMQUE LABOREM. Quae ſunt in muris & moenibus urbium, aliiſque aedificiis & templis.]

156. [81] [CONGESTA MANU. Aedificata, & conſtructa. Et hic ipſas urbes non ſolum ex ſua magnitudine, ſed etiam ex opere nobili laudat. PRAERUPTIS SAXIS. Excelſis & magnis. Et ſubaudi, *adde*; ſcilicet ad laudem Italiae.]

157. FLUMINAQUE ANTIQUOS SUBTER LABENTIA MUROS. Quod laudat etiam Cicero in [82] libris de Repub.

158. AN MARE QUOD SUPRA. Id eſt, [83] mare Adriaticum. QUODQUE ALLUIT INFRA. Id eſt, Tyrrhenum.

VARIORUM.

151. RABIDAE. *Rapidae* Mentelius primus a manu prima. Vratiſl. & tres alii, & Ed. Med. imitatur Lucan. VI. 487.

Has avidae tigres, & nobilis ira leonum
Ore fovet blando.

ſed ita, ut mutaverit epitheta, vel forte *rabidae* & ibi poſſet legi, ut Heinſius volebat. vid. Canneg. ad Aviani Fab. I. mihi *rabidae* melius *ſaevis leonibus* convenire videntur. *obſunt* etiam Venetus. BURM.

Ibid. ET SAEVA LEONUM SEMINA. *Leones* eleganti appoſitione Mediceus a prima manu. HEINS.

155. ADDE. Imitatus Pacatus Paneg. cap. IV. *Adde tot egregias civitates, adde culta, incultaque* &c.

Ibid. LABOREM. *Labores* Vratiſl. & fragm. Moreti. vid. lib. I. Aen. 455.

156. TOT. *Tunc* Zulichem. & alius.

Ibid. CONGESTA MANU. Id eſt, impoſita rupibus aut montibus abruptis, ut Praeneſte & alia oppida. nam male Catroeus vertit, quaſi ex ſaxis ruptis materia condendarum urbium ſit congeſta. Gloſſa etiam Regii *praeruptis* reddit per *exciſis*. ita paſſim *praerupti montes*. & *praeruptum oppidum* Hirt. VIII. Bell. Gal. 40. BURM.

157. ANTIQUOS SUBTERLABENTIA MUROS. Catroeus intelligit pontes, ſub quibus fluunt fluvii. in verſione tamen, *ſous des murs, qui dureront toujours.* quaſi *aeternos muros* legiſſet. niſi referat ad *fleuves*. obſcure certe vertit. ego *ſubterlabentia*, pro *praelabentia* vel *adluentia muros* capio: quae antiqua oppida tam prope alluunt, ut hic & illic antiquos muros fluctu aquae excavatos quaſi ſubterlabi videantur. ita Ecl. X. 4. *fluctus ſubterlabere Sicanos*. ubi eſt pro *labere ſubter fluctus*. unde & poſſent intelligi flumina ſubter muros labentia ipſa oppida intrare, & tranſire. BURM.

158 SUPRA. *Supra eſt* Parrhaſ.

Ibid. ADLUIT. *Abluit* Menagianus prior. & quartus Moretanus Ed. Mediol. ſollemni confuſione.

159. TE,

77 *in ſpiram* quando ſe glomerat in modum (ſ. nodum) *tractu ſe colligit anguis*. hoc ſunt ſerpentes in Ital. &c. G. 78 ſinibus Voſſ. vid ad II. Aen. 217. 79 collatas V. L. Voſ. 80 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. 81 deſunt eiſdem. 82 libro B. 83 deeſt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan.

Anne lacus tantos? te, Lari maxume, teque
Fluctibus & fremitu adſurgens, Benace, marino?
An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra:
Atque indignatum magnis ſtridoribus aequor,

Julia

SERVII.

159. TE, LARI MAXIME. *Larius*, eſt [84] lacus vicinus Alpibus; qui, juxta Catonem in Originibus, per [85] ſexaginta extenditur millia. Et *Larius*, *Lari*, [86] vocativum facit, ſicut *Julius Juli*, *Mercurius Mercuri*. [87]

160. FLUCTIBUS ET FREMITU ASSURGENS, BENACE, MARINO? [88] *Benacus*, lacus eſt Italiae, qui magnitudine [89] ſui tempeſtates imitatur marinas. *Aſſurgens* autem vocativus eſt caſus; ut ſit, *Memorem & te, o Benace aſſurgens*, id eſt, tumeſcens fremitu marino. Aut certe Antiptoſis [90] eſt, [91] [id eſt, caſus pro caſu] *aſſurgens*, pro *aſſurgentem*.

161. AN MEMOREM PORTUS, LUCRINOQUE ADDITA CLAUSTRA. [92] In Bajano ſinu Campaniae, contra Puteolanam civitatem, lacus ſunt duo, Avernus, & Lucrinus: qui olim propter copiam piſcium vectigalia magna praeſtabant. Sed cum maris impetus plerunque irrumpens exinde piſces [93] excluderet, & redemptores gravia damna paterentur, ſupplicaverunt ſenatui: & [94] profectus C. Julius Caeſar, ductis brachiis excluſit partem maris, quae antea infeſta eſſe [95] conſueverat, reliquitque breve ſpatium per Avernum, [96] qua & piſcium poſſet copia intrare, & fluctus non eſſent moleſti: quod opus, [97] Julium dictum eſt. Sed hic [98] ambitioſe *undam Juliam* [99] appellavit frementem contra moles a Julio [1] oppoſitas.

162. INDIGNATUM MAGNIS STRIDORIBUS AEQUOR. [2] A ſolita excluſum licentia, & indignationem ſuam ſtridoribus prodens. [3] [Indignatum ideo dixit, quia quo tempore in Lucrinum lacum mare immiſſum eſt, inde terra effoſſa, contigit inter ipſum Lucrinum & Avernum, ut duo lacus miſcerentur: & tanta tempeſtas orta eſt, ut prodigii loco habita ſit; ac nuntiatum, ſimulacrum Averni ſudaſſe; propter quod Pontifices ibi piacularia ſacra fecerunt. *Julia* autem *unda* Puteolanum portum ſignificat.

PHILARGYRII.

159. TE, LARI. *Larius* lacus in Gallia eſt Ciſalpina, non amplius centum viginti ſtadiorum circuitu patens: Benacus in eadem regione, mille & ducentorum.

160. ASSURGENS. *Aſſurgens* hic, pro aſſurgentem: pendet enim ex verbo *memorem*.

162. INDIGNATUM. Agrippa in ſecundo Vitae ſuae dicit, excogitaſſe ſe, ut ex Lucrino lacu portum faceret. Verum hujus [4] gloria Auguſto ceſſit. *Indignatum* autem ideo dixit, quia quo tempore in Lucrinum lacum mare immiſſum eſt, deinde terra effoſſa, contigit inter ipſum Lucrinum & Avernum, ut duo lacus miſcerentur. Et tanta tempeſtas orta eſt, ut prodigii loco habita ſit, ac nuntiatum ſit ſimulachrum Averni ſudaſſe. Propter quod Pontifices ibi piacularia ſacra fecerunt.

VARIORUM.

159. TE, LARI MAXUME. Larius non recte *maximus* vocatur: cum Benaci adjuncta mentio ſit, qui pene duabus partibus illo major eſt. legendum

84 Lacus in Gallia G. 85 quadraginta Cod. Urſ. tenditur B. 86 deeſt L. Voſ. R. V. B. vocativus Steph. Dan. 87 item. Larius fluvius Italiae eſt ſub urbe Como G. 88 Benacus inter Biriem (Brixiam) & Veronam, quae ſunt civitates Venaticae (Veneticae) G. 89 ſuae tempeſtatia imitatur in marinas G. 90 ſit Steph. Dan. 91 deſunt V. L. Voſ R. B. Steph. Dan. 92 Lacus proximus Bajis. in Bajano enim ſinu &c. G. 93 includeret G. 94 Profectus eſt Julius Voſ. Servium hic errare, & ad Auguſtum, unde *Julia unda*, dicta, ut Juliae leges &c. referenda eſſe notat Berneec. ad Sueton. Aug. XVI. BURM. 95 conſuerat. reliquit breve G. 96 quo & piſces cum copia poſſit intrare, & fluctibus G. 97 Julii al. 98 ambitio G. 99 nominavit G. 1 poſitas. G. 2 indignanti ſimilem ſolita c. l. e. indignationem, ſed ſtridoribus prodens. item Lucrino, cui Campano lacui Caeſar unum brachium muro adjecit, ut ibi tutior eſſet navibus ſtatio. G. 3 deſunt L. V. R. Voſ. B. ad ℣. 166. 4 *gloria* poteſt & nominativo caſu & ablativo ſumi, ut intelligatur Agrippa, qui opus hoc perfecit, ſed in honorem Auguſti portum Julium, vel Auguſti, non Agrippae vocavit. vid. Dion. lib. XLVIII. ut ambiguitas vitaretur, poſſet legi *gloriam*; nam utrumque dicitur *cedere rei*, & *rem* alicui. vid. ad Quinctil. X. Decl. 6. & Vellej. Pater. II. 85. BURM.

Digitized by Google

Julia qua ponto longe ſonat unda refuſo,
Tyrrhenuſque fretis immittitur aeſtus Avernis?
Haec eadem argenti rivos, aeriſque metalla
Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit.
Haec genus acre virûm Marſos, pubemque Sabellam,

Ad-

SERVII.

164. Tyrrhenusque fretis immittitur aestus Avernis. *Aeſtus* quidem dixit Averni, quoniam per Lucrinum lacum mare Tyrrhenum influit in Avernum.] [5]

166. [6] Auro plurima fluxit. Id eſt, copioſior fuit in rem pretioſiorem.

PHILARGYRII.

163. Julia unda. *Julia unda*, ſignificat portum Puteolanum. Et *Julia unda*, per Prolepſim poſitum eſt, ut loca prius laudet, quam eum, qui ea fecit, ut laudes inveniant auctorem, id eſt, Auguſtum.

164. Tyrrhenusque fretis immittitur aestus Avernis. *Aeſtus Averni* ideo dixit, quoniam per Lucrinum lacum mare Tyrrhenum influxit in Avernum.

167. Gentemque Sabellam. Hi ſunt autem, qui olim Auſones dicebantur. De Sabellis Varro in Agemodo ſic ait: *Terra culturae cauſa attributa olim particulatim hominibus, ut Etruria Tuſcis, Samnium Sabellis.*

VARIORUM.

dum igitur, diſtinguendumque ex eruditorum ſententia, *Te Lari, Maxime, Teque Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino.* ut illud non epitheton ſit, ſed proprium, nominenturque tres diſtincti & praecipui Italiae lacus, quos & Strabo deſcribit libro v. Larius, qui patet circiter ſtadia ccc. Verbanus, qui cccc. Benacus, qui ccccc. Duo priores Inſubriae ſunt, poſterior Venetiae. Verbanum autem idiomate peregrino, *Maximum* appellavit: nam is a Gallis *Lacus major* dictus, & id nomen apud Inſubres in hunc diem retinet. Qua ratione olim Fluvium Timavum, Illyrii mare nominaverunt, propter aquarum copiam. ad quam appellationem Poëta noſter alludens cecinit lib. I. Aen. 247. *It mare proruptum & pelago premit arva ſonanti.* ſumma Poëtae induſtria, qui & patrias res & externas inveſtigavit, & accommodate ad intelligentiam omnes explicuit. FABRIC. Non placet hoc Ruaeo, quia tempore Virgilii non magnus aut maximus vocabatur; ſed Verbanus. *Te Lauri maxime* Gudianus prior & tertius Mentelii.

161. Addita. *Abdita* Gudianus. *Clauſtro* Menagianus prior, & alter Rottendorphius. pro vulgata ſtat Rufinianus de Schem. Dian. p. 37. & Commentator Crucquii ad Horatii Art. Poet. 65. BURM.

163. Refuso. *Retunſo* legit Barthius ad Stat. VI. Theb. 483. male. ita apud Plin. Paneg. cap. 30. de Nilo, *non placido ſe mollique lapſu refuſum abſtulerat.* ita in Codice MſT. invenit vir doctiſſimus Chriſtianus Gotlibius Schwarzius. vulgo *refugum.* plura ad Lucan. II. 618. BURM.

164. Avernis. *Averni* Tollianus. quod ex Servio poſſet firmari.

166. Fluxit. Olim metallorum feracem fuiſſe inde colligit Catroeus, qui addit *autrefois* in verſione: nempe interdictum vetere conſulto patrum Italiae parci jubentium. Plin. III. 20. & XXXIII. 4. & lib. ult. cap. ult. *Metallis auri, argenti, aeris, ferri, quandiu libuit exercere, nullis ceſſit.* ubi malim *licuit* legere, ut ad interdictum illud referatur. BURM.

167. Haec genus. *Hoc* Zulichemius.

168. Ad-

5 Tyrrhenusque, id eſt de Tyrſeo Latrone occiſo in eo, vel de populo Tyrreo. Quidam vero quaſi Tyrannicum, id eſt fluctuoſum eſſe, putant nonnulli, quod omnes terras medaſque interluit. Avernis per Lacum Avernum Auguſtus ratem, qua fuerat adverſus Pompejum auſus (uſus) Lucrino immiſit lacui. ſed idcirco hanc rationem (f. ſtationem) laudat poëta, quod nondum erat portus Auguſti. G. 6 Aerisque metalla. Senatus conſultum eſſe dicitur, quo prohibetur in Italia metalla exercere, ut ſi quid domeſticis opus fuerit, integra ſufficiant. G.

Adſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos
Extulit: haec Decios, Marios, magnoſque Camillos:
Scipiadas duros bello: & te, maxume Caeſar,
Qui nunc, extremis Aſiae jam victor in oris,
Inbellem avertis Romanis arcibus Indum.
Salve, magna parens frugum, Saturnia tellus;

Ma-

SERVII.

168. ASSUETUMQUE MALO LIGUREM. [7] Id eſt, labori. [8] [Inculta Alpium poſtrema poſſident. *Aſſuetum* igitur, nunc contentum: ſic alibi IX. Aen. 607. *Parvoque aſſueta juventus.*] [9] VOLSCOSQUE VERUTOS. [10] Italiae populi ſunt, [11] [jaculo utentes in modum veru; vel quia verutis pugnant.]

169. EXTULIT HAEC DECIOS. Creavit. *Decii* autem duo [12] fuerunt, quorum unus bello [13] Latino, alter Gallico, ſe pro repub. devovere. MARIOS. [14] *Marii* multi fuerunt; quorum unus ſepties fuit conſul. CAMILLOS. [15] Abuſive, [16] [pluralem numerum pro ſingulari] nam Camillus unus fuit, qui a Gallis ſublata ſigna revocavit.

170. SCIPIADAS. *Scipiadas* pro *Scipionibus* [17] dixit; ſicut *Amazonidum*, pro *Amazonum*, [18] [alibi poſuit.] Scipiones autem duo fuerunt, avus & nepos: quorum unus leges victae Carthagini impoſuit; alter eandem diruit. Haec autem omnia plenius in [19] ſexto ỷ. 844. memoravimus.

172. IMBELLEM AVERTIS. [20] Id eſt, avertendo reddis imbellem. ROMANIS autem ARCIBUS, [21] Romanis urbibus, a Romano imperio.

173. [22] [SALVE, MAGNA PARENS. Poſteaquam eam diutius laudavit, vertit ſe ad eam, & bene dicit, eam laudans, *Saturnia tellus*: nam in Italia Saturnus regnavit.]

PHILARGYRII.

168. MALO. Pro labore. ſic etiam e contrario *laborem* pro *malo* ſolet ponere, ut ibi IV. Aen. 169. *Ille dies primus lethi, primuſque laborum Cauſa fuit.* VOLSCOSQUE VERUTOS. Quod verutis pugnent.

172. AVERTIS. *Avertis* & *Imbellem* facis, aut *imbellem*, victum jam, nec bellantem. Caeterum quid grande, ſi imbellem avertis?

VARIORUM.

168. ADSUETUMQUE. *Adſuetum* Zulichemius addita gloſſa. id eſt navibus, vel pomis. *Ligurum* Medic. a m. pr. *Vulſcoſque* Regius & plurimi. *Vulcoſque* Voſſ. *Volcoſque* fragm. Moreti. *Volctoſque* Mentel. mox, *haec doctos Marios* Venet. BURM.

170. MAXIME. *Maxima* Gudianus.

171. QUI NUNC. Ruaeus cenſet verſus de Auguſto poſt edita Georgica fuiſſe ſecundis curis a Virgilio inſertos, & Catroeus eum ſecutus annum adſignat V. C. 734. quo Auguſtus in Aſia ſigna recepit a Parthis, & ſimul pacem Medis dedit. a qua opinione nec ego alienus ſum. *Romanae* vero *arces*, non de urbe aut capitolio debent intelligi, ſed de finibus, aut ipſo univerſo imperio Romano, ut Servius hic, & ad lib. VI. Aen. 396. & antiquus Commentator Horatii I. Od. 12. ſic Petron. bello civili ỷ. 106.

Omnia

7 *malo* inopiae victus, vel *malum* pro labore, ſicut e contrario. &c. ut in Philargyrio leguntur. G. 8 deſunt V. B. L. Voſ. R. Steph. & Dan. ſed habet codex Urſini. 9 Ligures ſunt latrones confines, ut Varro ait, Ligures montani piratae, qui Alpium aſperrima colunt. G. 10 Volſcoſque, qui in Alpibus ſunt G. 11 deſunt V. L. Voſ. B. R. Steph. Dan. 12 fuerunt Pater & filius G. 13 Italico V. L. Voſ. R. B. Steph. Dan. 14 Gajus Marius Arpis natus, qui de Jugurtha Numidarum Rege triumphavit, & de Centonibus (Teutonibus) & Cymbris. idem cum Cinna collega adverſus Lucium Syllam bellum civile geſſit, in (is) ſeptimum conſulatum cepit. multi tamen Marii fuerunt. G. 15 abuſive dixit, quod qui a Gallis ſublata ſigna revocavit (ſ. unus fuit). item Camillus captam urbem a Gallis Sennnibus menſe novembre revertens ab Ardea de exilio liberavit; aurumque, quod per pactionem a Romanis acceperant, ſuſtulit, omneſque prorſus interemit. G. 16 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. 17 ut dixit, *Amazonidum* V. ut dicit *Am.* B. dixit deeſt Voſ. R. dixit, ut *ducis Amazonidum* L. ut citet locum ex I. Aen. 490. 18 deſunt B. 19 quinto libro V. memorabimus G. B. 20 inertem, qui reſiſtere non poteſt, avertis cum caeteris gentibus Orientis. vel ideo imbelles, quia hos Caeſar condemnando (ſ. contemnendo) imbelles vocavit. G. 21 a Romanis Voſ. R. B. Fabr. al. civitatibus G. 22 deſunt V. B. Voſ. L. R. Steph. Dan.

Magna virûm: tibi res antiquae laudis & artis
Ingredior, ſanctos auſus recludere fontis,
Aſcraeumque cano Romana per oppida carmen.
  Nunc locus arvorum ingeniis: quae robora cuique,
Quis color, & quae ſit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terrae, colleſque maligni,

Te-

SERVII.

174. MAGNA VIRUM. Virorum fortium: & jam concludit, laudans [23] eam a viris, a fertilitate rerum, a Saturni imperio. TIBI RES ANTIQUAE LAUDIS ET ARTIS INGREDIOR. [24] *Tibi*, in tuam utilitatem ſcribo carmen Georgicon. [25] *Antiquae* autem *laudis*, vel magnae, vel quod apud [26] majores in ingenti honore fuerat agricultura.

176. ASCRAEUM CARMEN. [27] Heſiodicum: nam Heſiodus [28] Aſcraeus, de civitate Aſcra fuit.

177. NUNC LOCUS ARVORUM INGENIIS. [29] Nunc tempus eſt, inquit, naturam agrorum [30] deſcribere. [31] [*Ingeniis*, naturis.] Et multi hoc loco culpant Virgilium, quod in unum coëgit quatuor librorum [32] propoſitiones: nam & de arvo, & de conſito, & de paſcuo, & de [33] florido, iſto in loco commemorat. quod ideo non eſt reprehendendum; quia non ea [34] late exequitur; ſed [35] carptim & breviter tranſit, quae latius explanat in ſingulis. QUAE ROBORA CUIQUE. Quae ſit poſſibilitas uniuſcujuſque.

178. QUIS COLOR. Quae ſpecies: quomodo dicimus, quo colore [36] ille recitavit, [37] [id eſt, ſpecie,] licet breviter etiam ſit dicturus de colore terrarum.

179. DIFFICILES PRIMUM. Pene ſteriles, parum creantes. MALIGNI. Infoecundi: [38] [quia *malignum* veteres infoecundum dicebant, ut ipſe alibi VI. 270. *Quale per incertam lunam, ſub luce maligna, Eſt iter in ſylvis.*]

VARIORUM.

Omnia quae tribui Romanis arcibus, odi. & ỳ. 190.

Neſcis tu, Magne, tueri
Romanas arces.

ubi vid. commentatores. & videbis ex Virgilio duo alia loca adducta a Richardo. *imbellem avertis*, malim explicare ſine bello, ſola majeſtate nominis, avertis a finibus imperii, ut Pierius. vel imbelles poſſent dici, qui cum Romanis nullum ad hoc tempus bellum geſſerant. ut Livius lib. IX. 45. de Aequis, *qui ſuo nomine permultos annos imbelles egerunt. in bellum advertis* Vratiſl. BURM.

174. ARTIS. *Artem* Gudianus.

175. INGREDIOR. Apud Priſcianum libro ſeptimo legitur minus bene *Aggredior*. *Ingrediar* fragmentum Moreti. Priſcianus idem *fontis* legendum monet. confirmant codices vetuſti. HEINS. *Ingredior* rectum puto. ita lib. XI. Aen. 704. *Conſilio verſare dolos ingreſſus & aſtu*. Ciceron. II. Acad. 6. *ſed quod nos facere nunc ingredimur*. ubi alii *adgredimur*. Quinctil. I. III. *Nunc quae in quaque aetate inchoanda, ingredimur*. illa autem varietas nata, quia ſaepe Virgilius etiam verbo *adgredi* uſus eſt, ut VI. 584. & alibi. ſic variant libri lib. IV. Aen. 107. *ſic contra eſt ingreſſa Venus*, ubi alii *adgreſſa*: ſed in his numerus codicum praeferendus. ſaepe tamen *adgredi* a gloſſatore profectum puto, quia magis obvius ejus uſus fuit, quam *ingredi* pro incipere. vid. Schulting. ad Quinctil. I. Declam. 5. ſic Sueton. Caeſ. LXVIII. *ingreſſus civile bellum*. Aug. I. *ingreſſus praelium*, denique Propert. III. I. 3. *Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos Itala per Graios orgia ferre choros*. neſcio an ex imitatione. BURM.

Ibid.

23 deeſt iisdem. 24 deeſt L. V. Steph. Dan. *Tibi* in honorem tuum. G. 25 *Antiquae*, eſt ſenſus, haec dico, quae jam olim dicere debueram G. 26 antiquos Fab. al. Majores ingenti B. al. 27 Heſiodum dicit, de civitate Graeciae Aſcraea, ubi natus eſt Heſiodus, ubi ſunt ſacrae Muſae, unde ſumſit Heſiodus poëma, inde & ego ſumſi. ſed ille Graecis cecinit, ego Romanis. G. 28 deeſt B. 29 Naturis tempus eſt L. V. R. B. Voſ. Steph. Dan. Naturis, ut Salluſtius *ingenium* pro natura poſuit. Nunc &c. G. 30 ſcribere V. 31 deſunt aliis. 32 propoſitionem L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. 33 Floreo R. B. Steph. Dan. Floro L. Voſ. 34 deeſt B. 35 capitatim L. V. R. Voſ. B. 36 deeſt G. 37 deſunt L. Voſſ. R. Steph. Dan. 38 deſunt L. Voſ. B. al.

Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus arvis,
Palladia gaudent ſilva vivacis olivae.
Indicio eſt, tractu ſurgens oleaſter eodem
Plurimus, & ſtrati baccis ſilveſtribus agri.
At quae pinguis humus, dulcique uligine laeta,
Quique frequens herbis & fertilis ubere campus,
Qualem ſaepe cava montis convalle ſolemus

Diſpi-

SERVII.

180. TENUIS UBI ARGILLA. [39] Sine humore; quia eſt & pinguis. [40] CALCULUS. Lapis brevis, terrae admixtus. Dictus *calculus*, quod ſine moleſtia ſui brevitate calcetur. [41]

181. [42] VIVACIS OLIVAE. Diu viventis. Hinc ſupra ỳ. 3. *Tarde creſcentis olivae*. Res enim diu duratura tarde creſcat, neceſſe eſt.

182. TRACTU. Plaga, regione. [43] [OLEASTER. Olea ſylveſtris.

183. PLURIMUS. Abundans. STRATI AGRI. Operti. BACCIS SYLVESTRIBUS. Olivis ex oleaſtro natis.]

184. DULCIQUE ULIGINE LAETA. [44] *Uligo*, proprie eſt naturalis humor terrae, ex ea nunquam recedens. Bene autem *Dulci* addidit, ad diſcretionem *amarae*. Uliginoſus ergo ager eſt, ſemper [45] *humidus*: nam *uvidus* dicitur, qui aliquando ſiccatur.

PHILARGYRII.

184. ULIGINE. *Uligo* dicitur naturalis terrae humor.

VARIORUM.

Ibid. RECLUDERE. *Excludere* Zulichemius.

176. ROMANA PER OPPIDA. Locutionem a triumphantibus, qui per oppida ibant magna cum pompa, illuſtrat Barth. x. Adverſ. 9. BURM.

177. INGENIIS. *Ingentis*, *q. r. cano* Gudianus.

178. ET QUAE SIT REBUS NATURA FERENDIS. *Serendis* in primo Moretano, ejuſdemque fragmento. HEINS. Et Parrhaſ.

179. DIFFICILES TERRAE. *Difficilis* fragm. Moreti. Martinus de Roa lib. II. Sing. cap. I. explicat, ut ſcopulos inacceſſos, aſperitatibus plenos, ita terras infecundas & pene ſteriles, fere ut Servius, & ut in Sacra Scriptura Deuteron. XVII. *Coelum aeneum*, & *terra ferrea* dicitur. Ruaeus etiam *aſperas*, Catroeus *rudes* reddunt. ſed ſi vim vocum *facilis* & *difficilis*, & *malignus* excutiamus, ut de hominibus ſolent dici, videbimus *faciles* dici liberales & prolixos, a quibus nullo labore & negotio obtinemus ea, quibus nobis opus eſt, & quae petimus. & ut *facilis pater* Terent. II. Heaut. 2. & paſſim, ita *faciles terras* interpretabimur, ex quibus nullo fere labore fructus ferimus, & quae cum magno foenore reddunt credita. vide quae diximus ad Val. Flac. VI. 223. & ita mox 223. *facilis pecori*. ſic *difficiles*, quorum fructus tam exigui, ut non aequent labores illis impenſos, & quae *maligne*, id eſt parce, colono fructus reddunt. vid. & ad I. Aen. 445. ita contra *benigna terra*, de qua vid. ad Ovid. I. Amor. XV. 34. & ad Val. Flac. VII. 229. & hinc *maligni* melius explicarentur, *pene ſteriles, parum creantes. difficiles* fere, quae multo labore agricolae non reſpondent, reddunt quidem fructus, ſed poſt longum & magnum illis impenſum laborem, quaſi diu negarent, & tamen aliquid tandem redderent; ſed exiguum, unde ingrata videri poteſt colono ſuo terra. ut apud Terent. Heaut. V. I. 60. *Difficilem oſtendes te eſſe, & ignoſces tamen poſt, & id ingratum*. BURM.

180. TENUIS UBI AROILLA, ET DUMOSIS. Probus Arte Grammatica: *Tenuis ubi argillae dumoſiq calculus arvis*. ſed facit cum vulgaris Nonius

39 tenuis inquit G. 40 DUMOSIS, ſpinoſis & vepribus plenis. Fabr. al. 41 item calculus, lapillus candidus. G. 42 PALLADIA. quia Pallas, hoc eſt Minerva inventrix oleae dicitur G. 43 deſunt L. V. B. Voſ. R. Steph. Dan. ad ỳ. 185. *Oleaſter* arbor, in qua pejores oleae creſcunt. G. 44 Terrae uligo pr. e. n. ejus humor. al. Terrae & perpetuus & ex e. n. r. & pinguis. G. 45 uvidus L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. & al. ſed mox *nam humidus*, tumidus al.

Diſpicere: huc ſummis liquuntur rupibus amnes,
Felicemque trahunt limum: quique editus Auſtro,
Et filicem curvis inviſam paſcit aratris:
Hic tibi praevalidas olim multoque fluentis
Sufficiet Baccho vitis: hic fertilis uvae,
Hic laticis, qualem pateris libamus & auro,
Inflavit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,

Lan-

SERVII.

187. [46] [Huc. Illuc.

188. FELICEM LIMUM. Terrarum ſcilicet, id eſt, fertilem: nam fluminum limus eſt noxius.

189. ET FILICEM CURVIS INVISAM. [47] *Filicis* radices ſibi invicem ſunt nexae: etiam quum avulſae fuerint, renaſcuntur. [48]

190. [49] OLIM. Quovis tempore.]

192. PATERIS ET AURO. Pateris aureis: [50] *ἓν διὰ δυοῖν*, ut: *Molemque & montes.*

193. PINGUIS TYRRHENUS. Victimarum ſcilicet carnibus: [51] [ut Plautus in Aul. II. v. 6. *Tibi dabitur pinguior fidicina:* quia propter aſſidua ſacrificia pingues fiunt.] [52] EBUR. Tibiarum dicit, [53] quibus in aurem ſacerdotis [54] cani ſolebat.

PHILARGYRII.

193. PINGUIS. Plautus in Aulularia II. v. 6. *Tibi dabitur pinguior tibicina:* quae propter aſſidua ſacrificia pingueſcit.

VARIORUM.

nius Marcellus in *Tenue*. HEINS.

181. PALLADIA GAUDENT. *Gaudet* perperam Mediceus. idem verſu ſubſequenti proxime verbum ſubſtantivum a manu prima omiſerat temere. HEINS. *Gaudet* etiam Mentelii primus & Gudianus, Tollianus & Regius.

183. SILVESTRIBUS. *Stridentibus* Leidenſis primus.

184. AT QUAE. *Atque* Gudianus. *Atque &* alter Menagianus. *Et quae* Francianus.

185. UBERE. *Ubere* Voſſ.

186. QUALEM MONTIS CONVALLE SOLEMUS DISPICERE. *Diſpicere* in Gudiano, priore Menteliano, ac priore Menagiano, & recte, ut opinor. videantur, quae de hoc verbo diſceptamus ad Aeneidos ſextum, verſu 734. HEINS. *Cum valle* Parrhaſ. qui & *deſpicere*, ut & Reg. & Voſſian. vid. ad Vellej. Paterc. lib. II. 14. & ad Sueton. Tib. XIX. BURM.

187. LIQUUNTUR RUPIBUS AMNES. *Linquuntur* Nonius in *linquere*. deceptus mendoſo exemplari. Diximus Aeneidos III. ỳ. 28. HEINS. *Linquuntur* alter Menagianus, & Zulichemius, Regius a manu ſecunda. *liquentur* Venetus. *montibus amnes* quartus Moreti.

189. ET SILICEM. Scribe *filicem* cum membranis poene omnibus, nec aliter agnoſcit Servius. codices quidam *felicem*. HEINS. *Filicem* Editiones priſcae. Maſvicius tamen *ſilicem* & in Virgilio & in Servio edidit. & ne vitium operarum credas, ter ita legitur. ſed an illi *paſcit* convenit? BURM.

Ibid. INVISAM ARATRIS. Catroeus explicat non aptam ſementi & arationi. ſed ego difficilem arationi intelligo, ut contra *patientem vomeris unci* dicit infr. ỳ. 223. vel quae arando vix exſcindi, & exſtirpari poteſt. *aratro* pro aratori. & eadem elegantia mox 207. *iratum aratorem* vocat, qui

diu

46 deſunt B. ad ỳ. 192. 47 radices enim ejus s. c. s. nexae, & avulſae renaſcuntur L. V. R. Voſ. Steph. Dan. 48 Tropum metaphoram fecit, ut videant (videantur) quaſi ſuas injurias aratra ſentire, quia radices filicis aratris ſunt impedimento G. 49 PRAEVALIDAS. permanſuras in laude. parvum dixerat, niſi dixiſſet *olim*, id eſt multo tempore. *olim*, id eſt cujuslibet temporis. G. 50 endyaden fecit al. endyadiſin L. 51 deſunt L. V. B. Voſ. R. 52 *Ebur* autem dixit tibiarum V. L. Voſ. R. *ebur* autem tibiarum Cod. Urſ. oſtendit elephantinum, de quo tibiae ornantur. *ebur* ergo pro tibia poſuit. G. 53 cum quibus B. fortaſſe non male, nam notatum ſaepe eruditis praepoſitionem *cum* addi, ubi agitur de inſtrumento aliquo, quo efficimus hoc vel illud, ſolere. Feſt. *Funebres tibiae dicuntur, cum quibus in funere canitur*, ſic Ovid. VI. Met. 614. *Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo.* pluribus abſtineo. BURM. 54 canere ſolebant Cod. Urſ.

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis ſtudium vituloſque tueri,
Aut foetus ovium, aut urentis culta capellas:
Saltus, & ſaturi petito longinqua Tarenti,

Et

SERVII.

194. LANCIBUS PANDIS. Aut patulis, aut extorum pondere [55] incurvatis. FUMANTIA REDDIMUS EXTA. [56] Sacerdotum uſus verbo; *Reddi* enim dicebantur *exta*, cum probata & elixa, arae ſuperponebantur.

196. AUT URENTEIS CULTA CAPELLAS. Omne enim, quod momorderint, urunt [57] [& exſiccant:] unde eſt II. Georg. 379. *Et* [58] *admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.*

197. SATURI TARENTI. Aut foecundi, aut quod eſt juxta oppidum *Saturum*. Tarentum enim & Saturum vicinae ſunt [59] ſibi Calabriae civitates. Horatius I Sat. VI. 59. [60] *Me Saturejano vectari rura caballo.* [61]

PHILARGYRII.

194. REDDIMUS. Quia debentur. PANDIS. Cavis: ut ipſe infr. 244. *Et pandas ratibus poſuere carinas.*

195. SIN ARMENTA. Quare de armentis dicit, cum tertius liber ad pecudes diviſus ſit? Solvitur ſic: Varietatis cauſa, ne uniformis narratio eſſet. Nunc & *armenta*, non de his dicit, ſed de terra, quae utilis ſit armentis. Ante enim poſuit, quae nutriant, [62] & ſic quae nutrit.

VARIORUM.

diu & multum laborat in ſilva eruenda, ut cultui aptus ager fiat. de ratione exſtirpandae filicis vid. Columel. II. 2. BURM.

190. HIC. *Hinc* Venetus.

191. SUFFICIET. *Sufficiat* in Gudiano. HEINS.

192. LIBAMUS. *Libatur* Ed. Mediol.

193. AD ARAS. *Ad auras* Gudianus.

194. LANCIBUS ET PANDIS. *Patulis* a manu prima Mediceus. ſed Diomedes Grammaticus *pandis* agnoſcit. HEINS. Suſpicabar olim ſcriptum fuiſſe *Lancibus & pateris*, quia in Regio codice ſuperſcriptum erat pro interpretatione *ſcutulis*, vel *patulis*. jam vero videbatur huc facere Martial. XI. Ep. 32.

Sic implet gabatas, paropſidaſque,
Et leves ſcutulas, cavaſque lances.

ſed quia pateris magis libabatur, quam exta reddebantur, & quia modo praeceſſit, contineo manum. aliud tamen nomen vaſis hic latere puto, pro epitheto *pandis*. quod gloſſator *patulis* reddidit. nam *panda* proprie incurvata dicuntur. vid. infr. Serv. ad ÿ. 445. BURM.

196. AUT FOETUS OVIUM. Mediceus & caeteri noſtri cum Pierianis, *Aut ovium foetus*, exceptis tamen Rottendorphiano ſecundo, & Moreti fragmento. idque etiam Nonius Marcellus in *fetus* agnoſcit, nec aliter Giphanius ex ſcriptis & Grammaticis antiquis Indice Lucret. pag. 420. HEINS. *Aut foetus ovium urentis* Menagianus primus. *aut ovium foetus, aut* Francianus & Tollianus, Regius Voſſian. & Ed. Med. ſed Ed. Venet. *& urentes*. BURM.

197. ET SATURI PETITO LONGINQUA TARENTI. Sic & *ſatura praeſepia* dixit lib. III. 214. in veteri oraculo apud Strabonem (p. 427.) puto habes, *Τάραντα πίονα δῆμον*. at in Mediceo *Satyri Tarenti*, pro *Satyri Tarenti*, quomodo & primus Moretanus, addita gloſſa, *id eſt oppidi*. quam ſcripturam Servius quoque & Probus, & Julius Philargyrius ſuo ſaeculo agnovere. Stephani Byzantii epitome, *Σατύριον, χώρα πλησίον Τάραντος τὸ ἐθνικὸν Σατυρῖνος καὶ Σατύριος*. Scholiaſtes Maronis ineditus Bibliothecae Leidenſis ad hunc locum: *Saturi) locus Tarenti, quem Caelius in quinto libro Hiſtoriarum dicit nomen*

55 curvatis L. V. R. Voſ. B. Lances vaſa lata, in quibus fercula efficiuntur G. 56 *fumantia*, elixa, ſacerdotum uſus verbo. *Reddi* enim quae probata arae ſuperponebantur. Barthius. 57 deſunt L. Voſ. R. V. B. Steph. Dan. 58 *a morſu* V. *amorſa* L. Voſ. *amorſo* R. 59 deeſt Steph. Dan. 60 *Saturiano* Steph. Dan. 61 item *Saturi* locus Tarenti * quem Caelius in V. libro Hiſtoriarum dicit, nomen accepiſſe aratura (a Satura) puella, quam Neptunus compreſſit. Longa, potiora, ut apud Salluſtium in prima traditur, *fugam inociam* (f. in etiam) *longinqua agitaſſe*. Tarentus civitas in Italia, ubi foenum ſatis naſcitur. & lana Tarentina, unde Hercules fuit. G. 62 forte, & hic.

Et qualem infelix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niveos herboſo flumine cycnos.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina deerunt.
Et quantum longis carpent armenta diebus,

Exi-

SERVII.

198. [63] [ET QUALEM INFELIX A. M. C. Quando ſcilicet Auguſtus agros Mantuanos cum agris Cremonenſium militibus ſuis dedit. Dicit autem campum aptum ad paſcenda animalia.

199. NIVEOS CYCNOS. Candidos. HERBOSO FLUMINE. Pratis juxta flumen poſitis.]

200. LIQUIDI FONTES. [64] Puri, ſine peſtilentia.

201. ET QUANTUM LONGIS. Ut in Aeneide (vid. VII. Aen. 712.) diximus; hoc dicit Varro, [65] [tantam ubertatem] fuiſſe in Roſulano agro, poſtquam Velinus ſiccatus eſt lacus, [66] ut ibi longam perticam magnitudo ſuperaret herbarum.

VARIORUM.

men accepiſſe a Satura puella, quam Neptunus compreſſit. Servius huc trahit illud Horatianum de *Saturiano caballo*. ſed *Saturum Tarentum* optime ſe habet, hoc eſt foecundum, ac rebus omnibus abundans. Videtur & Martialis ad hunc Maronis locum alluſiſſe, cum inquit lib. VIII. Epig. 28. *Qua ſaturat Calabris culta Galaeſus aquis*. eodem modo *rus ſaturum* Perſio ſatyra prima, cui nihil deeſt, & quod omni frugum copia plenum. ſic & *ſaturus colonus* Tibullo II. Ecl. I. 23. Seneca Natural. Quaeſt. V. cap. 9. *locos ob humidam coeli naturam ſaturos & redundantes*. prior quoque Mentelianus hoc Maronis loco *ſaturi* interpretatur *foecundi*. *Saturandi* quoque verbo Martialis uſus eſt, ubi agit de agro Tarentino, loco jam indicato. idem Martialis L. X. Ep. 96.

Auriferumque Tagum ſitiam, patriumque Salonem,
Et repetam ſaturae ſordida rura caſae.

ubi *ſaturam caſam* vocat illam non laute exſtructam, ſed affluentem victu. ſubjungit enim interpretamenti loco:

Illa placet tellus, in qua res parva beatum
Me facit, & tenues luxuriantur opes.

plura alia ſunt in eodem Epigrammate. *Saturare horrea* auctor Aetnae loco corrupto in Catalectis Pithoei p. 45. ỳ. 266.

Horrea uti ſaturent, tumeant ut dolia muſto.

Saturare horrea pro implere. Idem initio ỳ. 12.

Cum domitis nemo Cererem jactaret in arvis,
Annua ſed ſaturae complerent horrea meſſes.

Saturum hoſtem Lucanus dixit lib. VI. 117. pro commeatu affluentem.

Plurimaque humanis antehac incognita menſis
Diripiens miles, ſaturum tamen obſidet hoſtem.

Saturatae murice veſtes, ſaturatum ſanguine ferrum paſſim apud Poëtas. *infando ſaturatae carmine frondes*, apud Lucanum libro VI. 682. ubi ritus magicos Theſſalidum deſcribit. & *ſaturata veneno tela*, lib. VIII. 304. Statius Epithalamio Stellae:

Robora Dalmatico lucent ſatiata metallo.

i. e. auro. *paries circa palea ſatiatus inani*, Petron. cap. 135. ſic *ſatur Autumnus* Columellae in Hort.

Cum ſatur Autumnus, quaſſans ſua tempora pomis,
Sordidus e muſto ſpumantes exprimit uvas.

idem dixit ibidem *ſaturare terrae jejunia fimo*. & lib. IV. 22. *ſatiare fimo vineam*. & lib. II. 9. *ſtercore terram ſaturare*. & ita paſſim. Martial. in Xeniis lib. XIII. 24.

Cecropio ſaturata Cydonia melle.

Claud. Epithal. Honorii 248. *Saturata vernis roribus roſa*. HEINS. *Et ſaltus ſaturi* Menagii, prior & ſecundus Moreti. *Et ſatyri ſaltus* Francian. *ſatiri* Gudian. ſic variatur inf. lib. IV. 335. in *ſaturo* & *ſatyro* colore. *Terenti* Mediceus a m. pr.

200. NON GRAMINA DESUNT. Mediceus *derunt*, ſuperaddito a manu ſecunda altero *e*, *deerunt*. quomodo ſecundus Moretanus, & Mentelianus alter. & tertius cum tertio Rottendorphiano.

opti-

63 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. ad ỳ. 200. 64 deeſt B. 65 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. Dan. aliis deeſt *tantum*. 66 ubi longum p. m. ſuperabat h. L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan.

Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra fere, & preſſo pinguis ſub vomere terra,
Et cui putre ſolum, (namque hoc imitamur arando)
Optuma frumentis. Non ullo ex aequore cernes
Plura domum tardis decedere plauſtra juvencis:
Aut unde iratus ſilvam devexit arator,

Et

SERVII.

203. [67] [NIGRA FERE. Non per omnia nigra, ſed pene. PINGUIS TERRA. Craſſi & abundantis humoris.

204. PUTRE SOLUM. Solubile. Hoc IMITAMUR ARANDO. [68] Haec arando inſpicimus, & videre ſolemus.

205. OPTIMA FRUMENTIS. Subaudi, eſt hujuſmodi terra. AEQUORE. Id eſt, agro, vel campo.

206. PLURA DOMO TARDIS. *Plura*, comparativum eſt: nam dicit hujuſmodi terram tantae fertilitatis eſſe, ut ex nullo agro amplius agricola aliquis frumentum colligat, quam ex ea, quae hujuſcemodi eſt. DOMUM DECEDERE. Id eſt, ad domum redire. TARDIS autem JUVENCIS, gravatis pondere ex copia frumenti.]

207. AUT UNDE IRATUS. [69] Infoecunditati diuturnae.

PHILARGYRII.

203. PINGUIS. * Fertilis, quia regio ejus herboſa eſt. Alii dicunt agrum, in quo condita eſt Tarentus, *Saturum* vocari.

VARIORUM.

optime. nam & ſequentia per tempus futurum efferuntur. Pluribus aſſerui hanc lectionem notis ad Claudianum libro ſecundo raptus Proſerpinae ℣. 287. noſter libro VII.

—— non vobis rege Latino
Divitis uber agri, Troiaeve opulentia deerit.

Lucanus lib. I. *arma tenenti Omnia dat, qui juſta negat, nec numina deerunt.* ſic praeſtantiores libri Mſſ. vide plura exempla apud Voſſium Artis Grammaticae lib. II. cap. 14. HEINS. *Deerunt* Francianus & Regius. eodem modo *derunt* Mediceus infr. 232.

202. REPONET. *Reponat* tertius Rottendorphius. *reponet* Mentelius prior a manu ſecunda & Voſſ. prior. vulgata apud Schol. Horat. IV. Od. 6.

203. ET PRESSO. *Et* deeſt Mentelio priori & ſecundo Rottendorphio & Zulichemio. *ex* Gudianus. *pingui* Mediceus.

204. ET CUI. Dactylum hic eſſe, Probum cenſere, notat Pierius. ſed vid. ad Phaedr. I. 8. BURM.

Ibid. NAMQUE HOC IMITAMUR ARANDO. *Hic* fragm. Moreti. *imitantur* Menagian. pr. Rottend. & primus Moreti a m. pr. quod poſſet ferri, ut agricolae ſubintelligantur: *imitatur* Voſſ. & Medic. a m. pr. vulgatam habet Lutat. ad Stat. IV. Theb. 241. & ita citat Servius ad VII. Aen. 746. Sed Servius non recte hunc locum explicuiſſe mihi videtur, qui *arando inſpicimus & videre ſolemus* reddit, quod vix intelligo. ſed ſenſus eſt, putre ſolum, ubi a natura ita eſt, optimum erit frumento. ſed ſi non ſit, arando: & labore naturam imitari conamur, & induſtria noſtra putre reddimus. ut bene cepit Victorius lib. XI. Var. Lect. 23. & hoc probat Donatus ad Terent. Andr. IV. 57. ubi explicat, quid ſit *induſtria*, id eſt ſcientia & providentia: ea enim, quae dicimus & ſcimus, operatione *ingenita* (ita legebat Broukhuſius pro *genita*) & induſtria quadam ſcimus, & hoc Virgilius his verbis adductus probat. induſtriâ ergo corrigimus ita locum, & glebas duras frangendo putrem terram efficere conamur: & ita contra dicit terram amaram mox *manſueſcere* arando infr. ℣. 239. neſcio autem, an Servius *miramur*, quod verbum ſaepe cum *imitamur* confuderunt librarii, legerit & explicuerit, ut & Gloſſator Reg. Cod. qui

67 deſunt L. V. B. Voſ. R. Steph. Dan. ad ℣. 207. 68 ſtudemus hoc quidem modo, nullum imitemur G. 69 infoecunditate diuturna R. Steph. Dan. infoecunditate quia nullos ex his fructus habet G. * haec nota videtur eſſe referenda ad ℣. 197. & ſic conſtituenda. SATURI. pinguis, fertilis, q. ſ. &c.

Et nemora evertit multos ignava per annos,
Antiquaſque domos avium cum ſtirpibus imis
Eruit: illae altum nidis petiere relictis.
At rudis enituit inpulſo vomere campus.
Nam jejuna quidem clivoſi glarea ruris

Vix

SERVII.

209. ANTIQUASQUE DOMOS. Aut re vera antiquas, aut charas. Salluſtius lib. VI. Hiſt. *Tantum antiquitatis curaeque majoribus pro Italica gente fuit.* Eſt autem ecbaſis in iſta deſcriptione.

210. [70] [ENITUIT. Fertilitate jucundus exſtitit.

211. IMPULSO VOMERE. Immiſſo aratro, ſcilicet ab agricolis.]

212. JEJUNA GLAREA. Sicca & ſterilis terra.

VARIORUM.

qui *videmus* ſuperſcripſit. ſed *imitamur* eſſe retinendum docet infr. Philarg. ad ℣. 263. ubi etiam Maro tradit rationem, qua putre ſolum poſſit fieri. ita & utitur verbo *imitari* lib. III. 380.

Fermento atque acidis imitantur vitea ſorbis.

& Cicer. de Nat. Deor. II. 14. *ipſe homo ortus eſt ad mundum contemplandum, & imitandum.* ubi Daviſius priore in editione *mirandum* reſcribi juſſit, ſed in altera mutavit ſententiam. *imitandum* etiam eſſe legendum egregie oſtendit vir doctus, ex Academia bonarum literarum Pariſienſi, in tomo IV. Hiſtoriae Academiae iſtius, pag. 275. Solinus cap. XXXIII. de Palma Aegyptiorum. *Obſeſſis officiis mentis & corporis vitium imitatur ebrietatis.* ita olim lectum non fuit. & dubito, an non legi poſſet *vitium imitatur ebrietatem*, ut a *vites* derivetur, non vero ſit *vitium*, *vitii.* denique hunc Virgilii eſſe ſenſum docet nota Servii ad lib. I. Georg. 44. *putris ſe gleba reſolvit, quam tepor efficit & aratrum.* tepor naturalis, & imitator arator. Et Columell. lib. II. cap. 2. hunc verſum adducit & explicat, *reſolvere & fermentare terram*; ut ita maximos quaeſtus praebeat. ut & Virgilius ſubjicit. Gloſſa Leid. *exercere debemus* explicat: recte. BURM.

206. DECEDERE. *Diſcedere* fragmentum Moreti.

207. DEVEXIT. *Dejecit* Mediceus. & utraque lectio ſatis defendi poteſt. vid. ad Valer. Flac. I. 121. & VIII. 289. infr. ℣. 408. *primus devecta cremato ſarmenta.* ubi etiam *dejecta* in Ed. Venet. BURM.

208. EVERTIT. *Avertit* Ed. Mediol. vid. lib. I. 256.

209. DOMOS. *Domus* Venetus.

210. ALTUM. *Alnum* Venetus. *petivere* Regius.

211. AT RUDIS ENITUIT. *Aut* Moreti ſecundus, Voſſianus alter, & a m. pr. Mediceus. & Mentelii tertius. Vondelius & Catroeus haec a praecedentibus ſeparant, & novum genus terrae hic a Poëta tradi exiſtimant; nimirum terram albicantem, quae maligna eſt, ut cognoſcitur ex aratione, quando illa movetur, & ita conſtruunt, ac ſi terra, quae enituit, id eſt alba apparet, eſſet rudis, id eſt ſterilis. quae nec menti nec verbis Poëtae congruunt: nam pertinet hic verſus & cohaeret prioribus de ſilvis erutis, quibus exciſis & devectis domum, dicit, aves quidem relictis nidis avolare, ſed hoc damnum eſſe leve; rudis enim terra, id eſt ante inarata, horrida & inculta, nunc eniteſcit, id eſt fertilis & ſpecioſa fit. *Rudis* enim terra proprie non eſt ſterilis natura ſua, ſed quae inculta, nec laborata aliquid protulit. ſed quae nunc agricolae induſtria frugibus ferendis idonea redditur: & hinc recte Gloſſa Regii codicis, *novus ſplenduit.* ſic Ovid. III. Am. V. t. 15.

De quo Cerealia primum
Semina venerunt in rude ſparſa ſolum.

II. Metam. 646.

Partimque rudi data ſemina juſſit
Spargere humo.

nec multum diſſimili ſenſu *rudem & ſine imagine terram*, dicit lib. I. Metam. 80. ſic & *rude mare*, antequam navigaretur & moveretur, dixit Catull. Epithal. Pelei. ℣. 11.

Illo

[70] deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. ad ℣. 212.

Vix humilis apibus caſias roremque miniſtrat:
Et tophus ſcaber, & nigris exeſa chelydris
Creta, negant alios aeque ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curvas praebere latebras.
Quae tenuem exhalat nebulam, fumoſque volucris;
Et bibit humorem, &, quum vult, ex ſe ipſa remittit:
Quaeque ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit,
Nec ſcabie & ſalſa laedit robigine ferrum,

Illa

SERVII.

213. CASIAS ROREMQUE. *Caſia* & *Roſmarinus*, apibus aptae ſunt herbae.

214. TOPHUS SCABER. Lapis [71] aſperrimus: unde & *ſcabies* dicitur ab aſperitate. NIGRIS. Nocentibus.

215. NEGANT. [72] Scilicet Nicander & Solinus, qui de his rebus ſcripſerunt.

217. QUAE TENUEM EXHALAT NEBULAM. [73] Nunc dicit agrum omnium rerum feracem. Quatuor enim genera agrorum imitatur, qui ſolus poteſt, quod illi quatuor: ſicut ſequẽtia indicant. [74] FUMOSQUE VOLUCRES. Quaſi fumos: ſcilicet ex humore.

219. SUO GRAMINE. Naturali ſcilicet, [75] non coacto: [76] [nam cum ager alia, quam ei natura dederit, aut amplius profert, per ſtudium culturae cogi videtur. Hic autem de eo dicit, qui herbis naturaliter abundat. [77] VIRIDI SEMPER SE GRAMINE VESTIT. Id eſt, herbis ſemper eſt plena, non per ſemen acceptis, ſed naturaliter prolatis.]

220. NEC SCABIE, ET SALSA LAEDIT RUBIGINE FERRUM. [78] Proprie: nam *rubigo* quaſi ſcabies ferri eſt.

PHILARGYRII.

213. ROREM. *Rorem*, quem *marinum* vocant, dicit: & eſt humile virgultum, quod in excelſis agris naſcitur.

216. DULCEM. Ordo eſt, *aeque dulcem*, hoc eſt, tam dulcem.

VARIORUM.

Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten. & ita omnia dicuntur *rudia*, quae inculta, impolita & horrida ſunt. vid. ad Valer. Flac. v. 642. deinde *enituit* ad fertilitatem & ſpeciem agri referri debet, non ad vitioſum colorem. ut ita noſter dixit *nitentes campos* VI. Aen. 677. *nitentia culta* lib. I. Georg. 153. & Quinctil. lib. IX. de Inſt. Orat. 4. *quid non cultu niteſcit?* ubi vide notas. & Decl. XII. 13. *nullus inverſis aratro glebis campus nitet.* & ibi vide, quae notavimus. & quae ad Ovid. XV. Met. 202. Heinſius ſcripſit. pro *impulſo* Ed. Med. *impreſſo*. ut modo ỷ. 203. & alibi ſaepe Maro & alii. ſed hic in agro ſilvoſo, & radicibus arborum impedito, rectius *impelli* vomer, quam, ut in putri & molli ſolo, *imprimi*, dici poteſt. BURM.

214. SCABER, ET NIGRIS. *Et tofuſcaber* Voſſ. *tofus* multi. *ſcaber nigriſque* Edd. Ald. & Junt. quas innuit, credo, Pierius. ſed in Aldina poſteriore correctum. *chelindris* alter Rottend. Venet. & Leidenſis. BURM.

216. CURVAS. Urſinus *vacuas*, & in aliis codicibus eſſe *varias* notat.

218. ET BIBIT. *Ut* Venetus.

219. SUO VIRIDI. Lege *quaeque ſuo viridis.* miror a nemine animadverſum. FABER. *Semper viridi* Mediceus cum primo Moretano: verſu proximo idem Mediceus a manu prima. & Leidenſis, *aut ſalſa*, non &. HEINS. *Falſa* Menag. prior.

221. In-

71 aſper & cavernoſus G. 72 deeſt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. 73 deeſt L. V. R. Voſ. G. Steph. Dan. dicit enim B. dixit G. 74 nebulam aliquando pro nube. ſed eſt ros turbidiſſimus in aeſtate, & pruina in hyeme: *fumoſque* quaſi fumus G. 75 & non L. Voſ. R. B. 76 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. 77 nam hoc viridi al. 78 proprie. Rubigo ſcabies f. e. G.

Illa tibi laetis intexet vitibus ulmos:
Illa ferax oleo eſt: illam experiere colendo,
Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.
Talem dives arat Capua, & vicina Veſevo
Ora jugo, & vacuis Clanius non aequus Acerris.
Nunc, quo quamque modo poſſis cognoſcere, dicam.
Rara ſit, an ſupra morem ſi denſa, requiras:
Altera frumentis quoniam favet, altera Baccho:
Denſa magis Cereri, rariſſima quaeque Lyaeo:

An-

SERVII.

224. DIVES CAPUA. Ideo dives, quia talem arat. VESEVO. *Veſevus*, mons eſt Liguriae, ſub Alpibus poſitus: nam Campaniae [79] [mons quidem] *Veſuvius* dicitur: pro quo multi *Veſevum* [80] eſſe poſitum [81] volunt.

225. ET VACUIS CLANIUS NON AEQUUS ACERRIS. *Acerrae* civitas eſt Campaniae, haud longe a Neapoli: quam *Clanius* praeterfluit fluvius: [82] cujus frequens inundatio eam exhaurit: unde ait *vacuis*, id eſt, infrequentibus [83]

227. SUPRA MOREM. Abundanter, plus aequo. Iſti autem verſus incomparabiles ſunt: tantam habent ſine aliqua periſſologia repetitionem.

229. DENSA MAGIS CERERI. Bene addidit *magis*: nam hoc vult oſtendere, quid ubi melius naſcitur: poteſt enim & [84] frumentum in rara, & vinum in denſa, ſed non feliciter, naſci.

PHILARGYRII.

224. VESEVO. Campaniae mons *Veſevus*.

225. ORA. Et hoc emendavit ipſe, qui *Nolam* poſuerat. Nam poſtea offenſus a Nolanis, qui eidem aquam negaverant, *ora* pro *Nola* poſuit.

227. SUPRA MOREM. Ordo eſt: Si requiras rara ſit, an ſupra morem denſa. Et *Supra morem* hic pro valde eſt poſitum, hoc eſt ſupra modum, ſupra juſtum.

VARIORUM.

221. INTEXIT. *Intexet* Edit. aliae & ſcripti. *intexit* Venetus & Gudianus. *ipſa tibi* Zulichem.

222. OLEAE. *Oleo* Aruſianus Meſſius: *Ferax illo*. Virgil. II. *Illa ferax oleo*. ſic Saluſt. Jugurth. *Arbore infecundus*. ſed & Nonius Marcellus Ablativus pro genitivo, Virg. Georg. II. *Illa ferax oleo eſt*. idque vetuſtiores Pierii occupavit codices, ex noſtris primum Moretanum cum ejuſdem fragmento, Menagianum praeterea priorem, & ſecundum tertiumque Rottendorphianos. Giphanius Indice Lucretiano in *ſubeſſe* legit ex ſcriptis & Nonio, *Illa ferax oleo eſt*. HEINS. *Ferax oleae* omnes fere noſtri. *oleae* deeſt Parrhaſ. *experire* Regius a m. pr. Heinſ. ad Ovid. II. Amor. XVI. 7. citat, *terra ferax olei eſt*. ubi vide. BURM.

224. ARAT. *Erat* Medic. & Mentel. pr. uterque a m. pr.

Ibid. VESEVO. Mediceus, & Voſſianus uterque. at Mentelianus prior *Veſaeo*. Caeterum teſtis eſt A. Gellius Noct. Atticar. libro VII. cap. 20. a manu prima ipſius Virgilii eſſe, *vicina Veſevo Nola jugo*, non *Ora*. quod repoſitum ſit ab irato & indignabundo Marone, ob negatam ſibi a Nolanis aquam in rus proximum ducendam. HEINS. Vide Ambroſ. Leonem lib. I. de Nola cap. 2. *Veſaevo* Reg. Mentel. Voſſ.

225. CLANIUS. *Clanis* Parrhaſ. ita ab aliis dicitur, & *Glanis*, quo nomine tres in Italia fluvios fuiſſe docet Cluver. Ital. Ant. lib. III. pag. 1076.

226. NUNC. Conſtantinus lib. II. cap. 9. NANSIUS. *Quo quaeque* Ed. Venet. *quocunque*

Mo-

79 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. mons quidam Fabr. al. 80 deeſt L. Voſ. R. 81 dicunt V. deeſt L. Voſ. R. 82 cujus etiam inundatio G. 83 deſertis. Poeni enim Acerram incolunt, quia in paludes magna ex parte verſa eſt G. 84 frumenta V.

Ante locum capies oculis, alteque jubebis
In ſolido puteum demitti, omnemque repones
Rurſus humum, & pedibus ſummas aequabis arenas.
Si deerunt, rarum, pecorique & vitibus almis
Aptius uber erit; ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca, & ſcrobibus ſuperabit terra repletis,
Spiſſus ager: glebas cunctantis craſſaque terga
Exſpecta, & validis terram proſcinde juvencis.
Salſa autem tellus, & quae perhibetur amara,

Fru-

SERVII.

230. Capies. Eliges, ut I. Aen. 396. *Aut capere, aut captas jam deſpectare videntur.*

231. In solido. [85] Ne ager ſit concavus.

234. [86] Aptius uber erit. Aptior ubertas & fertilitas.

236. Glebas cunctantes. Validas, graves, magnas, ut VI. 210. *Aviduſque refringit Cunctantem.* [87]

237. Exspecta. Proba, ut VIII. Aen. 151 *Et rebus* [88] [*ſpectata juventus.*]

PHILARGYRII.

230. Capies oculis. Id eſt, eliges, ut I. Aen. 395. *Nunc terras ordine longo.*

238. Salsa. Hyperbaton, id eſt, *falſa tellus.*

VARIORUM.

Moreti quartus & Ed. Mediol. *quamcumque*, vel *quocumque* Zulichem. *tunc quo* fragm. Moreti. vide mox ỳ. 256.

227. Morem si densa, requiras. *Requires* pro *requiras* Mediceus a manu prima. quod & Voſſianum occupavit priorem. HEINS. Et Francian. & Mentelianum a manu prima. *aut ſupra ſit denſa* Venet. Zulich. & Ed. Genev.

230. Alteque. *Altumque jubebis in ſolido puteum demitti* ſecundus Moretanus. HEINS. *Videbis* Gudianus, ſecundus Menagianus & Rottendorphius, & alius. *reponas* alter Moretanus. *in ſolidum* fragm. Moreti, Ed. Venet. *dimitti* Voſſianus prior. Francianus & plures. BURM.

233. Rarum. *Rarum eſt* Francianus. ſed ſolent ſaepe *ut* interjicere. ſimilia Poetae & alii. Flor. I. 3. *ſic, rarum, unius manu parta victoria.* vide ad Seren. Samon. III. 35. & infr. IV. 130. ita Lucan. IV. 455.

Ruituraque ſemper
Stat, mirum, moles.

ubi etiam *mirum eſt* in Richeliano codice erat. *ſi deerunt terrae* Parrhaſ. BURM.

234. Sin in. *Sique in* Zulichemius. ſed *ſi in* alter Menagianus. *ſis in* Venetus. *ſi in* Mentelii prior. ſed vid. lib. I. 432. BURM.

235. Superabit. *Superarit* fragm. Moreti.

236. Crassaque. *Verſaque* Moret. quart. Ex Servii interpretatione videtur legendum, *& ſpecta & validis.* ut *ſpectare* ſit pro examinare. vid. ad Ecl. III. 48. in Mediceo *Exſpecta validis.* & certe noſter hoc verbo *exſpectare* ſaepe utitur, pro deſiderare velle, ſperare quid, quod certo eveniet, ut ſupr. 27. infr. 421. ubi ut de rebus inanimatis, quarum natura id deſiderat, ita hic de homine, quem explorata natura agrorum, an ſpiſſus ſit ager, debere eum ait ſperare, immo certum eſſe, ibi glebas cunctantes eſſe & craſſa terga, quae validos juvencos deſiderant. talem ergo agrum elige, & deſtina arationi, non paſtui pecorum. ita *panem exſpectant*, ut certo futurum, dixit lib. VI. Aen. 614. & ita Cl. Drakenborchium credo recte vulgatam ſervaſſe apud Sil. Ital. V. 206. *Diras Exſpectat caedes Juno:* ubi vide ejus notas. BURM.

240. Sua

85 in vacuum & concavum G. 86 Humum. Humus eſt interior pars terrae, *terra* ſuperior. G. 87 cunctantes, id eſt, dubitantes, utrum Baccho an Cereri conveniat G. 88 deſunt al. *exſpectata* L. V. R. Voſ. B.

Frugibus infelix (ea nec manſueſcit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſervat)
Tale dabit ſpecimen. Tu ſpiſſo vimine qualos,
Colaque praelorum fumoſis deripe tectis.
Huc ager ille malus, dulceſque a fontibus undae
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttae;
At ſapor indicium faciet manifeſtus, & ora
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.

Pin-

SERVII.

239. NEC MANSUESCIT ARANDO. Dum aratur. Alibi de arboribus ita ſupr. 51. *Exuerint ſylveſtrem animum.*

240. SUA NOMINA. [89] Propriam generoſitatem, ut II. Aen. 89. *Et nos aliquod nomenque decuſque Geſſimus.*

241. SPECIMEN. [90] Dignam probationem. SPISSO VIMINE. Pro, ſpiſſi viminis.

242. QUALOS COLAQUE PRAELORUM. [91] *Qualos*, per quos vinum defluit: qui & ipſi a colando dicti ſunt. *Praela* autem trabes ſunt, quibus uva jam calcata premitur. [92]

244. [93] ELUCTABITUR. Cum mora egredietur.

247. AMAROR. Amaritudo: & eſt ſermo Lucretii: & vera lectio ipſa eſt: nam multi *amaro* legunt: ut ſit, *Senſu amaro.* [94]

PHILARGYRII.

241. TALE DABIT SPECIMEN. Specimen pro argumento.

VARIORUM.

240. SUA NOMINA. *Numina* alter Rottendorphius. *ſervet* Mentelius primus. *genus & nomina*, ut in hominibus, ita hic, nobilitatem deſignat. vid. ad Ovid. II. Epiſt. 50. & ita cepit Servius. BURM.

241. QUALOS. *Squalos* Leidenſis unus. mox *diripe* alter Rottendorphius, Francian. & duo Leidenſes, totidem Moretani, & Parrhaſ. qui & *collaque*.

243. HUC AGER ILLE MALUS. *Huic* videtur agnoſcere Aruſianus Meſſius, ſi tamen exemplaria ejus ſatis ſunt caſtigata. *Kalca huic.* Virgil. Georg. II. *Huic ager ille malus* &c. ſed alibi pro vulgata ſtat ſcriptura. ſub voce *Huc*. HEINS.

244. ELUCTABITUR. *Luctabitur* alter Menagianus. *ibunt de vimine* alter Moreti. mox idem, *Et ſapor*.

247. AMARO. *Amaror* quartus Moretanus, Rottendorphianus tertius, prior Menagianus, Venetus, & Voſſiani duo. etiam alter Mentelianus a prima manu, caeteri *amaro*, quomodo Scholiaſtes Statii Theb. V. 392. ſed Macrobius Saturnalium VI. cap. I. *amaror* manifeſte agnoſcit. addito & Lucretii loco, quem Maro illi viſus eſt reſpexiſſe, *foedo pertorquent ora ſapore.* primus omnium Maroni τὸ *amaror* hoc loco aſſeruit Hyginus, idque ex codice pervetuſto, qui ex familia ipſius Maronis dicebatur prodiiſſe, ut teſtatur A. Gellius libro I. Noctium Atticarum cap. 21. qui & recte Lucretii locum huic confirmandae lectioni ſubjungit ex quarto 224. *dilutaque contra Cum tuimur miſceri abſynthia tangit amaror.* Hunc Lucretii locum Servius reſpiciebat, qui & *amaror* agnoſcit. *amaror*,

89 ſua nomina, id ſuas naturas & nomina amittunt G. 90 talem Fabr. al. dignam pr. talem L. G. V. R. B. 91 *Cola* inſtrumentum, quo vinum premitur, *praela*, quibus exprimuntur & torquentur uvae. docet Virgilius agricolam ad vitem praela congregare, ut colis dulce vinum exprimeret G. *Qualos*, id eſt corbes Fabr. *cola* a colando L. V. Voſ. calendo G. 92 243. DULCESQUE. dulces ſunt fontes, terra tamen ſalſa ſit G. 93 AD PLENUM. id eſt deſuper humantur fontes, ut lympha eorum expurget terrae amaritudinem tacitam G. 94 bene in ſuperioribus diviſit terrarum ſpeciem, ſeparatim ſalſam, ſeparatim amaram. alia enim ſalſa, alia amara, nec unum ſaporem utraque retinet. & hic de ſola loquitur amara G.

Pinguis item quae ſit tellus, hoc denique pacto
Diſcimus: haud umquam manibus jactata fatiſcit,
Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.
Humida majores herbas alit, ipſaque juſto
Laetior. Ah nimium ne ſit mihi fertilis illa,
Neu ſe praevalidam primis oſtendat ariſtis!
Quae gravis eſt, ipſo tacitam ſe pondere prodit,
Quaeque levis. Promptum eſt oculis praediſcere nigram,
Et quis cui color: at ſceleratum exquirere frigus

Diffi-

SERVII.

250. LENTESCIT. Cohaeret. HABENDO. Dum habetur.

251. [95] [HUMIDA. Quae humore abundat & aqua.] JUSTO [96] LAETIOR. Ultra modum, plus quam oportet.

252. [97] AH NIMIUM NE SIT MIHI FERTILIS ILLA. Id eſt, ne herbae, plus aequo creſcentes, ſpem adimant frumentorum. Unde ait in primo 112. *Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.*

253. PRIMIS ARISTIS. Herbis ſurgentibus, quarum luxuries futuris frugibus nocet: quas culmi tenues ferre non poſſunt.

254. [98] [IPSO TACITAM SE PONDERE PRODIT. Id eſt, ſi manu teneatur ejus aliqua pars, ſtatim ſciri poteſt ex pondere gravem & validam eſſe terram.]

256. ET QUISQUIS COLOR. Vera lectio haec eſt: nam male quidam: *Et* [99] *quis cuique* legunt, excludentes *At*, ut ſit: *Et quis cuique color, ſceleratum exquirere frigus, Difficile eſt.* Alii *colos* legunt, ut, excluſo s, fiat [1] Synaloepha, & ſcandamus ita: *Et quis cuique col' at ſceleratum:* ut ſic ſit, quemadmodum XII. Aen. 709. *Inter ſe coiiſſe viros & decernere ferro:* quod non procedit. Tunc enim R in s mutatur, cum longa opus eſt ſyllaba; ut *color, colos; labor, labos;* [2] [*honor* & *honos.*] Hic autem non ſolum longam non facit ſyllabam, ſed etiam excluditur s cum ſuperiore vocali: unde legendum eſt, *Et quiſquis color*, quod nec obſcuritatem affert, nec fidem derogat lectioni. SCELERATUM. [3] Nocens, omnia exurens. [4] [EXQUIRERE FRIGUS DIFFICILE EST. Id eſt, terram, cui frigus dominatur, exquirere difficile eſt.]

PHILARGYRII.

250. AD DIGITOS. Pro, inter digitos.

VARIORUM.

ror, amaritudo: & eſt ſermo Lucretii, & vera lectio ipſa eſt. nam multi amaro legunt. ut ſit ſenſu amaro. ego tamen malim *amaro*; durum enim, *ſapor amaror*. HEINS. *Amaror* defenditur a Barthio ad Stat. v. Theb. 392. *ſenſum amaror* Tollianus. *amaror* Voſſianus, Francianus, Regius & Parrhaſ. non video autem neceſſe eſſe, conjungere *ſaporem, amarorem.* ſed ſapor indicium faciet, hoc generatim de ſapore dicitur, deinde addit *amaror* tentabit ora, ut definiat, qualis ſapor ſit futurus. parum vero intereſſe credo, an *amaro*, an *amaror* legatur. BURM.

248. QUAE SIT TELLUS. *Tellus quae ſit* alter Moretanus. mox *aut umquam* Menag. pr.

250. AD DIGITOS. *Ad* deeſt quarto Moretano a manu ſecunda & fragm. Moreti. *habendo* vidimus ad lib. I. 3.

251. HERBAS ALIT. *Alit herbas* Zulichemius.

252. ILLA. *Una* Menagii prior. unde Heinſius conjiciebat *uvae*. pro *ah*, *a* vel *ha nimium* multi.

253. NEU

95 deſunt V. L. R. Voſ. B. Steph. Dan. 96 LECTIOR V. 97 A.. V. L. B. Voſ. & R. ſed ſuperſcriptum *Ha.* 98 deſunt L. V. B. Voſ. R. Steph. Dan. 99 *quicumque* V. 1 Sunalipha V. L. Voſ. R. Synalipha B. 2 deſunt L. V. R. Voſ. B. 3 deeſt B. 4 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan.

Difficile eſt: piceae tantum, taxique nocentes
Interdum, aut ederae pandunt veſtigia nigrae.
His animadverſis, terram multo ante memento
Excoquere, & magnos ſcrobibus concidere montis,
Ante ſupinatas aquiloni oſtendere glebas,
Quam laetum infodias vitis genus. Optuma putri
Arva ſolo: id venti curant, gelidaeque pruinae,
Et labefacta movens robuſtus jugera foſſor.

At,

SERVII.

258. [5] HEDERAE PANDUNT VESTIGIA NIGRAE. Hederae indicant frigus: nam *Veſtigia* appellavit indicia: *Nigrae* autem, ad albarum diſcretionem, ut VII. Ecl. 38. *Hedera formoſior alba.*

259. HIS ANIMADVERSIS. Id eſt, agri qualitate deprehenſa. TERRAM MULTO ANTE MEMENTO EXCOQUERE. [6] Hoc dicit: non eſſe eo anno ponendas vites, quo fodiuntur [7] ſcrobes; ſed poſt annum: ut calore, frigore, & labore ruſtici, poſſit terra putrefieri. [8]

262. INFODIAS. Obruas. [9] [VITIS GENUS. Id eſt, ita fac ſcrobes, ut eodem anno, quo factae fuerint, hyeme contegantur: & anno ſequenti vites ponas. OPTIMA PUTRI. [10] Id eſt, optima, ſi ſolum putreſcit: & quia rem difficilem videbatur praecepiſſe, addit: ID VENTI CURANT, GELIDAEQUE PRUINAE: per quod docuit nos, oportere, ut ſolibus & pruinis coquatur. Item alibi ſupr. 204. *Ut cui putre ſolum.*]

264. ET LABEFACTA MOVENS. Hypallage: movens & labefaciens.

PHILARGYRII.

258. NIGRAE. Id eſt, frigidae terrae argumenta demonſtrat.

263. ARVA SOLO. Senſus: optima arva ſunt, ſi putreſcit ſolum. Et quia rem difficilem videbatur praecepiſſe, adjecit: *Et id venti curant gelidaeque pruinae.* Propter quod docuit nos, oportere, ut ſolibus & pruinis coquatur. Ipſe alibi ſupr. 204. *Ut cui putre ſolum: namque hoc imitamur arando.*

264. LABEFACTA. Nota figuram: movendo labefaciens, aut movens & labefaciens.

VARIORUM.

253. NEU SE PRAEVALIDAM. *Nec ſe* Medic. Francian. & fragm. Moreti. *ne ſe* Parrhaſ. *praecipitem* Zulich. *oſtendit* Venetus. *oſtentet* Ald. pr. & Junt. quod non diſplicet. & convenit quaſi glorianti terrae, quae non validam, ſed *praevalidam* ſe oſtentat cultori. BURM.

255. PRAEDISCERE. *Praedicere* in Mentelio primo, altero Rottendorphio, Leidenſi primo & tertio Rottendorphio a manu ſecunda. *cognoſcere* Zulichem. eadem varietas lib. I. 252. vid. & I. 51. BURM.

256. ET QUISQUIS. *Et quis cui* Mentel. pr. a m. pr. *Et quisquis* Reg. Medic. a m. ſec. & Edd. Mediol. Ald. pr. Junt. alii, quos ſecutus Catroeus. *ſeu quisquis* Ed. Venet. Zulichem. *Et quis cuique color ſceleratum*, quod defendi poſſet ex ℣. ſup. 226. *quo quamque modo.* & infr. 270. *ut quo quaeque modo ſteterit.* & lib. III. 102. *& quis cuique dolor.* Suet. Galb. X. *qua quisque poſſet opera juvaret.* Liv. I. 29. *quibus quisque poterat elatis.* & ita paſſim. ſed tamen illud *cui* pro cuicumque eorum, non facile repudiarem, nec a librario profectum crederem. ſic Liv. V. 31. *Et ſi cui eorum incommoda valetudo fuiſſet.* BURM.

257. PICEAE TANTUM. *Tantum piceae* ſecundus Moretanus.

258. AUT. *Haut* Mediceus.

259. His

5. 257. PICEAE. ligna, in quibus naſcitur pix. *Taxi*, arbores, quae in frigido loco melius creſcunt. G. 6 & hoc L. Voſ. R. 7 ſcropes G. 8 EXCOQUERE. Ad illud refer, I. Georg. 88. *ſive quod illis omne per ignem Excoquitur vitium* G. 9 deſunt V. L. R. Voſ. B. Steph. Dan. ad ℣. 264. 10 id eſt, & quia rem &c. Fabr. id eſt ad vites ponendas putre ſolum, id eſt, ſolubile optimum eſt, & quia rem &c. al.

At, ſi quos haud ulla viros vigilantia fugit,
Ante locum ſimilem exquirunt, ubi prima paretur
Arboribus ſeges, & quo mox digeſta feratur;
Mutatam ignorent ſubito ne ſemina matrem.
Quin etiam coeli regionem in cortice ſignant:
Ut, quo quaeque modo ſteterit, qua parte calores

Au-

SERVII.

267. UT PRIMA PARETUR ARBORIBUS SEGES. [11] [Id eſt, ubi arbores, antehac fructuoſae, vel etiam agreſtes, degeneres effectae, fructuoſae & ſaporis congrui exiſtere poſſint. Et bene] [12] quia de ſeminario loquitur, arborum *ſegetem* appellavit. DIGESTA. Id eſt, [13] ordinata, ut III. Aen. 446. *Digerit in numerum*, [14] [*atque antro ſecluſa relinquit.*]

268. MATREM. Terram, ut III. Aen. 96. *Antiquam exquirite matrem.*

269. [15] [IN CORTICE. Plantae ſcilicet.]

PHILARGYRII.

266. ANTE LOCUM SIMILEM EXQUIRE. Dicit in tranſlatione arborum ſimilem terram eſſe requirendam, &c.

267. DIGESTA FERATUR. Antiſtrophe, id eſt, tranſlata digeratur.

VARIORUM.

259. HIS ANIMADVERSIS. *His etiam adverſis* Venetus. ſed infr. III. 123. eodem modo legitur.

260. EXCOQUERE. Hoc eſt Soli, & ejus calori excoquendam dare. ita Terent. Adelph. V. III. 62. *Meridie ipſo faciam, ut ſtipulam colligat: Tam excoctam reddam atque atram, quam carbo eſt.* eo ſenſu videtur Lucanus lib. IX. 423. de Libyae parte fertili dixiſſe, *nec aere nec auro excoquitur*, ut effoſſa terra penitus non detur Soli excoquenda, ſed tantum aretur ſuperficies, ut frumenta ferat. BURM.

Ibid. CONCIDERE MONTES. *Concidere* non mutandum. ita Juſtin. II. I. de Aegypto, *tot foſſis conciſa.* ubi vide Vorſtii notas. Gloſſa Reg. Cod. exponit per *Effodere*. *Et* hic omittendum etiam cenſet Cortius ad Plin. VII. Ep. 4. ut ſcilicet Plinii verſum nihil vitii habere oſtenderet. ſed ibi legendum: *Rurſus, de Cicerone daret palmamque decuſque.* nam & alias hoc fecerat Gallus. BURM.

261. OSTENDERE. *Extendere* alter Moretanus. male. Nemeſian. Cyneg. 208. *tepido oſtendere ſoli.* Statius VI. Theb. 90. *lucos oſtendere Phoebo.* BURM.

262. LAETUM. *Lentum* Zulich. & Leidenſ. unus. quod arripuit librarius, quia proprium vitis epitheton videbatur; ut Ecl. III. 38. *lentae vites* occurrunt, & alibi. & ſaepe etiam hae voces in Mſſ. permutatae. vid. ad I. Ecl. 4. hic tamen *laetum* retinendum, id eſt quod ſperes fertile fore, vel quod a fertili matre ſit propagatum: quale genus eligendum eſt. BURM.

263. CURANT. *Curent* Voſſianus prior.

265. AT, SI QUOS HAUD ULLA. *Ac ſi* Mediceus. duo alii *Aut*. HEINS. *Surgit* Vratiſl.

266. EXQUIRUNT. *Exquirant* Leidenſis unus.

267. DIGESTA. *Degeſta* Mentelius prior, ſecundus Moreti. & tertius Rottendorphius a manu prima. *egeſta* ſecundus Menagianus. vid. ſupra ℣. 54. BURM.

268. MUTATA. *Mutatam* Zulichemius & tertius Mentelius, alter Menagius, tertius Rottendorphius. *ignorant* ſecundus & quartus Moretanus, *ſubito ignorent* Menagianus prior. videtur hoc imitatus Calpurn. II. 50.

Sucos ne forte priores
Languida mutata quaerant plantaria terra,

unde hic *mutatam matrem* legendum conſtat. ſimile eſt illud Columellae lib. X. ℣. 153. ibi de Horti ſitu agit.

Sicco ut conſueſcit pulvere planta,
Nec mutata loco ſiccos exhorreat aeſtus.

ubi

11 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. 12 ſeges a ſecando appellatur G. dicit in tranſlatione arborum, bene *ſegetem* appellavit. B. 13 ordinavit a ſua terra, quam matrem appellavit G. 14 deſunt Steph. Dan. 15 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. & al.

Auſtrinos tulerit, quae terga obverterit axi,
Reſtituant. Adeo in teneris conſueſcere multum eſt.
Collibus, an plano melius ſit ponere vitem,
Quaere prius. Si pinguis agros metabere campi,
Denſa ſere: in denſo non ſegnior ubere Bacchus.
Sin, tumulis adclive ſolum colliſque ſupinos,
Indulge ordinibus: nec ſecius omnis in unguem

Arbo-

SERVII.

271. QUA TERGA OBVERTERIT AXI. [16] Septentrioni: [17] nam Graece ἄμαξα dicitur.

273. [18] COLLIBUS AN PLANO MELIUS SIT PONERE VITEM, QUAERE. Atqui ſupra 113. ait: [19] [*Denique opertos*] *Bacchus amat colles:* ſed etiam in vallibus poni poſſe vites ſuperius indicavit, ut ſupr. 190. *Hic tibi praevalidas olim multoque fluentes Sufficiet Baccho vites.* Unde modo utrumque complectitur: & dicit quemadmodum in plano, quemadmodum in collibus, vites ponere debeamus.

274 METABERE. Eliges. Et longe alia ſignificatio eſt, *Metor, metaris* (unde Lucanus I. 382. *Heſperios audax veniam metator in agros*) & alia, [20] *Metor, meteris:* illud enim *metatus ſum:* hoc [21] *meſſus ſum* facit, [22] [ut XI. 68. *Meſſum de pollice florem.*]

275. DENSA. Pro denſe, ut III. Georg. 500. *Et pede terram Crebra ferit*, [23] [pro crebro.] [24]

277. INDULGE ORDINIBUS. Da operam, [25] [ut IX Aen. 165. *Indulgent vino:*] & ordines efficelargiores: nam de [26] plano ait, *Denſa ſere.* [27] IN UNGUEM. Ad perfectionem: Et eſt tranſlatio a marmorariis, qui juncturas unguibus probant. Horatius I. Sat. V. 32. *Ad unguem Factus homo.*

PHILARGYRII.

271. AXI. Id eſt, ſeptentrionali.

277. INDULGE ORDINIBUS. Da ſpatia. NEC SECIUS. Minus.

VARIORUM.

ubi ex mſſ. pro *ſiccos*, quod inſuaviter repetitur, *ſitiens* forte praeſtaret. vid. & Florum II. XII. 4. BURM.

269. QUIN ETIAM. Hic & quatuor ſequentes verſus deſiderabantur in Menagiano priore. *ſiguat* Ed. Juntina. *ſignent* Tollianus. BURM.

270. UT, QUO QUAEQUE MODO STETERIT. *Steterint* & mox *tulerint*, & *quae terga obverterit* Mediceus. tum *quae* non *qua*, ſcripti noſtri ad unum omnes. HEINS. *Et quo quaeque* Gudianus a manu ſecunda. *averterit* Leidenſis primus. *quae & terga* fragm. Moreti. *obverteret* Mentelius primus. Heinſius in ora codicis, *cui* vel *quoi terga obverterit* conjecerat. *colores* etiam Mediceus a manu prima. BURM.

272. A TENERIS. Alii *in teneris conſueſcere.* vid. Voſſii Inſtit. Orator. lib. V. cap. 13. *manſueſcere* fragmentum Moreti. HEINS. *A teneris aſſueſcere multum* Scholiaſtes Horat. III. Od. XI. 9.

273. VITES. *Vitem* malo cum Mediceo & Menteliano utroque, ac ceteris noſtris. vid. lib. I. 284. HEINS. *Aut plano* Zulich. *ſit quaerere vites.* Ed. Venet.

274. METABERE. Vel *mercabere* primus Moretanus. *agris metabere campos* Gudianus. Servius hic corruptus in illis eſt, *metior meteris*, & deinde *menſus ſum.* ſed legendum *metor meteris*, & *meſſus ſum*, ut e Cod. vet correxit Fulv. Urſinus. nam non agitur de *metior*, ſed de *metor* activa ſignificatione, & *metor* a *meto*, paſſivo. nec *metior meſſus*, ſed *menſus ſum* facit: nec convenit alius locus Virgilii, niſi

16 ſeptentrionem V. AXI cum ſine additamento imponit, ſeptentrionem vult tibi oſtendere G. 17 nam axis Gr. L. Voſ. R. nam axis dicitur Cod. Urſ. 18 RESTITUANT. ut in eadem tranſlatione partem obſervent, quam antea arbor tranſlata tenebat. G. 19 deſunt G. 20 *metior meteris* Voſ. L. R. 21 *menſus* V. R. Voſ. B. Fabr. & mox *menſum.* 22 deſunt L. Voſ. R. Steph. Dan. 23 deſunt Voſ. B. 24 ſi putre ſolum fuerit, ultra modum ventorum flatus, & gelidae G. 25 deſunt Fabr. al. 26 pleno B. 27 in denſo. vel fac ordines, vel indulge, id eſt, da inter vites intervallum, cujus humus cumuli profit in tenui colle G.

Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.
Ut ſaepe ingenti bello quum longa cohortis
Explicuit legio, & campo ſtetit agmen aperto,
Directaeque acies, ac late fluctuat omnis
Aere renidenti tellus, nec dum horrida miſcent
Proelia, ſed dubius mediis Mars errat in armis.
Omnia ſint paribus numeris dimenſa viarum:
Non animum modo uti paſcat proſpectus inanem:
Sed quia non aliter vires dabit omnibus aequas

Ter-

SERVII.

278. Arboribus positis. Vitibus ordinatis. Secto limite. Ducto. Unde & *ſectae* philoſophorum dicuntur, id eſt, ductus. Quadret. Conſentiat, [28] congruat. Tranſlatio a quadris lapidibus, qui ſibi [29] invicem [30] bene conveniunt.

281. Fluctuat. Splendet. Numeris. Ordinationibus.

285. Pascat prospectus. Delectet, ut I. Aen 464. *Atque animum pictura paſcit inani.*

286. [31] [Vires aequas. Id eſt, fertilitatem aequalem omnibus viribus.

VARIORUM.

niſi τῷ *metor*, *meteris*. mirum eſt omnes editores hic lapſos. BURM.

276. Adclive. *Proclive* quartus Moreti. *adclive* Mediceus a manu prima.

Ibid. Collesque supinos. *Supini* apud Nonium in *Indulgere*. HEINS. Et ita Parrhaſ. *ſupinos* commentator Crucquianus Horatii lib. III. Od. 4. vid. & infr. III. 355.

277. Secius. *Setius* Mentelii duo & Gudianus. *ſegnius* Rottend.

278. Secto via limite quadret. *Saepto limite* Mediceus a manu prima. HEINS. *Saepto* Cod. Fuld. & ita Cod. Urſini in Servio. ſed *ſecto* unice verum. Ovidius, *compita ſecta in vias* III. Am. I. 18. & I. Faſt. 142. vid. & II. Am. XVI. 16. & alibi. ita *ſectus orbis* Horat. III. Od. 27. & *ſectus limes* Ovid. II. Met. 130. BURM.

280. Explicuit. *Explicit* Edit. Juntae. more librariorum ſolito, qui *explicit* ſubjiciebant fini librorum. *regio* Menagianus primus.

281. Derectaeque. *Directaeque* uterque Mentelianus; alter Moretanus, etiam Gudianus, ſed a manu prima, ſic & mox *demenſa viarum* non *dimenſa* iidem Menteliani cum aliis compluribus. HEINS. *Derectaeque* Cod. Reg. & mox *demenſa* a m. pr.

Ibid. Late. *Lato* Venetus.

282. Renidenti. *Renitenti* multi codices. *aëre nitenti* Vratiſl. *Nedum* Zulich. *horrida miſit* Mentelius prior a manu prima.

283. Dubius mediis. *Mediis dubius* alter Rottendorphius. poſſet & legi *dubiis mediis*. ſed parum refert: nam & *dubia arma*, *bella* (V. ad Val. Flac. VI. 545.) & *dubius Mars* Ovidio I. Amor. IX. 29. & II. IX. 47. & aliis dictus. BURM.

285. Prospectus inanem. *Inani* Mediceus, pro inanitate. HEINS. *Ut* alter Rottendorphius. *poſcat* Venetus. *profectus* idem & alter Moretanus. *inane* Voſſianus prior. *inani* videtur deſumtum ex I. Aen. 463. *animum pictura paſcit inani.* praeterea *inanis* Britannus Codex. quod neſcio an praeferendum, ut *proſpectus inanis*, ſit per intervalla ordinum, cui non officiunt arbores promiſcue & ſine ordine poſitae. ſic *inane*, & *inania* Poëtae vocant vacua, ut aërem, ubi nihil proſpectum impedit. quod Franci dicunt, *allée à perte de vue*. cogitent eruditi. BURM.

287. Se

28 congruatque G. 29 deeſt V. L. B. Voſ. R. Steph. al. Dan. ad ℣. 288. 30 deeſt Urſ. Cod. 31 deſunt L. V. B. Voſ. R. Steph.

Terra, neque in vacuum poterunt ſe extendere rami.
Forſitan & ſcrobibus quae ſint faſtigia quaeras.
Auſim vel tenui vitem committere ſulco.
Altior ac penitus terrae defigitur arbos,
Aeſculus in primis: quae quantum vertice ad auras
Aetherias, tantum radice in Tartara tendit.
Ergo non hiemes illam, non flabra, neque imbres
Convellunt: inmota manet, multoſque nepotes,

Mul-

SERVII.

287. IN VACUUM. In apertum & patulum. EXTENDERE. Excreſcere.]

288. FORSITAN ET SCROBIBUS QUAE SINT FASTIGIA, QUAERAS. [32] Ut etiam ſupra ℣. 50. diximus, *ſcrobes* ſunt maſculini generis: nam & Cicero in Oeconomicis ſic dicit: & Plautus ait: *Sexagenos ſcrobes*. Minor autem eſt [33] [Lucani, &] Gracchi auctoritas: nam Lucanus ait VIII. 756. *Exigua poſuit ſcrobe*. Gracchus: *Abunde foſſa ſcrobis eſt*, quod exemplum in Terentiano eſt. QUAE SINT FASTIGIA QUAERAS. [34] [*Faſtigium* &] ſummae & imae [35] partis poſſumus dicere, ſicut *altum* & mare & caelum dicimus. Hinc eſt IV. Ecl. 51. *Caelumque profundum*: cum & puteus [36] ſit profundus.

289. AUSIM. [37] Auſus ſim, audebo. [38] SULCO. [39] Id eſt, foſſae.

291. AESCULUS IN PRIMIS. Arbor eſt glandifera, quae licet ab eſu dicta ſit, [40] tamen per *ae* ſcribitur; ſicut & [41] *caelatum*, licet a *celo celas* habeat derivationem, [42] [tamen alterius eſt ſenſus; nam *caelum* dicimus, quod videmus, & omnibus videntibus patet; *celatum* autem dicitur, quod a viſu abſconditur.

292. TANTUM RADICE IN TARTARA TENDIT. Id eſt, quantum altior ſummitate ſui conſurgit, tantum etiam radicibus ima terrae profundius penetrat.]

293. NON FLABRA. Hoc nomen tantum pluralem recipit numerum. Ab eo vero, quod eſt *flamina*, *flamen* poſſumus dicere: licet ſit vitandum propter aliam ſignificationem: nam dicitur *flamen Dialis*, *flamen Martialis*.

PHILARGYRII.

288. SCROBIBUS. Pro humillima ſcrobe poſuit, ut II. 23. *Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum, Depoſuit ſulcis*. Et rurius II. 61. *Omnibus eſt labor impendendus, & omnes Cogendae in ſulcum, ac multa mercede domandae*. FASTIGIA. Infimas altitudines dixit.

293. FLABRA. Producta prima ſyllaba legendum.

VARIORUM.

287. SE EXTENDERE. Τὸ *ſe* abeſt a codice Pierii Romano, & forſan recte, cum amet hos loquendi modos Maro, de quibus Aeneidos III. 433. vide Voſſium de conſtructione cap. LIX. pag. 553. HEINS. Vid. & ad II. Aen. 207.

288. FASTIGIA. De fundo ſcrobium capit Servius & alii. ſed non ſimpliciter puto profunditatem intelligi debere, ſed quae declivitatem habeat. ut enim faſtigia in aedibus non quadrata ſurgunt, ſed in acumen aliquod creſcunt, ſic foſſae fieri debent, ut a margine declives ſint & deſcendant ad ſcrobis fundum, ut ita aqua ex agris in ſcrobes ſponte delabatur. & ita capere videtur Varro lib. I. de R. R. cap.

32 quia ſupra diximus, ut modum habeant profunditates, neceſſe eſt G. 33 deſunt B. 34 deſunt G. B. 35 partes *faſtigia* nominantur, & hic pro imis dicitur. G. 36 eſt Voſ. R. 37 pro auſus ſim a verbo *audeo* G. 38 VEL TENUI, id eſt facilitate agriculturae: blanditur agricolae, ut oſtendat diligentia magis vites, quam labore proſurgere G. 39 SULCO. foſſa L. V. R. Voſ. B. 40 tamen aſpera eſt G. per *aes* eſt, ſicut & *caelatum*, licet &c. V. 41 *caelatum* quod eſt participium, licet a *caelo*, *caelas* ſit dictum L. Fabr. ſed *celas* deeſt L. B. Voſ. a *celo*, ut diverſe habeat V. 42 deſunt V. Voſ. R. L. Steph. Dan. Fabr. ad ℣. 293. ſed a. ad *nam dicitur* ℣. 293.

Multa virûm volvens durando ſecula vincit.
Tum fortis late ramos & brachia tendens
Huc illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet umbram.
Neve tibi ad ſolem vergant vineta cadentem:
Neve inter vites corulum ſere: neve flagella
Summa pete, aut ſumma deſtringe ex arbore plantas:

(Tan-

SERVII.

299. NEVE INTER VITES CORYLUM SERE. Radices enim ejus nocent vitibus. NEVE FLAGELLA SUMMA PETE. *Flagella* dicuntur ſummae arborum partes; ab eo, quod ventorum crebros ſuſtinent flatus.

300. [43] [AUT SUMMA DEFRINGE EX ARBORE PLANTAS. Dicit, non eſſe ſummitatem vitium amputandam, ut tantum plantae fiant.]

PHILARGYRII.

299. CORYLOS. Antipharmacon eſſe ajunt, quod infra manifeſtum facit, dicendo ỹ. 396. *In verubus torrebimus exta colurnis*, ſcilicet ut hoſtia nocens eo virgulto coquatur, quod vitibus nocet.

300. PLANTAS. Sagittas dicit, id eſt, ſarmentum de ſumma parte praeciſum.

VARIORUM.

cap. 14. *foſſa ita idonea fiat, ut omnem aquam, quae de coelo venit, recipere poſſit, aut faſtigium habeat, ut exeat e fundo.* tam lata facienda, ut capiat aquam coeleſtem, aut ita ſit facta, ut e fundo, id eſt agro, aqua exire & effluere poſſit, nec margo obſtare tamquam agger debeat. vel quia codices quidam habent, *ut exeat e fundo aggeris. is bonus eſt* &c. poſſet capi, ut incipiat a pede aggeris declivis eſſe foſſa, quae juncta eſt aggeri intrinſecus, (*extrinſecus* alii) ut ita aqua defluat. Sed ut fatear, ſenſus ejus loci nondum liquidus mihi ſatis apparet. BURM.

289. VEL TENUI. *Vel Remi* Ed. pr. Venet. Maittairius, quid ſibi velit, non capere ſe profitetur, & mendoſam eſſe vocem credit. ſed prima litera in mendo cubat R. pro T. jam *mi* & *nui* facile a librariis, ob ſimilem ductum litterarum, confuſa, ut millies factum. BURM.

290. ALTIUS. *Altior* Mediceus. quod mollius caſtigatiuſque omnino ſonat. nam *arbos* non *arbor* in ſcriptis conſtanter. Gudianus a manu prima *Altior.* HEINS. *Deſiditur* Voſſ. pr.

292. RADICE IN TARTARA TENDIT. *Radicem* Mediceus & Rottendorphianus tertius. quomodo *ramos & brachia tendere* Aeſculus eadem mox dicetur. par in hoc verſu ſcripturae diverſitas Aeneidos quarto ỹ. 446. HEINS. *Radicem* etiam Parrhaſ. *ad tartara* Venetus.

294. CONVELLUNT. *Convellent* Parrhaſ.

Ibid. MULTOSQUE PER ANNOS. *Multoſque nepotes* ex Mediceo & Vaticano veterrimis reponendum. quae ſcriptura eſt perquam elegans & concinna; ſic ut nihil ſupra. vulgatam tamen agnoſcit Nonius Marcellus, ut quidem hic locus nunc apud illum circumfertur. HEINS. *Per annos* retinuit Catroeus, quod & Regius, Voſſian. Parrh. alii habent. ſed vid. ſupr. ỹ. 58.

296. BRACHIA TENDENS. *Pandens* Gudianus ex noſtris. ut Aeneidos ſexto 282. *In medio ramos annoſaque brachia pandit Ulmus opaca ingens.* & ſane *τὸ tendit* paullo ante praeceſſerat. Plura de hoc loquendi modo annotamus ad epiſtolam Saphus Naſonianae, ỹ. 159. HEINS. Et Leidenſis habebat a manu ſecunda *pandens*. ſed *tendens* Donat. ad Terent. Phorm. I. II. 56. & infr. 333. *ingentes tendat ramos.* BURM.

298. VERGANT. *Vertant* Ed. Venet.

300. PETE. Heinſius conjecerat olim *puta*, ut vitis *putator* dicitur. ſed *pete* notat conatum ſtantis in terra attingendi ſumma flagella. ut Ecl. VIII. 40. BURM.

Ibid. DESTRINGE EX ARBORE PLANTAS. Pro *plantas* Gudianus *plates*, quod non capio. praeterea *ſumma defringe* Mediceus, & caeteri praeſtantiores maxima ex parte, quod vero propius. Nam Theo-

43 deſunt L. Voſ. R. V. B. Steph. Dan. non de ſumma arbore plantam ponito, neque de ſummo vitem ponito G.

(Tantus amor terrae) neu ferro laede retuſo
Semina: neve oleae ſilveſtris inſere truncos.
Nam ſaepe incautis paſtoribus excidit ignis,
Qui, furtim pingui primum ſub cortice tectus,
Robora comprendit, frondeſque elapſus in altas
Ingentem coelo ſonitum dedit: inde ſecutus
Per ramos victor, perque alta cacumina regnat,

Et

SERVII.

301. TANTUS AMOR TERRAE. [44] Sic diligenter a [45] ruſticis ager eſt colendus. FERRO LAEDE RETUSO. [46] *Retuſo*, obtuſo, quo vites quaſſantur potius, quam putantur.

302. NEVE OLEAE SYLVESTRES INSERE TRUNCOS. [47] Non quod non proſit, ſed ut etiam ipſe dicit, propter caſum incendii.

303. INCAUTIS PASTORIBUS. Negligentibus, circa [48] alia occupatis.

PHILARGYRII.

301. RETUSO. Quare *retuſo?* ſolvitur, quoniam hebes ferrum vulnerat magis, quam ſecat.

VARIORUM.

Theophraſtus de cauſſis plantarum lib. v. & Columella libro III. operoſe monent ſurculos & malleolos ex ſumma arboris parte non eſſe carpendos. nec aliter apud Maronem Plinius legerat lib. XVII. cap. 14. *Virgilius inſeri ex cacuminibus vetat. ſumma diſtringe ex arbore* quartus Moretanus. *ſumma deſtringe* in Pierianis nonnullis, hoc eſt quod *ſtringere* ſupra non uno loco dixerat ℣. 318. *ſtringere glandes, lauri baccas, oleam, myrta:* & in Bucolicis, *ſtringere frondes.* & *fragili ſtringere hordea culmo.* Aeneidos primo, *& ſilvis aptare trabes, & ſtringere remos. ſtringere baccam* etiam Varroni de R. R. Scholiaſtes Horatii Cruequianus libro I. Satyr. 2. ad illud, *ſtringere ingluvie rem*, monet, *metaphoram eſſe ſumtam a ramis, qui dicantur ſtringi cum foliis nudantur.* Lucanus libro IV. *Tunc herbas, frondeſque terunt, & rore madentes Deſtringunt ramos. deſtringere avenas*, apud Catonem de R. R. cap. 37. Plura dixi ad Naſonis Nucem ℣. 135. *ſtringere arborum comas* infra apud noſtrum habes, ℣. 368. HEINS. *Summa defringe* Regius & Voſſius, quod mihi placet: non enim ramuſculi, qui inſeruntur, debent manu frangi, nec hebeti ferro laedi, ſed acuto abſcindi; ſi franguntur enim, corticis aliquid abraditur ſimul: ſic *frangere* dicitur tempeſtas, vetuſtas arbores & ramos. vid. ad Ecl. IX. 9. Cerdam. ſed agricola & horti cultor prudens, putat & ferro acuto abſcindit. exemplum verbi *defringere* appoſitum adducit Cerda. vide quae diximus ad Sueton. Caeſar. cap. XXXVII. *haud ſumma defringe* Edit. Venet. Emmeneſſius, qui Varronis locum a Cerda laudatum adfert, *refringas* ibi legit, niſi ſit operarum vitium. BURM.

301. NEU. *Non* fragm. Moreti.

Ibid. RETUSO. *Retunſo* duo Moretani, Mentelii duo & alter Rottendorphius, Mediceus & Regius a m. ſec. *laedere tuſo* Moreti ſec.

302. SEMINA NEVE OLEAE. *Olea* in Mediceo. HEINS. Hunc locum interpretatur Victorius ad Varronem I. 40. NANSIUS. Ille vero per ſilveſtres truncos oleaſtros intelligit.

303. NAM. Forte *jam.* HEINS. *Incidit ignis* Venetus. ſed *excidit incautis* melius convenit. forte dum ex ſilice excutiunt.

304. PRIMUM. *Tectus ſub cortice primum* Zulichemius.

305. ELAPSUS. *Illapſus* Ed. Venet. male. eſt per-

44 ut ſtatim germinant ſemina plantas vitium G. 45 ruſtico V. G. L. Voſ. R. B. 46 retuſo V. retunſo, obtunſo al. ſemina retonſo, quo vites quaſſantur potius, quam amputantur, ferro non abſcindenda. aliter, tantus amor terrae, ſi cum radice deponas G. 47 non quo B. non quo proſit, ut etiam ipſe dicit, ſed propter cauſam incendii, id eſt non inſeras truncis ſilveſtribus oleas. pro paſtoribus incautis, id eſt, negligentibus: occupati enim ſunt cura pecorum ſuorum. G. 48 ROBORA. ſparſa radicibus tendens ad ramos: in omni arbore *robur* nominatur G.

Multa virûm volvens durando ſecula vincit.
Tum fortis late ramos & brachia tendens
Huc illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet umbram.
Neve tibi ad ſolem vergant vineta cadentem:
Neve inter vites corulum ſere: neve flagella
Summa pete, aut ſumma deſtringe ex arbore plantas:

(Tan-

SERVII.

299. NEVE INTER VITES CORYLUM SERE. Radices enim ejus nocent vitibus. NEVE FLAGELLA SUMMA PETE. *Flagella* dicuntur ſummae arborum partes; ab eo, quod ventorum crebros ſuſtinent flatus.

300. [43] [AUT SUMMA DEFRINGE EX ARBORE PLANTAS. Dicit, non eſſe ſummitatem vitium amputandam, ut tantum plantae fiant.]

PHILARGYRII.

299. CORYLOS. Antipharmacon eſſe ajunt, quod infra manifeſtum facit, dicendo ỳ. 396. *In verubus torrebimus exta colurnis*, ſcilicet ut hoſtia nocens eo virgulto coquatur, quod vitibus nocet.

300. PLANTAS. Sagittas dicit, id eſt, ſarmentum de ſumma parte praeciſum.

VARIORUM.

cap. 14. *foſſa ita idonea fiat, ut omnem aquam, quae de coelo venit, recipere poſſit, aut faſtigium habeat, ut exeat e fundo.* tam lata facienda, ut capiat aquam coeleſtem, aut ita ſit facta, ut e fundo, id eſt agro, aqua exire & effluere poſſit, nec margo obſtare tamquam agger debeat. vel quia codices quidam habent, *ut exeat e fundo aggeris. is bonus eſt* &c. poſſet capi, ut incipiat a pede aggeris declivis eſſe foſſa, quae juncta eſt aggeri intrinſecus, (*extrinſecus* alii) ut ita aqua defluat. Sed ut fatear, ſenſus ejus loci nondum liquidus mihi ſatis apparet. BURM.

289. VEL TENUI. *Vel Remi* Ed. pr. Venet. Maittairius, quid ſibi velit, non capere ſe profitetur, & mendoſam eſſe vocem credit. ſed prima litera in mendo cubat R. pro T. jam *mi* & *nui* facile a librariis, ob ſimilem ductum litterarum, confuſa, ut millies factum. BURM.

290. ALTIUS. *Altior* Mediceus. quod mollius caſtigatiuſque omnino ſonat. nam *arbos* non *arbor* in ſcriptis conſtanter. Gudianus a manu prima *Altios*. HEINS. *Deſiditur* Voſſ. pr.

292. RADICE IN TARTARA TENDIT. *Radicem* Mediceus & Rottendorphianus tertius. quomodo *ramos & brachia tendere* Aeſculus eadem mox dicetur. par in hoc verſu ſcripturae diverſitas Aeneidos quarto ỳ. 446. HEINS. *Radicem* etiam Parrhaſ. *ad tartara* Venetus.

294. CONVELLUNT. *Convellent* Parrhaſ.

Ibid. MULTOSQUE PER ANNOS. *Multoſque nepotes* ex Mediceo & Vaticano veterrimis reponendum. quae ſcriptura eſt perquam elegans & concinna; ſic ut nihil ſupra. vulgatam tamen agnoſcit Nonius Marcellus, ut quidem hic locus nunc apud illum circumfertur. HEINS. *Per annos* retinuit Catroeus, quod & Regius, Voſſian. Parrh. alii habent. ſed vid. ſupr. ỳ. 58.

296. BRACHIA TENDENS. *Pandens* Gudianus ex noſtris. ut Aeneidos ſexto 282. *In medio ramos annoſaque brachia pandit Ulmus opaca ingens.* & ſane *τὸ tendit* paullo ante praeceſſerat. Plura de hoc loquendi modo annotamus ad epiſtolam Sapphus Naſonianae, ỳ. 159. HEINS. Et Leidenſis habebat a manu ſecunda *pandens*. ſed *tendens* Donat. ad Terent. Phorm. I. II. 56. & infr. 333. *ingentes tendat ramos*. BURM.

298. VERGANT. *Vertant* Ed. Venet.

300. PETE. Heinſius conjecerat olim *puta*, ut vitis *putator* dicitur. ſed *pete* notat conatum ſtantis in terra attingendi ſumma flagella. ut Ecl. VIII. 40. BURM.

Ibid. DESTRINGE EX ARBORE PLANTAS. Pro *plantas* Gudianus *plates*, quod non capio. praeterea *ſumma defringe* Mediceus, & caeteri praeſtantiores maxima ex parte, quod vero propius. Nam

Theo-

43 deſunt L. Voſ. R. V. B. Steph. Dan. non de ſumma arbore plantam ponito, neque de ſummo vitem ponito G.

(Tantus amor terrae) neu ferro laede retuſo
Semina: neve oleae ſilveſtris inſere truncos.
Nam ſaepe incautis paſtoribus excidit ignis,
Qui, furtim pingui primum ſub cortice tectus,
Robora comprendit, frondeſque elapſus in altas
Ingentem coelo ſonitum dedit: inde ſecutus
Per ramos victor, perque alta cacumina regnat,

Et

SERVII.

301. TANTUS AMOR TERRAE. [44] Sic diligenter a [45] ruſticis ager eſt colendus. FERRO LAEDE RETUSO. [46] *Retuſo*, obtuſo, quo vites quaſſantur potius, quam putantur.

302. NEVE OLEAE SYLVESTRES INSERE TRUNCOS. [47] Non quod non proſit, ſed ut etiam ipſe dicit, propter caſum incendii.

303. INCAUTIS PASTORIBUS. Negligentibus, circa [48] alia occupatis.

PHILARGYRII.

301. RETUSO. Quare *retuſo?* ſolvitur, quoniam hebes ferrum vulnerat magis, quam ſecat.

VARIORUM.

Theophraſtus de cauſſis plantarum lib. v. & Columella libro III. operoſe monent ſurculos & malleolos ex ſumma arboris parte non eſſe carpendos. nec aliter apud Maronem Plinius legerat lib. XVII. cap. 14. *Virgilius inſeri ex cacuminibus vetat. ſumma diſtringe ex arbore* quartus Moretanus. *ſumma deſtringe* in Pierianis nonnullis, hoc eſt quod *ſtringere* ſupra non uno loco dixerat ℣. 318. *ſtringere glandes, lauri baccas, oleam, myrta:* & in Bucolicis, *ſtringere frondes*. & *fragili ſtringere hordea culmo*. Aeneidos primo, *& ſilvis aptare trabes, & ſtringere remos. ſtringere baccam* etiam Varroni de R. R. Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro I. Satyr. 2. ad illud, *ſtringere ingluvie rem*, monet, *metaphoram eſſe ſumtam a ramis, qui dicantur ſtringi cum foliis nudantur*. Lucanus libro IV. *Tunc herbas, frondeſque terunt, & rore madentes Deſtringunt ramos. deſtringere avenas*, apud Catonem de R. R. cap. 37. Plura dixi ad Naſonis Nucem ℣. 135. *ſtringere arborum comas* infra apud noſtrum habes, ℣. 368. HEINS. *Summa defringe* Regius & Voſſius, quod mihi placet: non enim ramuſculi, qui inſeruntur, debent manu frangi, nec hebeti ferro laedi, ſed acuto abſcindi; ſi franguntur enim, corticis aliquid abraditur ſimul: ſic *frangere* dicitur tempeſtas, vetuſtas arbores & ramos. vid. ad Ecl. IX. 9. Cerdam. ſed agricola & horti cultor prudens, putat & ferro acuto abſcindit. exemplum verbi *defringere* appoſitum adducit Cerda. vide quae diximus ad Sueton. Caeſar. cap. XXXVII. *haud ſumma defringe* Edit. Venet. Emmeneſſius, qui Varronis locum a Cerda laudatum adfert, *refringas* ibi legit, niſi ſit operarum vitium. BURM.

301. NEU. *Non* fragm. Moreti.

Ibid. RETUSO. *Retunſo* duo Moretani, Mentelii duo & alter Rottendorphius, Mediceus & Regius a m. ſec. *laedere tuſo* Moreti ſec.

302. SEMINA NEVE OLEAE. *Olea* in Mediceo. HEINS. Hunc locum interpretatur Victorius ad Varronem I. 40. NANSIUS. Ille vero per ſilveſtres truncos oleaſtros intelligit.

303. NAM. Forte *jam*. HEINS. *Incidit ignis* Venetus. ſed *excidit incautis* melius convenit. forte dum ex ſilice excutiunt.

304. PRIMUM. *Tectus ſub cortice primum* Zulichemius.

305. ELAPSUS. *Illapſus* Ed. Venet. male. eſt per-

44 ut ſtatim germinant ſemina plantas vitium G. 45 ruſtico V. G. L. Voſ. R. B. 46 recuſo V. retonſo, obtunſo al. ſemina retonſo, quo vites quaſſantur potius, quam amputantur, ferro non abſcindenda. aliter, tantus amor terrae, ſi cum radice deponas G. 47 non quo B. non quo proſit, ut etiam ipſe dicit, ſed propter cauſam incendii, id eſt non inſeras truncis ſilveſtribus oleas. pro paſtoribus incautis, id eſt, negligentibus: occupati enim ſunt cura pecorum ſuorum. G. 48 ROBORA. ſparſa radicibus tendens ad ramos: in omni arbore robor nominatur G.

Et totum involvit flammis nemus, & ruit atram
Ad coelum picea craſſus caligine nubem:
Praeſertim ſi tempeſtas a vertice ſilvis
Incubuit, glomeratque ferens incendia ventus.
Hoc ubi; non a ſtirpe valent, caeſaeque reverti
Poſſunt, atque ima ſimiles revireſcere terra:
Infelix ſuperat foliis oleaſter amaris.
Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat auctor,

Tel-

SERVII.

308. ET RUIT ATRAM NUBEM. Egerit, emittit, & ruere facit: nam modo [49] *ruit* agentis eſt.

310. A VERTICE. Ab Aquilone, ut I. 242. *Hic vertex nobis ſemper ſublimis.*

311. FERENS Flans, ut III. Aen. 473. *Fieret vento mora ne qua ferenti.*

312. Hoc UBI. Subaudi, contigerit. [50]

314. [51] [INFELIX. Infoecundus & ſterilis] SUPERAT. Supereſt, ut III. Aen. 339. *Quid, puer Aſcanius ſuperatne?*

315. NEC TIBI TAM PRUDENS QUISQUAM. Dicit quo tempore ponendae ſint vites: & probat [52] tolerabilius autumno, melius verno: nam dicturus eſt: *Ver adeo frondi nemorum, ver utile ſylvis.*

PHILARGYRII.

312. Hoc UBI. Quidam diſtinguunt, *hoc ubi non*: & erit ſenſus: ubi oleae in oleaſtrum inſitae non fuerint, etiam ſi incendio conflagrarint, exuſtae a trunco reviviſcent, & caeſae reverti poſſunt, *atque ima ſimiles revireſcere terra*. Inſitae autem cum ſumme perierint, oleaſtri truncus remanet.

VARIORUM.

percurrens, evadens ad verticem arboris. vid. ſupr. lib. I. 244. BURM.

307. PERQUE ALTA CACUMINA REGNAT. *Atque alta* Nonius Marcellus agnoſcit. HEINS. *Victorque alta* Parrhaſ. voluit forte *victorque per alta*.

310. A VERTICE SILVIS. Catroeus *a vertice* explicat ab alto, ſecutus Cerdam & Guellium, & ita Victorius lib. XIX. Var. Lect. 8. & alii. ſed hic agitur de flamma, quae ab imo trunco ſub cortice per paſtoris incuriam coepit, & deinde elapſus in ramos per cacumina regnat. quare ego *a vertice* malim explicare a tergo, id eſt a campo puro & vacuo, unde incipit ſilva; quo caſu ſi ventus ferat in denſam ſilvam, totum nemus involvit flammis. quum ſi a fine ſilvae incendium fieret, & ventus in campum ferret vacuum, arborum paucarum, in fine ſilvae ſtantium, defungeretur damno. & ita *a vertice*, pro a tergo ſumi videbimus ad I. Aen. 114. & hinc apparet per *ſilvas* hic non eſſe oleaſtros intelligendos, ut Gloſſa Regii codicis explicat, forte motus ỳ. 302. ubi *olea ſilveſtris* eſt oleaſter, ex ſententia etiam Victorii. ſed tota ſilva vel nemus, quarumcumque arborum, quod involvitur flammis. hoc autem verba *incubuit*, & *glomerat* ſignificant, quae de longo & gravi incendio, quod diu durat, & omnia comprehendit, capi debent, ut multis probare facile foret, ſi moleſti, in notiſſimis haerentes, lectoribus eſſe vellemus. BURM.

311. FERENS INCENDIA. *Frequens* fragmentum Moreti. HEINS. In Moretano pr. a manu ſecunda erat *furens*, eleganter quidem, ut ſaepe apud Poëtas *furentes venti* occurrunt, & eadem varietas eſt lib. III. Aen. 473. & alibi haec verba commutantur. vid. Oudend. ad Lucan. V. 419. hic tamen *ferens* praetulerim; non quidem eodem ſenſu, quo *ferentes venti* in navigatione ſecundi di-

cun-

[49] deeſt V. L. Voſ. R. B. [50] REVERTI. non valuerit reverti, dum fixas in terra non habeat radices. quaſi & incenſa habeant radices arborum, non revocatur a virgultis ſuis G. [51] deſunt V. L. Voſ. R. B. Steph. Dan. [52] tolerabiliter Steph. Dan. tolerabile V. tolerabili L. Voſ. tolerabilis R.

Digitized by Google

Tellurem Borea rigidam ſpirante moveri.
Rura gelu tum claudit hiems: nec ſemine jacto
Concretam patitur radicem adfigere terrae.
Optima vinetis ſatio, quum vere rubenti
Candida venit avis, longis inviſa colubris:
Prima vel autumni ſub frigora, quum rapidus ſol
Nondum hiemem contingit equis, jam praeterit aeſtas.

Ver

SERVII.

318. [53] CONCRETAM RADICEM. Ante enim quaſi gutta [54] quaedam eſt, ex terra & humore procreata, quae poſtea tenditur in radicem. VERE RUBENTI. Floribus ſplendido.

320. CANDIDA VENIT AVIS. [55] [Id eſt, ciconia. LONGIS INVISA COLUBRIS. Id eſt, odioſa eis: nam interficit illos, & comedit.] Juvenalis XIV. 74. *Serpente ciconia pullos Nutrit.* [56]

PHILARGYRII.

316. MOVERE. Non arari prohibet: neque enim hic de arvis loquitur, ſed ſcrobes fieri vetat.

317. NEC SEMINE JACTO. Syllepſis per adiumptionem caſus: nam ex ablativo, id eſt, *ſemine*, aſſumendus nominativus, hoc eſt, *ſemen*: & erit ſic: nec ſemine jacto, patitur ſemen radicem terrae affigere.

318. CONCRETAM. *Concreta* vero utrunque: *concreverit* autem, commixtam dixit: Et *jacto hic ſemine*, id eſt, depoſito.

VARIORUM.

cuntur, ut Emmeneſſius cepit, ſed ut intelligatur ventus, qui incendia & flammas longe lateque in proxima ſpargit, & a vertice ad interiora ſilvae penetrat, & ita eadem ſit loquendi formula, *glomerat ferens*, quae *turbat agens*, de qua vide ad III. Georg. 412. & alibi. & ita apud Lucan. I. 413. poſſet ſervari lectio vulgata, *deſtituatque ferens*. de qua ibi videbimus. BURM.

312. HOC. *Haec* fragm. Moreti. *caeſae* hic feminino genere poni, quia *vites* debent intelligi, Cerda putat, & ideo non *oleaſtros* ſubaudiri poſſe.

313. TERRA. *Terras* Mediceus.

314. SUPERAT. *Foliis ſuperat* primus Moretanus.

316. MOVERE. *Moveri* malit ex Vaticano Pierius, quod Mentelianus prior ex noſtris confirmat, & Nonius tuetur in *Rigidus*. quamquam *movere* illic repoſuit Mercerus, neſcio qua permotus auctoritate. HEINS. *Moveri* eſſet, pro movendum. vid. ad Phaedr. I. 15. quae notavimus, & ad VI. Ecl. 85. *rigidum borea* Venetus. *movere* mſſ. fere omnes. Edd. priſcae & Ald. & Junt. v. ad lib. I. Georg. 130. BURM.

317. TUM. *Dum* Tollianus.

318. CONCRETAM. *Concretum* Mediceus a manu prima. & tunc ex Philargyrii nota poſſet adſumi *ſemen*. ſed neſcio an non commodius poſſet de *hieme* intelligi, quae non patitur ſemen adfigere terrae. *concreta* rudis eſt, quae fibras non emittit, ſed frigore conſtricta & dura eſt: ut ita paſſim *concreta* glacie & frigore dicuntur flumina, apud Ovidium & noſtrum inf. 376. & III. 360. BURM.

319. SATIO. Eodem modo Horatius lib. I. Carm. 18. *Nullam vere novo vite prius ſeveris arborem*. ſic enim legit Helenius, aliato hoc Virgilii teſtimonio. in impreſſis vulgaribus aliter legitur locus Horatii, & ipſius interpretis verba fuerunt de-

ſide-

53. 316. TELLUREM. Gelu tabeſcentem G. 54 quaedam ex humore & terra G. Voſ. R. L. B. 55 deſunt B. L. V. R. Vol. Steph. Dan. *Candida*, id eſt vineta, Juvenalis dicit, ſed candida a viſco cujus * quam manducant ſerpentes, quaeque prope Cygni magnitudinem eſſe dicitur. *Autumni*, id eſt in fine, & principio hyemis. *Candida*, id eſt Ciconia, id eſt Antigona filia Laomedontis regis Trojae, quae habuit comam magnam, ut diceret ſe ſimilem Junoni, cui diſplicuit ſimilitudo ejus, quam contra ſe, & mutavit comam Antigonae in ſerpentes nocentes ei, & poſtea miſeratione deorum verſa eſt in avem, quae veris tempore ab Africa venit. *inviſa colubris*, quod eorum cauſa verſa eſt in avem G. 56 RAPIDUS SOL. ad vulgi opinionem tulit ſe G.

Digitized by Google

Ver adeo frondi nemorum, ver utile ſilvis:
Vere tument terrae, & genitalia ſemina poſcunt.
Tum Pater omnipotens fecundis imbribus Aether
Conjugis in gremium laetae deſcendit, & omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore, foetus.
Avia tum reſonant avibus virgulta canoris,

Et

SERVII.

324. [57] VERE TUMENT TERRAE. Aſper ſimpliciter accipit, ut *terrae* nominativus ſit pluralis. Donatus vero *terrae* genitivum vult eſſe ſingularem: ut ſit ſenſus mutata diſtinctione: *Vere tument: ſylvae* ſcilicet a ſuperioribus; *terrae & genitalia ſemina poſcunt*. Id eſt, tument ſylvae, & genitalia ſemina terrarum requirunt. Sed melius Aſperum ſequimur: ut GENITALIA SEMINA, quae nos jacimus, intelligamus; non quae ex terra ſylvae ſuſcipiunt. *Genitalia* autem dicimus *ſemina*, quibus aliquid procreatur & gignitur. TUMENT. Suſpenduntur.

325. PATER OMNIPOTENS FOECUNDIS. Interdum pro aëre Juno, & pro aethere Juppiter [58] accipitur. [59] [Aliquoties & pro aëre, & pro aethere Jupiter.] Juno vero pro terra & aqua: ſicut hoc loco intelligimus: nam aether non habet pluvias; unde aetherem pro Jove accipimus: cui tribuuntur aër & aether: quae duo mixta terrae & humori [60] [pro quibus Juno ponitur] univerſa procreant. Dicit autem verno tempore eſſe pluvias, quibus cuncta naſcuntur: unde & *foecundis imbribus* dixit, quibus terra foecundatur.

326. [61] [CONJUGIS IN GREMIUM LAETAE DESCENDIT. In terram, quae intelligitur per Junonem, in gremium ſuum.

327. ALIT. Nutrit, fovet.] MAGNO COMMIXTUS CORPORE FOETUS. Pro corpori, ut X. Aen. 361. *Haeret pede pes*. Item alibi VI. Aen. 727. *Et magno ſe corpore miſcet*. Licet poſſimus accipere, [62] Commixtus terrae magno ſuo corpore, id eſt, [63] aetherio.

328. [64] [AVIA VIRGULTA. In quibus non eſt via; vel, deſerta. TUM. Vere ſcilicet. RESONANT AVIBUS CANORIS. Rem dicit naturalem: quod veris tempore amplius ſolent aves cantus edere, tam ex ſerenitate temporis, quam ex herbarum frondiumque innovatione, & naturalis voluptatis.]

PHILARGYRII.

323. ADEO. Abundat. UTILE. Bis ſubaudiendum.

327. CORPORE. *Corpore* aut ſuo, aut terrae: ſic *terrae* pro corpori.

VARIORUM.

ſiderata ante noſtram emendationem. FABRIC. Libri meliores potiori ex parte verbum ſubſtantivum non agnoſcunt. HEINS. Non habent Francianus, Tollianus, Regius nec Parrhaſ.

Ibid. RUBENTI. Acron ad Horat. I. Od. 18. *jubenti* habet Ed. Fabricii.

321. QUUM RAPIDUS SOL NONDUM HIEMEM CONTINGIT EQUIS. Malim *rapidis equis*. ſed aliter libri. *rapidos* in Gudiano. HEINS. Sed toties a noſtro & aliis *rapidus ſol* dicitur, ut tutius ſit nihil movere.

323. SILVIS. Sed idem eſt, *frondi nemorum*. forte ſcripſerit *ſulcis*, ut & ſationem intelligat. *frondi eſt* Parrhaſ. BURM.

324. GENITALIA. *Genialia* Zulichemius. vid. ad Ovid. I. Art. 125.

Ibid. POSCUNT. *Paſcunt* a manu prima Mediceus. fruſtra. HEINS.

325. OMNIPOTENS. *Omnipudens* Voſſ.

326. LAE-

57. 323. ADEO. id eſt valde Cod. Urſ. 58 ponitur V. L. Voſ. R. B. ponitur. vel Jupiter interdum ſuperior aër, Juno aër inferior accipitur, qui eſt humidus G. 59 deſunt B. 60 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. 61 deſunt iisdem ad *Magno*. *Conjugis*, Junonis quae, ut diximus, aër humidus, id eſt, inferior. Aliter (alii) terram arbitrantur. Jupiter enim Aether eſſe dicitur, & ejus conjux terra: cum cubuerint (ſ. concubuerint) tunc terra fructus mortalibus profert. Terra autem frigida, Aether calidus. Caeli uxor eſt terra. G. 62 mixtus V. L. Voſ. mixtus terrae vel terra R. 63 aethere Fabr. al. 64 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan.

Et Venerem certis repetunt armenta diebus:
Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris
Laxant arva ſinus: ſuperat tener omnibus humor;
Inque novos ſoles audent ſe germina tuto
Credere: nec metuit ſurgentis pampinus Auſtros,
Aut actum coelo magnis Aquilonibus imbrem:

Sed

SERVII.

329. CERTIS DIEBUS. Statutis, legitimis, a natura arcana quadam ratione diſpoſitis: ut tractat Lucretius, qui dicit rationem hanc [65] ex aetherio calore deſcendere.

330. ALMUS AGER. Ab eo, quod nos alat. ZEPHYRI. Favonii: alibi I. 44. *Et Zephyro putris ſe gleba reſolvit*. Horatius I. Od. 4. *Solvitur acris hyems, grata vice veris & Favoni*. NOVOS SOLES. Dies vernales.

333. NEC METUIT SURGENTES PAMPINUS AUSTROS. [66] Varie: nam ſupra ait: [67] *Audent ſe gramina tuto Credere*.

334. [68][AUT ACTUM COELO MAGNIS AQUILONIBUS IMBREM. Id eſt, nullos calores, aut etiam pluvias, tunc vites timent: quippe temperie.]

PHILARGYRII.

329. CERTIS. *Certis*, pro his, neque aliis ullis.

331. LAXANT. Exprimere voluit naturam lactis animalium. Nam *laxant arva ſinus* dicens, partum ſignificat: deinde ſtatim humorem ſuperare, quo alat fetus, intulit.

332. GRAMINA. Celſus ait *germina* reliquiſſe Virgilium: loquitur enim de omnium arborum fetu. Unde male quidam *gramina* legunt. An ideo non metuit, quia non ſurgunt? quod magis placet.

333. NEC METUIT. Quomodo non metuit, ſi ſurgunt? ſolvitur: Neque ſurgentes metuit, ſed ne ſurgant. Hoc dixit: non metuit, ne tempeſtate opprimatur.

VARIORUM.

326. LAETA. *Late* Zulichemius & ſec. Moretanus, & Vratiſl. *latae* pr. Moret.

327. COMMIXTUS CORPORE. *Permixtus* legitur apud Lactantium libro primo de falſa religione. HEINS. *Magnus ali* Venetus. vid. lib. VI. Aen. 727. & *miſcere* cum ablativo conſtrui vidimus ad Ovid. VI. Faſt. 170. Nemeſ. Cyneg. 206. & alibi. BURM.

329. REPETUNT ARMENTA. *Repetent* in Moreti fragmento. HEINS.

330. ALMUS. *Omnis* Menagianus ſecundus pro diverſa lectione. *Parturit*. abſolute. quare nihil mutandum, apud Columel. lib. X. 9. *natura ſoli, quae gramine laeto Parturit*. vid. Ecl. III. 56. BURM.

Ibid. TEPENTIBUS. *Trementibus auris* uterque Mentelianus, Gudianus, tres Moretani, & alii quatuor. quod & Pierius in nonnullis ſuorum invenit. HEINS. Et ita Francianus. & Regius. *ſtrepentibus* Leidenſis primus. *Zephyroque* Ed. Genevenſis. *tepentibus* ne muta. vid. ad Ovid. I. Metam. 107. *Sephyriſque* Mediceus. mox, *arva ſinus* Mentelii pr. BURM.

332. GRAMINA. In Manuſcripto, *germina*, non *gramina*. FABRIC. *Germina* Catroeus praetulit. & mihi placuit. *gramine tuto* alter Mentel. & tert. Rottend. & Leid. *toto* Venetus. BURM.

333. METUIT. *Timuit* Venetus. *pampinos* Gudianus.

334. MAGNIS. Id eſt *velocibus ventis* Gloſſa Reg. Cod. ſed ego explico vehementes, procelloſos, ut *magnum mare* apud Val. Flac. I. 50. ubi vide. & de ipſis ventis II. 365. *magnis cum fratribus Eurus Intonat Aegaeo*. ubi nihil mutandum. Petron. Bell. Civ. ℣. 231.

Velut ex alto quum magnus inhorruit auſter.

ingentem ventum dixit noſter I. Georg. 324. BURM.

335. TRU-

65 deeſt al. 66 varie dixit Fabr. dicit Baſil. variat L. Voſ. R. 67 *audent gramina* reliquis omiſſis L. Voſ. R. B. *audent ſe gramina committere* Baſil. 68 deſunt Voſ. L. B. R. Steph. Dan.

Sed trudit gemmas, & frondis explicat omnis.
Non alios prima creſcentis origine mundi
Inluxiſſe dies, aliumve habuiſſe tenorem
Crediderim. ver illud erat: ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri:
Quum primae lucem pecudes hauſere, virûmque
Ferrea progenies duris caput extulit arvis,

In-

SERVII.

335. TRUDIT GEMMAS. Propellit, effundit in folia.

336. NON ALIOS PRIMA. [69] Hoc ſecundum licentiam poëticam dixit: nam falſum eſt. Conſtat enim poſt factum mundum ex qualitate curſus Solis tempora eſſe diviſa.

337. TENOREM. [70] Ductum, [71] [hic continuationem.]

338. VER ILLUD ERAT. Abſoluta [72] elocutio: quicquid illud fuit, ver fuit. [73] [[74] VER MAGNUS AGEBAT ORBIS. Id eſt, magnus orbis tunc vernale tempus ducebat, in ſui ſcilicet primordio. Poteſt & *magnum orbem* zodiacum circulum dicere, qui temporum diviſionem facit. Quod ſi eſt, *agebat*, pro, *circumagebat*, accipiendum erit.]

339. HYBERNIS FLATIBUS. Aſperis, ſaevis.

341. FERREA PROGENIES. Procreata ex lapidibus ad laborem. Alibi I. Georg. 63. *Unde homines nati, durum genus.*

PHILARGYRII.

336. NON ALIOS PRIMA. Si creſcit, deficit. In quo videtur ſecutus Epicurum, qui ait: *Omnia, quae orta, occidunt, & aucta ſeneſcunt.* Varro autem in Satura, quae ſcribitur de Salute: *Sic mundum haud natum eſſe, neque mori.* Plato autem: non natum, [75] at mori. Metrodorus autem: neque natum, neque mori. Zenon: ex hoc mundo quamvis aliqua intereant, tamen ipſum perpetuo manere, quia inhaereant ei elementa, e quibus generantur materiae, ut dixit creſcere quidem, ſed ad interitum non pervenire, manentibus elementis, a quibus revaleſcant.

338. VER ILLUD ERAT. Quomodo dicunt: homines diem [76] feſtum agere. *Magnum orbem*, poteſt & zodiacum circulum dicere, qui faciat diviſionem temporum: quod ſi eſt, *agebat*, pro circumagebat, accipiendum erit, orbis.

339. PARCEBANT. Hic, *parcebant*, pro abſtinebant.

341. FERREA. Quia creditum eſt primo homines e terra natos, a qua humo homines exiſtimabant dictos.

VARIORUM.

335. TRUDIT. *Tendit gemmas* Venet.

338. MAGNUS ORBIS. Catroeus ſolem intelligit. ſed eſt orbis totus terrarum, quam magnus erat. vid. ſupr. I. 187. ita in Italia ſupr. 149. *Hic ver adſiduum*, ſed in origine mundi erat per totum orbem. vel *magnus orbis*, pro magno anno: toto anno ver erat: vid. ad I. Aen. 269. & ita paſſim *longus* & *magnus annus*, qui opponitur menſi; ſive Lunari anno, quem puto etiam *orbem* dici a Lucan. II. 577.

Ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem, ut ad ipſum Lucanum oſtendemus. *agere ver*, dictum, ut *annos*, *pacem*, *otia*, *dies feſtos*. ut Philarg. Ovid. III. Met. 327. *ſeptem egerat autumnos*. BURM.

339. ET HIBERNIS PARCEBANT FLATIBUS EURI. *Hiberni Euri* in Mediceo. HEINS.

340. QUUM PRIMUM. Rurſus in eodem *cum primae lucem pecudes hauſere*, ut more Virgiliano nomen ponatur loco adverbii. FABRIC. Concinnius in Mediceo, altero Menteliano aliisque quinque

69 hoc autem licentiâ Poëtarum dixit G. 70 eandem ſimilitudinem G. 71 deſunt Voſ. B. Steph. al. 72 locutio G. 73 Lucret. V. 815. *At novitas mundi, nec frigora dura ſciebat, Nec minus aeſtu, ſed nec magnis viribus euras.* G. in Lucretio hodie legitur, *dura ciebat, nec nimios aeſtus, n. m. v. auras.* 74 deſunt V. L. R. Voſ. B. Steph. Dan. al. 75 aut Commel. 76 feſtum agere magnum orbem, poteſt & &c. Commel.

Inmiſſaeque ferae ſilvis, & ſidera coelo.
Nec res hunc tenerae poſſent perferre laborem,
Si non tanta quies iret friguſque caloremque
Inter, & exciperet coeli indulgentia terras.
Quod ſupereſt, quaecumque premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra:

Aut

SERVII.

342. IMMISSAEQUE FERAE SYLVIS. [77] Hunc ordinem propter Arcadas tenuit, qui ſe Proſelenos eſſe aſſerunt, id eſt, ante lunam natos: quod & Cicero in [78] Fundaniana commemorat: & Statius IV. Theb. 275. qui ait: *Arcades aſtris, lunaque priores*.

343. HUNC LABOREM. [79] Vel frigoris, vel caloris.

344. QUIES. Tranquillitas. Et eſt veris definitio, [80] [FRIGUSQUE CALOREMQUE INTER. Dicit, oriente vere idcirco temperamentum fuiſſe, ut res novae tunc orientes, & adhuc tenerae, nec hyemis frigora, nec aeſtatis calores ferre ſufficerent.

345. EXCIPERET. Acciperet. CAELI INDULGENTIA. [81] Id eſt, ſerenitas & temperatio.]

346. QUOD SUPEREST. Non quod deeſt, ſed quod ſequitur. PREMES. [82] Demerges, infodies. QUAECUNQUE VIRGULTA. Sive de plantariis, ſive de arboribus.

PHILARGYRII.

342. IMMISSAEQUE. Pro innatae: neque enim ab alio immiſſae ſunt.

344. IRET FRIGUSQUE CALOREMQUE INTER. Id eſt, interveniret: Fuit autem prior lectio, *friguſque calorque*: ut Plautus Merc. V. II. 19. *Neque frigus, neque calor metuo, neque ventum, neque grandinem*. Aliter hypermetrus verſus erit.

345. INDULGENTIA Et nove *indulgentia* dixit: Veteres enim *indulgitatem* dicebant: ut Caelius in VII. *Conſuetudine uxoris, indulgitate liberum*. TERRAS. Id eſt, fetus terrae.

VARIORUM.

que noſtrorum, *cum primae*. quomodo & praeſtantiores ex Pierianis. HEINS. *Cum lucem primum* Zulichemius. *tum primum* Ed. Venet. *primae* etiam Voſſ. Regius & al.

341. FERREA. *Terrea* propugnat Crucquius ad Horat. I. Sat. III. 133. & Bentlejus, quaſi a nemine hoc animadverſum foret, ita ex Lactantio hic loci corrigit ad Epod. II. 18. & ita ſentiunt & Catroeus & Oudendorpius ad Frontin. IV. I. 31. ſed *terream* fuiſſe progeniem ſatis patet ex *duris extulit arvis*, nec ulla tunc eſſet diſſimilitudo inter pecudes & homines. quum pecudes, (id eſt boves, oves, caprae & ſimiles, quibus mox ferae adduntur) ſint mitiores, homines vero, durum & ferreum genus, aeque ſint ex terra editi: quare ſequor Cerdam. *durum caput* quartus Moretanus pro varia lectione, *extulit agris* Francianus. BURM.

343. POSSENT PERFERRE LABOREM. *Sufferre* Mediceus a manu prima, quod praetulerim. ut Aeneidos ſecundo 492. *nec clauſtra nec ipſi Cuſtodes ſufferre valent*. *Sufferre poenam* Accio Myrmidonibus. & Nyctegerſia. *ſufferre alicui tergum* Plauto in fragm. Caſinae. & *ſufferre corium* in Poenulo. IV. II. 32. *aliquid ſufferre Graece* pro ſupponere Afranius Prodigo. occurrit & id verbum apud Prudentium Apotheoſi, *numen majus intervenit aris. Quam ſufferre queant ſpumantia cymbia lacte*. HEINS. *Proferre* ſecundus Rottendorphius. *poſſunt* Voſſian. alter Moreti. mox *cum jam tanta* Venetus.

344. CALOREMQUE. *Calorem* Francianus, & multi alii. Qui *calorque* legerunt, fecerunt vocem illam neutrius generis. vide Rutgerſ. Var. Lection. V. 18. BURM.

345. EXCIPERET COELI INDULGENTIA TERRAS. Guellius hic ex Lucretio exempla producit, ut probet hic *excipere* idem eſſe, quod ſequi: quae ſigni-

77 quaſi dixiſſet caelo. Hunc &c. G. 78 in Fundiana Baſ. mox *ſatius*. G. 79 laborem creſcendi ſcilicet Cod. Urſ. 80 caeli indulgentia V. L. R. Voſ. Steph. Dan. & reliqua ad 346. deſunt. 81 aëris temperies G. 82 pro preſſeris Cod. Urſ.

Aut lapidem bibulum, aut ſqualentis infode conchas:
Inter enim labentur aquae, tenuiſque ſubibit
Halitus, atque animos tollent ſata. Jamque reperti,
Qui ſaxo ſuper, atque ingentis pondere teſtae
Urguerent: hoc effuſos munimen ad imbris:
Hoc, ubi hiulca ſiti findit Canis aeſtifer arva.
Seminibus poſitis, ſupereſt deducere terram

Sae-

SERVII.

348. [83] LAPIDEM BIBULUM. Qui arenarius vocatur. AUT SQUALENTES INFODE CONCHAS. [84] *Conchae* autem propter admittenda ſpiramina infodiuntur. [85] [*Lapis* vero arenarius, & propter ſpiramina,] & propter hauriendum humorem, ſi forte [86] nimius fuerit. SQUALENTES. Sordidas.

350. [87] ANIMOS TOLLENT. Sument ab his rebus magnanimitatem. JAMQUE REPERTI. Scilicet diligentiores.

352. EFFUSOS MUNIMEN AD IMBRES. Contra nimias pluvias.

353. HIULCA SITI. [88] Nimiis caloribus fiſſa.

PHILARGYRII.

348. AUT LAPIDEM BIBULUM. *Lapidem* autem *bibulum*, hic non lapidis epithetum eſt, ſed ex lapide beneficium, id eſt, per quem terra humorem poſſit ad radices vitis admittere. INFODE. Verbum *infode*, venit ab eo, quod eſt *fodio*, *fodis*, *fodit*. Unde Plautus in Rudente I. II. 12. *Luto uſuſt multo, multam terram confode*. Et: *Infode conchas*, circa radices ſcilicet.

350. SATA autem dicit virgulta, quae preſſeris, & hoc bis repetitum: non enim duo ſunt, ſed unum iteratum, ac ſi diceret: Hoc munimentum contra imbres & aeſtus. JAMQUE REPERTI. Et, JAM, hic pro propterea ponitur, & utrum ſaxo & teſta: an illud ſenſit teſtam cavam, ſuperiorem lapidem? hoc enim fit.

354. SEMINIBUS. Iterum *feminibus*, pro arboribus accipi oportet. Et: *ſupereſt*, ſequens eſt.

VARIORUM.

ſignificatio verbi ſatis nota & obvia. ſed an *excipere terras* hoc ſenſu dici poſſit, dubito. Et quia egit de vere, quod medium inter frigus & calorem, id eſt hiemem, & aeſtatem ſit, & illo intervallo etiam de vere dixerit, *hibernis parcebant flatibus Euri*, hic quoque poſt quietem, inter frigus & calorem potuit de ventis tranquillis egiſſe, & ideo poſſet legi, *Exciperet coeli indulgentia* (id eſt *clementia*) *ventos*, id eſt, ut procellis & ventoſae hiemi ſuccederet tranquillitas, & ſerenitas coeli verni. Nam vox *terrae* altero ab hoc verſu iterum repetitur. ſic *venti* & *terrae* etiam confunduntur a librariis, apud Ovid. III. Triſt. III. 15. ſi quis *terras* retinere velit, non video, quî explicari poſſit, niſi per hypallagen, ut terrae exciperent, inter frigus & calorem, indulgentiam coeli, & tunc cum Servio pro *acciperet*, eſſet capiendum. *Terras* pro foetibus terrae explicat Philarg. ſed potius eſt, ut homines & pecudes intelligantur, ut *terrae* ſaepe ita poni ſolent. vid. ad Valer. Flac. I. 631. & noſter VI. Ecl. 37. *Jamque novum ut ſtupeant terrae luceſcere ſolem*. Cogitavi etiam aliquando, *Aſpiceret coeli indulgentia terras*, quia illa verba *accipere*, *excipere*, *adſpicere* ſaepe a librariis inter ſe commutata videram. de quo ad Lucan. II. 428. videbimus. ſed ut candide agam, haereo etiam nunc in hoc loco, quem me acutior expediat. BURM.

348. CONCHAS. *Cochleas* Regius a m. ſec. vel a Gloſſatore. quae varietas & in Servii codicibus hic obſervatur. BURM.

350. TOLLENT. *Tollunt* alter Menagius. *namque* etiam Venetus. *atque homines tollent* Ed. Venet.

351. IN-

83 SCALENTES. ſcatebroſas lap. bib. qui arenarius voc. G. ſed mox arenoſus. 84 Cocleae V. L. Voſ. R. B. Fabr. al. 85 deſunt B. ſpiramina, aut propter Baſil. 86 humus G. 87 HALITUS. adeo etiam animum, quibus etiam halitum dat, non aetem ſumunt G. *magnitudinem* ediderunt Genevenſes. ſument ex his. deinde, ſcilicet ſicut dil. Baſil. 88 a nimiis L. Voſ. R. V. prae nimis c. ſciſſa Baſil. nimiis c. ſciſſa. nam *hiulcus* dicitur, qui hiat, *petulcus* qui petit. G.

Saepius ad capita, & duros jactare bidentis:
Aut preſſo exercere ſolum ſub vomere, & ipſa
Flectere luctantis inter vineta juvencos.
Tum levis calamos, & raſae haſtilia virgae,
Fraxineaſque aptare ſudes, furcaſque bicornis:
Viribus eniti quarum, & contemnere ventos
Adſueſcant, ſummaſque ſequi tabulata per ulmos.
Ac, dum prima novis adoleſcit frondibus aetas,

Par-

SERVII.

355. Ad capita. Poſitarum ſcilicet vitium. Jactare bidentes. [89] Hoc ad comminuendas pertinet glebas. [90] [Dicit autem circumfodiendum eſſe: & ad ipſa capita plantarum terram adducendam, & ſaepius ideo, quia & vento & imbribus a capite terra deſcendit.]

357. Flectere luctantes. Cum quadam moderatione ducere; ne tenera adhuc virgulta concutiant.

358. Leves calamos. [91] Nitidos. Et rasae hastilia virgae. [92] Praecipit & cannas [93] & virgas radendas; ne ex corticibus rubigo, adverſa vitibus, poſſit creari. [94]

[95] 361. Sequi tabulata. [96] *Tabulata* ſunt rami effuſiores, & in plana tendentes, non in altiora creſcentes.

362. [97] [Adolescit. Creſcit.] Per purum. Per aërem, [98] [quaſi inanem.] [99]

PHILARGYRII.

361. Tabulata. Nunc *tabulata* dici diſpoſitionem ramorum, per quos vitis uſque ad ſummum aſcendit. Et [1] eſt relatio facta ad domos, in quibus extructiones ſingulae *tabulata* dicuntur.

VARIORUM.

351. Ingentis pondere testae. *Ingenti pondere* Mediceus codex, & cum illo Nonius Marcellus in *urguere. ingenti pondere teſta, Urguentur* Columellae codex vetuſtus ad D. Germani Pariſiis, quem inſpexi, libro III. cap. 16. HEINS. *Ingenti* etiam Mentel. pr. a m. ſec.

352. Effusos. *Effoſſos* Tollianus. quod ex pronuntiationis vitio ortum credo, ut ita XI. Aen. 671. *ſuffoſſo* & *ſuffuſo* videbimus in mſſ. eſſe. *Et fuſos* Cod. S. Germ. apud Columellam. *hic effuſos* Venetus. mox *atque ubi* Voſſian. prior. *aut ubi* Lutat. ad Stat. IV. Theb. 708. *ſiti, ſcindit* Ed. Mediol. *aſtifer* Leidenſ. BURM.

354. Deducere. *Diducere* ex Romano notavit Pierius. & ita Mentelius primus a manu ſecunda, tertius a manu prima, ut & Leidenſis & Moret. ſec. *ſuperem* Ed. Med.

357. Luctantes. *Luctantis* Mentelii tert. & Regius. ſed correctum *luctantes*, cum gloſſa, *repugnantes*.

358. Calamos. *Cumulos* Venetus.

359. Sudes. *Trabes* Francianus. *fraxineas aptare* fragm. Moreti. *abtare* Voſſian.

Ibid. Furcasque bicornes. In Mediceo *furcaſque valentis*. quod & ipſum prior Mentelianus agnoſcit, & Gudianus, & prior Menagianus & Moretanus primus, & alii duo aut tres, atque ita in altero quoque Menteliano a manu prima videbatur eſſe. HEINS.

360. Contemnere ventos. Vid. ad III. Aen. 77.

361. Ad-

89 *Bidentes* ferramenta bidentes habentia, ad comm. gl. pertinent. G. *hoc* deeſt etiam L. Voſ. R. B. 90 deſunt L. Voſ. R. Steph. al. 91 nodos & cannas virgas tondendas. *Raſae* pro planiſſimae virgae B. G. 92 dicit autem Steph. Dan. 93 in virgas radendas, ne videlicet Fabr. in virgas radi oportere, ne videlicet Baſil. 94 359. Sudes quibus tenentur ſepes G. 95 360. Eniti. adminiculo vitium eſt G. 96 Tabulata, ſpatium quod intereſt ramis arborum, *tabulatum* dicitur. Item. *Tabulata* rami, qui in plana creſcentes, non altiora petentes. Per ulmos inter ramos. G. 97 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. al. 98 deſunt V. L. Voſ. R. B. Steph. al. 99. 363. Parcendum teneris. ut radices robora accipiant, initia non inquietanda. G. 1 eſt tranſlatio a domibus Fabr. al. relatio facta a domibus Baſil. qui inter Servii notas retulerunt, ut ſaepe. relatio ſ. ad omnes Commel.

Digitized by Google

Parcendum teneris: & dum ſe laetus ad auras
Palmes agit, laxis per purum inmiſſus habenis,
Ipſa acie nondum falcis tentanda, ſed uncis
Carpendae manibus frondes, interque legendae.
Inde ubi jam validis amplexae ſtirpibus ulmos
Exierint, tum ſtringe comas, tum brachia tonde.
Ante reformidant ferrum: tum denique dura
Exerce imperia, & ramos conpeſce fluentis.

Te-

SERVII.[z]

365. Ipsa acie falcis nondum tentanda. Si *Acies*, ſenſus hic eſt: Teneris adhuc vitibus, non eſt falcis *Acies* neceſſaria: ſi *Acie*, ſubaudimus virgulta: ut ſit: Ipſa virgulta nondum falcis acie tentanda ſunt.

367. Stirpibus. Solidioribus palmitibus, id eſt, truncis.

370. [z] [Dura Exerce imperia. Aut laborioſa: aut quaſi durum ſit ipſis vitibus ferro amputari.

PHILARGYRII.

367. Stirpibus. Hic, radicibus. Alii *ſtirpem* pro ipſa materie vitium poſitum volunt, ut idem alibi infr. 379. *Et ammorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.*

VARIORUM.

361. Adsuescant. *Adſueſcunt* tertius Rottend.

362. Adolescit. *Adoleſcet* prior Mentelianus, Gudianus, & tertius Rottendorphianus. HEINS. *Et dum* Parrhaſ. *ac cum p. n. adoleſcet.* Leid. pr. xii. Aen. 438. *adoleverit* dixit.

363. Parcendum. *Parcendum eſt* Francianus & Menagii ſecundus.

364. Agit. *Aget* in altero Menteliano, aliisque tribus, ſed apud Nonium Marcellum in *Laxus* legitur *agit*, qui tamen, *quum ſe laetus ad auras Palmes agit*. HEINS. *Aget* Francianus & Voſſianus alter, Venetus & Regius. *lapſis* Parrhaſ.

365. Falcis nondum. *Nondum falcis* Mediceus concinniori verborum ordine. *Ipſa acie falcis nondum* ſcripti plerique. *Ipſa acie nondum falcis* Probus libro primo Grammatices. nec aliter Gudianus ex noſtris & Vaticanus Pierii. Rottendorphianus tertius, *Ipſa nondum acie falcis tentanda*. HEINS. *Ipſa acies nondum falcis* Francian. *acie nundum falcis* Parrhaſ. *acie* Edd. Venet. & Mediol. *acie falcis nondum* Reg. & Voſſ. ego *acie* praeferrem: nam *acies* eſſet idem, quod videndum, an ſatis acuta ſit, ut Sueton. Neron. xlix. *tentata utrinſque acie. explorata* dixit in Othone cap. xi. *tentanda acie* vero ſuppleri debet per, *aetas* prima, (id eſt vitis novella) nondum eſt falce putanda. BURM.

367. Amplexae stirpibus ulmos. *Viribus ulmos* idem Mediceus a manu ſecunda. HEINS. *Viribus* Zulichemius, & quartus Moretanus, pro varia lectione. & ita Ed. Mediol. & ex codice Colotiano Urſinus.

368. Tunc. *Tum* hic & ſeq. ℣. fere omnes ſcripti.

369. Reformidant. *Reformident* ſecundus Moretanus & Regius a m. ſec.

Ibid. Dura Exerce imperia. Non recte cepiſſe mihi Servius videtur. ſenſus eſt, ubi prima aetas & novae frondes creſcere & adoleſcere incipiunt, molli & levi manu tractandae ſunt, parcendum ferro &c. ſed ubi validae jam vites ſunt, durius tractandae. metaphora a pueris, vel equis deſumta. ſimili fere modo Horatius lib. iv. Od. i. de ſe loquitur ad Venerem. *Deſine dulcium Mater ſaeva Cupidinum, Circa luſtra decem flectere mollibus Jam durum imperiis.* ubi etiam interpretes circa *mollia imperia* haerent. quae opponuntur duris. ſed Horatius ait, ſe non, ut antea juvenis, quum facilis & pronus eſſet in amores, molli manu & im-

[z] deſunt V. L. R. Voſ. B. Steph. ad ℣. 372. in Dan. deeſt ad ℣. 371.

Digitized by Google

Texendae ſaepes etiam, & pecus omne tenendum:
Praecipue dum frons tenera inprudenſque laborum:
Cui, ſuper indignas hiemes ſolemque potentem,
Silveſtres uri adſidue capreaeque ſequaces
Inludunt, paſcuntur oves avidaeque juvencae.
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut gravis incumbens ſcopulis arentibus aeſtas,
Quantum illi nocuere greges, durique venenum
Dentis, & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.

Non

SERVII.

371. TEXENDAE SEPES ETIAM. Alii hic diſtinguunt: alii ſeparant: *Texendae ſepes etiam, & pecus omne tenendum.*] [3]

372. [4] FRONS TENERA. *Frondis* vera lectio eſt. Lucretius I. 19. *Frondiferaſque domos avium.* [5] [Apud antiquiores enim ſingularis nominativus erat *frondis*:] hodie vero & a *fronte* & *fronde* unus eſt nominativus, *frons*: [6] [ut *frons frontis*, & *frons frondis*:] ſicut etiam *lens* & a *lente*, & a *lende*, capitis breviore [7] pediculo.

373. INDIGNAS HYEMES. Saevas. SOLEMQUE POTENTEM. Intolerabilem, [8] gravem.

374. SYLVESTRES URI. Id eſt, boves agreſtes, qui in Pirenaeo monte naſcuntur, inter Gallias & Hiſpanias poſito. Sunt autem, exceptis elephantis, majores animalibus caeteris: dicti URI, ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id eſt, a montibus. [9] CAPREAEQUE SEQUACES. Id eſt, perſecutrices, [10] [ſeu quod vites avidius perſequantur;] ut V. Aen. 193. *Maleaeque ſequacibus undis.*

377. INCUMBENS SCOPULIS. Etiam ſaxa caloribus penetrans.

379. ADMORSO. Participium eſt, ac ſi diceret, abroſo. [11]

PHILARGYRII.

371. SAEPES. Inſuper etiam pecus prohibendum.

VARIORUM.

imperio poſſe flecti, ut qui jam durus ſit: metaphora etiam ab equis ſumta, qui duri oris frenis non parent. vid ad Ovid. II. Amor. IX. 29. & alibi. *non mollia juſſa*, id eſt *dura*, dixit Maro III. Georg. 41. de *imperio* in terram vid. ad lib. I. 99. BURM.

371. TENENDUM EST. Tolle ſubſtantivum verbum cum ſcriptis noſtris omnibus. duo etiam praeſtantiores Moretani τὸ & omittunt hoc verſu. omittit Nonius quoque Marcellus & hoc & illud in *Tenere*, ut & tertius Rottendorphianus. HEINS. *Saepes* Mentel. & deeſt etiam duobus Moretanis.

372. FRONS. Apud Nonium in *Frons. praeterea quum frons tenera.* HEINS. Et ita Francianus. forte in Servio legendum *Frons, frondis vera lectio eſt.* ſic inf. *frondibus* 446. Venetus. nam ſi *frondis* primo caſu legatur: non video quî conſtet verſus. vide Columnn. ad Enn. VI. Ann. p. 69. BURM.

373. POTENTEM. *Tepentem* alter Menagianus. pro diverſa lectione. male. ita *potentia ſolis* lib. I. 92. BURM.

374. URI. Cerda tentabat vel *tauri*, vel *urſi*, vel etiam non de Italia ſola loqui Poëtam credebat.

Ibid. ADSIDUE. *Adſiduo* Venet. *Capreaeque* plurimi. nonnulli *capraeque*, ut & Edit. Junt.

375. INLUDUNT. *Illidunt* Ed. Ald. pr.

Ibid. OVES. *Aves* Gudian. a m. pr.

377. AE-

3 TENENDUM. arcendum ne morſibus laedant G. 4 TENERA FRONDIS. V. *fr. ten. Frons* vera lectio eſt. Cod. Urſ. 5 deſunt Voſ. L. R. B. Baſil. 6 deſunt B. Steph. 7 peduculo Voſ. R. L. B. 8 deeſt iisdem. 9 *Uri* autem boves ſilveſtres, quos vulgo *bubalos* appellant G. 10 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. al. avidius deeſt Dan. mox calore penetrans Baſil. 11 CICATRIX. vulnus ignium arboris rapto cortice dixit. G.

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Caeditur, & veteres ineunt proſcenia ludi:
Praemiaque ingeniis pagos & compita circum

The-

SERVII.

380. NON ALIAM OB CULPAM. Victimae [12] numinibus, aut per ſimilitudinem, aut per contrarietatem immolantur: per ſimilitudinem, ut nigrum pecus, Plutoni: per contrarietatem, ut [13] porca, quae obeſt frugibus, Cereri; [14] & Caper, qui obeſt vitibus, Libero: item capra Aeſculapio, qui eſt deus ſalutis: quum [15] capra nunquam ſine febre ſit. [16] *Aris* autem *omnibus*, non ſine cauſſa dixit: nam cum [17] numinibus caeteris varie pro qualitate regionum ſacrificetur, ut Veneri Paphiae tantum de ture: unde eſt I. Aen. 335. *Haud equidem tali me dignor honore*: Genitrici vero, id eſt, Romanae, etiam de victimis: Libero ubique caper immolatur; [18] [quia vites, quae in honore ipſius fuerant, ab eo comeſtae ſunt: iratus Liber pater eum occidi fecit, & ei tolli utrem, in quo mitti vinum fecit pro ejus vindicta.]

381. VETERES INEUNT PROSCENIA LUDI. Primi ludi theatrales ex Liberalibus nati ſunt: Ideo ait, *veteres ludi*. [19] PROSCENIA autem ſunt pulpita ante ſcenam, in quibus ludicra exercentur.

382. PAGOS ET COMPITA CIRCUM. Id eſt, per quadrivia, quae *compita* appellantur, ab eo, quod multae viae [20] in unam confluant: & [21] villas, quae pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν [22] appellantur, id eſt, a fontibus, circa quos villae [23] conſueverant condi: unde & [24] *pagani* dicti ſunt, quaſi ex uno fonte [25] potantes. COMPITA autem ſunt, unde ludi Compitalitii vocantur.

PHILARGYRII.

381. PROSCENIA. *Proſcenium* proculdubio pulpitum dicit. VETERES LUDI. [26] Dionyſia: antiquiſſimi enim, quos ruſtici, confecta vindemia, faciebant.

382. INGENTES. Quidam legunt *ingeniis*, ut ſit: praemia poſuerunt ingeniis. Dabatur autem hircus praemii nomine: unde hoc genus poëmatis Tragoediam volunt dictam. COMPITA. Ut [27] relatio * placet, locus ex pluribus partibus in ſe, vel in eaſdem partes [28] ex ſe via, atque itinere dirigens; ſive is cum ara, ſive ſine ara, ſive ſub tecto, ſive ſub divo ſit: ubi pagani agreſtes, buccina convocati, ſolent certa inire [29] conſilia. Hinc & lares compitalicii, & feriae compitaliciae.

VARIORUM.

377. AESTAS. *Aeſtas* etiam in Juntin. Ed. & aliis. *aeſtus* Parrhaſ. *ardentibus* Francianus. *ſcopolis* Mentelii prior.

379. SIGNATA IN STIRPE. Τὸ *in* abeſt a Gudiano. in Mediceo *ammorſo*, & a manu ſecunda *ammorſu*. in Rottendorphiano tertio *amorſo*. ut & in Voſſiano priore. in Moreti fragmento *amorſu*. Nil mutandum. vide Aeneidos XII. 208. ubi habes *imo de ſtirpe reciſum*. Ceterum vir Cl. Gerardus Johannes Voſſius de analogia lib. I. cap. 33. videtur in diſcrimen vocare τὸ *admorſo*. quod codices Pierii habeant *admorſu*. ſed *immorſo* dixerunt etiam. vide nos ad Paterculum lib. II. cap. 87. dixit quidem Symmachus lib. I. cap. 24. *admorſum duri dentis*. ſed apud Silium lib. V. *admorſa haſta*. & *pectora admorſa* apud Propertium de Cleopatra. uſus & Plautus. HEINS. *Admorſo* Parrhaſ. Reg. alii Ed. Med. *a morſo ſignata ſtirpe* Ed. Venet. vid. ſup. Serv. ad ℣. 196. BURM.

380. OB CULPAM. *Ob cauſam* Scholiaſtes Statii
The-

12 nominibus G. 13 furca G. 14 ut V. L. R. B. V. 15 deeſt iiſdem. 16 aliis autem nominibus G. 17 hominibus caeteri v. p. q. r. ſacrificentur G. variae L. 18 deſunt L. V. Voſ. R. V. Steph. al. 19 *Proſcenium* dicitur locus, in quo concurrunt in ſcena ludentes. item. inter *ſcenam* & *proſcenium* hoc intereſt, quod *ſcena* diſpoſitio columnarum & erectio ipſius ornatus. ut in primo 428. *Columnas Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris*. *Proſcenium*, id eſt ipſum ſpatium G. 20 in unum G. quod verum puto. non enim proprie loquendo, in unam viam confluunt quadrivia, ſed quatuor viae in unum locum, quod quadrivium, & compitum dicitur, unde eſt proſpectus in quatuor vias. & ita *in unum* pro in unum locum centies, addito vel omiſſo τῷ *locum* occurrit. vid. Gronov. ad Liv. XXVIII. 3. inſcriptio apud Fabrett. pag. 202. *Oſſa & Cineres in unum adjicias*, ubi urna intelligitur, vel ſepulchrum. BURM. 21 villa, q. p. a. τ. π. appellatur G. 22 deeſt Fabr. & al. 23 conſueverunt G. 24 Pagi G. 25 putantes G. 26 Dionyſia enim antiquiſſimi ruſtici &c. Fabr. al. inter Servii notas. 27 *Trebatio* Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 150. *Lutatio*, aut *Martio* Barth. XXV. Ad. ult. 28 ex ſe vias Salmaſius. 29 concilia Salmaſius.

Digitized by Google

Theſidae poſuere: atque inter pocula laeti
Mollibus in pratis unctos ſaluere per utres.
Nec non Auſonii, Troja gens miſſa, coloni

Ver-

SERVII.

383. THESIDAE. Athenienſes, qui primi [30] ludos inſtituere Liberalia.

384. MOLLIBUS IN PRATIS UNCTOS SALUERE PER UTRES. Unctos vel oleo vel [31] lixivia. IN PRATIS autem ideo, ne laederentur cadentes. UTRES [32] [vero fiebant] ad inſultationem [33] etiam mortuorum caprorum, ne quid ex his eſſet, quod non ſentiret injuriam. [34] SALUERE. Secundum artem locutus eſt: nam [35] antiqui *ſalio*, *ſalui*, dicebant: [36] [nunc autem & *ſalivi*:] unde & Cicero ait in Miloniana cap. x. *Cum hic de rheda rejecta penula* [37] *deſiluiſſet*. Sic etiam ab eo, quod eſt *Cano*, non *cecini*, ſed *canui* dicebant; unde Salluſtius lib. I. Hiſt. *Cornua* [38] *occanuerunt*.

385. NEC NON AUSONII TROJA GENS MISSA. Hoc eſt, etiam Romani haec ſacra [39] celebrant & canunt: nam [40] [hoc eſt: VERSIBUS INCOMPTIS LUDUNT. Id eſt, carminibus Saturnio metro comptis: [41] quod ad rhythmum] ſolum vulgares componere [42] conſueverunt. Horatius II. Epiſt. I. 147. *Liberſaſque recurrentes accepta per annos Luſit amabiliter.*

PHILARGYRII.

383. THESIDAE POSUERE. Ideo, quia primi Athenienſes Liberalia ſtatuerunt: *Theſidae* dicti a rege Theſeo.

VARIORUM.

Thebaidos quinto 259. HEINS. Vide ibi Lindenb. *culpam* tuetur locus Ovid. I. Faſt. 361. *Bacchi* Parrhaſ. BURM.

382. PRAEMIAQUE INGENTES PAGOS. Pierius ex codicibus ſuis omnium antiquiſſimis reponit, *Praemiaque ingeniis pagos*, pro *ingentes pagos*, ſed in eo membranas noſtras ſibi adſentientes non habet. nec Scholiaſten Horatii libri tertii Ode 18. Julius tamen Philargyrus: *Quidam legunt ingeniis*; *ut ſit*, *praemia poſuerunt ingeniis*, quam lectionem & magno Scaligero arriſiſſe obſervo animadverſis in Chronicon Euſebianum iteratae editionis anno MDCLVIII. HEINS. Ita & Ed. Venet. & Cod. Urſin. vid. ad Phaedr. Epilog. lib. II. *ingenia* vero poni pro ingenioſis hominibus, & praecipue Poëtis, obvium eſt. corruptela vocis orta, quod *ingentis* ſcripſerint pro *ingeniis*, literis I & T permutatis. ut erat in Leidenſi pr. & multis aliis. BURM.

384. MOLLIBUS. Vide Brodaeum Miſc. IV. 7. Luiſin. Parerg. I. 15. NANSIUS. Doctiſſimus Gorius Inſc. Etr. Tom. II. p. 105. & ſeq. profert lapidem, in quo conſpicitur ſenex natibus terram feriens, & pone eum uter inflatus, in quem inſiluiſſe videtur, & cecidiſſe in terram, ibique hunc Virgilii locum adducit, & illuſtrat. BURM.

Ibid. SALUERE. Diomedes & Priſcianus *ſaluere. Salui* enim & *ſalii* dicitur, ſignificat τὸν ἀσκωλιασμὸν, de quo Varro lib. I. de vita P. R. *Pelles bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cornuabant. a quo ille verſus vetus eſt in carminibus, ſibi paſtores ludos faciunt cernui conſualia.* FABRIC. *Saluere* Mediceus & quartus Moretanus a manu prima uterque, ut & Gudianus, & tertius Rottendorphii, duo Leidenſes & Zulichemius. tum a manu ſecunda Mentelianus alter. Diomedes libro primo, *ſalio perfectum ſuavius enunciari videtur ſalii quam ſalivi. ſed plerique veterum ſalui dixerunt. Virgilius, ſaluere per utres.* Priſcianus libro X. *ſalio, ſalvi vel ſalii & ſalui. Virgilius in Bucolico Dulcis aquae ſaliente ſitim reſtinguere rivo. Idem praeteritum in* II. Georg. *Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. In quibusdam tamen invenitur codicibus etiam ſaluere ſcriptum.* ubi plura ad rem profert. etiam illud Naſonianum e Faſtis: *Per flam-*

30 ludis V. Voſ. ludos inſ. liberales B. Steph. Dan. Fabr. al. ludos inſ. & liberalia Cod. Urſ. ſed probo, *ludos inſ. liberalia*, ut erat in R. & L. & edidit Maſvic. vide ad Quinctil. I. de Inſt. Orat. 3. & ad Suet. Neron. cap. XII. BURM. 31 Lixiva V. L. lexiva B. 32 deſunt G. 33 deeſt G. 34 Romulus cum aedificaret Jovis, pelles junctas (unctas) ſtravit, & ſic ludos edidit, ut & caeleſtibus (caeſtibus) dimicarent, & curſu contenderent, quam rem Ennius in Annalibus teſtatur. G. 35 deeſt V. R. L. V. Steph. Dan. 36 deſunt iisdem. ſed in Fabr. & aliis contra legitur, antiqui *ſalio ſalivi* dicebant, nunc autem & *ſalui*. 37 *deſiliſſet* V. L. Voſ. 38 *hoc canuerunt* V. L. Voſ. 39 celebrabant B. 40 deſunt Voſ. 41 Id eſt V. 42 conſuerunt G. B.

Verſibus incomtis ludunt, riſuque ſoluto;
Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis:
Et te, Bacche, vocant per carmina laeta, tibique
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

390 Hinc

SERVII.

386. RISUQUE SOLUTO. Id eſt, cachinno.

387. ORAQUE CORTICIBUS SUMUNT. Quia neceſſe erat pro ratione ſacrorum aliqua ludicra & turpia fieri, quibus poſſet populo riſus moveri: qui ea exercebant, propter verecundiae remedium hoc adhibuerunt, ne agnoſcerentur, ut perſonas factas de arborum corticibus ſumerent.

388. ET TE, BACCHE, VOCANT. Hymnos in tuum canunt honorem.

389. TIBIQUE OSCILLA SUSPENDUNT MOLLIA. Mollia, penſilia, ut VIII. 666. *Pilentis* [43] *matres in mollibus.* [44] OSCILLORUM autem variae ſunt opiniones: Nam alii hanc aſſerunt fabulam: [45] Icarus Athenienſis, pater [46] Erigones, quum acceptum a Libero patre vinum mortalibus indicaret, occiſus eſt a ruſticis: qui cum plus aequo potaſſent, [47] inebriati venenum ſe accepiſſe crediderant. Hujus canis eſt reverſus ad Erigonem filiam, quae, cum ejus comitata veſtigia perveniſſet ad patris cadaver, laqueo vitam finivit. Haec Deorum voluntate inter aſtra relata eſt, quam vocant Virginem. Canis quoque ille eſt inter ſydera collocatus. Sed poſt aliquantum tempus Athenienſibus morbus immiſſus eſt talis, ut eorum virgines furore quodam compellerentur ad laqueum; reſponditque oraculum, ſedari poſſe peſtilentiam illam, ſi [48] Erigones, & Icari cadavera requirerentur: quae cum diu quaeſita nuſquam invenirentur: ad oſtendendam ſuam devotionem Athenienſes, ut etiam in alieno ea quaerere viderentur elemento, ſuſpenderunt de arboribus funem: ad quem ſe tenentes homines, hac atque illac agitabantur; ut quaſi [49] etiam per aërem illorum cadavera quaerere viderentur. Sed quum inde plerique caderent, inventum eſt, ut formas, vel perſonas, ad oris ſui ſimilitudinem facerent, & eas pro ſe ſuſpenſas moverent. Unde & *oſcilla* dicta ſunt ab eo, quod in his [50] *cillerentur*, [51] [id eſt, moverentur] *ora:* nam *cillere* eſt movere: unde & *furcillae* dictae ſunt, quibus frumenta cillentur. Alii dicunt *oſcilla* membra eſſe virilia de floribus facta, quae ſuſpendebantur, per intercolumnia: ita ut in ea homines, acceptis clauſis perſonis, impingerent, [52] & ea ore cillerent, id eſt moverent, ad riſum populo commovendum: & hoc in Orpheo lectum eſt. Prudentioribus tamen aliud placet, qui dicunt ſacra Liberi patris ad purgationem animae pertinere: omnis autem purgatio aut per aquam fit, aut per ignem, aut per aërem: ſicut & in ſexto ait 741. *Aliae panduntur inanes Suſpenſae ad ventos; aliis ſub gurgite vaſto* [53] *Infeſtum eluitur ſcelus: aut exuritur igni.* Ut nunc per *oſcilla* genus purgationis, [54] [videlicet aëris] quod eſt maximum intelligamus: nam primum aquae, ſecundum ignis, tertium aëris eſt. [55]

PHILARGYRII.

389. MOLLIA OSCILLA. *Mollia* hic pro mobilia. Et videtur Virgilius opinionem illorum ſequi, qui in honorem Liberi patris putant *oſcilla* ſuſpendi,

43 *matris* V. L. Voſ. R. 44 aut mobilia Fabr. 45 Icarius Steph. Dan. vid. ad lib. 1. Georg. 67. & Muncker. ad Hygin. Fab. CXXX. & in primis Brouckhuſ. ad Tibul. IV. 1. 10. qui a multis Icarum & Icarium confuſos docuit. BURM. 46 Erigonae V. L. Voſ. R. Erigonis R. Erigone B. 47 debriati L. Voſ. R. V. B. 48 Erigonis B. 49 & per V. L. B. Voſ. R. etiam quaſi in aëre Baſil. 50 *cillentur* B. 51 deſunt B. 52 ut ea B. 53 *infectum* V. L. Voſ. R. B. Fabr. 54 deſunt V. L. Voſ. R. B. Baſil. 55 Item: Icarus cum a Libero patre pro munere accepiſſet vinum, quod domum ſecum ad civitatem adferret, a latronibus comprehenſus eſt. & cum is ultro munere obtuliſſet poculum vini, atque illi ebrii venenum ſibi datum putaverunt, atque eum interfecerunt. Et poſtmodum cum filia ejus Erigone mortem (mortuum) quaereret, quae eum reperiſſet corpus ejus, laqueo vitam finivit. Unde Athenienſes filias ſuas laqueis integebant. poſt cujus interitum cum multi (multae) Athenienſium tali morte interirent, conſuluerunt oraculum, qui (forte, quod, vel Oraculum Apollinis, qui) reſpondit Erigones mortem expediendam (expiandam) eſſe, eandem placandam. Tunc inſtituerunt ludos & dies feſtos, & arboris (arboribus) laqueos penſiles illigare, in quibus ſe huc illuc ferrent, quos laqueos *oſcilla* vocaverunt. Alii dicunt, poſt mortem Latini regis quaeſiverunt eum in terra & in mari, & nunquam (nuſquam) inventum eſt corpus ejus; quaeſiverunt eum in aëre, & ſuſpendiſſe (ſe) laqueo inventum eſt. Hinc initiaverunt hoc genus mortis. G.

Digitized by Google

Hinc omnis largo pubeſcit vinea foetu:
Complentur valleſque cavae ſaltuſque profundi,
Et quocumque Deus circum caput egit honeſtum.
Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis, lanceſque & liba feremus;
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram,

Pin-

SERVII.

390. HINC OMNIS LARGO PUBESCIT VINEA FOETU. Poſt haec ſacra celebrata. [56]

393. ERGO RITE SUUM BACCHO DICEMUS HONOREM. Juſte igitur Liberi [57] celebrabimus ſacra. HONESTUM. Pulchrum.

394. CARMINIBUS PATRIIS. Id eſt, Romana lingua: pleraque enim ſacra, pro gentium qualitate: pleraque ſecundum [58] [ſuum ritum] coluntur: nam hymni Libero apud Graecos Graeca, apud Latinos Latina voce dicuntur. Hymni vero Matris Deum ubique propriam, id eſt, Graecam linguam, requirunt.

395. STABIT SACER HIRCUS. Placebit. [59] Tunc enim eſt aptum ſacrificium, cum dedicatum animal victimae patiens invenitur: unde & alibi ſic ait IX. 627. *Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum*. Id eſt, placere faciam. Contra Lucanus VII. 165. *Diſcuſſa fugit ab* [60] *ara Taurus*. *Sacer* autem, execrabilis, ut III. Aen. 57. *Auri ſacra fames*.

PHILARGYRII.

di, quod ejus ſit pendulus fructus. *Oſcilla* autem dicta, ſive quoniam capita & ora hoſtiarum in ſummis perticis figebantur, ſive quia hunc luſum Oſci dicuntur frequenter exercuiſſe, & per Italiam ſparſiſſe.

393. ERGO. *Ergo*, veteres pro merito dicebant. Hinc Plautus in Milite glorioſo I. I. 61. *Hiccine Achilles eſt? inquit mihi. immo ejus frater. ergo mecaſtor pulcer eſt*: & erit ſenſus: Merito, inquit, ſacra faciemus ei, cujus beneficio vineta proveniunt.

395. STABIT SACER. Improbant enim Aruſpices hoſtiam, quae admota altaribus reluctatur.

VARIORUM.

flammas ſaluiſſe pecus, ſaluiſſe colonos. Cledonius in Arte Grammatica, *ſallio ſallere facit, & pſallo pſallere, & ſalio ſaluere. ut Mollibus in pratis unctos ſaluere per utres*. neque aliter agnovit Servius, ut videre eſt apud illum hoc loco. nam Pierius depravatis, ut apparet, Servii codicibus deceptus, in contraria it omnia. utitur & hoc Maronis exemplo Conſentius, ubi a *ſalio*, *ſalui* praeteritum derivat. *ſaliere* Terentianus Maurus in vulgatis exemplaribus tamen agnoſcit, & Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro III. Ode XVIII. & Aruſianus Meſſius. at vir accuratiſſimae diligentiae Joh. Gerardus Voſſius opere Grammatico libro III. de analogia cap. 23. *ſaliere* praefert hoc Maronis loco. qui videndus. HEINS. *Saluere* Francian. in Regio craſa parte literae *u* reſtabat *ſaliere*. vid. Serv. ad III. Aen. 416. BURM.

385. TROJA. *A Troja* Leidenſ.

386. RISUQUE. *Rituque* ſecundus Moretanus.

389. ALTA. *Alto* Lutatius ad Statii IV. Theb. 692. quod operis adſcribendum: nam idem lib. XI. 644. *alta* exhibet. BURM.

390. PUBESCIT. *Rubeſcit* Menagii prior. mox *complenturque cavae valles* ſecundus Moretanus.

392. QUOCUMQUE. *Quodcumque* Parrhaſ. Schol. Horat. I. Sat. II. 84. *Et quodcumque decus circum caput egit honeſtum* corrupte exhibet: rectius Columella lib. III. cap. 21. *quocumque deos* Gudianus. BURM.

394. FE-

[56] LARGO. abundanti & fertili Fabr. al. [57] celebramus B. [58] deſunt B. [59] DUCTUS. juxta aruſpicinam dicit. Quoniam tum feſta victima eſt, quoties patientiam praebet, ut alio loco, *Eſt autem (& ſtatuam) ante aras aurata fronte juvencum*. Quotieſcunque in ſud.bus devota victa (victima) reperitur & fugit, magnum exitium ſignificat. G. [60] *aura* V. *hara* L. Voſ.

Pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis.
Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui numquam exhauſti ſatis eſt: namque omne quot annis
Terque quaterque ſolum ſcindendum, glebaque verſis
Aeternum frangenda bidentibus: omne levandum
Fronde nemus; redit agricolis labor actus in orbem,
Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.
Ac jam olim ſeras poſuit quum vinea frondis,

Fri-

SERVII.

396. IN VERUBUS TORREBIMUS EXTA COLURNIS. [61] Quia, ſicut etiam caper eſt inimicus vitibus, ita eis nocet & corylus: unde & ait ſupra 299. *Neve inter vites corylum ſere.*

397. EST ETIAM ILLE LABOR. Jam paulatim tendit ad vitium vituperationem, dicens & infinitum eſſe earum laborem, ut: *Cui numquam exhauſti ſatis eſt:* & incertum fructum, ut infr. 419. *Et jam maturis metuendus Jupiter uvis:* & ipſum etiam fructum pernicioſum, ut inf. 455. *Bacchus & ad culpam cauſſas dedit.*

398. EXHAUSTI SATIS EST. Exhauſtionis, finitionis: quod quia aſperum viſum eſt, ſe ad figuram [62] tranſtulit, & ait: *Exhauſti*, ut II. Aen. 427. *Servantiſſimus aequi:* pro aequitatis. OMNE SOLUM. Continens ſcilicet vites.

400. AETERNUM. Semper, perpetuo. Et abſolute locutus eſt. LEVANDUM FRONDE NEMUS. [63] Relevandum, ſpoliandum. Omne autem nemus dicit, & arborum & vitium: unde paulo poſt dicturus eſt: *Bis vitibus ingruit umbra.*

401. REDIT AGRICOLIS LABOR ACTUS IN ORBEM. Id eſt, in anni [64] circuitum labor ſe invicem ſequitur ruſticorum.

403. OLIM. Quandoque. Significat autem finale tempus autumni. SERAS FRONDES. [65] Sero cadentes: tarde enim ſpoliantur vites frondibus.

PHILARGYRII.

400. LEVANDUM. Hic putandum.
403. SERAS. Vetulas, aridas.

VARIORUM.

394. FEREMUS. *Ferentes* Zulichemius. *laticesque &* Francianus, mox *& ductis* Gudianus a manu prima. *Eductus cornu* Leidenſis tertius. *ſtabit cornu* Leidenſis alter. *ſi ductus* Serv. ad IX. Aen. 627. in Edd. quibuſdam. BURM.

395. HIRCUS AD ARAM. *Ad aras* Macrobius Saturnal. IV. cap. 2. aliter ſcripti. HEINS. Ita Servius ad IX. Aen. 627. in ſcriptis.

396. VERUBUS. Ita Parrhaſ. & ſec. Rottend. ſed reliqui Heinſiani & noſtri *veribus*, quod praefert Pierius ad I. Aen. 212. & V. 103. ut & Balbus ad Val. Flac. I. 254. BURM.

397. ALTER. *Alte* Venetus. *curandus* Francianus.

401. LABOR ACTUS. *Laboratus* Regius a m. pr.

402. ATQUE IN SE. *In ſe perque ſua veſtigia* Francianus. *atque ipſe ſua* Voſſianus alter.

403. ET JAM OLIM. *Ac jam olim* ex ſcriptis. niſi quod in uno alteroque *At jam*. certe Priſcianus libro XV. *Ac jam* manifeſte agnoſcit. etiam Alcuinus in Grammatica. HEINS. *Et etiam olim* Juntina Ed. *at jam* Parrhaſ. *ac jam* Venet. Regius.

404. FRI-

61 id eſt, de Corylo factis, & hoc propterea, quia ſicut &c. Fabr. 62 tranſtulit, ut R. B. tr. aſt autem V. L. Voſ. tr. dicens Fabr. al. Boeth. de Conſ. Phil. IV. Metr. 1. *Atque ubi jam exhauſti fuerit ſatis.* 63 revelandum L. 64 circulum Steph. Dan. Fabr. al. circuitu B. 65 vel ſeras, priſtinas ut Salluſtius G. vid. lib. IV. 144.

Frigidus & ſilvis Aquilo decuſſit honorem;
Jam tum acer curas venientem extendit in annum
Ruſticus, & curvo Saturni dente relictam
Perſequitur vitem adtondens, fingitque putando.
Primus humum fodito, primus devecta cremato
Sarmenta, & vallos primus ſub tecta referto:
Poſtremus metito. Bis vitibus ingruit umbra:

Bis

SERVII.

404. FRIGIDUS ET SYLVIS AQUILO DECUSSIT HONOREM. Varronis hic verſus eſt.

405. ACER. Non quilibet; ſed ([66] acer &) diligens. CURAS VENIENTEM EXTENDIT I. A. Quaſi in tempore alieno praemeditatur futurum laborem.

406. ET CURVO SATURNI DENTE. Id eſt falce, quae eſt in ejus tutela. nam Saturnus dicitur patri Coelo virilia falce amputaſſe, quae in mare cadentia Venerem creaverunt: quod ideo fingitur, quia, niſi humor de coelo [67] in terras deſcenderit, nihil [68] creatur. Alii Saturnum deum eſſe temporum dicunt, quae, ſicut falx, in ſe recurrunt. Alii vero dicunt Saturnum in [69] progreſſu nihil nocere: cum retrogradus eſt, eſſe periculoſum: ideoque eum habere falcem in tutela: quod & ipſa protenta nihil valet; retro acta vero, quicquid ei occurrit, ſecat. RELICTAM. Scilicet, a ſe paulo ante deſertam.

407. FINGITQUE PUTANDO. Componit, [70] ut VI. Aen. 80. *Fingitque premendo.*

408. PRIMUS HUMUM FODITO. Hoc eſt, ad laborem primum te eſſe convenit, ultimum ad fructus legendos. Vinum enim factum de uvis immaturis cito aceſcit: & hoc loco ineſt vitium vituperatio, quarum fructus, aut immaturi collecti dereunt; aut ſi [72] earum fuerit expectata maturitas, nihilominus pereunt: nam dicturus eſt infr. 419. *Et jam maturis metuendus Jupiter uvis.*

409. ET VALLOS PRIMUS SUB TECTA REFERTO. Vitium ſuſtentacula, [72] quae in nonnullis locis in [73] tecta portantur; ne imbribus depereant cito.

410. [74] METITO. Vindemiato. [75] [Et per hoc dicit, maturam uvam debere colligi.] BIS VITIBUS INGRUIT UMBRA. [76] Vitis & arboris, [77] [quae amputanda eſt,] ut dempta folia ſolem admittant, quo poſſint uvae matureſcere.

PHILARGYRII.

406. RELICTAM. Neglectam, non putatam.

408. PRIMUS. Per hoc intelligendum, primus puta: & inutiles palos ſub tecta referto, pro quibus novos poſueris.

VARIORUM.

404. FRIGIDUS ET SILVIS. *Ut ſilvis* Scholiaſtes Horatii Epodon XI. ſed aliter Nonius & Priſcianus. HEINS. *E ſilvis* Parrhaſ.

405. EXTENDIT. Mediceus, *extendet*. HEINS.

407. PERSEQUITUR VITEM ATTONDENS. *Antondens* vetuſta Nonii Marcelli exemplaria, in *Fingere*. Joſia Mercero teſte, ſic *ancidere*, *ancilia*, *anteſtari*, *anquirere*, & ſimilia. HEINS. *Proſequitur* etiam Zulichemianus, ſollemni varietate. ſed retinendum *perſequitur*, cujus verbi eadem vis, quam ſupra ad lib. I. 105. notavimus in *inſequi*: quamquam majorem diligentiam & perſeveran-

66 deſunt Steph. Dan. 67 in terram deſcenderet V. L. Voſ. R. 68 crearetur iidem. 69 progreſſum iidem. 70 ut ibi VIII. 644. *Et corpora fingere lingua*, & alibi. *fingitque pr.* G. 71 eorum Voſ. R. L. B. V. 72 quae nullis G. quae nonnullis L. B. Voſ. R. 73 tectis p. n. i. pereant G. 74 *metito* a verbo *meto*, *poſtremo metito*, id eſt legito: perſeverat enim in tranſlatione, ut quantum vindemiae ſegetem dixerat metendam, eandem vindemiam diceret, pro colligendam. poſtremo autem maturius juſſit, quam quanto maturior fuerit lecta vindemia, tanto dulcius dabit vinum. ſic hic *metere* dixit pro eligere, ut ibi ait, IV. 231. *tempora meſſis*, cum de melle colligendo loqueretur. G. 75 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. al. 76 ſcilicet & ipſius vitis & arboris Fabr. al. & a vitibus & ab arboribus, & vult ut dempta V. 77 deſunt Voſ. R. L. B. Steph. Dan.

Bis ſegetem denſis obducunt ſentibus herbae.
Durus uterque labor. Laudato ingentia rura:
Exiguum colito. Nec non etiam aſpera ruſci
Vimina per ſilvam, & ripis fluvialis arundo

415 Cae-

SERVII.

411. Bis segetem densis obducunt sentibus herbae. Semel autumnali; ſemel verno tempore.

412. Durus uterque labor. Et vellendarum herbarum, & frondium ſecandarum. Laudato ingentia rura, Exiguum colito. Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de Agricultura: quod ideo dictum eſt, vel quia majores, agros incultos *rura* dicebant, id eſt ſylvas, & paſcua: *agrum* vero, qui colebatur: ut intelligamus, Laudato ingentes ſylvas, colito agrum minorem: [78] vel, quod melius eſt, quia ait in primo 71. *Alternis idem* [79] *tonſas ceſſare novales, Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum:* quod fieri non poteſt, niſi fuerint ſpatia majora terrarum: nam & Cato, ut diximus, & Cicero in Oeconomicis, ob hoc [80] laudant praedia latifundia; vel quod, ut dicit Donatus, etiam non culta praeſtant aliquid domino.

413. Rusci. *Ruſcum* virgultum eſt, unde vites ligantur. Et commemorat labores, qui, licet circa alia, tamen pro vitibus exercentur.

VARIORUM.

rantiam hoc verbum indicare videtur. Et egregie vir illuſtris Bouherius obſervavit proprium hoc in agricultura eſſe verbum, ideoque nihil mutandum in illis Ciceronis Tuſcul. Quaeſt. II. cap. ult. *Haec ſunt illae fibrae ſtirpium, quae ſunt perſequendae, & omnes eligendae.* ubi alii *perſecandae*, vel *praeſecandae* voluerunt ſubſtituere. An vero *eligendae* vel *elidendae* praeſtet, dijudicare vix audeo, quia utriuſque verbi vis facile adſeri exemplis aliorum ſcriptorum poteſt. magis tamen in *eligendae* inclinaret animus, quia frequens ejus verbi eſt uſus apud Rei Ruſticae ſcriptores, pro eo, quod noſtrates olitores *uitwyen* vocant, id eſt evellere radicitus, quod manu fieri ſolet. ſic Columella lib. IV. 5. *Gramina exſtirpare, quae niſi manu eliguntur, & in ſummum rejiciuntur, reviviſcunt.* ubi Heinſius malebat, *exigentur*; ut & apud Curtium emendare conabatur lib. IV. 1. *ſteriles herbas eligens, hortum repurgabat.* ſed *eligere* apud Columellam etiam probat Gronov. ad Senec. Thyeſt. 763. in aliis locis pro hoc verbo *ejicere* ſaepe Critici nobis ſuppoſuere, quia illorum verborum facilis & frequens eſt in ſcriptis permutatio obſervata, ut videre licet in notis Brouckhuſii ad Propert. II. XVII. 12. quem locum adhuc nondum ſanatum puto. legebat vir doctiſſimus,

Electa eſt tenui namque Creuſa domo.

pro vulgato *ejecta*. ſed vix probare poſſum *tenuem* Creuſae *domum*, quae ex Siſypho nata, & per Aeolum avum, genus a Jove poterat ducere: neque paupertate, quam *tenuis* notaret, ſed infamia & vaſritie erat notanda domus Aeolidarum, qui nobiliſſimi habiti fuere. quare conjicerem legendum eſſe,

Ejectâ tenuit namque Creuſa domum.

Ejectâ, ſcilicet Medea Colchide, Creuſa tenuit domum Jaſonis, ſed de horum verborum varietate alias pluribus agendum erit. praeterea *attundens*, Parrhaſ. & Moreti quartus. *tondens* Francianus. *relictam* vero vitem interpretor, neglectam tonderi, praeteritam, & cui poſt vindemiam nullam etiam curam adhibuerat, uſque ad tempus, quo putari & fingi in ſequentem annum debet. ſic & Columella lib. IV. 6. & alibi ſaepe uti ſolet. denique *fugitque putando* Menagianus. BURM.

408. Devecta. *Dejecta* Ed. Venet. vid. ſupr. 207.

409. Primus sub. *Primum* ſecundus Moretanus & Parrhaſ. ſed *primus* Serv. ad IX. 148. ubi quidam *primus vallos. &* deerat Veneto. *reporto* Voſſ. alter pro *reporta* puto. quod pro gloſſa erat in Regio. *fermenta* etiam Mentelii prior. BURM.

410. Postremus. *Poſtremos* Rottend. ſec.

411. On-

78 tibi quod G. 79 *tonſas*. V. 80 laudat V.

Caeditur, incultique exercet cura ſalicti.
Jam vinctae vites: jam falcem arbuſta reponunt:
Jam canit extremos effoetus vinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus, pulviſque movendus.
Et jam maturis metuendus Juppiter uvis.

Con-

SERVII.

415. INCULTIQUE EXERCET CURA SALICTI. Quaſi cum indignatione ait: Cauſſa vitium, cura nos etiam ſponte naſcentium rerum fatigat. [81]

416. FALCEM ARBUSTA REPONUNT. Putatae ſunt, nec falcem requirunt.

417. JAM CANIT EXTREMOS EFFOETUS, &c. Melius eſt [82] *effoetus* legere, quam *effoetos*: ut quidam legunt. Et ANTES alii EXTREMOS vinearum ordines accipiunt: [83] alii macerias, quibus vineta cluduntur: [84] quia maceriae ſunt de aſſis, id eſt, [85] ſiccis lapidibus: unde *aſſae tibiae* dicuntur, quibus canitur ſine chori voce. Dicuntur autem *antes* a lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad [86] maceriam ſuſtentandam: nam proprie *antes* ſunt eminentes lapides, vel columnae ultimae, quibus fabrica ſuſtinetur: & appellantur *antes* ἀπὸ τοῦ ἀντιτείνειν: ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum poſſumus trahere, qui ante ſtant. Hoc autem dicit: Jam cantat ruſticus labore finito: tamen deeſſe non poteſt, quod exercere circa culturam vitium debeat. [87] [Et, quod dicit: *Jam canit extremos antes*, ita ſentiendum, quaſi dicat: Jam, quod ultimum, & finitum eſſe videtur in vineis, cultor ruſticus complevit: nam & ultimam partem vineae per columnas & macerias ſtruxit: ultimum enim videtur eſſe: & inde, quaſi jam ſecurus ſui laboris, canit & gaudet; tamen adhuc debet eſſe ſollicitus, nec unquam in omnibus eſſe ſecurus.]

418. PULVISQUE MOVENDUS. Genus ipſum culturae *pulveratio* [88] vocatur, quo imminutae glebae vitibus applicantur.

419. MATURIS METUENDUS JUPPITER UVIS. [89] Aër, more ſuo: cujus varietas plerunque laborem decipit ruſticorum. Et tacite videtur admonere, quod [90] [in primo] aperte dixit: [91] *Inprimis venerare Deos*: ſacrificiis tempeſtates eſſe pellendas.

PHILARGYRII.

417. ANTES. Cato de Re militari: [92] *Pedites quatuor agminibus, quibus duobus antibus ducas*. Sunt autem extremae quadrarum partes.

VARIORUM.

411. OBDUCUNT. *Obducant* Leid. *umbrae* Zulichem.

413. NEC NON ETIAM ASPERA RUSCI. *Ruſti* ex Mſſ. Giphan. Indice Lucret. in *unda*. quem vide pag. 482. vide Feſtum. HEINS. *Et jam* Leidenſ. *ruſti* Francianus. *ruſci* alii neutro etiam genere hanc vocem extulerunt. vid. Gronov. ad Senec. Troad. 822. de illis particulis *nec non etiam*. vid. Doct. Arntzenium ad Auctor. de Orig. Gent. Rom. cap. VIII. *nec non &* infr. 451. & alibi. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XIV. 203. BURM.

414. PER SILVAM. *Per ſilvas* Moret. quart. *eſt* non erat in Franciano.

415. CAEDITUR. *Creditur* Menagianus prior.

416. VINCTAE. *Victae* Mediceus & Regius eraſa media littera. *Junctae* ſecundus Moreti. ut lib. I. 2. *ulmiſque adjungere vites*. BURM.

417. EXTREMOS EFFOETUS. *Effoetos extremus* in Mediceo, & Romano, quod & Nonius Marcellus in *antes* agnoſcit. alii plerique *effectus extremos*. ſive *effoetus*, vel *effectos extremus*. *effectus extremos* Giphan. in Lucret. pag. 467. HEINS. *Effectos extremos* Gudianus & Parrhaſ. *effectus extremos* Francianus & Regius. *effoetus* Tollianus. *effoetus extremos* Edd. Venet. & Mediolan.

420. NON

81 *cura*, hoc eſt pro vitium ligatura G. 82 *effectos* l. quam *effectus* V. B. *effectus*, quae l. *effectos* L. *effectus* quam *effectos* B. 83 alii dicunt quod maceriae ſint, quibus vineae claudantur, vel carmina, quia G. 84 quae Voſ. L. 85 ſectia B. 86 materiam V. L. Voſ. Cod. Urſ. materiem R. maceriem Fabr. & al. ſuſtinendam Steph. Dan. 87 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan 88 dicitur G. de pulveratione vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 363. 89 Aerem dicit G. 90 deſunt B. Cod. Urſ. 91 *in prima*, ſacrificiis B. 92 primo & mox *duces* Fabr.

Contra, non ulla eſt oleis cultura: neque illae
Procurvam exſpectant falcem raſtroſque tenaces,
Quum ſemel haeſerunt arvis, auraſque tulerunt.
Ipſa ſatis tellus, quum dente recluditur unco,
Sufficit humorem, & gravidas cum vomere fruges.
Hoc pinguem & placitam Paci nutritor olivam.
Poma quoque, ut primum truncos ſenſere valentis,
Et vires habuere ſuas, ad ſidera raptim

Vi

SERVII.

420. NON ULLA. [93] Id eſt, nulla: alii *Non nulla* legunt, id eſt, aliqua: non, [94] ut in vitibus, nimia.

421. PROCURVAM EXPECTANT FALCEM. Ut putentur: quod tamen ad curam [95] refertur anniverſariam: nam neceſſe eſt, licet tarde, olivam putari. RASTROSQUE TENACES. [96] Ad fodiendum ſcilicet: [97] [quia cum trahitur raſtrum per agros, omnem ſpurcitiam ſecum colligere videtur.] Negligentiam autem ferunt oleae, quum jam [98] coeperint eſſe valentiores: nam adhuc [99] parvae, nimiam curam requirunt.

422. AURASQUE TULERUNT. *Ferre auras*, proprie eſt, aſſueſcere aëris varietati, quae obeſt rebus teneris nimium.

423. IPSA SATIS TELLUS. Hoc dicit, aratum olivetum, & oleis prodeſt, & exinde frumenta gignuntur.

424. SUFFICIT HUMOREM. Scilicet, ſubminiſtrat arboribus. GRAVIDAS CUM VOMERE FRUGES. *Cum*, abundat: nam hoc dicit: [1] Subminiſtrat [2] fruges vomere, id eſt, per vomerem. Ennius: [3] *Effundit voces proprio cum pectore ſancto*, id eſt, proprio pectore: nam *cum*, vacat. Urbanus tamen ſic accipit, *Gravidas cum vomere*, id eſt, ſtatim poſt arationem.

425. Hoc. Hac re. [4] NUTRITOR autem, pro, [5] *nutri:* nam pro activi imperativo praeſenti [6] paſſivum futurum poſuit.

427. [7] ET VIRES HABUERE SUAS. Quia tenera virgulta ſolent religari fuſtibus validioribus; ſicut ſupra ait de vitibus 360. *Viribus* [8] *eniti quarum & contemnere ventos.*

PHILARGYRII.

421. EXPECTANT. Subaudiendum, talis cultura. Caeterum & oliveta coluntur. Et quod ait, *nec curvam expectent falcem*, extrinſecus ſubaudiendum, omni anno: quia & ipſa ex intervallo radi ſolent.

VARIORUM.

420. NON ULLA. *Nonnulla* Leidenſis unus: deinde illa, *neque ullae pr. e. falcem* deerant fragm. Moreti. *ratroſque* Rottend. tert. *Tum ſemel* Venetus.

423. IPSA SATIS. Dubitare lector poſſit, an ſit ablativus a *ſata*, an adverbium *ſatis*. quod quia *humorem*, non *humoris* ſequitur, maluerunt eſſe ablativum. ſed hoc obſtare minime poſſet, quia & adverbia illa ita conſtruxiſſe conſtat. vide ad III. Aen. 348. ſed tamen malim a *ſata* deducere, qua voce mox etiam ỳ. 436. & alibi uti ſolet. BURM.

424. FRUGES. Unde *frugiferae arbores*. vid. ad Ovid. Nucem ỳ. 19. & non habet Serv. ad IV. Aen. 22. BURM.

425. PLACITAM. *Placidam* Leidenſis alter, & Tollianus & Parrhaſ. Voſſ. prior & Moreti fragm. ſed Priſcianus lib. VIII. p. 798. *placitam:* & recte. de *nutritor* pro nutri, vid. Serv. ad XI. Aen. 660. BURM.

426. Po-

93 nomina aliqua Cod. Urſ. 94 ut vitibus L. Voſ. R. 95 refert B. 96 ad fodiendum negligentiam inſer. olivae, cum jam caeperint, e. v. nam adhuc parvam requir. curam G. 97 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. 98 caeperunt Steph. Dan. 99 parvae etiam curam r. B. 1 cum abundantia Reg. ſub miniſtra Steph. Dan. 2 deeſt B. 3 *effudit* Voſ. R. 4 PACE. Quia oleae rami pro pacis indicio ab hoſtibus offeruntur G. 5 nutrix G. 6 paſſivi V. L. Voſ. R. B. p. s. ponit. G. 7. 426. POMA. arbores, in quibus & fructus ejuſdem nominis creſcunt. G. 8 *initi* G.

Vi propria nituntur, opiſque haud indiga noſtrae.
Nec minus interea foetu nemus omne graveſcit,
Sanguineiſque inculta rubent aviaria baccis.
Tondentur cytiſi, taedas ſilva alta miniſtrat,
Paſcunturque ignes nocturni, & lumina fundunt.
Et dubitant homines ſerere, atque inpendere curam.
Quid majora ſequar? ſalices, humileſque geneſtae,
Aut illae pecori frondem, aut paſtoribus umbras

Suffi-

SERVII.

429. FOETU NEMUS OMNE GRAVESCIT. *Foetu*, id eſt, utilitate: nam omnis utilitas *foetus* eſt. Illuc autem tendit laus iſta ſylvarum, [9] ut & probet non mirum eſſe, ſi & poma & [10] olivae ſine ulla cultura praebeantur; & creſcat vitium vituperatio, circa quas tantus impenditur labor.

430. AVIARIA. Secreta [11] nemorum, quae aves frequentant. [12] SANGUINEIS BACCIS. [13] *Bacchas ſanguineas*, accipimus poma ſylveſtria.

431. TONDENTUR CYTISI. Virgulta, a Cyto inſula, ubi abundant, nominata.

433. [14] [ET DUBITANT HOMINES SERERE, ATQUE IMPENDERE CURAM. Id eſt, non eſt neceſſe hominibus, his arboribus & ſylvis curam impendere; quippe ſua ſponte proveniunt. Et hoc dicit, ut ex obliquo vitium vituperatio ſubaudiatur.

434. QUID MAJORA SEQUAR? Quid de majoribus multum dicam arboribus? cum minora quaeque virgulta humanis uſibus multam commoditatem praeſtent, ſine ullo cultu provenientia.]

435. AUT ILLAE. Id eſt, ſalices, [15] aut geniſtae. [16] Multi tamen, *Et tiliae* legunt; ut tria dixerit, *Salices*, *tilias*, & *geniſtas*. [17]

PHILARGYRII.

434. QUID MAJORA. Quomodo majora, ſi ſalices plus ſunt humiles, quam myricae? ſolvitur. Hic ſenſus eſt, & haec ſubdiſtinctio. Quid majora ſequar? & tranſit etiam illa, quae putes eſſe contemnenda: multum poſſunt, & ſalices, & myricae, ſive geneſtae, prodeſſe.

VARIORUM.

426. POMA QUOQUE UT. *Pomaque jam* Venetus.

Ibid. TRUNCOS VALENTES. *Calentes* Mediceus a manu prima. HEINS. *Et viris* Gudian.

428. OPISQUE HAUD INDIGA NOSTRAE. Giphanius Indice Lucretiano malit ex nonnullis codicibus, *opis haud indiga*. HEINS. Ita Parrhaſ.

429. GRAVESCIT. *Gravaſcit* Mentelius alter. & Leidenſis unus. *vireſcit*, pro varia lectione tert. Rottend.

430. AVIARIA. *Alvearia* Gudianus a manu prima.

432. FUNDUNT. *Fundi* pro diverſa lectione Gudianus. hoc eſt *funduntur*. vide libro I. ℣. 383. *ac lumina fundunt* duo codices. HEINS.

433. ET DUBITANT HOMINES. Abeſt hic verſus a Mediceo. HEINS. *Impendere curas* Ed. Dan. *cura* Rottend. tert. deſiderari etiam hunc verſum in Colotii codice, & repoſitum, iterumque deletum eſſe teſtatur Urſinus. in multis etiam per interrogationem legitur. Puto vero hanc eſſe Poëtae ſententiam. Quia haec ſponte ſua proveniunt, homines ſaepe negligere haec, & dubitare, an ſerere arbores velint, aut ſatis arboribus curam impendere, quaſi omnia deberent ſponte & ſine ulla cultura provenire: inſimulare vero his verbis deſi-

9 ut approbet G. 10 oleae G. 11 nemora V. L. Voſ. R. B. Steph. al. 12 *inculta* ab avibus paſta. *Aviaria* a via longe poſita G. 13 baccas autem Voſ. R. L. 14 deſunt V. L. Voſ. R. B. Steph. Dan. ad ℣. 435. 15 & V. R. 16 multi autem L. V. R. Voſ. B. 17 Geniſtae, humiles, infructuoſae: nam quemadmodum ſunt humiles, ſic umbras paſtoribus faciunt. G.

Sufficiunt, ſaepemque ſatis, & pabula melli.
Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum,
Naryciaeque picis lucos: juvat arva videre
Non raſtris, hominum non ulli obnoxia curae.
Ipſae Caucaſio ſteriles in vertice ſilvae,
Quas animoſi Euri adſidue franguntque feruntque,
Dant alios aliae foetus: dant utile lignum,
Navigiis pinos, domibus cedrumque cupreſſoſque.

Hinc

SERVII.

437. UNDANTEM BUXO SPECTARE CYTORUM. Montem [18] Macedoniae, in quo abundat buxus: quae vento mota, aeſtus imitatur undarum.

438. NARYCIAEQUE PICIS. A loco, in quo abundant [19] piceae.

439. NON ULLI OBNOXIA CURAE. Non debitricia, nihil labori noſtro debentia.

440. IPSAE CAUCASIO. Caucaſus mons eſt Scythiae, [20] poſitus hic pro quibuslibet aſperrimis montibus. STERILES autem ait SYLVAS, comparatione pomiferarum arborum.

PHILARGYRII.

437. UNDANTEM. Fluctuantem.

438. NARICIAE. *Nariciae*, ut III. Aen. 399. *Hic & Naricii poſuerunt moenia Locri.*

439. OBNOXIA. Egentia.

VARIORUM.

deſidiam hominum, ut recte Servius. ſimilis fere locus VI. Aen. 807. *Et dubitamus adhuc virtute extendere vires*, qui poteſt utroque modo capi. BURM.

434. GENESTAE. Vid. Brouckh. ad Tibul. II. 1. 62.

435. UMBRAM. *Umbras* ſcripti, Mediceo & Moreti fragmento & ſecundo Rottendorphiano exceptis. HEINS. *Umbras* Tollianus & Regius.

436. SAEPEMQUE. *Sepenque* Menagii prior.

437. CYTORUM. *Cytoron* Graeca enuntiatione ſecundus Moretanus & Venetus, etiam prior Menagianus pro diverſa lectione. *Cytheron* in fragmento Moreti. HEINS. *Citheron* Zulichemius, Parrhaſ. *Citherum* Francianus.

438. NARYCIAE. Opinor ſcribendum *Naryciae*. videndus Stephanus ἐν τῷ Νάρυξ. URSIN. *Mariciae* Daniel. Ed. ut & R. Steph. intelligit Brutiam picem. vide Heinſ. ad Ovid. Remed. 264. & Comm. ad Calpurn. Ecl. V. 89. BURM.

439. NON ULLI OBNOXIA CURAE. *Non vili curae* Mediceus a manu prima. apud Priſcianum libro XVIII. legitur, *Non ullis hominum*, pro *raſtris*. HEINS. *Non ratris* Leidenſ. *non nulli* ſecundus Rottendorphius, & Gudianus a manu prima. vulgatae conſentit Gellius VII. 17. Cl. Dorvillius diſtinguebat, *Non raſtris, hominum non ulli obnoxia curae*: recte, ut modo ỷ. 433. *dubitant homines impendere curam.* BURM.

440. CAUCASIO. *Caucaſeo* Ed. Venet. Mediol. Ald. Juntae & H. Steph. & aliae. vid. Ecl. VI. 42.

441. QUAS. *Quos* Zulichemius. *aſſiduae* tertius Mentelii & Ald. pr. pro *feruntque*, *teruntque* malebat Voſſius.

442. FOETUS. *Foetos* Gudianus.

443. CEDROSQUE CUPRESSOSQUE. *Cedrumque* ſcripti noſtri omnes, quod concinnius. *cedroſque* ta-

18 alii omnes afferunt Paphlagoniae eſſe, unde ſuſpicor hic eſſe vitium. NANSIUS. *Undantem.* abundantem Ennius. lib. IX. *praeda exercitus undat.* *Buxo:* buxum, lignum pulcherrimi coloris. *Citherum* mons Macedoniae, ubi abundant buxi, quae vento acta, vel mutata imitatur undarum (forte, fluctus undarum) ſive mons Papiliconiae (f. Paphlagoniae) buxi ferax Citoria dicitur. G. 19 pices Steph. Dan. Pices, vel *naritias*, Brutiae, quae in ſimilitudinem picis arborum corticibus fluunt. Item *naricias* Brutiae, quae in ſilva fiunt III. Aen. 399. *Hic & in naricis poſuerant moenia Lucris* G. 20 pro quolibet monte potius ſpeciem terrae G. poſitus pro B.

Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plauſtris
Agricolae, & pandas ratibus poſuere carinas.
Viminibus ſalices fecundae, frondibus ulmi:
At myrtus validis haſtilibus, & bona bello
Cornus: Ityraeos taxi torquentur in arcus.
Nec tiliae leves aut torno raſile buxum
Non formam adcipiunt, ferroque cavantur acuto.

Nec

SERVII.

444. HINC. [21] De ſylvis ſcilicet: nam de cupreſſo, [22] [aut de cedro] nullus [23] unquam efficit rotas aut radios. TRIVERE. [24] Tornavere, compoſuere de torno. TYMPANA. [25] Tecta vehiculorum.

445. PANDAS. [26] Curvas.

446. VIMINIBUS SALICES FOECUNDAE. [27] Legitur &: FOECUNDAE FRONDIBUS ULMI. AT MYRTUS VALIDIS HASTILIBUS. Alibi VII. Aen. 817. *Et* [28] *paſtoralem praefixa cuſpide myrtum.*

447. ET BONA BELLO CORNUS. [29] Apta eſt enim etiam cornus haſtilibus.

448. ITYRAEOS TAXI CURVANTUR IN ARCUS. *Ityraeos*, hoc eſt, in arcuum Ityraeorum ſimilitudinem. *Ityraeos* autem, dicit *Parthicos.* [30]

449. NEC TILIAE LEVES, AUT TORNO RASILE BUXUM. [31] Ordo eſt: Nec non tiliae leves, aut raſile buxum, torno formam accipiunt. NEC NON dicit, hoc eſt, etiam.

PHILARGYRII.

444. ROTIS. Rotas ex ſolidis tabulis factas, tympana appellavit; & agricolae neceſſaria diſtinguunt.

449. BUXUM. [32] Signum, non arborem dixit. Quamvis Ennii exemplo, & arborem potuerit dicere neutro genere. Ille enim ſic in ſeptimo: *Longique cupreſſi Stant rectis foliis & amaro corpore buxum.*

VARIORUM.

tamen Priſcianus libro ſeptimo agnoſcit. *pinus* praeterea pro *pinos* Gudianus a manu prima. ſed vide Aeneidos XI. 135. HEINS. *Pinus* etiam primus Moreti & Zulichemius, Voſſ. prior & Parrhaſ. & Ed. Med. *cupreſſumque* alter Rottendorphius. *cupreſſos* abſque *que* Francianus & quatuor vel quinque alii. *cupreſſumque* primus Moreti, *cupreſſum* quartus. *cupreſſus* Parrhaſ.

444. HINC. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 406. ubi *terere* pro tornare poni docet, citat, *Qui radios trivere rotis.*

Ibid. TYMPANA. Sequitur Servium Catroeus, qui tecta, hodie *imperiales* dicta, interpretatur. aliter & verius Salmaſius Exerc. Plin. pag. 415. qui ſolidas ſine radiis rotas explicat. vid. & Probum ad I. Georg. 165. & Scheffer. de R. Veh. I. cap. 6. *hinc* male Servius explicat. ſed *hinc* & *hinc* eſt ex alia arbore rotarum radios, ex alia tympana fecerunt plauſtris. ut millies *hinc* & *hinc*. *hic* & *hic* pr. Moreti. BURM.

446. FRONDIBUS. *Et frondibus* Edit. Ald. pr. & Juntina. *frundibus* Venetus. vid. ſup. 272. *frontibus* Leid. *ſalices, fecundae vitibus ulmi* Zulichemius, & Mediceus a manu prima.

447. AT. *Ad* Mediceus a manu prima.

448. ITHYREOS. *Itireos* tertius Mentelii. *Ithyrios* primus. *Ithyreas* ſecundus Rottendorphius. *cornus & Ithireos* Francianus. *cornus & Ithyreos* Ed. Venet. *cornus Ithireos* Mediol. Cicer. II. Philip. 8. *confiteare hunc ordinem hoc ipſo tempore ab Ithyreis obſideri.* ubi etiam variant ſcripti. ut & apud Lucan. VII. 230. Probum populos *Scythiae* facere

21 de incultis ſilvis, de cupreſſo efficit rotas G. 22 deſunt L. V. Steph. Dan. 23 deeſt V. L. R. Voſ. B. 24 paſtores compoſuerunt de curno G. 25 *Tympana*, in quibus ſunt radii, ſubtecta vehiculorum. Item *tympana* ait rotas ingentes G. 26 longas, curvas, extentas G. 27 viminibus, ligaturis, & foecundae frondis umbraculis ulmi. G. 28 *paſtorum* V. 29 apta eſt fortis haſtilibus cornus. G. haſtalibus V. aſtilibus R. 30 Stiria Civitas Scythiae & gens. vel Sturi gens orientalis, colens Libanum montem, ſagittis exercita G. 31 Ordo eſt, nec non dicit &c. omiſſis mediis R. B. Fabr. al. Ordo eſt, nec non raſile, quia facile raditur. Turno ſunt vaſa G. 32 legendum eſt *lignum*. Nonius etiam hoc exemplo neutro genere agnoſcit. BURM.

Nec non & torrentem undam levis innatat alnus,
Miſſa Pado: nec non & apes examina condunt
Corticibuſque cavis vitioſaeque ilicis alveo.
Quid memorandum aeque Baccheïa dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam cauſſas dedit. Ille furentis
Centauros letho domuit, Rhoetumque Pholumque,

Et

SERVII.

452. MISSA PADO. Pro, in Padum. Species eſt pro genere.

453. VITIOSAEQUE ILICIS ALVEO. Carioſae. Vult autem probare etiam putres arbores habere aliquam utilitatem. Sane pro *alveo*, per Synaereſim *alvo* dicimus.

454. QUID MEMORANDUM AEQUE. Quid ſimiliter laudandum? TULERUNT. Dona [33] Liberi: ſicut ſylvae multa ſponte procreantes. Alii ET QUAE legunt; ut ſit ſenſus: Quid dicendum eſt, quae *tulerunt*, id eſt, attulerunt, ipſa etiam dona Baccheia. [34] ut hoc dicat: Parum eſt, quod vites tantum laborem requirunt; etiam munera earum cauſſas praeſtant furoris.

455. ILLE FURENTES CENTAUROS. Atqui in Aeneide ait VII. 304. *Mars perdere gentem Immanem* [35] *Lapithum valuit.* Sed hoc ſolvit Horatius I. Od. XVII. 23. dicens: *Nec* [36] *Semeleïus Cum Marte confundet Thyoneus Praelia.* Nam re vera, licet irarum cauſſas Mars habuerit, Lapithae tamen & Centauri in furorem ſunt ebrietate compulſi. Deinde hoc loco Centauros ait in furorem actos a Libero, non Lapithas.

PHILARGYRII.

456. PHOLUMQUE. Hic quaeſtio eſt, cur Pholum inter Centauros interfectum dicat, quem Hercules etiam hoſpitem habuerit, [37] nec dum infeſtaverit, ſed peremptis Centauris, cum ſagittas ejus Pholus miraretur, una earum ſupra pedem ipſius cecidit, & ei lethalis fuit. Inter Lapithas autem & Centauros bellum fuit propter Hippodamiam, ſive Deianiram: & cum ad rapiendam virginem inſolentes Centauri fuiſſent, a Lapithis ſunt attriti.

VARIORUM.

cere pro *Syriae* docet Scal. ad Varron de R. R. p. 217. *torquentur* fere omnes ſcripti: *in hoſtes* fragm. Moreti. ſic *torquere* pro curvare Lucan. V. 378.

Auſoniam torquens qua frugifer oram. BURM.

Ibid. TORQUENTUR. *Curvantur* pro *torquentur*, ex hujus interpretatione natum, in quibusdam codicibus. *Taxus* arbor a Valerio Cordo, juvene doctiſſimo, in ſaltu Schellenbergiano, ad quintum a patria mea lapidem mihi monſtrata, triſti & venenoſa umbra. Haec Plutoni olim ſacra, & edicto Claudii Imp. nobilis. FABRIC.

451. TORRENTEM. *Torquentem* Mediceus a manu prima.

452. MISSA PADO. Cujus imitatione Claudianus II. Rapt. I. 78. ait, *Miſſamque Pado qui remigat alnum.* utrobique *Alnus* pro navigio ponitur, vel quia primum *alnos fluvii ſenſere cavatas*, ut canit Virgilius, vel quod uterque alludit ad Alnos Padi ripis familiares. Quippe Apollonius & Graeci Heliades non in populos, ſed alnos mutatas ſcribunt. NANSIUS. Vid. Parrhaſ. ad d. Claudiani locum. *Miſſa* oſtendit alnos ibi natas transferri ad alias regiones. vid. ſupr. lib. I. 57. *Padanas ſilvas* memorat Solinus cap. XX. quas pinei generis fuiſſe quidam volunt. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. ad h. l. p. 166. BURM.

Ibid. EXAMINA. *Ex agmine* Mediceus.

453. VITIOSAEQUE ILICIS ALVEO. *Alvo* Mediceus & ceteri noſtri. ſed male. *alveo* bene Vaticanus Pierii. vide Georg. IV. ỳ. 93. HEINS. *Alvo* etiam Franc. Regius, Parrhaſ. fragm. Moreti & Ed. Mediol. *vitioſoque il. alvo* Tollian. dici & *alvus* & *alveus*, & feminino etiam genere occurre-

33 Libero G. 34 aut hoc B. 35 *Laphytum* Steph. & mox Laphytae & Laphytas 36 *nec ſe Mars melius cum Marte* L. Voſ. R. Steph. Dan. Fab. al. etiam V. ſed ille *cum arte.* Ad finem notae haec adduntur, poſt *Lapithas*, in G. *Centauri*, cum ad nuptias Lapitharum invitati fuiſſent, in convivio ebrii nuptam rapere voluerunt, ob quam rem Laphinos (ſ. Lapithae eos) interfecerunt. 37 forte, nec eum.

Et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem.
O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,
Agricolas! quibus ipſa, procul diſcordibus armis,
Fundit humo facilem victum juſtiſſima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis

Mane

SERVII.

457. MAGNO HYLAEUM LAPITHIS CRATERE MINANTEM. Bonum ſchema: ita enim pinguntur, quaſi poculis bella tractantes.

458. O FORTUNATOS NIMIUM, SUA SI BONA NORINT, AGRICOLAS. Non eſt abruptus tranſitus ad laudem vitae ruſticae: nam ad ſuperiora pertinet: [38] poſt vituperationem [39] quippe vini, iſta quaſi conſolatio eſt: per quam oſtenditur, quantas voluptates ruſticis natura praeſtiterit. Quod autem *Fortunatos nimium* ait, non ad fortunam, ſed ad fortunae pertinet quantitatem. nam hoc dicit: Quantum in re eſt, maximas eis natura praeſtitit voluptates: quas ſi noſſent, eſſent non fortunati, ſicut nunc ſunt, ſed nimium fortunati.

459. PROCUL DISCORDIBUS ARMIS. Longe a civitatibus, plenis jurgio & rapinis.

460. JUSTISSIMA TELLUS. Proprie: nam, ſi juſtus eſt, qui, quod [40] acceperit, reddit, terra utique juſtiſſima eſt, quae [41] [majore foenore] ſemina accepta [42] reſtituit.

461. SI NON INGENTEM FORIBUS DOMUS ALTA SUPERBIS. Ut etiam in [43] laudem fecit Italiae; non ſolum vitam laudat ruſticam, ſed etiam contrariam, id eſt, urbanam, vituperat. [44] Nam iſta, quae de urbibus dicit, opinabilia ſunt bona, non vera, ſicut ruſtica. Multum enim intereſt inter verum & opinatum malum, ſeu bonum: unde Juvenalis x. Sat. 2. *Pauci* [45] *dignoſcere poſſunt Vera bona.*

PHILARGYRII.

460. JUSTISSIMA TELLUS. *Juſtiſſima tellus* quomodo, ſi alibi dicit I. Georg. 279. *Coeumque Iapetumque creat ſaevumque Typhonem?* ſolvitur. Ideo *juſtiſſima*, quia cum decimis reddit fructus, quod eſt magnae juſtitiae.

VARIORUM.

rere obſervatum. vid. ad Quinctil. XIII. decl. 10. & Gud. ad Phaedr. III. 13. BURM.

455. CULPAM. *Cupam* Lutat. ad Stat. IV. Theb. 661. ſed ad V. Theb. 263. *culpam* exhibet. ut & Commentator Cruquianus ad Horat I. Od. 18. & Donat. ad Terent. Adelph. III. IV. 24. *ad culpas* Parrhaſ. *culpam* poſſes explicare libidinem, ut millies apud Poëtas, qui Baccho, ſive vino, ſtimulari libidinem canunt ſaepius. vel potius generatim ad crimina, furores, &c. BURM.

456. RHOETUMQUE. Sunt qui *Rhoecum* legant, ut ſit fortaſſe idem, quem *Runcum* nominavit primo belli Punici Naevius, ut eſt apud Priſcianum. Illius tamen lectionis veſtigia, neque hic inveni in manuſcriptis, neque apud Ovidium, aut Lucanum, quorum ille in XII. Metam. Centaurorum cum Lapithis pugnam deſcribit, hic in VI. 390. mentionem ejusdem facit. FABRIC. *Rhoetumque* ex membranis pleriſque. nec aliter Scholiaſtes Statii Thebaidos quinto 261. & Achilleidos primo 114. nam *Rhoecus* in gigantum numero. quanquam Pierius deceptus vitioſo Callimachi codice in contraria diſcedit. pro *cratere minantem*, quod mox ſequitur, Menagianus prior *minacem*. HEINS. Sed *minantem* firmat Lutatius ad Statii VI. Theb. 537. & Commentator Horatii, & hic locus docet male rationem advocaſſe, & conſuetudinem Latinam virum doctiſſimum Ferrarium ad Cicer. IX. Phil. 14. ubi nolebat Mſſ. obſequi, qui dant, *huic urbi ferro ignique minitantur*, ſed volebat *Ferrum ignemque*. miror vero non adduxiſſe ſimilem locum ex II. Catilin. cap. I. *Atque vobis, atque huic urbi ferrum flammamque minitantem.* ubi tamen in duobus Codicibus Gruterus reperit, *ferro flammaque*, nec ſibi diſplicere teſtatur: & ita in Theſauro Fabri citatur, & probavit vir Ill. Bouherius. & hinc apud Valer. Flacc. I. 337. recte, *ſignifero cra-*

38 & hoc loco poſuit poſt vituperationem vini G. 39 enim L. V. R. Voſ. B. 40 receperit G. acepit B. 41 deſunt G. 42 reſtituet B. 43 laude G. B. Fabr. al. 44 unde etiam urbem hominum vomere domum teſtatur: Nam &c. G. 45 dinoſcere V. L. R. Voſ. B. & ita aliis in locis, vid. ad Quinct. XII. 3. pag. 1000. & Decl. VII. 5.

Mane ſalutantum totis vomit aedibus undam;
Nec varios inhiant pulchra teſtudine poſtes,
Inluſaſque auro veſtis, Ephyreïaque aera;
Alba neque Aſſyrio fucatur lana veneno,
Nec caſia liquidi corrumpitur uſus olivi:

At

SERVII.

462. [46] [MANE SALUTANTUM. Hoc eſt, ſi non patiantur advenientem multitudinem, ſicut faciunt hi, qui in urbibus conſiſtentes, frequentiam multorum quotidie patiuntur.]

463. INHIANT. Habere deſiderant. Et dicimus, *inhio illam rem.* PULCHRA TESTUDINE. Id eſt, Indica: unde poſtes ornabantur, [47] vel lectuli. Lucanus X. 120. *Foribus teſtudinis* [48] *Indae Terga ſedent, fulvo maculas diſtincta ſmaragdo.*

464. ILLUSASQUE AURO VESTES. In quibus [49] artifex ludens, auro aliqua depinxerat. [50] Male autem quidam *incluſas* legunt. EPHYRAEAQUE AERA. Corinthia, quae laudat etiam Cicero. Nam [51] *Ephyre* eſt Corinthus.

465. ALBA NEC ASSYRIO FUCATUR LANA VENENO. Aſſyrii, populi ſunt adjacentes Syriae; apud quos primum uſus inventus eſt purpurae. VENENO. [52] Colore.

466. NEC CASIA LIQUIDI CORRUMPITUR USUS OLIVI. *Caſia* eſt herba, de qua fit unguentum. Mire autem ait: *Uſus olivi corrumpitur:* nam oleum generalem uſum habet, quod cum in unguentum fuerit corruptum, uni rei tantum eſſe aptum incipit.

PHILARGYRII.

463. INHIANT. Mirantur: & ſubaudiendum ſalutantes.

VARIORUM.

cratere minantem, reſtituere viri docti. *Ileum* Parrhaſ. *Yleum* Regius, & Voſſ. pr. *magna* Ed. Juntae. vitioſe. BURM.

458. NORINT. *Norunt* primus Moreti. *bona ſi ſua* Francianus.

461. SUPERBIS. Horat. Epod. II. *ſuperba civium potentiorum limina.* ubi vide Scholiaſtem Senec. Herc. fur. 164. *Ille ſuperbos aditus regum, duraſque fores tolit.*

462. VOMIT. *Vomat* Scholiaſtes Crucquianus Horatii Ode XIIX. libri III. & Epodon II. ſed Scholiaſtes Statii Thebaidos primo 146. & codices ſcripti vulgatae lectioni accedunt, ut & Macrobius Saturn. VI. cap. 2. HEINS. *Vomat* quartus Moreti & Voſſian. *ſalutate* Venetus.

463. NEC VARIOS INHIANT. Cum quarto etiam caſu id verbum jungit Cenſorinus de die natali ipſo operis initio, *Munera ex auro, vel quae ex argento nitent caelato, opere nonnumquam quam materia cariora, caeteraque hoc genus blandimenta fortunae inhiant ii, qui vulgo divites vocantur.* ita locus ſcribendus. nam Vineti editio, *nonnumquam materia cariora.* Conjunxit Plautus quoque ter aut quater id verbum cum quarto caſu. ut Aulularia II. II. 16. *inhiare aurum.* etiam Milite Glorioſo; eodem Milite III. I. 121. *inhiare bona. Inhiare haereditatem* Sticho IV. II. 25. *Inhiare aliquem* Truculento. II. III. 18. Caecilius apud Gellium, *Dum ejus mortem inhio, egomet vivo mortuus inter vivos.* & ſic Prudentius non ſemel. at in Pſychomachia, *pulchra in ludibria vaſto ore inhiant.* HEINS.

464. ILLUSASQUE. *Illuſas auro* Zulichemius & Venetus. *incluſaſque* Mediceus a manu prima.

Ibid. EPHYREIAQUE AERA. Recentiores quidem veterem lectionem perverterunt, ac pro *Ephyreia*, *Ephyraea* repoſuere, veriti (ut opinor) ne

forte

46 deſunt L. V. R. Voſ. Steph. Dan. ad ÿ. 463. B. ad 464. 47 deeſt V. L. 48 *Indae* Fabr. al. & recte. male alii *Indi*, quare Servius non erat accuſandus, cujus uni vel alteri editioni qui acquieſcunt, ſaepe injuriam faciunt doctiſſimo Grammatico. BURM. 49 aurifex G. artifex auro ludens B. 50 non enim uſus talis eſt. ſed auro veſtibus texitur. G. ſ. aurum veſt. intexitur. 51 Ephyrus Voſ. Steph. Dan. Fabr. Corin (Corinthus) enim Pire (Ephyre) dicitur: aera atina * G. 52 colore, veneno, medicamento. unde antiqui *venenatas* veſtes dicebant, aliquo colore tinctas, & omnia medicamenta *veneno* appellabant. ſicut Salluſtius. *neque enim venenum malum gignitur*, G. Salluſt. Catil. XI. *venenis malis imbuta.*

At ſecura quies, & neſcia fallere vita,
Dives opum variarum; at latis otia fundis,
Speluncae, vivique lacus; at frigida Tempe,
Mugituſque boum, molleſque ſub arbore ſomni
Non abſunt. Illic ſaltus ac luſtra ferarum,

Et

SERVII.

467. ET NESCIA FALLERE VITA. Aut quia innocentes ſunt; aut quoniam immobilis eſt ſtatus vitae eorum: [53] urbanorum enim fortuna, aut inſidiis, aut proſcriptione variatur.

468. LATIS OTIA FUNDIS. *Fundus* dicitur ab eo, quod ſit rerum omnium fundamentum. [54]

469. SPELUNCAE VIVIQUE LACUS. Id eſt, bona naturalia, non ſicut in urbibus labore quaeſita: unde Juvenalis III. 17. [55] *Et ſpeluncas diſſimiles veris.* FRIGIDA TEMPE. *Tempe* proprie ſunt loca amoena Theſſaliae. Abuſive cujuſvis loci amoenitas.

470. MOLLESQUE SUB ARBORE SOMNI. *Μαλακοὶ δ' ὑπὸ δένδρεσιν ὕπνοι.*

471. ILLIC SALTUS. Venationes, quae penitus in urbibus non ſunt. LUSTRA FERARUM. Bene *ferarum* addidit, quoniam ſunt in urbibus luſtra meretricum. [56] PARVOQUE ASSUETA. Id eſt, non ut urbana, quae eſt ſegnis & prodiga.

VARIORUM.

forte derivandi lex abrogaretur, quae jubet, id genus nomina in *aeus* exire: qualia ſunt *Aſcraeus*, *Idaeus*. ſed debuerant boni viri altius intueri: vidiſſent profecto, neque praeter legem id fieri, neque ſine illuſtrium virorum exemplis. nam *ai* in *ei* more Ionico convertitur, deinde fit Diphthongi ſolutio. legimus item apud Claudianum I. in Eutrop. 9.

Haud aliter juvenum flammis Ephyreia Lais,
Et gemino ditata mari.

nonne & Horatius a Semele, *Semeleius* derivavit? I. Od. 17.

Nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus
Praelia.

& Ovidius a Rhodope, Rhodopeius, ut II Epiſt. I. *Rhodopeia Phyllis*, in Ibin. 347. *Rhodopeia regna*. Adde quod ſi legatur *Ephyraeaque aera*, erit licentia Poëtae inuſitata, ut quae vocalem non abjiciat vocali excepta. MUSONIUS. *Ephyraeaque* Regius, & Parrhaſ. & Schol. Statii ad IV. Theb. 59 *Ephireaque* Voſſ. ſed jam Beroald. ad Plin. IV. 2. *Ephyreïaque* ſcribendum eſſe docuit. BURM.

465. FUCATUR. *Fuſcatur* Menagii prior & Venetus, & Parrhaſ. in Voſſii eraſa erat litera *s. lena* Venetus.

466. LIQUIDI. *Liquidae olivae* Leidenſ primus. vid. ad Samonic. cap. LIII. & ſupr. ad Ecl. V. 68. BURM.

467. VITA. *Vitam* alter Mentelianus & Menagianus alter. ſed Macrobius ſtat pro recepta lectione. HEINS. Et Scholiaſtes Crucquianus Horatii lib. III. Od. I. *Vita* eſt vivendi ratio, & modus ſimplex. vid. ad Phaedr. Prolog. BURM.

468. AT LATIS OTIA FUNDIS. Macrobius editionis ultimae, quam Iſaacius Pontanus ex membranis Britannicis caſtigavit, Saturnal. libro VI. cap. 2. *At laetis otia fundis*. quod placet impenſe. ut fertilitatem fundi magis commendet quam ſpatium & magnitudinem. HEINS. *Lectis* Gudius a m. pr. *& laetis* Francianus & Mediceus.

469. AT FRIGIDA TEMPE. *Et frigida* Mediceus. *ac* quartus Moretanus. ac Francianus, & Parrhaſ. *& frigida* Commentator Crucquian. ad Horat. I. Od. 21.

470. MOLLES. Sic dixit Theocritus Idyl. V. 50. *εἴρια ὕπνω μαλακώτερα. lanas ſomno molliores.* ubi Schol. dicit ſomnum dici *μαλακὸν ὡς μαλακοποιόν*. vid. Urſin. ad VII. Ecl. 45. BURM.

471. NON ABSUNT ILLI. *Illi* pro *illic*, antique, & ut ego judico, vere. ita in XI. Aen. 422. *ſunt illi ſua funera.* FABRIC. Nonius in *luſtra* diſtinctione mutata hoc refert ad ſequentia. *Non abſunt illic ſaltus.* in nonnullis *illi ſaltus*, apud Macrobium Saturn. VI. cap. 2. *illinc* Venetus noſter. HEINS.

[53] Urbano e. ſ. a. inſidiis eſt, aut in labore, aut hyperbolice G. [54] ſed proprie vaſis dicitur *fundum* G. [55] *& in ſp.* R. [56] EXIGUOQUE G.

Et patiens operum, exiguoque adſueta juventus,
Sacra Deûm, ſanctique patres: extrema per illos
Juſtitia excedens terris veſtigia fecit.
Me vero primum dulces ante omnia Muſae,
Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore,

Ad-

SERVII.

473. SACRA DEUM, SANCTIQUE PATRES. Duo dicit: Sacra Deorum ſancta apud illos ſunt, ſancti etiam parentes. [57]

474. EXTREMA PER ILLOS JUSTITIA EXCEDENS TERRIS VESTIGIA FECIT. Hoc Aratus dicit: Juſtitiam primo & in urbibus, poſtea in agris tantum fuiſſe: ubi eam inducit loquentem, cur abſcedat e terris: ỳ. 122. [58] [Οὐδ᾽ ἔτ᾽ εἰσωπὸς ἐλεύσομαι καλέουσιν, Οἵην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο Χειροτέρην.]

475. ME VERO. Diu quaeſitum eſt, utrum philoſophiae, [59] an ruſticitatis eſſet vita foelicior: unde nunc dicit [60] primam eſſe philoſophiam: poſt ipſam, ruſticam vitam. Suam autem perſonam pro quocunque ponit. [61] Sic paulo poſt: *Rura mibi* [62] *placeant:* pro cuilibet. Sic in primo 456. *Non illa quiſquam me nocte per altum Ire moneat.* In tertio 435. *Ne mibi* [63] *tunc molles ſub divo carpere ſomnos.* Et hoc eſt, quod dicit Horatius in Arte poëtica 45. *Hoc amet, hoc ſpernat* [64] *promiſſi carminis auctor.*

476. QUARUM SACRA FERO. Poëta enim, quaſi Muſarum ſacerdos eſt.

PHILARGYRII.

473. SACRA. *Sacrum* dici volunt, quod ſit [65] cum religione: *ſanctum*, quod cum amore.

475. PRIMUM. Primum & ante omnia, ut: *Primus ibi ante omnes.*

VARIORUM.

HEINS. Qui & *non abſint. illi* Ed. Junt. Commel. ad lib. III. 17. *nec luſtra* fragm. Moreti *ac lautra* Gudianus a m. pr. *& luſtra* Francianus. BURM.

472. ET PATIENS. *At* Leid.

Ibid. PARVOQUE ASSUETA JUVENTUS. Mediceus & Vaticanus veterrimi *exiguoque aſſueta.* quod & ipſum Macrobius quoque exhibet Saturnal. VI. cap. 2. poſtremae editionis. quod Claudianus videtur reſpexiſſe libro priore in Rufinum. ỳ. 216.

Vivitur exiguo melius. Natura beatis
Omnibus eſſe dedit; ſi quis cognoverit uti.

HEINS.

parvoque Regius & fere omnes alii cum multis editionibus priſcis. Venetus tamen *exiguoque* habet. Donatus ad Terent. Andr. I. I. 48. *At patiens operum parvoque adſueta juventus.* ſed quum ſaepe uno verbo variare verſus ſuos repetitos ſoleat Virgilius, hic *parvo* revocatum a librariis puto ex libr. VI. Aen. 607. & ipſe Serv. ad ỳ. 168. h. l. Senec. Herc. Fur. 160. *laeta ſuo parvoque domus.* & in ſimilibus paſſim etiam gloſſatoris manum agnoſcimus, qui quia utraque vox occurrit alibi, incerti quaenam praeferenda, & quae vera Poëtae manus ſit, nos incertos dimittunt, quum alteram per alteram exponant. de τῷ *parvo* vide Brouckh. ad Tibul. I. I. *Exiguo* etiam eleganter opponi *nimio* patet ex Gratii Cyneg. 115. *Exiguo nimioque nocet.* denique Cod. G. in Servio *exiguo* habet. quare quiſque pro captu ſuo poteſt eligere ex duabus vocibus, quae placet. BURM.

476. SACRA FERO. Proprium hoc eſſe ſacerdotum docuit Valeſius ad Amm. XXII. 14. & alii. inepte ergo Vondelius hic *ferre*, pro celebrare, praedicare, cepit, vertens *verbreyden.* BURM.

Ibid. INGENTI PERCULSUS AMORE. Mediceus cum Gudiano, & alii quatuor ex noſtris *percuſſus.* quomodo & antiquiſſimi codices apud Lucretium initio libri primi, & hoc loco Pieriani vetuſtiores. Adi notas Aeneidos nono ỳ. 197. Scholiaſtes Horatii Crucquianus tamen libro III. Ode IV. *perculſus.*

57 *ſancis* (ſancti) quod urbana vita ſanciti ſunt. ac per hoc intelligi vult, apud ſolos ruſticos reliquias juſtitiae remanere G. 58 deſunt V. L. R. Voſ. B. Steph. Dan. 59 ante G. pro anne. 60 primo Philoſophorum G. 61 ſicut G. 62 deeſt L. Voſ. R. Steph. 63 *tantum* V. 64 *promiſi* V. quod *promiſi* L. R. Voſ. 65 religioſum Commelin. quod ſit cura religionem. s. q. a. more Barth. XXV. Adv. ult. f. quod ſit cum religione.

Adcipiant; coelique vias, & ſidera monſtrent:
Defectus ſolis varios, lunaeque labores:
Unde tremor terris: qua vi maria alta tumeſcant
Objicibus ruptis, rurſuſque in ſe ipſa reſidant:

Quid

SERVII.

477. CAELIQUE VIAS. Aut artes, ut IV. Aen. 478. *Inveni germana viam*. Aut certe [66] circulos, quibus ſydera continentur.

478. DEFECTUS SOLIS VARIOS. Atqui uno modo tantum Sol deficere nobis videtur, tunc ſcilicet, cum Luna plena e regione ejus obſtiterit radiis, & eos nobis fecerit non videri Unde *varios* accipimus *defectus*; non quia varia ratione [67] contingant (nam ratio una eſt, ut diximus) ſed quia vel variis temporibus fiunt, vel [68] varie: interdum enim duobus, interdum quatuor, interdum pluribus deficit digitis. LUNAEQUE LABORES. [69] Vel errores, quia non recta incedit: vel *defectus*, qui contingunt [70] Lunae, quotiens terrae altitudo interveniens radiis Solis, eam illuminari non patitur, a quibus dicitur lumen accipere.

479. UNDE TREMOR TERRIS. Variae ſunt opiniones. Alii dicunt ventum eſſe in concavis terrae, qui motus [71] etiam terram movet. Salluſtius: *Venti per cava terrae* [72] *citati*. Lucanus III. 460. *Quaerentem* [73] *erumpere ventum Credidit*. Alii aquam dicunt genitalem ſub terris moveri, & ſimul eas concutere, ſicut [74] vas aquae: ut dicit Lucretius: Alii [75] σφογγοειδῆ terram volunt, cujus plerumque latentes ruinae ſuppoſita cuncta concutiunt.

480. QUA VI MARIA ALTA TUMESCANT OBICIBUS RUPTIS. Alii ſic accipiunt, quod [76] ruptis obicibus, id eſt, [77] Calpe & Atlante, montibus Hiſpaniae & Mauritaniae, Oceanus [78] eruperit, & iſta fecerit maria: quod non procedit. Si enim hoc eſſet, non diceret *tumeſcant*, ſed [79] *tumuerunt*; quum eruperunt Oceani maria: unde aeſtuaria Oceani accipimus; qui per Hiſpanias & Gallias in infinitum erumpit, contempta lege riparum, ad quas rurſus recurrit. Cujus rei opiniones Lucanus in primo 412. commemorat, dicens: *Ventus ab extremo pelagus ſic axe volutet, Deſtituatque ferens, an ſydere mota ſecundo Tethyos unda vagae lunaribus aeſtuat horis: Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas, Erigat Oceanum, fluctuſque ad ſydera* [80] *tollat*.

PHILARGYRII.

477. SIDERA. Utrum ea, quae cum caelo feruntur infixa; an vaga, quae contraria caelo curſus conficiunt. An omnes caeli viae notae ſunt. A ſiniſtra auſtri, ſeptentriones a dextra. Quod vulgo dicunt, laborat Luna. Hinc Varro in [81] Cyniſtore: *Eclipſis quando ſit, cur luna laboret: & ſi hoc ridicule credunt, dicant, quid laborant*.

478. DEFECTUS. *Varios defectus*, ſecundum Epicurum, qui ait: non unam cauſam pronuntiandam, qua Sol deficere videtur, ſed varias. Poteſt enim fieri, ut extinguatur, ut longius recedat, ut aliquod eum corpus abſcondat. LUNAE autem LABORES dicit, cum demittit lumen.

479. MARIA ALTA &c. Celſus Oceanum ſignificari ait, qui aeſtu ſuo diffidit terram inter Mauritaniam, & Hiſpaniam, ut hoc ſit, *obicibus ruptis*.

VARIORUM.

ſus. HEINS. Et ita fere omnes noſtri. *perculſos* Menag. pr.

478. DEFECTUS. Vid. Macrob. I. de Som. Scip. 15.

66 circulos VII. G. 67 contingunt V. L. Voſ. R. B. Fabr. 68 variae. interdum duobus B. 69 ſunt errores, quibus non recte &c. G. 70 in XIIII. Lun. G. 71 ventus per concava terrae concitantur (concitatus) terras movet G. eſt fragmentum ex incertis libris Salluſtii, quod ſervavit Iſidorus in libro de natura rerum. ſed ubi in editione Jac. du Breul. legitur, *velut per cava terrae praecipitati, rupti aliquot montes, tumuli ſedere*. lib. XIV. Orig. cap. I. dedit nobis, *venti per concava terrae praecipitati*, &c. relatum inter fragmenta libri VI. ubi Cortius, *ventis per cava terrae citatis, r. a. m. tumuliſque ſederunt*. vide Carrion. ad fragm. lib. VI. 72 *citari* Steph. Dan. *citatis* R. Voſ. 73 *aërem perr.* G. 74 vaſa. ut G. vaſa aquae Fabr. al. vaſa quae B. 75 fongonidem B. 76 corruptis R. diſruptis G. 77 Calpa V. L. Voſ. R. 78 immittitur G. 79 *tumuerint* L. V. 80 *Ducat*. V. L. Voſ. R. ſed V. & Voſ. addunt, *Quaerite quos agitat mundi labor*. 81 *Cyniſore* Voſſius, & ita Rutgerſ. VI. Var. Lect. 15.

Quid tantum Oceano properent ſe tinguere ſoles
Hiberni, vel quae tardis mora noctibus obſtet.
Sin, has ne poſſim naturae accedere partes,
Frigidus obſtiterit circum praecordia ſanguis;
Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes;
Flumina amem ſilvaſque inglorius. O, ubi campi,

Sper-

SERVII.

481. [82] [QUID. Ob quam cauſam.] TANTUM OCEANO PROPERENT SE TINGERE SOLES HYBERNI. Circulorum hoc [83] efficit ratio, ut etiam in Aeneide I. 745. diximus. [84] SOLES.

482. [85] TARDIS MORA NOCTIBUS. Tarde venientibus, id eſt aeſtivis [86] [dixiſſe videtur, ne bis unum tempus ſignificaret.]

483. SIN HAS NE POSSIM NATURAE ACCEDERE PARTES. [87] Phyſicae philoſophiae [88] partes: unde ſunt illa, quae dixit.

484. FRIGIDUS OBSTITERIT CIRCUM PRAECORDIA SANGUIS. Secundum [89] phyſicos, qui dicunt, ſtultos homines eſſe frigidioris ſanguinis: prudentes, [90] calidioris. Unde & ſenes, in quibus jam friget; & pueri, in [91] quibus necdum calet, minus ſapiunt.

485. [92] [MIHI PLACEANT. Pro, cuilibet.]

486. INGLORIUS. Comparatione philoſophiae. Sic in Aeneide XII. 597. *Et mutas agitare inglorius artes.* Non quod nulla gloria medicinae eſt; ſed quod minor, quam divinitatis & [93] augurandi, quae ei Apollo obtulerat munera, ut XII. 394. *Augurium citharamque dedit, celereſque ſagittas.*

PHILARGYRII.

481. QUID TANTUM OCEANO PROPERENT &c. Cauſſa brevium dierum eſt, quod ſigna hyemalia transverſa oriantur, atque occidant: cauſa longorum dierum, quod aeſtiva recta oriantur, & occidant.

482. TARDIS. *Tardis noctibus*, id eſt, tarde venientibus, id eſt, aeſtivis.

VARIORUM.

15. NANSIUS. *Laboris* Mentelii alter a m. pr.

479. TUMESCANT. *Tumeſcunt* Voſſianus prior.

480. OBJICIBUS RUPTIS. *Obicibus* legiſſe Sulpicium Apollinarem hoc loco teſtatur Gellius Noct. Attic. cap. XVII. lib. IV. HEINS. Ita Regius, Parrhaſ. Voſſ. & alii; & Edd. Junt. Ald. & R. Steph. & aliae, & ita aliis locis in hac voce variare ſolent Librarii. Senec. Herc. Furent. 238.

Utrinque montes ſolvit, ac rupto obice
Latum ruenti fecit Oceano viam.

ut magnus Gronovius adducto hoc Virgilii loco corrigebat. quam emendationem ſe patri ſuggeſſiſſe filius gloriatur ad Livii lib. I. 37. BURM.

Ibid. RESIDANT. *Reſident* primus Moreti. *reſidunt* Ed. P. Danielis.

481. PROPERENT. *Properant* Ed. Junt.

483. NE POSSIM. *Non* quartus Moreti & Vratiſl. & Francianus. cum fragm. Moreti.

484. FRIGIDUS. Imitatur haec Lucan. II. 557.

Fervidus haec iterum circum praecordia ſanguis
Incaluit.

486. FLUMINA AMEM. Saepe utuntur hoc verbo *amare*, pro colere, ſedes habere, habitare, ut hic optat Poëta ad flumina & ſilvas habitare, & aevum degere. ſic Serv. III. Ecl. 61. *ille colit terras*, explicat per *amat*. Silius XII. 526.

Alliſanus Iaccho
Haud inamatus ager, Nymphiſque habitata Caſinis,
Rura.

noſter III. Aen. 134.

Hor-

82 deſunt L. V. R. Voſ. it. 83 fecit V. ut etiam in eodem d. G. 84 SOLES HIBERNI. Hiberni nobis cum ſint ſoles, antipodis noſtris aeſtivi: nam qui veram (l. Sphaeram) ſcripſerunt, diverſa nos ab illis uno tempore pati dicunt. Cum enim Sol ſive ejusmodi, ſive illius excedit regiones, mutantur diverſitate cardinis G. 85 id eſt, aeſtivis, tarde venientibus Fabr. al. tarde venientibus accipiendum, unde & aeſtivis. Cod. Urſ. 86 deſunt V. L. B. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 87 Phyſice ſcimus: unde occurrunt, quem dixit tardis noctibus, tarde venientibus in hieme G. 88 deeſt L. V. B. Voſ. R. Steph. Dan. 89 Philoſophos G. 90 calidi V. L. Voſ. R. B. Steph. Dan. Fabr. al. 91 quibus valet G. 92 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. Fabr. al. 93 Auguriandi V. L. Voſ. B.

Spercheoſque, & virginibus bacchata Lacaenis
Taygeta: o, qui me gelidis in vallibus Haemi
Siſtat, & ingenti ramorum protegat umbra!
Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſſas:
Atque metus omnis & inexorabile fatum

Sub-

SERVII.

487. SPERCHIUSQUE. Fluvius Theſſaliae. [94]

488. TAYGETA. [95] Mons Laconum, Libero & [96] Bacchis ſacratus. HAEMI. [97] Montis Theſſaliae, [98] in quo etiam ſunt Tempe.

490. FELIX QUI POTUIT RERUM COGNOSCERE CAUSSAS. [99] Repetitio eſt ſuperioris [1] coloris; nam hoc dicit: [2] Et ruſtici felices ſunt; & qui tribuunt operam philoſophiae. RERUM CAUSSAS. Id eſt, phyſicam philoſophiam.

491. [3] INEXORABILE FATUM. Alibi VIII. Aen. 334. *Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.* FATA ex fato venientia.

PHILARGYRII.

487. VIRGINIBUS BACCHATA LACAENIS. Ubi bacchatae ſunt. Et non haec optat, ſed talia: [4] [Bacchi enim orgia in montibus celebrari ſolebant a furioſis Bacchis, quae a Spartanis, quorum mons erat Taygeta, Δυσμαίνας, appellabantur.]

488. QUI ME. *Qui*, pro, aliquis: & ſubaudiendum, Deus.

VARIORUM.

Hortor amare focos, arcemque attollere tectis.
Ovid. XIV. 626.

Non ſilvas illa, nec amnes,
Rus amat, & ramos felicia poma ferentes.

vide & quae dixi ad Gratii Cyneg. 390. BURM.

Ibid. O UBI CAMPI. Aegidius Menagius in annotatis ad poëmata Gallica Malherbii legit pag. 324. *O ubi Tempe.* HEINS. Et hoc tamquam a ſe inventum profert Marklandus ad Stat. V. Silv. III. 209. & praeterea Catroeus & Waddel. Anim. Crit. p. 8. qui tamen ita citaſſe Torrent. ad Horatii I. Od. I. 30. notat. ſed antea jam Tempe memorata ỳ. 469. fuerunt; quare nihil muto. nam *campi* centies noſtro dicuntur plani, ut paſcua, quae montibus opponuntur. ut hic *campos, flumina & Taygetum* jungit. infr. III. 353.

Aut herbae campo adparent aut arbore frondes.

& ita paſſim. BURM.

487. SPERCHIUSQUE. *Spercheuſque* fragmentum Moreti & Menagianus alter, tum a manu prima alter Mentelianus, atque Gudianus. in Leidenſi *Sperchioſque*. at in Mediceo *Spercheoſque*. quam veram eſſe ſcripturam monui ad Naſonem Metam. I. ỳ. 579. hinc *Nymphae Spercheïdes*, non *Sperchiades*, eidem Naſoni. Σπερχειός, Spercheus, quomodo Ἀλφειός, Alpheus, Πηνειός Peneus, ſimiliaque. apud Nonium Marcellum in *bacchari*, *Sperchiuſque* legitur quidem, ſed conſulendi codices vetuſti, ſi cum vulgatis conſentiant. Priſcianus quoque libro ſecundo vulgatam amplectitur. ubi notat dici *dius*, *Chius*, *Phthius*, *Arius*, *Lycius*, *Sperchius*. HEINS. *Sperchius & virginibus* Francianus. Parrhaſ. & fragm. Moreti & Venet.

Ibid. BACCHATA. Vid. ad lib. III. Aen. 125.

488. GELIDIS IN VALLIBUS HAEMI. *Gelidis convallibus* Mediceus. forte *gelidi*. HEINS. Si Virgilius ſcripſit *Oetae*, nota Servii locum habet; ſi vero ſcripſit *Haemi*, ut vulgata exemplaria nobis exhibent, inepta eſt. FABER. Sed vide ſupr. lib. I. 490.

490. FELIX, QUI. Hos tres verſus Dogmata Epicuri complecti, quibus neque providentiam, neque Fatum, neque animae immortalitatem ſtatuebat,

94 BACCHATA. Figura elegans. hoc eſt, in quibus virgines Bacchatae ſunt. *Bacchantes* dicuntur in Baccho (Bacchi vel Bacchico) convivio ludentes G. 95 mons & civitas G. 96 Baccho Voſ. L. V. R. Steph. Dan. Fabr. al. Baccho conſecratus, unde deſcendit Sperchius G. conſecratus etiam Fabr. al. 97 mons G. vid. ad Ecl. IV. 13. 98 in qua ſunt Tempe L. R. Voſ. B. 99 jam vero repetitionem facit G. 1 Sermonis V. L. R. Voſ. 2 quod G. 3 METUS OMNIS. Qui ex fato veniunt: calcavit pedibus fatum, quoniam Virgilius Epicureus eſt, hoc ait. quia Stoici dicunt fatum, ſed inexorabile; nemo ultra fatum vivere poteſt. qui ſub pedibus habuit fatum rerum, id eſt malarum, quae in urbibus per ambitionem & avaritiam. G. 4 deſunt haec Edd. Daniel. & Commel. ſed Amſtel. Comm. & Emmeneſſius habent.

Subjecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis avari!
Fortunatus & ille, Deos qui novit agreſtis,
Panaque, Silvanumque ſenem, Nymphaſque ſorores.
Illum non populi faſces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres;

Aut

SERVII.

492. SUBJECIT PEDIBUS. Calcavit. ACHERONTIS AVARI. Omnem mundum in mortem trahentis. [5]

493. DEOS QUI NOVIT AGRESTES. Qui abſtinet [6] civicis malis; & aut rura [7] habitat, ſicut ruſtici: * [7] aut etiam, ſicut philoſophi, ſuis numinibus rura deſcribit.

494. NYMPHASQUE SORORES. Non Panis vel Sylvani; ſed inter ſe ſorores, ut III. Aen. 678. *Aetnaeos fratres:* inter ſe ſcilicet.

495. POPULI FASCES. Honores, qui a populo [8] praeſtabantur. Proprie autem locutus eſt, ut *faſces populi*, *regum purpuram* diceret.

396. INFIDOS AGITANS DISCORDIA FRATRES. *Diſcordiam* poſuit pro avaritia. [9] Ab eo, quod praecedit, id quod ſequitur. *Infidos autem fratres*, ideo ait, quod avaritiae cauſſa diſſentiunt. [10]

PHILARGYRII.

492. STREPITUMQUE ACHERONTIS. Id eſt, opinionem formidoloſam, quae vulgo eſt, de Acheronte.

VARIORUM.

bat, cenſet Cl. Bentlejus in animadverſionibus ad librum de Libertate cogitandi, quem vernacula lingua edidit anno 1716. & cujus excerpta nobis dedit auctor Bibliothecae Anglicae Tom. I. part. II. pag. 418. Lutatius ad Stat. VI. Theb. 360. propter diſputantium diſcordantes opiniones, dicta haec eſſe ſcribit. Catroeus hoc tempore, extremo vero vitae, voluiſſe Virgilium in Aſiam ire, ut philoſophari poſſet, & tunc haec addidiſſe ſecundis curis, cenſet. BURM.

491. INEXORABILE. Vid. VIII. Aen. 334.

494.° SILVANUMQUE. *Silvarumque* Ed. Venet.

496. FRATRES. Artabazum & Tigranem vult hic indicari Catroeus. ſi ad certos ſui temporis homines reſpexiſſe credimus Poëtam, potuit diſcordiam Arſacidarum intelligere. & quo poſſimus referre illa Horatii III. Od. 8.

Occidit Daci Cotyſonis agmen;
Medus infeſtis ſibi luctuoſus
Diſſidet armis.

vide quae Cl. Maſſonius ſcribit in vita Horatii ad Ann. 734. unde & poſſent Armeniae majoris diſſidia intelligi, & ita ad annum ante mortem Poëtae referri. miror vero Catroeum, qui ubique ſecundam Georgicorum editionem hoc tempore datam jactat, hic noluiſſe Dacicum bellum, quod Lentulus confecit, admittere. Alii Romulum & Remum, alii Eteoclen & Polynicen reſpici putant. ſed rectius ſui temporis res innuere credibile eſt: aut generatim, corruptos ſui aevi, per bella etiam civilia, in quibus fratres ab utraque parte militabant, mores reſpicientem, de fraternis odiis agere credam. ut apud Ovid. I. Met. 145. *Fratrum quoque gratia rara eſt.* ut mox ℣. 510. *gaudent perfuſi ſanguine fratrum.* & huc referri poſſunt verba Laelii, apud Lucan. I. 376.

Pectore ſi fratris gladium, juguloque parentis
Condere me jubeas, &c.

eſt & exemplum duorum fratrum in diverſis Caeſaris & Pompeji caſtris apud eumdem lib. IV. 171. & ſeqq. & ita hic omnia, quae cumulat, capienda: per *populi faſces*, ambitio popularis; per *purpuram regum*, adulatio aulica ad opes & potentiam acqui-

5 Palos infernalis, quae numquam poteſt ſatiari G. 6 convitiis V. 7 habitat, aut cum ſuis n. r. d. Dan. * 7 aut cum ſuis numinibus B. utrobique omiſſis reliquis. 8 praeſtabantur B. praeſtantur Steph. Dan. Fabr. al. 9 pro eo V. 10 Fratres Etheocles & Polynices Oedipi & Jocaſtae filii, cum regnum Thebanum alternis vicibus tenerent; Etheocles adeptum regnum retinuit, nec fratri reſtitueret, abiit. ad quod petendum Polynices cum Adraſti & Graecorum petiſſet auxilium, bellum Thebis movit, in quo bello pugnantes inter ſe fratres Etheocles, & Polynices mutuis vulneribus interierunt. G.

Aut conjurato deſcendens Dacus ab Hiſtro:
Non res Romanae, perituraque regna: neque ille,
Aut doluit miſerans inopem, aut invidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipſa volentia rura

Spon-

SERVII.

497. AUT CONJURATO DESCENDENS DACUS AB ISTRO. Id eſt, [11] non eum ſolicitat conjuratio Barbarorum. ISTER autem, fluvius eſt Scythiae. [12]

498. NON RES ROMANAE, PERITURAQUE REGNA. *Regna*, ſcilicet Barbarorum: nam duo dicit: Ruſticum, nec Romanum imperium movet, id eſt, ad ambitum cogit: nec barbarorum regna peritura. Non enim Romano male dixit imperio: licet hoc alii dictum velint ex generali venire ſententia, quod omnis magnitudo imperii periculis ſubjacet: unde etiam Juvenalis Sat. X. 112. ait: *Ad generum Cereris ſine caede & ſanguine pauci Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.*

499. AUT DOLUIT MISERANS INOPEM, AUT INVIDIT HABENTI. Cicero in [13] Tuſculanorum quinto libro hoc tractat, [14] dicens: *In quem cadit una mentis perturbatio, poſſe in eum omnes cadere: ſicut poteſt omni virtute pollere, cui virtus una contigerit:* unde nunc Virgilius noluit ruſtico aſſignare miſericordiam; ne ei daret etiam caeteras animi paſſiones, quas novimus & a bonis, & a malis rebus venire. A bonis opinatis duas: unam praeſentis temporis, ut gaudium: & unam futuri, ut ſpem. A malis ſimiliter duas: unam praeſentis, ut dolorem: & unam futuri, ut [15] metum: quas paſſiones eſſe animi non dubium eſt: unde [16] & ipſe ait in ſexto VI. 733. *Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque.* Salluſtius etiam in Catilinae bello cap. L. ait: *Omnes homines, qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira, atque miſericordia vacuos eſſe decet. Nam animus haud facile verum providet, ubi illa [17] officiunt.* Ergo aut ſecundum Ciceronis tractatum hoc dixit: [18] [aut, quod abſolutius eſt, intelligamus ideo ruſticum paupertatem non dolere, quod eam malum] eſſe non credit; ſed munus deorum. Lucanus de paupertate lib. V. 528. *Et [19] munera nondum Intellecta Deum.* Eſt & aliud, quod poſſimus accipere; ideo ruſticum nec bonis, nec malis alienis moveri; [20] quia ejus non intereſt; quippe qui [21] ab urbibus eſt remotus.

PHILARGYRII.

497. DESCENDENS DACUS AB ISTRO. Aufidius Modeſtus legiſſe ſe affirmabat, hunc morem eſſe Dacorum: ut cum ad bella proficiſcerentur, non prius rem capeſſerent, quam de Iſtro certum modum haurientes ore, in modum ſacri vini, jurarent, non ſe ad patriae ſedem regreſſuros, niſi hoſtibus caeſis: & idcirco Virgilium familiari ſibi hypallage uſum dixiſſe: *Iſtrum conjuratum*, apud quem Daci conjurare conſueverunt.

499. AUT DOLUIT. Non crudelem ruſticum inducit, qui inopis non miſereatur; ſed qui ſciens paupertatem malum non eſſe, pauperis non doleat ſortem: & ideo adjecit, *aut invidit habenti*, quia non invidet, ſciens divitias bonas non eſſe.

VARIORUM.

quirenda; per *Dacos* metus ab inſtantis hoſtis periculo, &c. intelligenda. ut & quae mox quaſi repetit ℣. 510. de fratribus & alia. ceterum pro *diſcordia* erat in ſecundo Moretano *invidia*; contra rationem metri. BURM.

497. DESCENDENS. *Diſcedens* Venetus & alter Rottendorphius & alius, & Francianus & Ed. Venet. *Et conjurato* Acron ad Horat. I. Od. 35. & III. Od. 6. *deſcendens* non mutandum docet imitatio Claudiani I. in Ruſin. 112.

Mix-

11 non ſollicitatur conjuratione G. 12 convenerunt enim jurejurando ultra fluvium Iſtrum, & coeperunt Romanos pellere, ſed juſſu Auguſti ab Agrippa ſunt projecti G. 13 Tuſculanarum V. L. Voſ. B. 14 deeſt iisdem. 15 metus, quos omnes paſſiones Cod. Urſ. 16 etiam ipſe V. L. R. Voſ. B. 17 *officiant* Voſ. 18 deſunt B. ſolutius V. 19 *manere* V. Voſ. R. B. 20 quod eis G. quia eis V. Voſ. R. B. 21 deeſt G. vid. ad Suet. Tiber. XXXV. & XLII. & ad Ecl. VIII. 44. apud Columell. praefat. lib. X. ex MSſ. *paupertas ſubmota pretioſioribus cibis.* BURM. Addit G. non tantum dicunt (dicit) ruſticum, ut inopi non miſeretur, id eſt inopem in re ruſtica neminem eſſe dicit, quoniam agricolae naturalibus copiis abundant. G.

Sponte tulere ſua, carpſit: nec ferrea jura,
Inſanumque forum, aut populi tabularia vidit.
Sollicitant alii remis freta caeca, ruuntque
In ferrum, penetrant aulas, & limina regum:

505 Hic

SERVII.

501. FERREA JURA. Dura, inexorabilia, [22] immutabilia.

502. INSANUMQUE FORUM. Litigioſum. POPULI TABULARIA. [23] Ubi Actus publici continentur. Significat autem templum Saturni, [24] in quo & aerarium fuerat, [25] & ubi reponebantur Acta, quae ſuſceptis liberis faciebant parentes. Juvenalis IX. 84. *Tollis enim, & titulis Actorum* [26] *aſpergere gaudes Argumenta viri.* [27]

503. CAECA FRETA. Subito in tempeſtatem ſurgentia.

504. PENETRANT AULAS ET LIMINA REGUM. Profitentur ſatellitium. *Limina* autem ait interiorem familiaritatem. Sic Turnus VII. 579. *Stirpem admiſceri Phrygiam, ſe limine pelli.* PETIT EXCIDIIS URBEM. Incertum, alienam, an ſuam.

PHILARGYRII.

501. FERREA JURA. Quia veniam dare non norit.

502. TABULARIA. Negotia publica, & rationes populi, quae in tabulis ſcribuntur, unde tabularia dicta. VIDIT: expertus eſt, ut XI. Aen. 263. *Illic Aetneos vidit Cyclopas Ulyxes.*

VARIORUM.

Mixtis deſcendens Sarmata Dacis.

ex montanis enim regionibus irruebant in fines Romanos. *conjuratus Iſter* an dicatur ideo, ut Philargyrius explicât, neſcio. nam ita & apud Statium, ſimilis ritus ad montem deberet ſtatui, qui I. Theb. 20. *Et conjurato dejectos vertice Dacos* dixit. ubi Lipſius ad Tacit. I. Hiſt. 2. montem quemdam *ἱερὸν* pro deo a Dacis cultum nobis obtrudit, cum *mons conjuratus* nihil aliud mihi eſſe videatur, quam habitantes in montanis regionibus Daci, qui conjuraverunt in exitium P. R. vid. mox ad III. ℣. 30. ut hic *Iſter conjuratus* ſint accolae Iſtri, ad quem pertinent Daci, jurati hoſtes Romanorum. fortaſſe Getas & Gelonos intelligit, qui ſaepe cum Dacis confuſi. vel, ut Cl. Maſſonius, Scythas & Gelonos, ab Horatio Dacis junctos docet. ut vero hic *deſcendere*, ita *decurrere* Lucan. VIII. 224.

Paſſus Achaemeniis late decurrere campis.

ut ibi legendum eſſe credimus ex Mſſ. BURM.

499. AUT DOLUIT MISERANS INOPEM, AUT INVIDIT HABENTI. Hunc verſum non intellexit Servius. FABER. *Miſerans aut non invidit habenti*, Zulichem. non puto hujus loci ſenſum perſpexiſſe interpretes, qui ruſticos hos nobis ut Philoſophos, & Stoicos inducunt, qui nullis animi adfectionibus moventur, quibus credo eos aeque obnoxios fuiſſe creditos a Virgilio, ac reliquos homines. ſed hoc velle Poëtam credo, ideo eos minus inquietari his motibus animi, quia non eorum oculis & mentibus obverſantur illa, quae in urbibus ſollicitos habent incolas: ibi ingens multitudo inopum & mendicorum miſericordiam, conſpicientibus eorum miſerias, movet; & contra inſolentia, ſuperbia, luxuria divitum invidiam provocat. Rure, ubi ruſtici contenti naturalibus bonis & fructibus, quos arbores & arva ſuppeditant, vid. mox ℣. 513. vivere ſolent, & nullos vel raros vident inopes & mendicos, ideo nec dolere miſerantes ſolent; paucos etiam vel nullos ita divitiis adfluentes, ut invidere illis, aeque commode viventes atque locupletiſſimi, cogantur. Non ergo locus aut occaſio eſt movendi has adfectiones, quia unicuique quod ſatis eſt, ſufficit, nec plura deſiderant. Mendicitas ibi nulla, ergo nec miſericordiae locus eſt: avaritia & *habendi* (vid. ad Phaedr. Prolog. lib. III. & V. 4.) cupido apud illos nulla eſt, & hoc obſcure ex Servii ultimis verbis, melius quam ex prioribus, intelligitur, ſi legatur, cum Mſſ. *Nec bonis, nec malis alienis moveri, quia eis non intereſt, quippe qui ab urbibus eſt remotus.* male nunc legitur *quia ejus non intereſt.* ſed non *intereſt*, non praeſens eſt, non videt illa bona, nec mala rure ſuo, quae in urbe

22 nihil poenitentia G. 23 ubi populus continetur. ſignificat &c. G. 24 in quo aerarium Cod. Urſ. in quo aereum G. 25 & reponebant Voſ. B. & retinebantur R. & reponebat. B. 26 *ſpargere* B. Cod. Urſ. *auſteram* etiam B. 27 item tabulata, quae ſunt in ſummitatibus murorum G.

Hic petit excidiis urbem, miſeroſque Penatis,
Ut gemma bibat, & Sarrano indormiat oſtro.
Condit opes alius, defoſſoque incubat auro.
Hic ſtupet adtonitus Roſtris: hunc plauſus hiantem
Per cuneos (geminatus enim) plebiſque patrumque

Cor-

SERVII.

506. GEMMA BIBAT. Gemmeo poculo, [28] non gemmato. SARRANO DORMIAT OSTRO. Tyria purpura, quae enim nunc *Tyros* dicitur, olim *Sarra* vocabatur; a piſce quodam, qui illic abundat: quem lingua ſua *Sar* appellant. Juvenalis x. 37. *Aut pictae Sarrana ferentem Ex humeris aulaea togae.*

508. HIC STUPET ATTONITUS ROSTRIS. Scilicet, ut [29] concionetur.

509. PER CUNEOS, GEMINATUS ENIM, PLEBISQUE PATRUMQUE CORRIPUIT. [30] [Ordo eſt] Corripuit enim hunc geminatus per cuneos plauſus, & plebis & patrum. [31]

PHILARGYRII.

508. HUNC PLAUSUS HIANTEM. *Senſus: hic audet concionari, & in roſtris conventum populi, favoremque miratur.

VARIORUM.

urbe quotidie in oculos incurrunt. idem ex Codice G. clarius cognoſcitur. praeterea *inopem & habentem* hic explicare poſſumus, ut ſupr. lib. I. 373. *imprudentes* expoſuimus, id eſt quaſi, veluti ſint inopes & divites; ſed quum illi apud eos non conſpiciantur, non magis illis moveri dicit, quam bella externa & civilia, forum, tabularia &c. quae ignorant, illos ſollicitos habent. *doluit* vero & *invidit*, non abſolute capiendum, ſed pro non cogitur, non ſolet dolere, vel invidere, ut ſaepius alibi. Opponit itaque felicitatem ruſticorum, qui non vident tot miſerias, & ideo miſericordiae, nec vident divitias inſolentes, & ideo invidiae occaſione carent, infelicitati urbanorum, quorum adfectiones & motus mentis quotidie ad adſpectum inopum & divitum agitantur. BURM.

500. VOLENTIA. *Valentia* Venetus.

501. SPONTE TULERE SUA, CARPSIT. *Carpit* Macrobius Saturnalium VI. capite primo. HEINS.

502. VIDIT. *Trudit* Vratiſl.

503. CAECA. *Rauca* Leidenſis.

504. PENETRANT. *Penetrantque* Menagii prior a manu ſecunda.

505. URBEM. Romam. forte Gracchum, Catilinam & ſimiles intelligit. BURM.

Ibid. MISEROSQUE. *Patrioſque* Parrhaſ.

506. ET SARRANO DORMIAT OSTRO. *Indormiat* Mediceus. quomodo apud Horatium Epod. V. *Indormit unctis omnium cubilibus.* & lib. I. Satyra I. 70. *congeſtis undique ſaccis Indormis.* Petronius cap. LXXIX. *indormivit alienis amplexibus oblitus juris humani.* Curtius lib. VI. cap. 10. *malis ſuis indormire.* uſus eſt & Tullius eodem verbo non ſemel. vulgatam tamen ſcripturam, hoc loco expreſſerunt Macrobius Saturnal. VI. cap. primo. & Scholiaſtes Statii. I. Theb. 149. videtur tamen pro Mediceo codice facere exemplum Varii, quod Maronem reſpexiſſe Macrobius contendit, *Incubet & Tyriis atque ex ſolido bibat auro.* Plinius lib. I. Epiſt. II. *quod me longae deſidiae indormientem excitavit.* HEINS. *Serrano* Mediceus a manu prima. *ſarano* Parrhaſ. *ſerano* Rottend.

508. ROSTRIS. Gloſſ. Reg. id eſt, *labiis.*

Ibid. HUNC. *Hic* Mediceus.

509. GEMINATUR ENIM. *Geminatus* ex ſcriptis omnibus. quomodo & apud Nonium Marcellum in *biare* circumfertur. Nec aliter caſtigandum eſſe jam monui ad Aeneidos librum decimum ỳ. 874. HEINS. Catroeus haec intelligit de Poëtis, quibus fabulas docentibus adplaudi ſolet; quod ego ex verbis Poëtae exſculpere vix poſſim: nec de Actoribus agi putem, ſed de ambitioſis Romanorum ducibus & proceribus, qui ſibi in Theatrum venientibus adſurgi & applaudi maxime cupiebant. ut notum de Pompejo, quem hic innuere potuit Maro. de quo Lucan. lib. I. 137.

Pla-

28 non geminato V. male. vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 170. 29 concionaretur, de Cicerone videtur dicere. hi *attoniti* dicuntur, juxta quos flamen decedit (fulmen decidit) qui timore ſtupeant. G. 30 deſunt L. Voſ. R. B. 31 de Pompejo videtur ludi (dici) G.

Corripuit: gaudent perfuſi ſanguine fratrum,
Exſilioque domos & dulcia limina mutant;
Atque alio patriam quaerunt ſub ſole jacentem.
Agricola incurvo terram dimovit aratro:
Hinc anni labor: hinc patriam parvoſque nepotes
Suſtinet: hinc armenta boum, meritoſque juvencos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,

Aut

SERVII.

511. Exilioque domos. [32] Voluntario ſcilicet, propter avaritiam. [33]

512. Alio sub sole. Sub alio climate. [34]

514. Hinc anni labor. Ex agricultura habet totius anni ſubſtantiam. Hinc patriam. Donatus villam intelligit, non revera patriam.

515. Meritosque juvencos. [35] Sui conſortes laboris.

516. Nec requies. Id eſt, nunquam poteſt ruſticus [36] omni parte deſtitui.

PHILARGYRII.

516. Requies. Nec requieſcit, nec intervallum eſt.

VARIORUM.

Plauſuque ſui gaudere theatri.

& quae plura vulgo nota ſunt. hi plauſus vero geminati & repetiti, maxime delectabant hos, qui inhiabant popularem auram. ut *ter populus laetum crepuit theatris*, Maecenate convaleſcente apud Horat. II. Od. 17. vid. & lib. I. Aen. 747. & quae plura obvia. poſſet & ad Echo referri, quae inſanum hunc ſonum, quem Horat. II. Ep. I. 202. mugitui Gargani, aut maris Tuſci confert, referebat. ſic lib. ſeq. ỷ. 45.

Et vox adſenſu nemorum ingeminata remugit.

mox Cl. Markland. ad Stat. III. Silv. II. 61. malebat, *corripit*, *hi gaudent*, motus temporum diverſitate, quum reliqua *ſtupet*, *gaudent* &c. ſint praeſentis. ſed toties illa tempora variant Poëtae, ut haec levis ſit mutandi codicum lectionem cauſſa. ſi quid mutandum, poſſet quis *corrupit* corrigere. ſed *corripere* plauſus poſſet dici, ut morbus dicitur *corripere* aliquem, de quo ad Samonic. cap. VI Ceterum conferenda etiam his Virgilianis illa, quae chorus apud Senec. in Hercul. Fur. ỷ. 164. & ſeqq. canit, ubi manifeſtam videbis imitationem. BURM.

511. Domos *Domus* Leidenſis & alter Rottendorphius *lumina* Zulichemius.

513. Terram dimovit aratro. *Molitus* in Mediceo, ut libro primo Georg. ỷ. 495. Adi notas ad Eclog. V. ỷ. 37. HEINS. *Molitus* Colotii liber, teſte Urſino. *Demovit* Leid. unus & alter Rottend. male. Ovid. V. Met. 341.

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro.

ubi & codices *terram*, ut plenior ſit imitatio, vel quia hunc Maronis locum librarii reſpiciebant. BURM.

514. Patriam. Forte intelligit, quae in ſubventionem patriae dantur principibus. NANS. Id eſt tributa & vectigalia. ſed *patria* eſt rus, in quo natus, & educatus, tugurium. ut Ecl. I. 2. BURM.

Ibid. Parvosque nepotes Sustinet. *Parvoſque penates* Mediceus, quod impenſe placet. Placeret impenſius, ni *penates miſeros* paullo ante

jam

32 voluntariae V. G. 33 ad luxuriam, non ad neceſſitatem retulit, & propter homicidia dulcia. ſicut ibi Ecl. I. 3. *dulcia linquimus arva* G. 34 Hyperbolice *alio ſub ſole* dixit. duros nimis & barbaris imperatoribus (barbaros imperatores) deſcribit G. 35 deeſt B. 36 ex omni Fab.

Aut foetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi:
Proventuque oneret ſulcos, atque horrea vincat.
Venit hiems, teritur Sicyonia bacca trapetis:
Glande ſues laeti redeunt: dant arbuta ſilvae:
Et varios ponit foetus autumnus: & alte
Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.
Interea dulces pendent circum oſcula nati:
Caſta pudicitiam ſervat domus: ubera vaccae

525 La-

SERVII.

517. CEREALIS MERGITE CULMI. Manipulos [37] ſpicarum, *mergites* dicimus.

519. SICYONIA BACCA TRAPETIS. Oliva, [38] a civitate Laconiae, *Sicyone*, ubi abundant oleae. *Trapetis* autem, [39] molis mobilibus olivaribus. Et declinatur *trapetum*, ſicut templum. Terentianus: *Quos ſuper inſidens* [40] *trapetos ſigna gyris temperat*. Quod metrum aptum eſt olivam terentibus.

520. ARBUTA. Poma ſylveſtria. [41]

523. DULCES CIRCUM OSCULA NATI. [42] [Id eſt, non ſolum aliis rebus, ſed etiam filiorum adſpectu & frequentia gaudent.] Contra illud ſupr. 511. *Exilioque domos & dulcia limina mutant*.

524. CASTA PUDICITIAM SERVAT DOMUS. Non, ut in urbibus, [43] impudica.

PHILARGYRII.

517. MERGITE. *Mergites*, faſces culmorum ſpicas habentium, quas metentes brachiis ſiniſtris complectuntur: quidam *cavos* dicunt.

519. SICYONIA BACCA. Quoniam oleum Sicyonium magno in pretio eſt. *Sicyon*, urbs Peloponneſi. TRAPETIS autem, molis lapideis, ubi oliva molitur.

522. COQUITUR. Familiaris eſt figura, pro, coquitur, ut miteſcat.

VARIORUM.

jam praeceſſiſſe eſſem recordatus. apud Naſonem Met. VII. *Ergo ubi coelicolae parvos tetigere penates*. ubi plura. Silius Italicus lib. VII. 173. *Nec pigitum parvoſque lares humiliſque ſubire Limina caelicolam tecti*. HEINS. Ita & Marklandus ad Stat. I. Silv. II. 145. *nepotes* praeferrem, ne bis idem diceret. Gudianus pro diverſa lectione, *Hic anni*; ut & Marklandus volebat. BURM.

516. REQUIES. Nec longum tempus intercedit, quin &c. explicat Catroeus. ſed ego mallem non ceſſat ejus labor, donec &c. ut ſaepe, *nec mora nec requies*. vel nullo intervallo temporis deſunt illi neceſſaria ad victum, quae continuo labore parat. *quin &* Menagii alter. *exuberat* quartus Moreti. mox *cerealis* Gudianus. *& cerealis* Menagian. alter. BURM.

518. ATQUE HORREA VINCAT. *Aut horrea* Mediceus a manu prima. HEINS. Ita & Zulichemius.

520. ARBUTA. *Ardua* Gudianus pro diverſa lectione. *redeunt laeti* Rufinianus de Schem. Lex. p. 30.

521. PONIT. Scilicet in menſis: *poſitae* enim & *appoſitae* dapes, vina &c. proprie. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Art. 231. vel Autumnus ponit, id eſt maturos fructus decerpendos dat, quia diutius eos ferre recuſat, & niſi carpantur, dejicit. BURM.

523. PENDENT DULCES. *Dulces pendent* omnes fere ſcripti. & ita jam Dan. Heinſius edidit.

525. DE-

[37] *ſpicarum* V. L. Voſ. B. addit huic notae, a mergendo *mergites*, ab abundantia ſpicarum. G. [38] a civitate Laconicae B. a Sicone oppido, ubi optima oliva naſcuntur G. ubi abundat olea Fabr. al. ubi abundant olea Steph. Dan. [39] molis olivariis V. L. Voſ. B. Steph. Dan. Fabr. al. molis olivariis. nominativus trapetum. *Trapeta* autem ſunt ſaxa a trahendo dicta, quibus frangitur oliva. G. [40] *trapeto* B. [41]. 522 APRICIS. ſoli oppoſitis. unde & Senes ſolem obrigen. (orientem) amantes *apricos* dicimus G. vid. ad v. Aen. 128. [42] deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. [43] impudica meretrix G.

Lactea demittunt: pingueſque in gramine laeto
Inter ſe adverſis luctantur cornibus haedi.
Ipſe dies agitat feſtos: fuſuſque per herbam,
Ignis ubi in medio, & ſocii cratera coronant,
Te, libans, Lenaee, vocat: pecoriſque magiſtris
Velocis jaculi certamina ponit in ulmo:
Corporaque agreſti nudant praedura palaeſtra.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:

Hanc

SERVII.

527. IPSE DIES AGITAT. Hic eſt ſuſpendendum: & ſic inferendum *feſtos*. nam hoc dicit, omnes dies ſic habet, ut feſtos putes. Alii dicunt, feſtos dies cum religione [44] concelebrant.

530. AGRESTI PALAESTRA. Ruſtica [45] luctatione. *Palaeſtra* autem dicta eſt, vel ἀπὸ τ͂ πάλης, id eſt, a luctatione: vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc eſt, à motu urnae. nam ducti ſorte luctantur.

PHILARGYRII.

527. FESTOS. Non cum feſti venerint, ſed omnes dies, quaſi feſtos agit, id eſt, laetos.

528. IGNIS UBI. In medio *ubi ignis:* & proprie CORONANTUR, uſque ad coronam ſummam implentur.

532. HANC VITAM. Id eſt, aureum ſeculum.

VARIORUM.

525. DEMITTUNT. *Dimittunt* Moretanus ſecundus, tertius Rottendorphius & Francianus, qui &, *pingues in*, ut & Parrhaſ.

527. FESTOS. *Faſtos* Venetus. *fuſoſque* Gudianus.

528. IN MEDIO. *In genio* Mediceus a manu prima. forte, *ignis ubi genio*. id eſt ara ipſi poſita. BURM.

529. LENAEE. *Leneaeque* Voſſ. pr.

530. CERTAMINA. Donatus ad Terent. Adelph. II. II. 4. (ubi male ex Bucolicis hic locus citatur) differentiam tradit inter *concertationem* & *certamen*. ut illa ſit actus & contentio certantium, haec res, de qua certatur. malim *certamen* eſſe ſtatum, conditionem, in qua certantes ſunt. ut ita bellum & proelium differant, & *certamen* inter privatos reſpondeat bello, ſive ſtatui belli, *certatio* proelio adſimuletur. ſic v. Aen. 66.

Prima citae Teucris ponam certamina claſſis.

Ecl. VII. 16.

Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide magnum.

& ita *certamen pugnae* dixit Ovid. XII. Met. 180. BURM.

531. CORPORAQUE AGRESTI. Mediceus, *Corporaque agreſti nudat perdura palaeſtrae. nudant* etiam vetuſtiores Pieriani exhibebant, & ex noſtris duo Moretani praeſtantiores, alter Mentelianus, duo Voſſiani, aliique tres cum Gudiano. *palaeſtrae* prae *palaeſtra* amplector. certe & Moreti fragmentum *nudat palaeſtrae*. HEINS. *Nudant prae. palaeſtra* Lutatius ad Statii VI. Theb. 827. *perdant* Voſſ. pr. Ed. Venet. & Mediol. in Regio olim *nudant* fuerat, ſed eraſa litera *n*, *nudat* legitur. etiam *palaeſtra* cum gloſſa, id eſt *luctatione*. Agreſtem palaeſtram vocat, non ſecundum leges Gymnaſii, ſed naturalibus viribus nitentes luctatores. quales illi catervarii oppidani pugiles, quos opponit legitimis & ordinariis Sueton. Aug. cap. XLV. BURM.

532. HANC OLIM VETERES VITAM. Tangit hunc locum Scholiaſtes Perſii antiquus, qui ſub Cornuti circumfertur nomine, ad Satyram primam 87. ſed mendoſe illic, *Hoc oles veteres vitam*. HEINS. *Vitam veteres* alter Moreti & Parrhaſ. *voluere Sabini* Venetus.

533. E-

[44] concelebrat V. L. B. Voſ. al. [45] luctamina G.

Hanc Remus, & frater: ſic fortis Etruria crevit:
Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma,
Septemque una ſibi muro circumdedit arces.
Ante etiam ſceptrum Dictaei regis, & ante
Inpia quam caeſis gens eſt epulata juvencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Necdum etiam audierant inflari claſſica, necdum

In-

SERVII.

533. SIC FORTIS HETRURIA CREVIT. Secundum hiſtoriam: nam conſtat, Tuſcos uſque ad fretum Siculum omnia poſſediſſe. [46]

536. ANTE ETIAM SCEPTRUM DICTAEI REGIS. Antequam regnaret Juppiter, qui eſt in Dictaeo monte [47] Cretae nutritus. [48]

537. IMPIA QUAM CAESIS GENS EST EPULATA JUVENCIS. Arati eſt hoc, qui dicit, quod majores bovem comeſſe nefas putabant: ỷ. 132. [49] [Πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων.] [50]

539. [51] NEC DUM IMPOSITOS DURIS. [52] Juvenalis v. Sat. 168. [53] *Neſcierant primi gladios excudere fabri.*

PHILARGYRII.

533. ETRURIA. Maximum enim imperium Etruſcorum in Italia fuit, ut ait Livius, ab Alpibus uſque ad fretum Siculum. Unde totum mare, quod a dextra Italici litoris eſt, Tyrrhenum dicitur. Hoc Varro doctius dividit in provincias marinas.

VARIORUM.

533. ETRURIA. Videtur intempeſtiva *Etruriae* mentio. ſed puto in gratiam Maecenatis, cui hoc opus dicavit, dictum. BURM.

534. PULCHERRIMA RERUM. Vernaculi interpretes hanc locutionem non intellexerunt. verum eſt, *Romanos rerum dominos*, *Romam caput rerum* dici paſſim, pro totius orbis. ſic lib. VII. 602. *maxima rerum Roma.* ſed hic conſtrui debet, *Roma facta eſt pulcherrima rerum*, id eſt omnium imperiorum, quae fuerunt, pulcherrima, beatiſſima, laude omni digniſſima. vid. Barth. ad Stat. VII. Theb. 788. & ita homines dicuntur *pulcherrimi rerum*, prae omnibus praeſtantiſſima forma inſignes. vid. ad Ovid. VIII. Met. 50. ſic & *triſtiſſima rerum*, pro ſumma calamitate Valer. Flac. III. 369. ubi vide adnotata. *pulcherrima* vero hic, ut Flor. IV. 1. *pulcherrimum imperium.* & II. 19. *pulcherrimus populus.* BURM.

535. SEPTEMQUE UNA. Hunc verſum & in VI. Aen. 786. ponit, nec legendum eſt aliter ex Acrone. *Arces* vocat montes Romanos propter ſedes regias in iis conſtitutas. Auſonius in Epithalamio.

Aurea ſeptemgeminas
Roma coronat arces.

Horatius lib. I. Car. 2. per *arces ſacras* montem tantum Capitolinum intelligit, propter Jovis templum. FABRIC. Schol. Horat. ad carmen ſeculare videndus. *ſeptem quae una* Ed. Junt.

536. AN-

46 ETRURIA. Eleganter Italiam Hetruriae junxit, quoniam de primo loquitur Romuli imperio. Titum collegam ejus intelligi vult. ſive quod Hetruſci bellicoſiſſimi, & gens magna fuit. ſecundum hiſtorias, Tuſcos uſque Siculum (ſ. Siculum fretum) omnia poſſediſſe. Etruſci enim bellicoſiſſimi, apud quos primum Romuli fuit imperium. G. 47 Cretenſi Steph. Dan. 48 occulte Jupiter in Creta nutritus eſt lacte Dinuae * Caprae Coritis & Corybantibus, qui ex eo Dictaeus appellatur, quod regio Cretenſis dicta a monte Dictaeo. Britone matris filia cum perſequentis Minois amatoris ſui vim fugiens ex hoc monte in ſubjectum praecipitem dejecit, & excepta retibus incolumis evaſit, qua dicitur grecia decima. ideo & mons Dictaeus, non regio Dictaea appellatur, in qua honeſtum Diana ipſa etiam opem detulit, *Dictinna* appellata eſt. G. 49 deſunt L. V. Voſſ. R. B. Steph. Dan. ſed Baſil. continuabat. *qui d. majores* b. c. n. putaſſe: Juvenalis, *neſcirant* &c. 50 mire ruſticos impios dixit, quia juvencos in epulas fuderunt, ſervandos magis ruri. G, tunc ſequebatur. 51, 538. AUREUS. non aureus Saturnus, ſed quia in aureo ſeculo regnabat G. 52 CLASSICA. Tubas, litus. (lituos) primitus enim dividebantur exercitus, poſtea legio ab electione dicta G. 53 *neſcirent* V. G. L. Voſſ. R. B. *gladius* R. *extundere* V, L. R. Voſſ. B. Baſil. in Juvenali *extundere.* ſed *procudere enſes* Horat. IV. Od. ult. dixit.

Digitized by Google

Inpoſitos duris crepitare incudibus enſes.
Sed nos inmenſum ſpatiis confecimus aequor:
Et jam tempus equûm fumantia ſolvere colla.

SERVII.

541. ET JAM TEMPUS EQUUM FUMANTIA SOLVERE COLLA. Allegoricôs hoc dicit: Debemus fatigato ingenio parcere, & facere finem [54] carmini. Sane non eſt comparatio, ſed tranſlatio: ſicut & in primi fine diximus. Et plerique volunt, ideo eum dixiſſe hoc loco carmini Georgico [55] finem ſe eſſe facturum, quod duo ſequentes libri paſtorales ſunt, non [56] Georgici; ut etiam in prima hujus carminis parte memoravimus.

VARIORUM.

536. ANTE. *Antea* Gudian.

538. HANC VITAM IN TERRIS. Vondelius vertit, Saturnus habitavit hanc terram, ſc. Italiam, ante Jovis regnum. Quum Cretam habitaſſe, indeque ejectum a Jove fabulae tradant. poſt ergo Jovis regnum dicendum foret. ſed in terris, id eſt, quum Dii mixti etiam hominibus viverent in terris, id eſt, rure, & poſtea relictis terris coelum petierunt. quod probari minime opus eſſe puto. BURM.

540. INPOSITOS DURIS CREPITARE. *Impoſitis auros crepitare* Mediceus. HEINS. *Enſis* Menagii prior.

542. FUMANTIA. *Spumantia* Parrhaſ. vid. ad Phaedr. III. 6. eadem vero in Mſſ. eſt diſcrepantia apud Quinctil. VIII. 6. ubi hunc locum laudat: *fumantia* agnoſcit etiam Beda de tropis S. S. pag. 352. BURM.

54 carminis V. L. G. Voſ. R. B. 55 ſpem eſſe futurum G. 56 Geometrici G.

P. VIR-

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON
LIBER TERTIUS.

TE quoque, magna Pales, & te memorande canemus
Paſtor ab Amphryſo: vos, ſilvae amneſque Lycei.
Cetera, quae vacuas tenuiſſent carmine mentis,
Omnia

SERVII.

1. TE QUOQUE, MAGNA PALES. Invocat deam pabuli, dicturus de animalibus: ſicut de frumentis dicturus & vitibus, Cererem invocavit & Liberum. Sane non eſt mirandum, eſſe uſum eum prooemio; ſicut eſt uſus in primo: nam aliud quodammodo inchoaturus eſt carmen, paſtorale ſcilicet, [1] poſt completum Georgicum. Deinde etiamſi unum ſit, ſcimus conceſſum eſſe ſcribentibus, ut iteratione prooemii legentium interdum reficiant laborem: nam & Livius frequenter innovat principia, ut: *Incenſa a Gallis urbe.* [2] Et: *Completis conſulibus.* Et Cicero in Verrinis, qui in frumentaria conciliavit auditorum animos, iteratione principii, ut: [3] *Omnes qui alterum judicant.* PALES autem, ut diximus, dea eſt pabuli: quam alii Veſtam; alii Matrem Deûm [4] volunt: Hanc Virgilius genere foeminino appellat. Alii, inter quos Varro, maſculino [5] genere, ut: *hic Pales.* Huic ſacra ſolvuntur XI. [6] Kalendarum Majarum die, quae [7] *Palilia* vocantur.

2. PASTOR AB AMPHRYSO. *Amphryſus*, fluvius eſt Theſſaliae, [8] circa quem Apollo [9] ſpoliatus divinitate, ob occiſos Cyclopas [10] Admeto regi paviſſe armenta dicitur: unde eum nunc invocat, qui *Nomius* vocatur, vel ἀπὸ τ̃ νομῆς, id eſt, a paſcuis: vel ἀπὸ τ̃ νόμων, [11] id eſt, a lege [12] chordarum. SYLVAE AMNESQUE [13] LICAEI. Κατ' ἐξοχὴν montem Arcadiae poſuit: vel quia pecoroſa eſt; vel quia Pan illic eſt ruſticum numen.

3. CAETERA, QUAE VACUAS TENUISSENT CARMINA MENTES. Hoc eſt, fabulae, quae [14] delectationi eſſe poterant, & occupare mentes curis ſolutas, jam deſcriptae a multis in omnium ore verſantur.

PHILARGYRII.

3. CARMINA. Legitur &, *carmine*, &, ut puto, rectius: non enim dicit cetera carmina jam vulgata, ſed *cetera omnia*, abſolute, id eſt, ceterae omnes res vulgatae.

VARIORUM.

2. AMPHRYSO. *Amfreſo* Mediceus. *Amfriſo* Mentel. pr.

3. QUAE VACUAS TENUISSENT CARMINA MENTES. *Carmina* etiam Francianus. & Heinſius ad Ovid. I. Triſt. VII. 24. non improbare videtur. mihi parum referre videtur. *Tenere mentes* poteſt & delectare exponi, ut vidimus ad Ovid. IV. Faſt. 20. & XII. Met. 167. ſed quia ad-

1 Deeſt Dan. & Heinſius legebat, *completo Georgico.* 2 ut Reg. L. Voſ. B. Steph. Dan. 3 *Omnis quidem judices* Voſ. I., *omnes qui alterum i. u. d.* R. *o. q. alterum. vid.* B. *qui alterum judices* Voſ. *qui alterum judicant* Fab. al. in Cicerone hodie III. Verr. 2. legitur, *omnes qui alterum, judices, in judicium vocant.* 4 vocant V. Steph. Dan. Fabr. eſſe volunt B. 5 deeſt L. Voſ. R. B. Baſil. 6 Kalendas Majas Steph. Dan. Fabr. al. x. Kal. B. 7 *Papilia* R. L. *Palia* B. 8 apud Steph. Dan. 9 exſpoliatus R. Voſ. L. 10 Admeti Regis L. Admetu regi Voſ. 11 id eſt lege V. R. Voſ. L. 12 cordarum R. Voſ. L. B. 13 *Lycaei* genitivus eſt ſingularis, & Κατ'. Urſin. Cod. 14 dilectationi V.

Omnia jam volgata. Quis aut Euryſthea durum,
Aut inlaudati neſcit Buſiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?

Hip-

SERVII.

4. QUIS AUT EURYSTHEA DURUM? *Euryſtheus* rex fuit Graeciae, Perſei [15] genus; qui Junonis inſtinctu imperabat Herculi, ut varia monſtra ſuperaret, quibus poſſet perire: unde eum *durum* appellavit, qui potuit ad complendum odium novercale ſufficere.

5. AUT ILLAUDATI NESCIT BUSIRIDIS ARAS? *Buſiris* rex fuit Aegypti: qui cum ſuſceptos hoſpites immolaret, ab Hercule interemptus eſt, quum etiam eum voluiſſet occidere. Hujus [16] laudes ſcripſit [17] Iſocrates: unde *illaudati*, participium eſt pro nomine: ut ſit illaudabilis, non qui laudatus non ſit: ſed qui laudari non [18] meruerit: ut eſt illud in ſeptimo Aeneidos 11. *Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos*: pro inacceſſibiles: non ad quos nullus acceſſit, ſed ad quos nullus accedere debeat. [19] [ARAS. In quibus ille hoſpites immolabat.]

6. CUI NON DICTUS HYLAS PUER. Id eſt, a quo. Horatius I. Od. 6. *Scriberis Vario fortis & hoſtium*, Pro a Vario. *Hylas* autem ſocius Herculis fuit, qui aquatum profectus, raptus eſt a Nymphis in [20] Myſia. LATONIA DELOS. Inſula, in qua Latona enixa eſt Apollinem & Dianam; quam inſulam ante vagam Apollo, ut in tertio 76. legimus, [21] *Mycone celſa Gyaroque revinxit*: [22] [ubi [23] fabulam plenius diximus] ſtabilem fecit.

PHILARGYRII.

5. BUSIRIDIS. *Buſiris*, Aegypti rex, omnibus annis Jovi hoſpites immolabat: nam per octo annos Aegypto ſterilitate laborante, Pygmalion Cyprius finem futurum non ait, niſi ſanguine hoſpitis litatum fuiſſet. Primus autem Thyeſtes alienigena immolatus originem ſacrificio dedit. Alii ſic: *Buſiris*, Neptuni filius, rex Aegypti, qui, cum Jovi hoſpites immolaret, pari exemplo mactatus eſt ab Hercule, ipſum quoque auſus aris admovere.

VARIORUM.

addit *tenere vacuas mentes*, aliquid plus ſignificare puto. ita nimirum novitate ſua occupare mentes, ut praejudicata opinione carmina ejusdem generis non avide poſtea audiant vel legant, ſed primum fabularum harum auctorem ſolum fere mirentur. ita Phaedrus lib. v. fab. 5. *favor jam mentes tenet*, ubi vide quae dixi. & hinc *vacuas mentes* non interpretarer, *otioſas*, ut Catroeus, nec etiam pejus aliquantum cum Vondelio, *inanes mentis imagines*, aut *curis ſolutas* cum Servio. ſed quibus non antea illae fabulae occentatae fuerunt, quas nunc faſtidiunt ab aliis toties dictas. & hinc in ſequentibus Poëta gloriatur, ſe non Herculis labores &c. cantaturum, ſed primum omnium Latinorum res Caeſaris Auguſti, quae a ỳ. 12. enumerat, celebraturum carmine: ſed interim ſe *primum* etiam Georgica ỳ. 40. traditurum Romanis, ut vacuas mentes, non occupatas & fatigatas, trito & vulgato carminis genere teneat, delectet, & occupet novitate. ita Ovid. v. Met. 284. dicit, *dulcique animos novitate tenebo*. *vacuae mentes* ergo ſunt non ante occupatae ab aliis, qui eamdem materiem tractaverunt, ſed ſe *intactam*, ut ỳ. 41. aliis, nunc proditurum profitetur carminibus ſuis: *vacuae* vero opponuntur *obtuſis*, ut de auribus ſolent loqui. imitatur haec non infeliciter, licet verboſius juſto, Nemeſianus initio Cynegetici ſui, qui ỳ. 46. ſecundum explicationem noſtram, ita concludit ſua.

Haec jam magnorum praecepit copia vatum,
Omnis & antiqui vulgata eſt fabula ſecli.

Mentis habebat hic Rottendorph. tertius. BURM.

4. VULGATA. *Volgata* Gudianus & tertius Mentelii. *ſunt vulgata* Parrhaſ. *qui aut* Lutatius ad Stat. I. Achil. 189. vitioſe: ſed recte ad VI. Theb. 311. ubi & *durum* explicat, quia potuit ad complendum novercale odium ſufficere, ut hic Servius. reſpici vero Homerum credit Urſinus: e quo Iliad. T. 123. & ſeqq. haec fabula petenda eſt. BURM.

5. ILLAUDATI. De hac voce Gellius libro II. Noct.

15 vel genis V. apud Schol. Statii *Perſa genus*, & altero loco, *per ſe igneus*, unde Barthius, *per ſe ſegnis*. 16 laudem V. R. Voſ. L. B. Baſil. 17 Socrates Voſ. L. Steph. 18 meruit Dan. 19 deſunt L. R. V. Voſ. B. Steph. Dan. al. 20 Myſia, nam Meſia provincia eſt R. in Myſiam B. 21 *Myconae celſa* R. Voſ. V. L. B. *Myconas* Baſil. leg. *Mycono celſa* & vid. Heinſ. ad d. l. 22 deſunt V. Voſ. L. 23 fabulam ejus Fabr. al.

Hippodameque, humeroque Pelops inſignis eburno,
Acer equis? tentanda via eſt, qua me quoque poſſim
Tollere humo, victorque virûm volitare per ora.
Primus ego in patriam mecum, modo vita ſuperſit,

Ao-

SERVII.

7. HIPPODAMEQUE. Graeca quae [24] in η exeunt, plerunque ipſum η in ια ſolvunt: ut, *Hippodame*, *Hippodamia: Penelope*, *Penelopia*. Fabula talis eſt: *Hippodame* filia fuit [25] Oenomai, regis Elidis & Piſarum: hic equos habuit velociſſimos, utpote ventorum flatu creatos, [26] qui procos filiae multos necavit, ſub hac conditione provocatos ad curule certamen, ut aut victus traderet filiam, aut [27] victos necaret. Poſtea cum Pelopem amaſſet Hippodamia, corrupit Myrtilum aurigam patris, primi coitus pactione: qui factis cereis axibus, quum, victore Pelope, a puella promiſſum poſceret praemium, ab ejus marito praecipitatus in mare eſt, cui nomen impoſuit: nam ab eo [28] Myrtoum dicitur pelagus. HUMEROQUE PELOPS INSIGNIS EBURNO. Tantalus, pater Pelopis, volens deorum tentare divinitatem, invitatis [29] eis, filium ſuum epulandum appoſuit, a quo omnes dii abſtinuerunt, excepta Cerere, quae brachium ejus conſumpſit. [30] [Poſtea punito Tantalo, cum dii voluiſſent ejus filium revocare ab inferis, Ceres ei eburneum brachium reſtituit.] Quod ideo fingitur, quia Ceres ipſa eſt terra; quae corpora univerſa conſumit, oſſa tantum reſervans.

8. ACER EQUIS. Victor etiam Oenomai. VIA; Ratio [31] ineunda. ME QUOQUE POSSIM. Sicut ſe alii ſuſtulerunt carminis merito.

9. VICTOR. Effector propoſiti & voti. Sic paulo poſt ℣. 17. *Illi victor ego.* [32] [VOLITARE PER ORA. Ab omnibus laudari.]

10. PRIMUS EGO IN PATRIA. Ideo *primus*, quod ante illum nullus Mantuanus poëta fuit: aut quia nullus exinde talis emerſit. MODO. Tantummodo.

VARIORUM.

Noct. Atticar. cap. VI. & Macrobius Saturnal. VI. cap. 7. conſulendi. HEINS. *Buſiridis arces* Mediceus. H. Steph. diſſ. de Criticis p. 86. defendit hic Virgilium. *laudata* vero quum dicantur omnia ſumma, excellentiſſima. (vid. ad Ovid. XVI. Ep. 131.) *illaudata* ſunt peſſima & teterrima, quae nemo debet laudare, ut ipſe Servius hic & ad lib. VII. Aen. 11. explicat. ſic Sueton. Tit. VIII. *memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit:* ut ℣. 1. noſter *memorandum* Apollinem vocat. ceterum multa talia participia olim in uſu fuere, pro quibus poſtea adjectiva in *ibilis* adhibuere. ita *invictus* olim, deinde *invincibilis*, & ſimilia. BURM.

6. CUI NON DICTUS HYLAS. In Mſſ. Pierii *quoi*. vide ad Eclog. IV. 62. *quoi non riſere*, quae illic noto. HEINS. Sed *cui* habet hic Schol. Horat. I. Od. 21. de Hyla reſpici ad Theocritum, de Delo ad Callimachum, cenſet Urſinus.

8. VIA EST. Deeſt verbum ſubſtantivum Tolliano. *tum danda via eſt*. Ed. Venet.

10. PRIMUS EGO IN PATRIAM. Ex his colligit Catroeus, haec addidiſſe ſecundis curis Virgilium, quum deſtinaſſet ire in Graeciam, ibique triennio morari, ut Philoſophiae operam daret. ſed tunc debuiſſet laudem ex ſtudio ſapientiae jactare ſe in patriam deduxiſſe: agit vero de Poëticae laude. quare ego de voto ſimplici, cui ſimile eſt illud Ecl. IV. 54. intelligo: ut optet ſibi vitam ſupereſſe, quo poſſit patriam ſuam Mantuam decorare. & hinc reliqua non proprie capienda, ſed figurate. nam ſi *Aoniam* capias de regione Graeciae Boeotia (male Theſſaliam Catroeus, ibi enim Helicon non erat) ergo & *Idumaeas palmas*, pro Phoeniciis cogemur capere, & inde colligere Poëtam eo etiam proficiſci in animo habuiſſe, quum tantum notent praeſtantiſſimas, ut erant in Phoenicia, vel, ut Servius, abundantiſſimas. nec argumentum valet a voce *rediens*, quod, non dicam jam, ſaepe idem eſſe quod *venire* (vid. ad Ovid. III. Faſt. 466.)

24 in e V. 25 Oenomii R. 26 qui pro cauſa filiae R. 27 victor Cod. Urſ. B. Steph. Fabr. 28 Myrteum R. Voſſ. L. V. B. Steph. Dan. ab ejus nomine Myrt. Fabr. al. 29 deeſt R. Voſſ. L. B. Steph. 30 deſunt V. R. Voſſ. poſtea Dii punito T. cum B. Fab. poſtea dii petente T. quum vol. Baſil. 31 deeſt L. R. Voſſ. V. B. Steph. Fabr. al. 32 deſunt L. Voſſ. R. B. Steph. Dan.

Aonio rediens deducam vertice Muſas:
Primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas:
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat .
Mincius, & tenera praetexit arundine ripas.
In medio mihi Caeſar erit, templumque tenebit.
Illi victor ego, & Tyrio conſpectus in oſtro

Cen-

SERVII.

11. Aonio vertice. *Aonio*, Boeotio. Eliconia, ipſa eſt Boeotia, in qua eſt Elicon mons, Muſis dicatus.

12. Idumaeas palmas. [33] Abundantes, quales ſunt & quantae apud *Idumen*, civitatem Phoenicis, Lucanus III. 216. *Et arbuſto palmarum dives Idume.*

13. [34] [Viridi campo. Hic eſt campus, de quo ait II. Georg. 198. *Et qualem infelix amiſit Mantua campum.*

14. Propter aquam. Id eſt, juxta aquam.]

16. In medio mihi Caesar erit, templumque tenebit. Id eſt, ipſi templum dabo. Et verbo uſus eſt pontificali: nam qui templum dicabat, poſtem tenens, dare ſe dicebat numini, quod [35] ab alio neceſſe fuerat jam teneri, & [36] ab humano jure diſcedere. Quod autem dicit, *in medio mihi*, ejus templum fore ſignificat: nam ſemper ei ſacratus numini locus eſt, cujus ſimulachrum in medio collocatur: alia enim ad ornatum tantum pertinent.

17. Tyrio conspectus i. o. In habitu pontificis: cujus ſe officium dicit in templi conſecratione ſumpturum.

PHILARGYRII.

11. Aonio. Boeotio; quod ibi primi Aones fuerunt. Musas. Helicon mons eſt Muſis dicatus.

12. Idumaeas. Gens eſt Syriae. Quidam *Idumaeas palmas*, ab Iduma, quae eſt urbs Lydiae, palmarum ferax, dictas volunt. Plerique Idumam Syriae Judaeae civitatem credunt.

13. Et viridi in campo. Hic eſt campus, de quo ait: *Et qualem infoelix amiſit Mantua campum.*

16. Tenebit. Pro [37] poſſidebit. *Compos voti* autem, pro, laetus animi.

VARIORUM.

466.) unde & hic in Menagiano priore eſt *veniens*, in altero Rottend. *reſidens*. ſed quia *victor* etiam figurate pro voti compote centies ponitur. (vid. mox ℣. 114. Ecl. IX. 5. & paſſim) huic vero accommodatum eſt verbum *rediens*, ut ad d. l. Ovidii docuimus, & alibi. Fingere ergo debemus Poëtam Neapoli hoc tempore ſtudiis vacaſſe Poëticis, & ut in fine lib. IV. teſtatur, ibi Georgica ſcripſiſſe. unde *victor*, id eſt voti compos, & Poëtices laude clarus, in patriam ſuam rediens deduceret Muſas, quibus templum ſtatueret: *vita ſuperſtes* Ed. Venet. BURM.

12. Idumaeas. *Idimeas* Francianus. *Idymaeas* Mediceus. *Hydimeas* Voſſ. prior *Idumaeas* dixit. ut lib. II. 549. *Sicyoniam baccam* & ſimile: non quod in Palaeſtinam iter meditaretur. ſed quia ibi celebres palmae. vid. Cerdam. BURM.

15. Mincius. Multi codices *mintius*.

17. Illi. *Illic victor ego*, *Tyrio* Francianus. & ita Carroeus, qui *victor* explicat de Poëta, qui carmine vicit Graecos. ſed *victor*, eſt voti compos. & eſt ſenſus, poſtquam hoc carmen rite elaboravero, & ſupremam manum impoſuero ex voto meo. *illi* poteſt pro *illic* capi. vid. ad lib. II. Aen. 503. & 548. ſed & *illi* poteſt eſſe Caeſari, in illius honorem. BURM.

20. De-

33 abundantes quantae ſunt apud B. R. L. Voſ. V. Steph. Dan. al. 34 deſunt R. L. Voſ. V. Steph. Dan ad ℣. 16. 35 ab illo R. Voſ. L. V. B. Fabr. al. 36 deeſt R. Fabr. al. ab h. j. deſcendere B. 37 turbata haec credit Cl. Dorvilius, & legendum, poſſidebit. Illi victor: *victor* autem compos voti, ut *laetus animi*.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi, Alpheum linquens lucoſque Molorchi,
Curſibus & crudo decernet Graecia ceſtu.
Ipſe, caput tonſae foliis ornatus olivae,
Dona feram. Jam nunc ſollemnis ducere pompas
Ad delubra juvat, caeſoſque videre juvencos:

Vel

SERVII.

18. Centum quadrijugos agitabo ad flumina c. Id eſt, unius [38] diei exhibebo Circenſes ludos: quia, ut Varro dicit in libris [39] de Gente populi Romani, [40] olim xxv. miſſus fiebant: ſed viceſimusquintus dicebatur aerarius, eo, quod de collatione populi exhibebatur: qui deſiit eſſe, poſtquam conferendae pecuniae eſt conſuetudo ſublata: unde hodieque permanſit, ut ultimus miſſus, appelletur aerarius. Ergo *centum currus* ſecundum antiquitatem dixit: ſicut etiam *ad flumina*. Olim enim in littore fluminis Circenſes [41] agitabantur: in altero latere poſitis gladiis, ut ab utraque parte eſſet ignaviae praeſens periculum: unde & Circenſes dicti ſunt, [42] quia exhibebantur in circuitu enſibus poſitis: licet alii a circumeundo dicant Circenſes vocari.

19. Cuncta mihi. In honorem meum. Et hoc dicit: Ex aliis agonibus [43] ad me certatura Graecorum multitudo conveniet. Per Alpheum autem, Jovis Olympici agonem ſignificat: nam *Alpheus* fluvius eſt Elidis, quae civitas juxta Piſas eſt, in qua colitur Olympicus Juppiter. Lucoſque Molorchi. Id eſt, ſylvam Nemeam, in qua celebratur agon in honorem Archemori, [44] [cujuſdam paſtoris.] *Molorchus* autem paſtor fuit, qui Herculem, venientem ad occidendum Nemeum leonem, ſuſcepit hoſpitio. [45] [Eos autem ludos accipimus per *Alpheum*, qui Olympici dicuntur: per *lucos Molorchi*, eos, qui *Nemea* vocantur.]

20. Crudo caestu. Duro, ut v. Aen. 69. *Seu crudo fidit pugnam committere caeſtu.* Tonsae olivae. Minutis foliis compoſitae, ut I. Aen. 702. [46] *Tonſiſque ferunt mantilia villis.* Habiturum [47] ſe autem coronam [48] tonſilem dicit, [49] [ut Cicero in Piſon. cap. VIII. *Cum ſaltatrice* [50] *tonſa.*]

23. [51] [Delubra. Deorum templa. Juvat. Delectat. Caesos juvencos. Immolatos in ſacrificium.]

PHILARGYRII.

19. Alpheum. *Alpheus*, fluvius Elidis. Eos autem ludos accipimus per Alpheum, qui olim Pythici dicebantur, [52] [vel Olympici, qui quinto quoque anno celebrabantur.] Linquens. Participium inſtantis pro praeterito. Ludosque Molorchi. Per *ludos Molorchi* accipimus eos, qui Nemei, ubi Molorchus rex, qui Herculem ad Nemeum leonem tendentem recepit hoſpitio.

21. Tonsae. Compoſitum, ut Cicero: *Cum ſaltatrice tonſa.*

VARIORUM.

20. Decertet. *Decernet* vetuſtiores. nonnulli tamen & *decertet*. quomodo & Mediceus a ſecunda manu. HEINS. *Decernit* Mentelius prior. & Francianus. *decertat*, & ſuperſcriptum *decertet*. Parrhaſ. & ita Ed. Venet. & Mediol. *Graecia ludo* Zulichemius. vid. VII. Aen. 525. & ad Val. Flac. IV. 193. & VIII. 319. Senec. V. de Benef. 3. etiam *decernere ceſtu* dixit. BURM.

22. Dona. Catroeus, praemia victoribus dabo. in ludis

38 Dei V. 39 de gente prim. R. quod natum ex P. R. id eſt Populi Romani: nam ita erat in Voſ. in B. de gente Pri. de rebus P. Rom. Fabr. al. 40 olim xxv. miſſus appellati: aerarius, ergo centum currus ſecundum ant. &c. fluminis Circenſes dicti ſunt, qui exhibebantur in circumitu enſibus poſitis. licet &c. ad finem, reliquis omiſſis Voſſ. 41 peragebantur R. L. exhibebantur Cod. Urſ. agebantur B. 42 qui B. al. 43 ad me certatorum multitudo Cod. Urſ. ad me c. horum m. L. R. Voſ. ad me certaturum mult. B. conveniat V. convenit Cod. Urſ. Steph. 44 deſunt R. V. Voſ. L. B. Steph. Dan. 45 deſunt iisdem. 46 *tonſiſque ferunt*, *apteque ferunt* R. *mantelia* B. 47 deeſt V. 48 deeſt R. 49 deſunt L. Voſ. R. B. V. Steph. Dan. nam ex Philargyrio tranſlata. 50 deeſt Fabr. al. *Tonſa*, id eſt compoſita Baſil. 51 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. Dan. 52 deſunt Commel. & Dan. vid. Brouckhuſ. ad Tibul. IV. I. 13.

Digitized by Google

Vel ſcaena ut verſis diſcedat frontibus; utque
Purpurea intexti tollant aulaea Britanni.
In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto
Gangaridum faciam, victoriſque arma Quirini:
Atque hic undantem bello, magnumque fluentem
Ni-

SERVII.

24. VEL SCENA UT VERSIS. Apud majores theatri gradus tantum fuerunt: nam ſcena de lignis [53] tantum ad tempus fiebat: unde hodieque permanſit conſuetudo, ut componantur pegmata, a ludorum theatralium editoribus. *Scena* autem quae fiebat, aut *verſilis* erat, aut *ductilis: Verſilis* tunc erat, cum ſubito tota machinis quibuſdam convertebatur, & aliam picturae faciem oſtendebat. *Ductilis* tunc, cum tractis tabulatis hac atque illac ſpecies picturae nudabatur interior. Unde perite utrunque tetigit; dicens, VERSIS DISCEDAT FRONTIBUS: ſingula ſingulis complectens ſermonibus. Quod Varro & Suetonius commemorant.

25. PURPUREA INTEXTI TOLLANT AULAEA BRITANNI. Hoc ſecundum hiſtoriam eſt locutus: nam Auguſtus, poſtquam vicit Britanniam, plurimos de captivis, quos adduxerat, donavit ad officia theatralia. Dedit etiam *aulaea*, id eſt, [54] velamina, in quibus depinxerat victorias ſuas: & quemadmodum Britanni, ab eo [55] donati, eadem vela portarent: quae re vera portare conſueverant: quam rem mira expreſſit ambiguitate, dicens, INTEXTI TOLLANT: nam in velis ipſi erant picti, qui eadem vela portabant. *Aulaea* autem dicta ſunt, ab aula Attali regis, in qua primum inventa ſunt vela ingentia, poſtquam is populum Romanum ſcripſit haeredem.

26. SOLIDO ELEPHANTO. [56] Ex ebore integro, non ſectili. GANGARIDUM. *Gangaridae* populi ſunt inter Indos & Aſſyrios, habitantes circa *Gangem* fluvium; unde etiam *Gangaridae* dicti ſunt. Hos [57] devicit Auguſtus: unde eſt II. Georg. 172. *Imbellem avertis Romanis* [58] *arcibus Indum.* GANGARIDUM vero pro *Gangaridarum* poſuit: quia hic *Gangarida* facit. Quod autem ait:

27. VICTORISQUE ARMA QUIRINI. Non eſt contrarium: nam, ut etiam in primo Aeneidos 292. diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Auguſto commemorat: *Quodam tempore tres partes populi, conſentiente ſenatu, obtuliſſe ei tria nomina: Quirini, Auguſti, Caeſaris. Ille ne unum eligendo, alias offenderet partes; primo Quirinus eſt dictus: inde Caeſar: poſt in nomine permanſit Auguſti.* Unde eum Virgilius omnibus iſtis appellat nominibus. Nam *Quirinum*, Romulum accipere non poſſumus; [59] quia *Gangaridas* penitus ignoravit.

28. UNDANTEM BELLO NILUM. Quaſi non undas, ſed bella portantem: propter Antonii & Cleopatrae graviſſimum praelium. MAGNUMQUE FLUENTEM. Pro magne, [59] * [nomen pro adverbio,] ut VII. Aen. 399. *Torvumque repente Clamat.*

PHILARGYRII.

27. GANGARIDUM. Id eſt, Indorum, a Gange fluvio.

VARIORUM.

ludis his. ſed ſacrificia, puto, intelligit, ut ex ſeq. apparet. Ovid. Ep. VI. 77.

Dona feram templis, vivum quod Iăſona perdo?
Hoſtia pro damnis concidat icta meis?

ubi vide quae notavi. & alibi paſſim hoc ſenſu *dona* & *munera* occurrunt. BURM.

Ibid. DUCERE. *Deducere* Venetus & alter Menagianus, & Ed. Juntae. ſed adverſante metro, niſi *nunc* abjiciatur, ſed tunc dura verſus erit menſura. Ovid. XII. Ep. 151. *Pompam pater, inquit, Iăſon Ducet.* & ita ille alibi. ſic *chorum, familiam* &c. *ducere.* BURM.

25. TOLLANT. *Tollent* Menagius alter. *Britani* Francianus. *intexta* Menagii prior. Britanni illi intexti & picti credendi eo habitu, ut viderentur tollere aulaea. male Servius & contra Hiſtoriae veritatem: non enim Auguſtus vicit Britannos,
ut

53 deeſt V. R. Voſ. L. B. 54 ve'a mimica Voſ. L. vela inimica Baſil. 55 domati V. 56 deeſt V. R. L. Voſ. B. Steph. Dan. 57 vicit V. Voſ. L. R. B. Baſil. 58 artibus V. 59 qui Voſ. R. 59 * deſunt L. Voſ. R. B. Steph.

Digitized by Google

Nilum, ac navali ſurgentis aere columnas.
Addam urbis Aſiae domitas, pulſumque Niphaten,
Fidentemque fuga Parthum verſiſque ſagittis,
Et duo rapta manu diverſo ex hoſte tropaea,
Biſque triumphatas utroque ab litore gentis.

Sta-

SERVII.

29. Ac navali surgentes aere columnas. Auguſtus, victor totius Aegypti, quam Caeſar pro parte ſuperaverat, multa de navali certamine ſuſtulit roſtra; quibus conflatis quatuor [60] effecit columnas, quae poſtea a Domitiano in Capitolio ſunt locatae: quas hodieque conſpicimus: unde ait: *Navali ſurgentes aere columnas.* Nam roſtratas [61] C. Duillius cos. poſuit, victis Poenis navali certamine: e quibus unam in roſtris; alteram [62] ante circum videmus a parte janitarum.

30. Niphatem. *Niphates*, & fluvius eſt & mons, ut VII. Aen. 697. *Et* [63] *Cimini cum monte lacum.* Per *Niphatem* autem, populos juxta habitantes accipimus: nam nec [64] fluvius, nec mons unquam poteſt pelli.

31. Fidentemque fuga Parthum. Bene *fidentem:* tunc enim melius jaculantur ſagittas.

32. Rapta tropaea. Raptim & ſine labore quaeſita. Diverso autem ex hoste, Orientis & Occidentis [65] accipimus: unde [66] & ait: *Utroque ab littore:* Orientis, propter Gangaridarum: Occidentis, propter Britannorum triumphum.

PHILARGYRII.

29. Columnas. *Columnas* dicit, quae in honorem Auguſti & Agrippae roſtratae conſtitutae ſunt.

32. Rapta. Dicendo *rapta* celeritatem victoriae oſtendit.

33. Utroque ab litore. *Utroque* autem *ab litore*, id eſt Oceani orientalis, & occidentalis, ut ſit de Aegypto & Cantabris: vel de India, & Britannia.

VARIORUM.

ut nec Indos; ſed haec de apparatu bellorum Auguſti capienda, ex quibus jam victorias vaticinatur Poëta. Si enim haec a Poëta adjecta eſſent, poſtquam Indis pax eſſet data, ſine ullo bello aut pugna, inepte pugnae mentionem faceret, quum majeſtati nominis Auguſti debuiſſet Indorum legationem, pacem petentium, adſcribere. BURM.

27. Gangaridum. *Gargaridum* alter Rottendorphius. *victoris & arma.* Parrhaſ. *Gangarides* pro *Gandarides* Latinos extuliſſe docet Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 698. BURM.

28. Hic. *Hinc* Mentelius prior a manu ſecunda, etiam tertius & alter Rottendorphius Leidenſis, Zulich. Regius & alius. *magnique* Leidenſis unus. *furentem* Parrhaſ. mox *aut navali* fragm. Moreti.

Ibid. Bello. Sanguine occiſorum, Gloſſa Reg.

30. Addam. *Ac tum urbes* Ed. Venet.

Ibid. Pulsumque Niphatem. *Niphaten* Mediceus. ſic *Euphraten.* idem libro IV. 561. cum Mediceo faciunt alter Mentelianus & tres alii. etiam Leidenſis & Rottendorphianus tertius. praeterea & Scholiaſtes Mſ. Juvenalis Satyra VI. ÿ. 408. HEINS. *Niphaton* Voſſianus alter. fluvios vero, montes & alia loca pro populis poni vidimus ad Grat. Cyneg. ÿ. 100. & 314. vid. & Serv. ad II. Georg. 137. BURM.

33. Utroque ab litore gentes. *Diverſo a litore* Scholiaſtes Horatii Cruequianus libro primo Ode 35. HEINS. *A litore* ſecundus Moretanus & fragm. Moret. *caroque ab litore* Leidenſis unus. per duo tropaea, forte intelligit duo bella, Dalmaticum & Cantabricum, quae ſola per ſe geſſit, reliqua per legatos, teſte Suet. Aug. XX. & hoc *rapta manu* volunt: nam *manu* dicuntur fieri, quae ipſi facimus, non per legatos aut miniſtros. ut lexica nos ignorare non patiuntur, & ſexcentis exem-

60 Efficit L. 61 Julius poſuit R. Voſ. B. Julius Caeſar Steph. Dan. Fabr. al. Vilius Cod. Urſ. pro quo ille reſcribi jubet *Bilius*, quia ita antiqui Duillium vocabant. & ita Ciacconius ad columnam roſtratam. qui & in Quinctiliano lib. I. cap. 4. *Duillios quidam dicere Bilios auſi*, legebat. vid. Merulam ad Ennii Annal. pag. 59. BURM. 62 ante arcum Steph. al. videmus parte januarum B. 63 Ciminum montem & lacum R. 64 fluvius unquam nec mons Voſ. L. R. 65 deeſt V. 66 unde ait Steph. Dan. Fabr. unde & *utroque* Baſil.

Stabunt & Parii lapides, ſpirantia ſigna,
Aſſaraci proles, demiſſaeque ab Jove gentis
Nomina, Troſque parens, & Trojae Cynthius auctor.
Invidia infelix Furias amnemque ſeverum
Cocyti metuet, tortoſque Ixionis anguis,
Inmanemque rotam, & non exſuperabile ſaxum.

40 In-

SERVII.

34. STABUNT ET PARII LAPIDES, SPIRANTIA SIGNA. In templo Caeſaris majorum ejus ſtatuas dicit [67] ſe eſſe poſiturum, quas commendat & a pretioſo marmore, & ab arte, dicens: *Spirantia ſigna*. ſic alibi VI. Aen. 849. *Vivos ducent de marmore vultus*. Item I. Aen. 593. *Pariusve lapis circundatur auro*.

35. ASSARACI PROLES, DEMISSAEQUE AB JOVE GENTIS NOMINA. Ponam, inquit, eorum ſtatuas, qui a Jove uſque ad Aſſaracum, & ab Aſſaraco uſque ad Auguſtum originem ducunt. *Aſſaracus* autem [68] avus Anchiſae, pater Capis fuit.

36. TROSQUE PARENS. Trojanorum rex, Ganymedis pater, a quo [69] & Troja nominata eſt. TROJAE CYNTHIUS AUCTOR. Vel Apollinem dicit, propter muros Trojae ab eo conditos: vel Cynthium, regem Trojae, quem in Troicis ſuis Nero commemorat.

37. INVIDIA INFELIX. Quae invidentes efficit infelices. Dicit autem ſe talia ſcripturum vel facturum, ut magnitudine ſui mereantur invidiam: ipſam tamen invidiam nihil eſſe nocituram, timore poenarum. AMNEMQUE SEVERUM. Triſtem. Contra Terentius And. V. II. 16. *Triſtis ſeveritas* [70] *ineſt in vultu, atque in verbis fides*.

38. TORTOSQUE IXIONIS ANGUES. Quibus videlicet Ixion eſt religatus ad rotam, poſtquam illicitos Junonis petivit [71] amplexus.

PHILARGYRII.

35. AB JOVE. Ex Jove & Electra, Atlantis filia, naſcitur Dardanus: ex quo [72] Erichthonius, cujus [73] Tros, cujus Aſſaracus, cujus Laomedon, & Capis: & Laomedontis Priamus, ejus Hector, & ceteri. At Capis, Anchiſes: cujus Aeneas, cujus Julus, a quo Julia gens ſtemmate deſcendit ad Caeſarem. Alii ſic: per Aſſaracum Trojanos dicit. Nam Aſſaracus avus Anchiſae. Ennius: *Aſſaraco natus Capis optimus: iſque pium ex ſe Anchiſen generat*. Ergo Aſſaraci familia uſque ad Auguſtum pervenit.

36. CYNTHIUS. Apollo, a Cyntho Deli monte: & utrum, quia ex oraculo ejus condita eſt Troja; an, quia muros ipſe aedificavit, dictus Trojae auctor?

VARIORUM.

exemplis, etiam ex Marone pluribus adductis, (vid. & infr. 395.) probari poſſet. per *utrumque* ergo *litus* debet mare mediterraneum, quod adluit Dalmatiam, & Oceanus, qui Cantabriam, intelligi. Et Poëtae ſaepe utriuſque maris mentione facta, intelligunt aut ſuperum & inferum, vel Mediterraneum & Oceanum, pro ſubjecta materia. vid. ad Ovid. I. Art. Am. 173. & ita *utrumque Neptunum* quidam capiunt apud Catullum Carm. XXXII. Paullin. III. Nat. Felic. *Quos adluit aeſtus uterque*. BURM.

34. STABUNT ET PARII LAPIDES. *Lapidis* Mentelianus uterque, & tertius Rottendorphianus. HEINS. Ita Leidenſis & Zulichemius. *Et ſtabunt* Acron. ad Horat. I. Od. 19. ſed Crucquianus Interpres *ſtabunt & Parii lapides*; ut ſit appoſitio. BURM.

35. DEMISSAEQUE. *Dimiſſaeque* in Nonii Marcelli codicibus verbo *demittere*. HEINS. Ita & ſecundus Rottendorphius & Moreti. *demiſſae ab* Venetus. *gentes* Menagius alter. *a Jove* fragm. Moreti & Parrhaſ. *nomina* Ed. Junt.

36. TROJAE CYNTHIUS AUCTOR. Videndus Parrhaſius ad Claudiani Raptum Proſ. III. 195. & qui magiſtrum ſequitur, Parrhaſii diſcipulus, Alciatus VI. Parerg. 6. BURM.

37. SE-

67 deeſt R. Voſ. L. 68 deeſt L. R. Voſ. qui habet *Capys*. 69 deeſt Steph. Dan. 70 ineſt vultu Steph. Dan. 71 complexus R. Voſ. L. 72 Erichthonius hic & ỳ. 113. Commel. 73 Tros vel Trous, Merula ad Enn. Annal. p. 164.

Digitized by Google

Interea Dryadum ſilvas ſaltuſque ſequamur
Intactos, tua, Maecenas, haud mollia juſſa.
Te ſine nil altum mens inchoat. En age, ſegnis
Rumpe moras: vocat ingenti clamore Cithaeron,
Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum:
Et vox adſenſu nemorum ingeminata remugit.

Mox

SERVII.

39. ET NON EXSUPERABILE SAXUM. Quod contra montem Siſyphus volvit. Et *non exſuperabile* dixit, non quod [74] ſuperari non poteſt, ſed quod exſuperare non valet ſummum montis cacumen.

40. INTEREA DRYADUM SYLVAS. Id eſt, donec laudandi Caeſaris tempus [75] adveniat, interim Georgica ſcribo. INTACTOS autem ait SALTUS, quod ante ipſum nullus Latine carmen Georgicum ſcripſit.

41. [76] [HAUD MOLLIA JUSSA. Non levia; ſed quae felicitatem habere poſſint, aut debeant: & ſubaudi, *Sequamur*, a praecedente verſu; id eſt, proſequamur.]

42. TE SINE NIL ALTUM MENS INCHOAT. Ac ſi diceret: Non meo ingenio, ſed tuo fretus imperio, ad hoc carmen [77] [acceſſi.

43. VOCAT INGENTI CLAMORE CITHAERON. Hortantur nos ad ſcribendum illi montes, qui animalibus ſunt] referti. *Cithaeron* autem, pars [78] eſt Parnaſſi.

44. TAYGETIQUE CANES. Id eſt, Lacones: nam *Taygeta*, civitas eſt Laconiae. Et hoc ideo, quia dicturus eſt inf. 404. *Nec tibi cura canum fuerit poſtrema.* DOMITRIXQUE EPIDAURUS EQUORUM. Epiri civitas [79] eſt, equis nobiliſſima.

45. VOX INGEMINATA REMUGIT. Duplicata per echo. Alibi x. Ecl. 8. *Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſylvae.*

PHILARGYRII.

43. CITHAERON. Mons Boeotiae.

44. TAYGETIQUE CANES. *Taygetus* mons Laconiae. EPIDAURUS. Civitas Peloponneſi, Aſclepio ſacrata.

VARIORUM.

37. SEVERUM. Vid. ad Valer. Flac. III. 446.

38. TORTOSQUE IXIONIS ANGUES. *Tortos Ixionis* Moreti ſecundus. qui & *Cocytum metuet.* Vir doctus in Miſcell. Obſervat. Vol. I Tom. II. p. 269. & 391. defendit *tortos Ixionis orbes*, & profert etiam Marklandi conjecturam, *Ixionis axes.* alius ibidem malebat, *tortoſque Ixionis artus*, vel *angues.* ſed tandem vulgatam poſſe retineri putat, & Virgilium ſuos habuiſſe auctores de Anguibus ad Ixionis rotam. Urſinus ex Varrone Atacino profert, *Cujus ut adſpexit torta caput angue revinctum.* In Menteliano pr. erat *Exionis.* BURM.

42. ALTUM. *Actum* Zulichem.

Ibid. EN AGE, SEGNES RUMPE MORAS. *Segnis* ſcripti potiores. apud Valerium Probum artis Grammaticae libro primo *eia age ſegnes*, en ejus verba. *Adverbia hortantis, age, eia. Age adverbium conſtat duabus brevibus, ut eia age ſegnes Rumpe moras. Eia conſtat ſpondeo. ultima ſyllaba in ſynaloepham cadit duobus bis verſibus, eia age ſegnes*, & *Hoſtis adeſt eia.* Nonius tamen Marcellus in *ſegne*, agnoſcit *en age* hic loci. HEINS.

44. TAYGETI. A Taygeto monte Laconiae, non Taygeta civitate, ut opinatur Servius. Brodaeus ad Cyneg. Oppiani lib. I. p. 39. NANSIUS. *Taygeti* pro *Taygetii* explicabat Heinſ. ad Claud. III. Stilic. 259. ſed & Propert. III. XII. 13. dixit *Taygeti crines adſperſa pruina.* & Claud. Conſ. Mal. 291. & II. Rapt. 844. *Juga Taygeti.* & Bell. Get. 193. *culmina Taygeti.* & *Taygeton* Val. Fl. I. 429. BURM.

Ibid. DOMITRIXQUE. *Domitorque* Zulichemius. *equarum* Leidenſis. vulgatam agnoſcit Lutatius ad Statii IV. Theb. 123. vid. ad lib. I. 59.

46. Ac-

74 ſuperari non p. ſed quod ſuperari Commel. Amſtel. exſuperari non p. Voſ. Fabr. al. 75 adveniet R. 76 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. Dan. 77 deſunt L. ad *referti* 78 deeſt R. Voſ. L. B. 79 deeſt R. Voſ. B.

Mox tamen ardentis adcingar dicere pugnas
Caeſaris, & nomen famâ tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abeſt ab origine Caeſar.
Seu quis, Olympiacae miratus praemia palmae,
Paſcit equos; ſeu quis fortis ad aratra juvencos,
Corpora praecipue matrum legat. Optuma torvae
Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix,.

Et

SERVII.

46. MOX TAMEN. Id eſt, poſtquam Georgica [80] conſcripſero. Et [81] ARDENTIS PUGNAS legendum eſt: nam male quidam *ardentis*, Caeſaris, accipiunt; ut *is* communis ſit ſyllaba.

48. TITHONI PRIMA QUOT ABEST AB ORIGINE CAESAR. Id eſt, tua facta tot annis celebrabuntur, quot anni ſunt a te uſque ad mundi principium. Et modo *Tithonum* pro Sole poſuit, id eſt, pro Titane. Nam *Tithonus*, frater Laomedontis fuit, quem praeliantem Aurora dilexit, & rapuit; a quo [82] uſque ad Caeſarem non valde multum [83] temporis eſt.

49. SEU QUIS OLYMPIACAE. Dicturus eſt de armentis & gregibus. Armenta autem ſunt equorum & boum, quod haec animalia apta ſunt armis: [84] ut ſcutis, boum coria; equi, praelio. Greges vero capellarum & ovium ſunt. Ipſe paulo poſt 286. [85] *Haec ſatis armentis: ſuperat pars altera curae, Lanigeros agitare greges hirtaſque capellas*. Haec tamen, [86] armenta & greges, ſciendum, [87] quod plerunque confundit auctoritas. OLYMPIACAE MIRATUS PRAEMIA PALMAE. Studioſus curulis certaminis, quod geritur apud Piſas [87] * in honorem Jovis Olympici.

51. CORPORA PRAECIPUE MATRUM LEGAT. Id eſt, magis matrum; per quod oſtenditur etiam patrum corpora eſſe requirenda. TORVAE FORMA BOVIS. Paulo poſt: *Et faciem tauro propior*, id eſt, tauro ſimilis. TORVAE. Terribilis.

52. TURPE CAPUT. Magnum, ut IV. Georg. 345. *Turpes paſcit ſub gurgite phocas*. PLURIMA CERVIX. Longa, ut I. Georg. 787. *Quum ſe nux plurima ſylvis Induet in florem*.

PHILARGYRII.

47. CAESARIS. Hic diſtingue, ut Aeneadas ſignificaſſe videatur; quia una Actiaca pugna Octaviani Caeſaris fuit.

48. TITHONI. Ab infinito infinitum, quia Tithoni origo non poteſt comprehendi. Et ſatis in Caeſarem blande.

52. TURPE CAPUT. *Turpe* autem *caput*, amplum, atque magnum, ac per hoc terribile.

VARIORUM.

46. ACCINGAR. *Adcingar* Gudianus.

47. FAMA TOT. *Tot fama* Zulichemius. Rufinianus de Schematis Lexeos pag. 32. *Caeſaris & famam & nomen tot*. vide de ſimilibus variationibus ad illa Ovidii VII. Epiſt. 5. *Sed merita & famam*, notas Heinſ. & quae diximus ad Quinctil. X. 3. & Phaedr. IV. 4. & etiam ſaepe alibi, nec non ad ipſum Maronem. BURM.

48. QUOT ABEST. *Quotus eſt* Venetus. *quod abeſt* Mediceus a manu ſecunda & Regius. de Tithono hic videndus Guellius.

49. MIRATUS PRAEMIA PALMAE. *Pugnae* legitur apud Nonium Marcellum in *Mirari* in ſcriptis exemplaribus conſtanter. HEINS. *Miratur* Menagianus alter. *pugna* & *palma* etiam commutata in Mſſ. V. Aen. 380. BURM.

50. FORTES AD ARATRA. Dubia conſtructio, an fortes juvencos paſcit ad aratra, an paſcit juvencos, fortes ad aratra. quod praeferrem. ut apud Ovid. II. Faſt. 688. *Vir injuſtus, fortis ad arma tamen*. ubi vide notas. & ad Quinctil. Decl. IV. 22. & quae Cl. Drakenb. nuper ad Liv lib. VII. 40.

ad-

80 ſcripſero L. V. R. Voſ. Fabr. al. 81 ardenteis Dan. Fabr. al. quibus & deeſt. 82 uſque Caeſarem V. 83 tempus R. Voſ. L. V. B. Steph. Dan. 84 & ſcutis R. L. B. ſcuto vel ſcutis V. 85 *hoc ſatis* L. Voſ. R. V. 86 id eſt arm. & greges Steph. Dan. tamen arm. & g. L. Voſ. R. B. tamen arm. ſcilicet & gr. Fabr. al. 87 quia L. Voſ. R. V. B. 87 * ad honorem B.

Et crurum tenus a mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:
Pes etiam, & camuris hirtae ſub cornibus aures.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo,
Aut juga detrectans; interdumque aſpera cornu,
Et faciem tauro propior, quaeque ardua tota,

Et

SERVII.

53. CRURUM TENUS. Uſque ad crura. Et modo *tenus* adverbium eſt: nam ſi eſſet praepoſitio, ablativo cohaereret. PALEARIA autem ſunt pelles dependentes e gutture.

54. [88] [NULLUS LATERI MODUS. Id eſt, habet latus grande & longum: & non dicit illum habere modum; ut oſtendat, quo major fuerit, eo bovem majorem. OMNIA MAGNA. Omnia ejus membra magna ſunt.

55. PES ETIAM. Subaudi, magnus.] ET CAMURIS HIRTAE SUB CORNIBUS AURES. Id eſt, curvis: unde & *camerae* appellantur. Praecipit autem, aures, & magnas, & hirſutas eſſe debere. [89] [*Camuri* enim boum ſunt, qui converſa introrſum cornua habent: quibus contrarii *patuli*, qui cornua diverſa habent, [90] quorumque cornua terram ſpectant: his contrarii *licini*, qui cornua ſurſum habent.]

56. NEC MIHI DISPLICEAT. Litotes figura eſt; id eſt, valde placeat, ut VII. Aen. 261. *Munera nec ſperno.*

58. FACIEM TAURO PROPIOR. Imaginem, ſimilitudinem totam.

PHILARGYRII.

53. CRURUM TENUS. Hic autem *crurum tenus*, genitivo ſuo appoſuit, alibi ablativo, ut *pube tenus*. Modeſtus, *tenus* pro fine accipit. Salluſtius: *Fine inguinum ingrediuntur mare.* PALEARIA. Unde & *paleae*, quae collum amplectuntur: & ea pars annuli, quae gemmam cohibet, propter ſimilitudinem *palea* dicitur. Cicero de Officiis III. 9. *Cum paleam ejus annuli ad palmam converteret, a nullo videbatur.*

55. CAMURIS. *Camuri* boves ſunt, qui converſa introrſus cornua habent, quibus contrarii *patuli*, qui cornua diverſa habent: *Laevi*, quorum cornua terram ſpectant: his contrarii *Licini*, qui cornua ſurſum verſum reflexa habent.

56. ALBO. Diviſe, pro albis maculis. An potius abſolute *albi* dixit, perinde ac ſi diceret albitatem: ut eſt illud: II. Ecl. 41. *Sparſis etiam nunc pellibus albo.*

VARIORUM.

adduxit. mox ỷ. 62. dicet alia conſtructione, *fortis aratris*. BURM.

51. OPTIMA TORVAE FORMA BOVIS. *Optuma* in altero Menteliano. quod & Nonius Marcellus exhibet voce *Turpe*. Habes elegantem bovis deſcriptionem apud Columellam libro VI. R. R. cap. I. HEINS.

53. TENUS A MENTO. *Tenus armento* Venet.

55. CAMURIS HIRTAE SUB CORNIBUS AURES. *Cum cornibus* Mediceus, & mox, *Nec tibi diſpliceat*. utrumque a manu prima. apud Macrobium Saturnal. libro VI. cap. 4. *camuris ſub cornibus*, ubi notat *camuris* verbum eſſe peregrinum, & ſignificare, *in ſe redeuntibus*. Nonius, *cameris hirtae ſub cornibus aures.* qui *cameris*, *obtortis*, interpretatur, atque inde *cameras tecta in curvitatem formata* dici contendit, quod timide aſſeverat Macrobius, nec diſſimilia eſt invenire apud Servium. *cameris* certe cum Nonio priores Mentelianus ac Menagianus exhibent, ut & ſecundus Moretinus. praeſtat vero Feſto accedamus & Macrobio, qui *camuris* ſunt amplexi. at Mediceus a manu ſecunda *camyris*, quomodo & alter Mentelianus. Gudianus & prior Moretanus cum aliis tribus *camiris*. uterque Mentelianus aliique nonnulli *cameris*, & interpretantur *curvis*, quomodo in altero

88 deſunt B. L. Voſ. R. V. Steph. Dan. ad *&* *camuris*. 89 deſunt iisdem. 90 ſupplendum ex Philarg. laevi, quorum cornua.

Digitized by Google

Et gradiens ima verrit veſtigia cauda.
Aetas Lucinam, juſtoſque pati hymenaeos
Deſinit ante decem, poſt quatuor incipit annos:
Cetera nec foeturae habilis, nec fortis aratris.
Interea, ſuperat gregibus dum laeta juventas,
Solve mares: mitte in Venerem pecuaria primus,
Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem.
Optuma quaeque dies miſeris mortalibus aevi

Pri-

SERVII.

60. LUCINAM JUSTOSQUE PATI HYMENAEOS. Hyſteron proteron [91] [eſt: ante enim eſt *Hymenaeus*, poſt *Lucina* conſequitur. Item Hyſteron proteron eſt: *Deſinit ante decem, poſt quatuor incipit annos.*] Ante enim incipit, poſt deſinit.

62. CAETERA. Aetas ſcilicet, quae eſt vel ante quartum, vel poſt decimum annum. Et bene oſtendit, per haec tempora poſſe quidem armentis, ſed inutilem, provenire foeturam.

63. SUPERAT GREGIBUS DUM LAETA JUVENTUS. Dum ſuppetit. Et dicit [92] juvenili aetate eas debere concumbere; quia cito [93] [deficiunt, &c] tempora meliora depereunt.

64. PECUARIA. Ab eo, quod eſt *pecuare*, venit: nam pecua, ut ait in Pompejana Cicero, (pro L. Manil. VI.) ab eo, quod eſt *pecu*, venit: ut *genu*, *genua*.

65. SUFFICE PROLEM. Subminiſtra: unde etiam ſuffectos conſules dicimus.

66. OPTIMA QUAEQUE DIES MISERIS MORTALIBUS AEVI PRIMA FUGIT. [94] Iſta ſententia non ſolum ad animalia pertinet, ſed generaliter ad omnia.

PHILARGYRII.

60. LUCINAM. *Lucina* dicta Juno, eo quod lucem naſcentibus praeſtare dicatur. Sic Terentius Andr. III. V. 15. *Juno Lucina fer opem, ferva me obſecro.*

64. PECUARIA. Non loca, ſed ipſa pecora dixit: ut alibi idem uſurpavit *aeſtiva*, pro pecoribus, quae in aeſtivis agunt: infr. 471. *Nec ſingula morbi Corpora corripiunt, ſed tota aeſtiva repente.*

VARIORUM.

tero Voſſiano pro *camuris* legebatur. HEINS.

56. NEC MIHI. *Nec tibi* Parrhaſ. pro *& albo*, habet, *& auro* Zulichemius.

57. ASPERA CORNU. *Cornum* a manu prima Gudianus. ſic Priſcianus monet nos a Naſone relictum ſub finem libri II. Metam. *cornum tenet*; de Europa taurum prehendente. HEINS. *Interdum* Leidenſis. *detractans* Tollian. & tres alii, & Ed. priores.

58. ET FACIEM. *Facie* Rottend. alter & Voſſ. pr.

59. IMA. *Una* Menagius alter. *vertit* Francianus.

60. LUCINAM. *Lucinamque pati juſtoſque hymenaeos* Zulichemius. *Aeſtas* Mediceus a manu prima. *juſti hymenaei* ſunt matura aetate initi, ut ſint non inanes & irriti coitus. ita *juſtus miles*, *juſta arma*. ſic alia in re, *cum juſtos natura peregerit annos* Ovid. X. Met. 36. & *juſta aetas* Auſon. Idyll. I. *juſta pondera* Ovid. II. Amor. XIV. 14. ubi vide. & Serv. ad IV. Ecl. 37. *aetas pati* dictum pro patiendi vel ad patiendum, quae pati poteſt. ſic *tempus conari*, *negotium videre*, & ſimilia illuſtravit Cl. Drakenb. ad Liv. III. IV. §. 9. poſſet tamen & conſtrui, Aetas deſinit pati Lucinam, & juſtos hymenaeos. BURM.

63. LAETA JUVENTUS. *Juventas* a manu ſecunda Mediceus. quomodo & Mentelianus uterque, duo Moretani vetuſtiores, Gudianus & ceteri maxima ex parte tam noſtri, quam Pieriani. Conſulantur quae de ea voce ſunt dicta Aeneidos V. ℣. 398. a Nonio tamen *juventus* hic agnoſcitur, ſi ſatis caſtigata ſunt ejus exemplaria, & a Priſciano.

91 deſunt B. eſt deeſt Voſ. L. V. Baſil. 92 Juvenali L. Voſ. R. V. B. 93 deſunt L. B. R. Voſ. Baſil. 94 haec ſententia Fabr. al.

Prima fugit: ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus;
Et labor, & durae rapit inclementia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora malis.
Semper enim refice: ac, ne poſt amiſſa requiras,
Anteveni, & ſubolem armento ſortire quot annis.
Nec non & pecori eſt idem dilectus equino.
Tu modo, quos in ſpem ſtatues ſubmittere gentis,

Prae-

SERVII.

67. SUBEUNT MORBI, TRISTISQUE SENECTUS. Naturalem ordinem tenuit, dicens; advenire [95] morbos, poſt ſenectutem, ad ultimum mortem.

68. INCLEMENTIA. Inexorabilitas, & durities.

70. SEMPER ENIM REFICE. Vacat *enim*. Sane dicit [96] ante ſubveniendum eſſe; ut, antequam pereant, reparentur armenta.

71. SOBOLEM ARMENTO SORTIRE QUOTANNIS. Subſtitue, ſubminiſtra. Et eſt verbum judiciorum: nam [96] * *ſubſortiti* dicuntur judices, qui occupatorum funguntur officio.

72. EST IDEM DELECTUS EQUINO. Ut [97] habeant matres optimas. IN SPEM STATUES SUBMITTERE GENTIS. Id eſt, quoſvis admiſſarios fieri. Notanda ſane exquiſita varietas, nam in [98] bobus matres ante deſcripſit: in equis admiſſarios ante commemorat.

PHILARGYRII.

71. SORTIRE. Quaſi ſubſortire, & ſubjice. An potius pro elige & junge, ut uxorem ſortiri dicimus.

VARIORUM.

ſciano. HEINS. *Juventas* Regius.

64. PECUARIA. Ponitur pro pecudibus, & a *pecua* deducitur. ſic *pecua* Varr. II. de R. R. I. 3. & alii, quos adducit Cl. Drakenb. ad Liv. V. 48. BURM.

67. FUGIT. *Fuit* primus Moreti a manu prima. male. Cicero II. de Finibus 33. *fluit igitur voluptas corporis, & prima quaeque avolat.* ubi intempeſtiva emendatione corrumpit locum Daviſius. pro *fluit* poſſet ibi *fugit* legi, meliori certe ſpecie. ſed potius eſt, ut ſcriptos ſequamur codices. Sabinus II. Ep. 17. *Fluxere interea pede tempora lapſa fugaci.* quo & pertinet illud Ovidii III. Art. 62. *eunt anni more fluentis aquae.* & id genus plura. BURM.

Ibid. MORBI. *Morbus* Francianus.

69. MALIS. *Mavis* Mediceus, & *admiſſa* pro *amiſſa* ſubſequenti proxime verſu. *mavis* etiam prior Voſſianus & Venetus noſter. HEINS. *Matris* alter Rottendorph. *Mavis* Voſſian. pr. & Parrhaſ. & Ed. Venet. *ſemper erit* etiam Menagius prior. ut dictum ſit, quomodo apud Propertium III. VII. 17.

Eſt, quibus Eleae concurrit palma quadrigae,
Eſt, quibus in celeres gloria nata pedes.

ubi vid. Broukh. & fere adducor, ut credam hunc Atticiſmum a librariis expulſum hic & aliis ſaepe locis. hic verſus deſiderabatur in Franciano. BURM.

70. AC NE. *An ne* Rottend. ſec. *commiſſa* Venet.

72. DELECTUS EQUINO. *Dilectus* in Mediceo caeteriſque vetuſtioribus, de quo ad Naſonem, & paullo ante *ſuboles* pro *ſoboles*. HEINS. Pro *eſt*, *eſto* in codicis ora conjecerat Heinſius. *ut pecori* Venetus. de *delectu* & *dilectu*. vid. ad Ovid. X. Met. 224. & ſaepe alibi. BURM.

73. STATUIS. *Statues ſubmittere* cum Probo in Arte Grammatica, & Macrobio Saturn. VI. cap. 6. Mediceus, & Gudianus & primus Moretanus, aliique duo, tum & Mentelianus prior a manu prima

95 morbum, ſenectutem, mortem L. Voſ. R. B. V. Steph. Dan. 96 anteveniendum R. Voſ. L. V. B. Fabr. al. 96 * ſortiri L. B. 97 habeat Voſ. R. L. B. 98 Bubus R. Voſ. V. B.

Praecipuum jam inde a teneris inpende laborem.
Continuo pecoris generoſi pullus in arvis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere ponti:
Nec vanos horret ſtrepitus. Illi ardua cervix,
Argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga:
Luxuriatque toris animoſum pectus: honeſti

Spadi-

SERVII.

74. [99] [PRAECIPUUM. Maximum. IMPENDE LABOREM. Scilicet, ut ab ipſa primum aetate eligas.

75. CONTINUO. In primordio, ut ambulare incipit. PECORIS GENEROSI PULLUS. Id eſt, qui ex optimo genere deſcendit.]

76. ALTIUS INGREDITUR. Cum [1] exultatione quadam incedit. MOLLIA CRURA REPONIT. Ennius de gruibus dicit: *Perque fabam repunt, & mollia crura reponunt.*

77. PRIMUS ET IRE VIAM. Matris praeire veſtigia.

78. IGNOTO [2] PONTI. Per quem nunquam [3] tranſierat. [COMMITTERE SESE. Credere ſe, & ingredi. Et bis idem dixit: nam *fluvios tentare minaces*, hoc eſt, *ignoto ſeſe committere ponti.*

79. NEC VANOS HORRET STREPITUS. Id eſt, non facile [4] paveſcit. ARDUA CERVIX. Alta.]

80. ARGUTUM. Breve.

81. LUXURIATQUE TORIS ANIMOSUM PECTUS. [4] * Totoſum, & eminens pulpis.

VARIORUM.

ma ex noſtris. quin & Pieriani vetuſtiores, etiam primus Menteliianus, ac Moretanus ex noſtris. aliter tamen Nonius Marcellus in *ſummittere. impende* mox veterrimus quiſque. HEINS. Vid. hic Guellium de verbo *ſummittere.*

76. MOLLIA CRURA REPONIT. Sic apud Euripidem ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον. FABER. *Reponit* exponit *componit* Gloſſator Regii Cod. ſed prius alte tollit, tunc reponit in terram. imitatur hoc Silius lib. XVI. 444. *Tum mollia crura ſuperbi Attollens greſſus.* nam *reponere* eſt iterum ponere ſublata. ut VIII. Aen. 175. *Dapes jubet & ſublata reponi Pocula.* & Horat. Art. Poët. 190. *reponit* vero non *recta* crura, ſed *mollia*, id eſt flexa, incurvata aliquantum, ut ita *cervice repoſta* Lucret. I. 36. ubi male Barth. ad Stat. III. Theb. 263. *repoſtam* reſcribi jubet. nam & Quinctil. IV. 2. & *vocem flectunt & cervicem reponunt.* ubi Gallaeus hunc Maronis locum adduxit. *mollia jam crura reponere* a natura debet equus, deinde quum diſcat gyros carpere & reliqua, debet *ſinuare volumina crurum;* ut ŷ. 192. quod artis eſt. BURM.

77 TENTARE. Servius idem eſſe quod *ignoto ſe committere ponti dicit.* male. ſed *tentare* fluvios, eſt in vado tranſitum pedibus explorare, ut ſolent animalia. *tentare*, ut Ovid. I. Art. 437. *cera vadum tentet.* metaphorice. BURM.

78. COMMITTERE PONTI. Mediceus a manu prima *ponto.* ſic etiam prior Mentelianus, Gudianus, uterque Menagianus & quatuor alii, quod & Seneca agnoſcit. ſed male, ſi quid video. Columella libro VI. cap. 2. de bubus: *nec auditu nec viſu pavidi, nec ad ingredienda flumina aut pontes formidoloſi*, qui hunc Maronis locum in animo videtur habuiſſe. idem denuo de pullis equinis cap. 29. *Indolem licet aeſtimare, ſi hilaris, ſi intrepidus, ſi foſſam ſine cunctatione tranſilit, pontem flumenque tranſcendit.* ubi male legunt *Pontones.* Plinius lib. VIII. cap. 43. de aſinis: *Nec niſi aſſuetos potant fontes, qui ſunt in pecuariis. atque ita*

ut

99 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. Dan. ad ŷ. 76. 1 inſultatione R. L. Voſ. B. 2 PONTO. R. Voſ. V. 3 tranſierant V. deſunt reliqua ad ŷ. 80. R. Voſ. L. V. Steph. Dan. & B. ad 81. 4 paveſcunt, ſcilicet ſtrepitus Baſil. 4 * nodoſum B. L. R. Voſ. Steph. Dan. deſunt B. L. Voſ. R.

Spadices, glaucique; color deterrimus albis,
Et gilvo. Tum, ſi qua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit: micat auribus, & tremit artus;
Conlectumque premens volvit ſub naribus ignem:
Denſa juba, & dextro jactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos ſpina, cavatque
Tellurem, & ſolido graviter ſonat ungula cornu.

Ta-

SERVII.

82. SPADICES. Quos phoeniciatos vocant, preſſos, [5] myrteos. [6] [Ipſi ſunt badii.] GLAUCI autem ſunt felineis oculis, id eſt, quodam ſplendore perfuſis. COLOR DETERRIMUS ALBIS, ET GILVO. [7] Atqui alibi ait XII. 84. *Qui candore nives anteirent.* Sed aliud eſt candidum eſſe, id eſt, quadam nitenti luce perfuſum: aliud album, quod pallori conſtat eſſe vicinum. GILVUS autem, melinus eſt color. Multi [8] autem ita legunt: ALBIS ET GILVO: ut non album [9] & gilvum: ſed albogilvum vituperet, [10] [quod falſum eſt.] Quod ſi ſinguli colores vituperandi ſunt, quanto magis mixtus utroque? id eſt, albogilvus.

84. TREMIT ARTUS. Figurate, pro, [11] *artubus tremit.*

84. VOLVIT SUB NARIBUS IGNEM. Flatu indicat magnanimitatem ſuam.

87. DUPLEX SPINA. Aut re vera duplex, aut lata, ut I. Aen. 655. *Duplicem gemmis auroque coronam.* Item I. Georg. 172. *Et duplici aptantur* [12] *dentalia dorſo.*

PHILARGYRII.

82. GLAUCIQUE. *Glaucus* autem coeruleus eſt color, id eſt ſubviridis, albo mixtus, & quaſi clarus. Nam ille ſine dubio diſplicet, qui ex albo & gilvo conſtat, ut ſit unum albo & gilvo. Alioqui repugnant illi XII. Aen. 84. *Qui candore nives anteirent, curſibus auras:* Et XII. Aen. 164. *Bigis it Turnus in albis.*

83. ET GILVO. [13] Et *gilvo ſpadi*, & foenicius eſt, quales ſunt fructus palmarum, neque ſatis diluti coloris, neque nimium preſſi.

VARIORUM.

ut ſicco tramite ad potum eant, nec pontes tranſeant, per raritatem earum tralucentibus fluviis. praeterea *Primus inire viam*, eſt legere apud eundem Senecam Epiſt. 95. HEINS. *Ponto* Reg. Vratiſl. Franc. Voſſ. pr. & fragm. Moreti & Edd. Venet. Ald. & quaedam aliae. *primus & ire viam* citat Servius ad IV. Aen. 468. *inire vias* dixit etiam Val. Flac. III. 628. BURM.

79. VANOS. *Varios* Ed. Junt. & Ald.

82. GLAUCIQUE. *Glaucoque* tertius Mentelius a manu prima.

Ibid. ALBIS. *Albo* Parrhaſ. ſed mutatio numeri frequens Maroni. & mutavit ſcriba, quia *Gilvo* ſequitur.

84. TREMIT. *Tremet* Mentelius prior.

85. FREMENS. Ita Mediceus & Menagianus, & duo Moretani, & alter Rottendorphianus ex noſtris. & unus ex praeſtantioribus Pierianis. diximus de hoc loco jam nonnihil Aeneidos XII. 333. *premens* tamen agnoſcit Seneca Epiſtol. 95. HEINS. *Tremens* Francianus a manu prima.

87. AT DUPLEX. *Aut* Zulichem. & ſecundus Moreti. tertius Rottendorphii & Parrhaſ. *lombos* Francianus.

88. SOLIDO. Non ut diſtinguatur a Bovino cornu, quod bifidum & fiſſum. ſed vult ungulam ſpiſſam, firmam, quae ſonitum edit, ut cymbala. vid. Rob. Titii Contr. Lect. III. 4.

88. So-

5 Myrſtheos L. Myrtheos Voſ. preſſos myrteos Steph. Dan. Fab. al. vid. Salmaſ. ad Tertul. Pall. p. 132. 6 deſunt L. Voſ. R. B. V. Steph. Dan. poſt *perfuſis*, addit Salmaſius; nam glaucum veteres dicebant album: neſcio an ex Mſſ. ibi etiam de Gilvo agit pro *felineis* vero eſt *Phoeniceis* in V. 7 qui alibi R. 8 deeſt L. Voſ. R. V. legunt, *Albigilvum* Urſ. Cod. 9 vel B. L. V. R. Cod. Urſ. Baſil. 10 deſunt R. L. B. Baſil. 11 *artibus* R. L. 12 *dentilia* Steph. 13 forte, & Gilvus badius eſt, ut Foeniceus &c.

Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus, &, quorum Graji meminere poëtae,
Martis equi bijuges, & magni currus Achilli.
Talis & ipſe jubam cervice effundit equina
Conjugis adventu pernix Saturnus, & altum

Pe-

SERVII.

89. AMYCLAEI DOMITUS POLLUCIS HABENIS CYLLARUS. Atqui Caſtor equorum domitor fuit; ſed fratrem pro fratre poſuit, poëtica licentia, ut VI. Ecl. 79. *Quas illi Philomela dapes*, pro Progne. Item I. Aen. 236. *Revocato a ſanguine Teucri*, pro Dardani. Aut certe ideo Pollucem pro Caſtore poſuit, quia ambo licenter, & Polluces & Caſtores vocantur: nam & ludi, [14] & templum, & ſtellae, [15] Caſtorum [16] vocantur.

91. MARTIS EQUI. [17] Δεῖμος & Φόβος. ET MAGNI CURRUS ACHILLIS. Pro equis: [18] [hi ſunt] [19] Balius & Xanthus.

93. CONJUGIS ADVENTU PERNIX SATURNUS. Dum cum amata Philyra Saturnus coiret, [20] Ops ejus uxor advenit: cujus praeſentiam veritus, ſe in equum convertit, qualem [21] potuit numen imitari. Atque ita uterque opprobrium effugerunt. Exinde natus eſt Chiron, dimidia parte homo, dimidia equus. Sane OPS cum de uxore Saturni dicimus, o corripitur, ut *Ops Opis*: cum vero de Nympha dicimus OPIS, longa eſt [22] o, ut IX. Aen. 867. *Opis ad aethereum* [23] *pennis auſertur Olympum*. *Pernix* autem ad equum refertur: nam Saturni ſtella tardiſſima eſt. [24] [Quidam Philyram in florem converſam dicunt, vel in arborem: unde liber Philyrinus dicitur, quo coronae alligantur.]

PHILARGYRII.

89. AMYCLAEI. *Amycle*, civitas Laconiae. Xanthum autem dicit & Cyllarum equos, quos Neptunus Junoni dedit: illa Caſtori & Polluci, ut poëtae Graeculi fabulantur.

93. PERNIX. *Pernix* autem ad equum refertur: nam tardiſſimus eſt Saturnus. SATURNUS. Saturnus cum Philyram Oceani filiam in Theſſália adamaſſet, & cum ea coiret, adventante uxore, ſe in equum, illam in equam convertit: atque ita uterque opprobrium effugerunt. Hinc natus eſt Chiron centaurus. Quidam Philyram in florem converſam eſſe dicunt, vel in arborem: unde liber philyrinus, quo coronae illigantur.

VARIORUM.

88. SONAT. *Quatit ungula* in Vaticano praeſtantiſſimo Pierii, quod ab Ennio eſt mutuatus. ex illo enim producit Macrobius libro VI. Saturnalium capite primo, *totam quatit ungula terram*, &, *ſummo ſonitu quatit ungula terram*, &, *plauſu cava concutit ungula terram. Quatere campos equite* paſſim obvium in ſcriptoribus vetuſtis. Aeneidos octavo habebimus, *Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.* Valerius Flaccus libro tertio 20. *Dindyma ſanguineis famulum bacchata lacertis, Dum volucri quatit aſper equo.* Silius libro primo 297. *Admovet abrupto flagrantia foedere ductor Sidonius caſtra, & latos quatit agmine campos.* ita optime ſcripti, ubi plura diximus. Feſtus Avienus deſcriptione orbis: *Sed quatit alipedum ſola ſemper curſus equorum, Pulſaque terra gemit.* HEINS. *Graviter ſolido* Menagii pr.

89. TALIS AMYCLAEI DOMITUS POLLUCIS HABENIS. *Amyclaeis habenis* priores Mentelianus & Menagianus, cum fragmento Moreti. in altero Rottendorphii *Amyclaeus*. HEINS. *Amyclaeis* Regius. videndus Lutatius ad Stat. VI. Theb. 328.

90. GRAJI POETAE. Homerum maxime ſignificat, quem praeteritum a Virgilio, cum praeſertim Orphei, Muſaei, Heſiodi & Theocriti meminerit, ſatis mirari non poſſum. Atqui cum multa ab his, quos nominavi, mutuatus ſit, Homerus

tamen

14 templi V. templum ejus Baſil. 15 Caſtoron. L. 16 nominantur V. Voſ. R. L. B. 17 dinos & febos Voſ. R. febos V. fobos. B. 18 deſunt L. Voſ. R. V. B. Steph. *pro equis* etiam deſunt Fabr. al. 19 Baſiaecus L. Voſ. Baliarchus B. R. Urſ. Cod. Steph. Dan. al. Balius Fabr. 20 Opis ejus uxor, & deinde *Opis* non Ops Cod. Urſin. 21 deeſt V. 22 deeſt Voſ. R. L. B. Dan. Fabr. al. 23 *pinnis* V. Voſ. B. 24 deſunt L. B. V. R. Voſ. Steph. Dan.

Pelion hinnitu fugiens inplevit acuto.
Hunc quoque, ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior annis
Deficit, abde domo; nec turpi ignoſce ſenectae.
Frigidus in Venerem ſenior, fruſtraque laborem
Ingratum trahit: &, ſi quando ad proelia ventum eſt,

Ut

SERVII.

94. PELION. Montem Theſſaliae, in quo Chiron habitavit.

95. HUNC QUOQUE. Licet bonum, & tot ſignis probatum. MORBO GRAVIS, AUT JAM SEGNIOR. Duo ſunt, quibus minuuntur corporis vires: ſenectus, & morbus: unde mire utrumque complexus eſt.

96. ABDE DOMO. In domo: nam ſi adverbialiter vellet [25] loqui, *domi* diceret: Tale eſt illud in quarto 36. [26] *Non Libyae, non ante Tyro.* NEC TURPI IGNOSCE SENECTAE. Cicero in Catone majore & laudat & vituperat ſenectutem: unde dupliciter hunc locum intelligimus: aut: *Nec ignoſce turpi ſenectae:* aut: *Non turpi ſenectae ignoſce.* Id eſt, abde & ignoſce ſenectae, quae turpis non eſt: quia per naturam venit.

97. [27] [FRIGIDUS. Jam per ſenectutem. Adhuc quidem vult concumbere; ſed impeditur, defectu virium. FRUSTRAQUE LABOREM. Difficilem, & irritum.]

98. AD PRAELIA VENTUM EST. Alibi XI. Aen. 736. *Nocturnaque bella.*

PHILARGYRII.

98. SI QUANDO. Bene, *ſi quando:* quia ſenex raro. PRAELIA. Pro coitu dixit.

VARIORUM.

tamen Mantuanus non immerito a quibuſdam appellatus eſt, qui Homerum fere totum ſua Aeneide expreſſerit. URSINUS. Vid. ad VI. Aen. 667. *Grai* citat Lutatius ad Stat. IV. Theb. 214. & ita Regius ſemper, & alii codd.

91. ET MAGNI CURRUS ACHILLIS. *Achilli* prior Mentelianus & Leidenſis. *Achilles* Mediceus a manu prima, id eſt *Achillei.* quali errore idem codex optimus Aeneidos XII. ℣. 352. exhibebat, *nec equis aſpirat Achilles. Achilli* etiam Voſſianus prior, ut & Gudianus, ſed a manu prima. HEINS. Vid. ad I. Aen. 30. & III. 613.

92. EFFUDIT. *Effundit* Mediceus, prior Mentelianus, Moretanus primus, & duo alii cum Leidenſi, etiam a manu prima Gudianus, quod & Vaticanum illum Pierii vetuſtiſſimum occupabat. & apud Nonium Marcellum legitur in *Pernix.* HEINS. *Fudit* Leid. pr. a m. pr. *effundit* Regius. *equinam* Zulichemius & Menagii prior. *equinae* alter Rottendorphii. *ipſe comam* etiam alter Moreti. & tertius Rottend.

95. HUNC. *Hinc* Mediceus. HEINS.

96. ABDE DOMO. Miratur Hadrianus Cardinalis hanc conſtructionem, quam vindicat Doletus in Comm. L. L. in *abdere.* adducto altero loco ex I. Aen. 60. *ſpeluncis abdidit atris.* BURM.

Ibid. NEC TURPI IGNOSCE SENECTAE. Ita codices noſtri ad unum omnes. Theodorus Canterus tamen, in Epiſtola ad Giphanium, corrigebat *& turpi ignoſce ſenectae,* hiatu relicto, quod Maroni familiare. Giphanius ad Lucret. p. 463. ex auctoritate membranarum & Grammaticorum veterum vulgatam tuetur, aut, ſi quid ſit mutandum, reponi vult *turpique ignoſce ſenectae.* exſtat vulgata apud Scholiaſten Horatii libro Epiſtolarum ſecundo, nec ſollicitanda eſt. pro qua etiam adverſus Auratum, & G. Canterum, qui novis Lectionibus videndus Lib. VI. cap. 8. facit Voſſius artis Grammaticae lib. II. cap. 14. & Gronovius de Pecunia veteri libro IV. cap. 8. & *abdere* pro *excludere domo* interpretandum contendit. Vide Vlitium ad Gratium p. 351. Voſſium de conſtructione cap. 67. HEINS. Vide de hoc loco ad Nemeſiani Cyneg. 117. & 141. & Giphanii epiſtolam ad Canterum editam a Gabbema pag. 643. quem acriter perſtringit Lambinus ad Lucretii lib. VI. 1162. qui *nec turpi* conjungendum eſſe putat. ut & Schottus II. Obſ. 42. Guellius, Cerda & alii *nec turpi*, explicant, nobili, ut erant emeriti Circenſes,

qui

25 deeſt V. 26 *nobilis* V. *nobilie* Voſ. 27 deſunt R. Voſ. L. B. Steph. Dan.

Ut quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis,
Incaſſum furit. Ergo animos aevumque notabis
Praecipue: hinc alias artis, prolemque parentum,
Et quis cuique dolor victo, quae gloria palmae.
Nonne vides, quum praecipiti certamine campum
Conripuere, ruuntque effuſi carcere currus,
Quum ſpes adrectae juvenum, exſultantiaque haurit
Corda pavor pulſans: illi inſtant verbere torto,

Et

SERVII.

100. ANIMOS AEVUMQUE NOTABIS PRAECIPUE. Ante omnia aetatem & [28] magnanimitatem [29] requires. POST CAETERA. Id eſt, parentes & ſtudium.

102. ET QUIS CUIQUE DOLOR VICTO, QUAE GLORIA PALMAE. Vult probare, [30] moveri equos vel amiſſione, vel acquiſitione victoriae: nam eo tendit ſequens iſte decurſus. Unde eſt paulo poſt: *Tantus amor laudum, [31] tantae eſt victoria curae.* Lucanus I. 293. *Quantum clamore juvatur Eleus ſonipes.*

104. EFFUSI CARCERE CURRUS. Uſurpative pro *carceribus*, qui ab arcendo dicti ſunt: nam *carcer* eſt cuſtodia noxiorum.

105. JUVENUM. Aurigarum, vel ſpectantium. HAURIT. Ferit, ut X. Aen. 314. *Latus haurit apertum.*

106. VERBERE TORTO. Frequenti ſcilicet iteratione.

PHILARGYRII.

101. HINC ALIAS ARTES. *Artes* hic virtutes. ET PROLEM PARENTUM nove poſuit: eſt enim proprie [32] liberarum, ut I. Aen. 274. *Geminam partu dabit Ilia prolem.*

VARIORUM.

qui anno vigeſimo mittebantur. vid. Salmaſ. ad Solin. pag. 657. & Rob. Tit. Contr. Lect. VI. 12. *turpis* vero, ut in homine, ſic in equo ſene militia, ſed honorata erat emeriti ſenecta militis. *ſenecta* Gudianus a manu pr. BURM.

97. LABOREM. In coitu nimirum. Varr. II. de R. R. 2. de arietibus, *cum redierunt ad ſtabula e paſtu, ordeum ſi eſt datum, firmiores fiunt ad laborem ſuſtinendum.* mox *blandum laborem* vocat. ℣. 127. BURM.

99. IN STIPULIS. Τὸ *in* abeſt a Mediceo, manu prima. & a Gudiano, cui ſubſcribit Scholiaſtes Juvenalis Satyra ſexta v. 366. qui tamen male, *magnus nam viribus ignis*. idem Satyra decima ℣. 205. cum vulgatis codicibus facit. HEINS.

100. ANIMOS. *Animum* quartus Moreti.

101. PROLEMQUE PARENTUM. Marklandus ad Statii V. Silv. III. 138. legit, *moremque*. facile certe eſt, ubi vox incommoda nobis occurrit, aliam undique arreptam ſubſtituere. ut eo loco vult perſuadere hoc licere Critico, ubi voces ſunt pari numero ſyllabarum, & ab eadem litera incipiunt. quo pacto laxiſſima janua temerariis conjecturis aperitur. Hic tamen *morem* & *prolem* a diverſis literis incipere debuiſſet cogitare. quare non ſequimur tales conjecturas. ſic & in Servio pro *parentes & ſtudium*, legit *artes & ſtudium*. quod unum fere & idem eſt. ſed *prolem parentum* capimus genus majorum, unde hi equi generati ſunt, & notandum dicit, an alii etiam pulli ex eiſdem equis prognati, ſint generoſi nec ne. & hoc Servius indicat. qui *hinc* explicans, poſt caetera, *ſtudium & parentes* addit. nam in ejus commentario deeſſe *hinc* puto. quod ille per *poſt cetera* explicuit. *prolem* vero eleganter dixit, ut nos *prolem apum* reſtituimus Ovid. I. Faſt. 363. ubi vide & III. Aen. 180. infr. 541. ita *nomina gentis* infr. 158. poſſet & alios pullos ex eodem equo prognatos, ut fratres, intelligere. BURM.

104. RUUNT-

28 magnimitatem V. 29 conſidera Urſ. Cod. 30 deeſt V. L. Voſ. R. 31 *tanta* V. Voſ. L. B. 32 liberorum malebat Durvilius.

Et proni dant lora: volat vi fervidus axis.
Jamque humiles, jamque elati ſublime videntur
Aëra per vacuum ferri, atque adſurgere in auras.
Nec mora, nec requies. At fulvae nimbus arenae
Tollitur: humeſcunt ſpumis, flatuque ſequentum.
Tantus amor laudum, tantae eſt victoria curae.
Primus Erichthonius currus & quatuor auſus
Jungere equos, rapiduſque rotis inſiſtere victor.
Frena Pelethronii Lapithae, gyroſque dedere

In-

SERVII.

107. FERVIDUS AXIS. Alibi XI. Aen. 195. [33] *Frenaque ferventeſque rotas*: nam tam rotae, quam axis curſu caleſcunt.

113. PRIMUS ERICHTHONIUS. Vulcanus, impetrato a Jove Minervae conjugio, illa reluctante, effectum libidinis projecit in terram: inde natus eſt puer draconteis pedibus, qui appellatus eſt *Erichthonius*, quaſi de terra & lite procreatus. Nam [34] ἔρις, eſt lis, & χθὼν terra. Hic ad tegendam pedum foeditatem, junctis equis uſus eſt curru, quod tegeret ſui corporis turpitudinem. [35] [De hoc Varro in libro, qui Mirabilium inſcribitur: Erichthonium primum quatuor junxiſſe equos ludis, qui Panathenaica appellantur.] [36]

114. RAPIDUS. Velox. VICTOR. Sui propoſiti effector.

115. FRENA [37] PELETHRONII. *Peletbronium* oppidum eſt Theſſaliae, ubi primum domandorum equorum repertus eſt uſus: nam cum quidam Theſſalus rex, bobus oeſtro [38] exagitatis, ſatellites ſuos ad eos revocandos ire juſſiſſet, illique curſu non ſufficerent, aſcenderunt equos, & eorum velocitate boves ſecuti, eos ſtimulis ad tecta revocarunt. [39] Sed hi viſi, aut cum irent velociter, aut cum eorum equi circa flumen Peneon potarent, capitibus inclinatis locum fabulae dederunt: ut Centauri eſſe crederentur: qui dicti ſunt Centauri ἀπὸ τοῦ κεντᾶν τοὺς ταύρους. Alii dicunt Centaurorum fabulam eſſe confictam, ad exprimendam humanae vitae velocitatem: quia equum conſtat eſſe velociſſimum. Bene autem *Pelethronii* addidit: quia ſunt & alii Lapithae.

PHILARGYRII.

113. ERICHTHONIUS. Varro in libro, qui Admirabilium inſcribitur, Erichthonium ait primum equos quatuor junxiſſe ludis, qui Panathenaea appellantur. De hoc Erichthonio alibi ſatis dictum, qui anguinis pedibus fuiſſe memoratur.

115. FRENA PELETHRONII. *Pelethronios Lapithas* ideo appellavit, quia ſunt Theſſali. Pelethronium antrum eſt, ubi Achillen Chiron erudivit. Alii Pelethronium regem Lapitharum volunt. GYROSQUE DEDERE. Pro docuere: aliter enim fraena dedere, & aliter gyros. Et eſt ſyllepſis, cum aliquid aſſumitur, quod dictum ſupra non eſt.

VARIORUM.

104. RUUNTQUE. *Ruunt effuſi* Menagius prior. vid. lib. V. Aen. 145.

107. VOLAT. *Vocat* Mediceus a manu prima.

108. ELATI. *Alatis* Gudianus a manu prima. ſi *alati*, poſſet ferri, ſed praeſtat nil movere. BURM.

109. AERA PER VACUUM. *Per tenerum* Macrobius Saturnal. VI. cap. 13. de quo diximus libro

33 *frena* Voſ. *frenoſque* B. 34 aëris lichthonterra R. ſichtonterra L. V. 35 deſunt L. V. R. Voſ. B. Steph. Dan. 36 hic Baſil. addit, quae in Philarg. leguntur. de hoc Erichthonio &c. 37 PELITHRONII. Pelithronium L. 38 agitatis Steph. 39 ſed diviſi autem cum irent Cod. Urſ. tum irent: & max, aut tum V. aut circumirent L.

Inpoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.
Aequus uterque labor: aeque juvenemque magiſtri

Ex-

SERVII.

116. EQUITEM. Id eſt, Equum: nam pro [40] equo, rectorem poſuit.

117. GRESSUS GLOMERARE SUPERBOS. Ut cum diſciplina incedat.

118. [41] [UTERQUE LABOR. Et ſub jugum mittere, & ſubvertere frenum.]

PHILARGYRII.

116. EQUITEM. Hic *Equitem* ſine dubio equum dicit, maxime cum inferat, *inſultare ſolo.* Ennius Annalium VII. *Denique vi magna quadrupes eques atque elephanti, Projiciunt ſeſe.* SUB ARMIS. Id eſt, inſident armato.

118. AEQUUS UTERQUE LABOR. Durus uterque labor, & ſub jugum mittere, & ſub femur.

VARIORUM.

bro IX. ỳ. 699. HEINS. Vid. ad Ovid. III. Am. II. 37.

Ibid. ASSURGERE IN AURAS. *Adſurgere* vetuſtiores. Leidenſis noſter cum Vaticano Pierii *exſurgere.* nec aliter Gudianus & Rottendorphianus tertius. quod verbum cum *erigere* Cicero frequenter conjungit. Libro VI. Aen. 607. *exſurgitque facem attollens.* HEINS. *Exurgere* Francianus.

110. AT FULVAE. *Ut* Zulichemius.

112. TANTAE EST VICTORIA CURAE. Sic Gudianus cum Moreti fragmento, & altero Mentelii: omittitur verbum ſubſtantivum in Menteliano priore, & altero Menagiano, in Voſſiano quoque, Zulichemiano ac Moretano ſecundae notae, quod placet. Mediceus *tanta eſt*, ſubſcribentibus illi lectioni primo Moretano & altero Rottendorphiano. *tanta victoria* in Veneto & Parrhaſiano. HEINS. *Tanta eſt* Francianus & Ed. Mediol.

114. RAPIDUSQUE. Mediceus a manu prima *rapiduſque rotis*, non *rapidiſque*, quomodo & Vaticanus Pierii veterrimus & Servius agnoſcunt, & ex noſtris uterque Mentelianus ac caeteri, duobus aut tribus exceptis, iiſque non admodum vetuſtis. HEINS. *Rapiduſque* etiam Francianus, & Regius, & Serv. ad II. Aen. 329. & IV. 493.

115. FRENA PELETHRONII. Vide de his Scheffer. de Re vehiculari lib. I. cap. 13.

116. EQUITEM. Equum Servius interpretatur & cum eo Gellius & Macrobius a viris doctis jam laudati. quorum auctoritatem nollem ſequutum Broukhuſium noſtrum ad Propert. IV. III. 38. ubi nihil nos cogit *euntem equitem*, pro equo accipere. rectius hic commentatus eſt Cerda. ordo vero eſt, Pelethronii impoſiti dorſo domitorum equorum, docuerunt primi artem equitandi ad uſum bellicum, & non tantum nudos viros inſidere equis, ſed & equites armatos docuerunt inſultare ſolo. *ſub armis eques* debet jungi & eſt idem, qui armatus, ut adnotavi olim ad Ovidii VIII. Metam. 313. eques ergo inſultat ſolo, quum equum ferocem in hoſtes agit, ut Turnus lib. XII. 339. eques.

Equos alacer media inter praelia Turnus
Fumantes ſudore quatit, miſerabile caeſis
Hoſtibus inſultans.

ſic apud Lucret. III. 1044. de Xerxe, qui,

Docuit pedibus ſuper ire lacunas,
Et contempſit equis inſultans marmora ponti.

ita enim recte Gronovius & alii legunt, & ubi multa de hoc verbo Lambinus collegit. Heinſius vero legebat, *Et contempſit, equis inſultans, marmora ponti.* denique huc egregie facit locus Senec. in Thyeſt. 185.

Tota ſub noſtro ſonet
Argolica tellus equite.

verum quidem eſt, & equum dici *inſultare*, ut XI. Aen. 600. *inſultans ſonipes* & alibi. ſed hic *equitem* non *equum* Maro dicit didiciſſe inſultare ſolo. neque exemplum ſimile adduci video, ubi *eques* pro equo ponatur. nam illa Horatii Epod. XVI. 11.

Barbarus heu! cineres inſiſtet victor, & urbes
Eques ſonante verberabit ungula,

quae a Buchnero, credo, in Theſauro Fabri adducuntur, nihil huc faciunt, & ineptum eſt *equitem* hic pro equo capere, quia ille ſcilicet non habet ungulam, ſed equus: immo vero *ungula* hic pro equo ponitur, quia haec pars equi ſonitum illum edit.

40 pro quo R. L. B. 41 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. Dan.

Digitized by Google

Exquirunt, calidumque animis & curſibus acrem.
Quamvis ſaepe fuga verſos ille egerit hoſtis,
Et patriam Epirum referat, fortiſque Mycenas;
Neptunique ipſa deducat origine gentem.

His

SERVII.

120. QUAMVIS SAEPE FUGA VERSOS. Ordo eſt; Quamvis ſit ſaepe victor; quamvis nobili genere procreatus, tamen a magiſtris eſt aetas magnanimitaſque requirenda: quae ſi non fuerint, illa nihil proſunt.

121. [42] [ET PATRIAM EPIRUM REFERAT. Quia in Epiro ſunt equae optimae, quibus exercetur curule certamen Jovis Olympici.]

122. NEPTUNIQUE IPSA DEDUCAT ORIGINE GENTEM. [43] [Id eſt, ſi ſit procreatus] ab equo Neptuni, qui natus eſt tridentis percuſſione.

PHILARGYRII.

122. NEPTUNIQUE. Neptunus etiam parens quorundam equorum fertur; ut Pegaſi ex Meduſa, & Arionis ex Cerere, cujus feminium Adraſtus habuit.

VARIORUM.

edit. ut ſupr. ℣. 88. & centies Poëtae partem pro toto ponunt. an ergo & lib. I. Sat. I. 114. apud Horatium

Cum carceribus miſſos rapit ungula currus,

non totus equus intelligendus? ſed quia in pedibus & ungula velocitas equi eſt, qua rapit currus, ponitur pro toto equo. ſic apud Ovidium VI. Met. 220. campus *pulſatus equis* dicitur, & ſubjicitur *mollierat ſubjectas ungula glebas*, quia ungula imprimitur campo. ſic centies a Poëtis equi dicuntur ungula ſua vel cornu pulſare, ferire &c. terram. ſed tamen & ipſe eques dicitur pulſare terram, aut ea, quae in ea ſunt. ut probavi ad Valer. Flac. V. 612. ubi Euryale pulſat corpora proſtrata. apud Senec. in Troade ℣. 13. de Amazonibus:

Ripam catervis Ponticam viduis ferit.

equorum nimirum ungulis. nec opus ibì cum Marklando ad Stat. IV. Silv. VI. 51. reponere *terit*. Nam vindicat Lectionem vulgatam ipſe Seneca in Hippol. 400. ubi de matre Hippolyti Amazone:

Egit catervas, Atticum pulſans ſolum.

haec ſatis evincent apud Poëticae elegantiae ſtudioſos, idem ſaepe tribui equiti, quod equo, & hujus ungulae, quod tota mole corporis facit. praeterea ungulam ipſum equum ſaepe deſignare docet fons, *Hippocrene* dicta ab equo, quum tamen *ungulam* feciſſe fontem illum dicat Ovid. III. Faſt. 456. & IV. ex Pont. VIII. 80. ubi *ungulam* pro ipſo equo poni patet ex Propert. III. II. 2.

Bellerophontei qua fluit humor equi.

alter locus qui, ex Minucio Felice cap. VII. objicitur, ubi dicitur, *teſtis Curtius, qui equitis ſui mole, vel onere hiatum coaequavit:* ſine ullo dubio aut corruptus, aut abſurdo ſenſu eſt. ſi enim jam Poëtis licentia illa permitteretur, ut *equitem* pro equo dicerent, quis umquam equum, *ſui equitis* dixit *equitem*, niſi velimus fingere inverſo corpore & ordine, equum inequitaſſe equiti. illi, qui equitem pro equo interpretati ſunt, adducere deberent locum, ubi *eques* ſimpliciter ponitur pro equo. quare ſi hic Maro dixiſſet, Pelethronii impoſiti dorſo equi, docuerunt *ſuum equitem*, id eſt equum inſultare ſolo, nemo non ineptum Poëtam declararet: quare accedo libenter Wouwerii conjecturae, & legerem *Curtius, qui equi ſui mole, vel onere* implevit hiatum, vel corpore equi ſui, vel ſuo ipſius. ſed ohe! jam ſatis eſt. BURM.

119. ET CURSIBUS. *In curſibus* Parrhaſ.

122. GENTEM. *Nomen* princeps Vaticanus Pierii. quomodo Aeneidos decimo ℣. 618.

Ille tamen noſtra deducit origine nomen.

nomen enim pro gente & genere frequenter apud cultae Latinitatis ſcriptores occurrit. videantur, ſi tanti eſt, quae ad Naſonis Heroidas annotamus Epiſtola II. ℣. 50. & Epiſt. XVII. ℣. 60. Silius libro Punicorum decimo ſexto, ubi de equis:

Te Zephyro eductum nunc nunc oſtendere tempus:
Diſcant, qui pecudum ducunt ab origine nomen,
Quantum divini praecellat ſeminis ortus.

Florus lib. IV. cap. I. de Fulvia: *viliſſimum ſcortum, ſed patricii nominis.* ſic lego ex veſtigiis veterum librorum. *patricii ſanguinis* lib. I. 26. HEINS.

42 deſunt iidem. 43 deſunt iidem.

His animadverſis inſtant ſub tempus, & omnis
Inpendunt curas denſo diſtendere pingui,
Quem legere ducem, & pecori dixere maritum:
Pubenteſque ſecant herbas, fluvioſque miniſtrant,
Farraque; ne blando nequeat ſupereſſe labori;

In-

SERVII.

123. HIS ANIMADVERSIS. Moribus & aetate deprehenſis. INSTANT SUB TEMPUS. Coëundi, ſcilicet: quo eis cura major [44] adhibeatur.

124. DENSO DISTENDERE PINGUI. Non [45] laxo; quod quibuſdam potionibus per fraudem [46] agaſones facere [47] conſueverunt: unde ait: *Denſo pingui:* id eſt, [48] viribus pleno. Sane *pingue* generis eſt neutri: & ita in omnibus idoneis [49] [invenitur: nam nec *pinguedo*, nec *pinguetudo* Latinum eſt.]

125. [50] [DIXERE. Pro deſignavere. Cicero de Republica: *Sic de accuſatore lege quinta dicta:* id eſt, deſignata. Et Horatius II. Od. VII. 25. *Quem Venus arbitrum Dicit bibendi:* pro, deſignat.]

126. PUBENTESQUE SECANT HERBAS. Adultas, maturiores: quibus robur acquiritur. BLANDO LABORI. Periphraſis eſt coitus.

PHILARGYRII.

124. DENSO DISTENDERE PINGUI. Abſolute poſuit, ut eſt illud Lucretianum I. 258. *Hic feſſae pecudes pingui.*

125. DIXERE MARITUM. Pro deſignavere. Cicero de Republ. ſic: *Dictatore L. Quinctio dicto.* Sed & Horatius: *Quem Venus arbitrum dicit bibendi*, pro deſignat.

127. BLANDO. Mire *blandum laborem* coitum dixit, quod ſit cum voluptate.

VARIORUM.

HEINS. Et *genus* & *nomina* dedit uvis & pomis lib. II. 240. & *nomen* pro nobilitatis origine, unde deſcendunt & nomen ſumunt, obvium eſt. ut III. Georg. 35. *Aſſaraci proles, demiſſaeque ab Jove gentis Nomina.* & ita paſſim. hinc nihil miri *nomen* & *gentem* confundi. vid. ſimilem varietatem lib. III. Aen. 18. BURM.

123. INSTANT. *Inſtat* Menagius ſecundus. *His anima adverſis* Mediceus.

124. IMPENDUNT. *Impendent* quartus Moretanus. *diſtinguere* Leidenſis unus. in loco Lucretii a Philarg. laudato lib. I. 258. legitur hodie, *Hic feſſae pecudes pingues*, ubi nuperus editor conjecturae ſuae auctorem hunc Maronis interpretem laudare potuiſſet, ne plagii crimen ſubiret. BURM.

125. DIXERE. *Duxere* in Romano fuiſſe notavit Pierii manus in ora Juntinae editionis. *dixiſſe* Francianus. credo hunc locum in animo habuiſſe Servium, ad VII. Ecl. 7. ubi habet, *quem legere virum*. BURM.

Ibid. MARITUM. Maritus pecori, pro admiſſario, imitatione Ennii in Nemea, ubi inquit, *pecori dare jura marito*. FABRIC.

126. FLORENTESQUE. Legendum *pubentes*; quo epitheto etiam IV. Aen. 514. utitur. alterum enim ex interpretatiuncula eſt aſcitum. *pubentes* legit Servius: nam interpretatur, *adultas*. μεταφορὰ κατὰ τὸ ἀνάλογον, inter herbas & homines. nam & herbarum *pubertatem* dicimus & juventutis *florem*, & ſenectutem *viridem*. item *mitia poma*, & *aetatem crudam*. FABRIC. *Florenteſque* Mediceus, uterque Mentelianus, & caeteri noſtri, exceptis Veneto noſtro, altero Voſſiano, & Moretano quarto. Primus etiam Moretanus a ſecunda manu *Pubenteſque*. pro qua ſcriptura ſtat Servius; at A. Gellius primo Noctium Atticarum cap. 23. *Florentiſque* prae ſe fert. *Pubenteſque* etiam pro diverſa lectione in tertio Rottendorphiano annotatum. ſic Aeneidos quarto 514. *Pubentes herbae nigri cum lacte veneni*. Arnobius: *Cur quotidie gemmulas & pubentes herbas adurit atque interficit nocentiſſimum frigus*. Nemeſianus Cynegetico prope finem: *Inde ubi pubentes calamos ſiccaverat aeſtas*. De pubeſcentibus herbis vid. Salmaſ. in Solin. p. 361.

Pu-

44 adhibetur L. Voſ. R. V. B. Baſil. 45 laxo V. 46 Agaſſones L. Agazones R. 47 conſuerunt L. R. Voſ. B. 48 auribus V. juribus Voſ. & ita in aliis ſcriptum, ut utraque vox inde effici poſſit. 49 deſunt L. ad *adultas* ℣. 126. 50 deſunt L. R. B. ad ℣. 126. & fere deſcripta ex Philargyrio, ubi correctiora leguntur. ſed Baſil. habet, Cicer. de Repb. ſic de accuſatore L. V. Deam. & Horat. &c.

Digitized by Google

Invalidique patrum referant jejunia gnati:
Ipſa autem macie tenuant armenta volentes.
Atque, ubi concubitus primos jam nota voluptas
Sollicitat, frondiſque negant, & fontibus arcent:
Saepe etiam curſu quatiunt, & ſole fatigant,

Quum

SERVII.

128. JEJUNIA. Infirmitatem, [51] venientem ex inedia.

130. JAM NOTA VOLUPTAS SOLLICITAT. Dicendo *nota*, per tranſitum tetigit rem ab aliis diligenter expreſſam: nam equae pullae, cum primum coëunt, ſi macrae [52] ſunt, & debilitantur, & debiles creant: poſt primum autem partum tenues eſſe debent.

131. FRONDESQUE NEGANT. Contra illud: [53] *Florenteſque ſecant herbas, fluvioſque miniſtrant.* [54] [ET FONTIBUS ARCENT. Id eſt, a potu etiam prohibent.

132. CURSU QUATIUNT. Currere faciunt. SOLE FATIGANT. Calore faciunt laborare.]

PHILARGYRII.

128. REFERAT. Non enim poteſt unus equus duas patrias habere. Et, *referat*, ſicut ubi poſitum III. Georg. 397. *Et ſalis occultum referat in lacte ſaporem.* Et IV. Aen. 329. *Qui te tantum ore referret.* JEJUNIA. *Jejunia*, pro macie.

129. IPSA AUTEM MACIE TENUAT ARMENTA. Ut: *Frondeſque negant: & frondibus arcent.*

130. PRIMOS. *Primos concubitus*, anni redeuntis accipiendum: alioquin contrarius videbitur, cum infert: *Jam nota voluptas.* Ergo *primos* poëtice, pro *primum*. Quidam notam voluptatem, non coitum, ſed deſiderium accipi volunt.

VARIORUM.

Pubeſcens uva Plinio in Naturali hiſtoria non ſemel. Columellae *pubeſcentes & adoleſcentes uvae.* Auſonio, *Nunc ego pubentes Salicum deverbero frondes.* Mela de Corycio ſpecu, *viret lucis undique pubentibus.* pubeſcunt uvae cum ad maturitatem perduci incipiunt. pubeſcunt vites, cum pampino inducuntur. Vetus Poëta apud Ciceronem primo Tuſcul.: *vites laetificae pampinis pubeſcere.* Statius Surrentino Pollii ꝟ. 100. *Saepe per autumnum jam pubeſcente Lyaeo, Palmite maturo rorantia lumina terſit Nereis.* ſic & uva variari dicta, cum coloratur. apud Claudianum Raptu Proſerpinae L. II. 79. *omnia foetu pubeſcant virgulta velis.* libro ſecundo Georgicon, *Hinc omnis largo pubeſcit vinea foetu.* & apud Statium Sylvarum tertio Lacrymis Etruſci, *Pubenteſque roſae primos moriuntur ad auſtros.* quae & *pubeſcentes* dictae in Elegia de Roſis incerti Poëtae. Naſo in Triſtibus, *Prataque pubeſcunt variorum flore colorum.* HEINS. *Florenteſque* Francianus & Tollianus. *Pubenteſque* Reg. & Salmaſ. Exerc. 513. *Florentiſque* Edd. IV. & Mediol.

127. NEQUEANT. *Nequeat* vetuſtiores Pieriani, & ex noſtris Menagianus prior cum Gudiano, tres Moretani, & Leidenſis ac Schefferianus. recte. ut ad maritum gregis referatur, idque ipſum in vetuſtis A. Gellii membranis exaratum occurrit libro I. cap. 23. HEINS.

129. IPSA. *Ipſi* Leidenſis a manu ſecunda. ſed male. vide Heinſ. ad. Ovid. II. Metam. 128.

130. JAM NOTA Male Philarg. & Servius. *Jam nota*, id eſt quae tum primum ab iis ſentitur, & noſcitur. caeterum in verſu proxime ſequente, *que* παρέλκει. FABER. Certe male explicant interpretes veteres. ſi enim anni redeuntis voluptas ſit intelligenda, jam ſecundi concubitus erant dicendi. quia vero de pullis agit, qui rudes adhuc Veneris, jam incipiunt voluptate concubitus ſollicitari, *nota voluptas*, non quam ante experti ſunt, eſt accipienda, ſed quam naturae inſtinctu noſcere & ſentire incipiunt, & ita jam primum nota eſſe coepit. ſic apud Lucan. III. 391. *ſibi nota voluptas*, uti ibi legendum eſſe oſtendemus ad ipſum Poëtam. vid. & Vlitium ad Gratii Cyneg. 283. aliis in locis *nota voluptas*, eſt quam antea jam ſenſerunt. ut VIII. Aen. 389. *notuſque medullas intravit calor.* & ita *ignotus ignis* Senec. Hipp. 293. ſed hic aliud requirit ſenſus. Catroeus prudenter haec praeteriit: cogitaveram olim *jam nata* poſſe legi, quia centies

hae

51 deeſt B. 52 ſint L. Voſ. R. B. Steph. 53 *pubenteſque* Fabr. 54 deſunt Voſ. R. V. B. L. Steph. Dan. ad ꝟ. 133.

Quum graviter tunſis gemit area frugibus, & quum
Surgentem ad zephyrum paleae jactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtuſior uſus
Sit genitali arvo, & ſulcos oblimet inertis:
Sed rapiat ſitiens Venerem, interiuſque recondat.
Rurſus cura patrum cadere, & ſuccedere matrum
Incipit. Exactis gravidae quum menſibus errant,

Non

SERVII.

133. CUM GRAVITER TONSIS &c. Hoc eſt die medio. Hoc autem ad exprimendum diei tempus eſt poſitum: [55] non quod equae aeſtatis tempore coëant.

135. NIMIO NE LUXU. Nimio pingui. Et bene rem turpem aperte a Lucretio [56] tractatam vitavit tranſlationibus, quas omnes ab agricultura traxit. LUXU. Propter [57] luxuriem ſegetum.

136 GENITALI ARVO. Pro muliebri folliculo, [58] quam ſcilicet vulvam vocant; ut etiam Plinius docet: nam ante folliculus dicebatur. SULCOS OBLIMET INERTES. Claudat meatus. Et hoc ſimiliter per tranſlationem dixit: nam legimus ſupra I. 116. *Et obducto late tenet omnia limo.*

137. [59] [INTERIUSQUE RECONDAT. Id eſt, intra naturalia, ſecreta, & loca, quibus foetus clauditur.

138. RURSUS. Non pro *iterum*, ſed *contra* ponitur.]

139. EXACTIS GRAVIDAE CUM MENSIBUS ERRANT. Vicinis partui: tunc enim diligentius tractandae ſunt, ne abigant [60] foetus.

PHILARGYRII.

133. TUNSIS. Quae tunduntur: non enim cum tunſae ſunt, ſed cum tunduntur. Ne graviter tunſis, graviter gemat: & *tuſis* ſine *n* littera legendum.

136. OBLIMET. Lucretius: *ne oblimet*, pro obturet, & obcludat. Alibi: *oblimet*, [61] temperet. Horatius I. S. II. 62. *Rem patris ablimare malum eſt ubicunque.*

137. SITIENS VENEREM. Quare *ſitiens*? ſolvit quaeſtionem. Alii dictum volunt *ſitiens* libidinis plenae.

138. RURSUS. Hic contra ſignificat.

VARIORUM.

hae voces permutatae. vid. Broukh. ad Prop. IV. IX. 40. & Drakenb. ad Sil. III. 335. & paſſim apud Ovidium. ſed malo acquieſcere jam datae explicationi. BURM.

133. TUNSIS. *Tunſis frugibus* ſcribendum. quod pleroſque codices vetuſtos inſedit. Columella libro II. R. R. cap. 21. *Ipſae antea ſpicae melius fuſtibus tunduntur*. noſter libro IV 267.

Proderit & tunſum gallae admiſcere ſaporem.

ſed vide de hoc loco Voſſium de Analogia lib. III. cap. 26. Plura Georg. I. 262. HEINS.

Ibid. AREA Vid. Lib. I. 298.

135. OBTUSIOR. *Obtunſior* Mediceus, Regius & plerique alii.

136. ET SULCOS OBLIMET. *Et* non habet Beda de tropis S. Script. pag. 350. *ſuccos* Zulichem. imitatum haec eſſe Claudian. III. Rapt. 29 *humanas oblimat copia mentes*, notavit Tollius ad Longin. cap. XXVIII. qui obducto quaſi limo ſtupidas reddit, explicat. in Horatii vero loco *rem patris oblimare* Scriverius in Anecd. p. 19. videtur deducere a *lima*, & deterere explicat, ut & vetus Scholiaſtes in Edd. Dan. & Lucii legitur ad XII. Aen. 370. *oblimet inermes*. inepte. Euripidis illa in Phoeniſ. μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ imitatum vult Urſinus. & ita Sophocl. Oedip. Tyr. 1231. Πῶς ποθ' αἱ πατρῷαί σ' ἄλοκες φέρειν τάλας. &c ubi Schol. αἱ κοῖται, αἱ σποραὶ, οἱ γάμοι. paſſim vero in his locutionibus, ab arvis, & ſationibus

[55] non qui V. [56] tractam V. [57] Luxuriam L. Voſ. R. V. [58] quem vulvam L. B. R. Voſ. V. Fabr. al. quem ſcilicet Steph. Dan. [59] deſunt L. B. R. Voſ. Steph. Dan. ad ℣. 139. [60] deeſt R. B. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. [61] tenet vel perdat, Barth. Adverſ. XXV. ult.

Non illas gravibus quiſquam juga ducere plauſtris,
Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus, & acri
Carpere prata fuga, fluvioſque innare rapaces.
Saltibus in vacuis paſcant, & plena ſecundum
Flumina: muſcus ubi, & viridiſſima gramine ripa,
Speluncaeque tegant, & ſaxea procubet umbra.
Eſt lucos Silari circa ilicibuſque virentem
Plurimus Alburnum volitans, quoi nomen aſilo

Ro-

SERVII.

141. Non saltu superare viam. Quod ſolet fieri cum paſcunt pedibus impeditis.

143. Vacuis. Magnis. Plena flumina. Ne [62] inclinentur ad potum.

146. Est lucos Silari circa ilicibusque virentem &c. Ordo talis eſt: Circa lucos Silari, fluminis Lucaniae, & Alburnum [63] ejus montem, eſt *plurimus volitant:* ac ſi diceret, eſt multa muſca. Volitans autem modo nomen eſt, non participium.

PHILARGYRII.

140. Non illas gravibus. *Gravibus* aut epitheton eſt plauſtrorum; aut *gravibus* onuſtis dixit. Sed poëtice, *plauſtris juga ducere*, non *jugis plauſtra.*

142. Innare rapaces. Hoc dicit, innatant fluvios, ſed non rapaces: nam infra ait: *Saltibus &c.*

143. Saltibus. His *ſaltibus*. Aliter ſupra: *Nec ſaltus ſuperare viam ſit paſſus.* Vacuis autem saltibus, ſine maritis dixit.

145. Saxea procubet umbra. Nove *ſaxea umbra*, quae ſaxis fiat: & *procubet*, protendatur.

146. Silari. Ordo: plurimum volitans circa lucos Silari, Alburnumque virentem ilicibus. Volitans abſolute. *Silarus* & *Alburnus* in Lucania ſunt montes.

147. Asilo. Nigidius de Animalibus: *Aſilus eſt muſca varia, tabanus, bubus maxime nocens. Hic apud Graecos prius myops vocabatur: poſtea magnitudine incommodi oeſtrum appellarunt.* Et hoc eſt, quod ait, *oeſtrum Graji vertere vocantes.* Non de Latino in Graecum, ſed de Graeco in ſuam linguam, quae prior fuit.

VARIORUM.

bus tranſlatis, Graeci & Latini Poëtae laſcivierunt. BURM.

137. Sed rapiat. *Sed ſitiens rapiat* Parrhaſ.

138. Cadere. *Eadem* Venetus. de τῷ *rurſus* vid. ad Valer. Flac. iii. 645.

141. Non saltu superare. *Saltus ſuperare*, non *ſaltu* Mediceus. HEINS. *Saltus* alter Menagianus.

142. Rapaces. *Minaces* Zulichemius. repetitum ex ỳ. 77.

143. Saltibus in vacuis pascant. Nonius Marcellus *Paſcuntur vero ſilvas*, in voce *ſecundum*. ſed cum alibi bis vulgatam ſcripturam exhibeat, lapſum hic memoria exiſtimo, cogitaſſe illa, quae hoc ipſo occurrunt libro ỳ. 314. *Paſcuntur vero ſilvas & ſumma Lycaei.* HEINS. *Paſcunt* primus Moreti & Mediceus.

144. Viridissima gramine ripa. *Viridiſſima gramina ripae* Mediceus. HEINS. *Gramina ripa* quartus Moreti.

145. Procubet. *Procubat* ſecundus Moretanus. *protegat* Mediceus.

146 Est lucos Silari circa. *Lucus Sileri* Mediceus a manu prima: non male, nam *Siler* eſt Lucano ii. 425. *rodenſque Salerni Culta Siler.* Vibius, *Siler in Lucania.* Columellae etiam libro x. *vitreoque Siler qui defluit amni.* ſed enim, Plinio, Melae, Silio eſt *Silarus.* Graecis quoque eſt Σίλα.

62 inclinetur Dan. 63 ejusdem B. L. Voſ. R. V. Fabr, al.

Romanum eſt, oeſtrum Graji vertêre vocantes;
Aſper, acerba ſonans: quo tota exterrita ſilvis
Diffugiunt armenta; furit mugitibus aether
Concuſſus, ſilvaeque & ſicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monſtro horribilis exercuit iras
Inachiae Juno peſtem meditata juvencae.

Hunc

SERVII.

148. OESTRUM GRAJI VERTERE VOCANTES. *Vertere* ex ſoni ſimilitudine, Onomatopoeiam fecere. Non enim poſſumus accipere, ex Latina lingua [64] mutavere; cum conſtet Graecam primam fuiſſe. *Oeſtrum* autem Graecum eſt: Latine *aſilus*, vulgo *tabanus* vocatur. CUI NOMEN ASILO. Ut IX. Aen. 593. *Cui Remulo cognomen erat.*

151. SICCI TANAGRI. Non multum valentis. *Tanager* autem fluvius eſt Lucaniae. [65] [Et ſicci ad tempus aeſtatis relatum eſt. Eſt enim torrens hyeme.] Et hoc dicit: armentorum mugitu cuncta reſonare.

152. HOC QUONDAM MONSTRO. Argumentatur ab exemplo, dicens, oeſtro contra pellicem ſe defendiſſe Junonem. Nota autem eſt fabula: [66] Io, Inachi filiam, a Jove Junonis adventu converſam eſſe in vaccam, cui Juno immiſit oeſtrum: quo toto orbe fatigata tandem aliquando venit ad Aegyptum, & illic in Iſim converſa eſt. [67] Tranſiit autem per mare anguſtum, quod Boſporon appellatum eſt, nunc [68] Helleſpontus nominatur.

153. PESTEM MEDITATA JUVENCAE. [69] Vel quam peſtem ante excogitaverat: vel *meditata*, inferens & exercens, accipiamus. Horatius IV. Od. XIV. 28. [70] *Horrendamque cultis Diluviem meditatur agris:* id eſt, infert, exercet: nam & in ipſa meditatione [71] exercitium eſt.

PHILARGYRII.

148. OESTRUM GRAJI VERTERE. Quomodo Graji vertere, cum omnia, quae Latina ſunt, a Graeca ratione deſcendant? ſolvit quaeſtionem: Graeci cum *myopem* primo dixerint, diſplicuit nomen: quia proprium non erat. *Oeſtrum* dixerunt, hoc eſt, quia furiam *oeſtrum* vocant. Dividit enim furia armenta, cum ab ea ſtimulantur. Latine vero hoc animal *tabanus* dicitur.

150. FURIT. Poëtice convertit. Nam cum furor boum ſit, aetherem ait furere.

151. SICCI. Quare *ſicci*, cum ripam dixerit? oſtendit hunc non eſſe fluvium, ſed rivum, ut alibi, III. Aen. 350. *Et arentem Xanthi cognomine rivum.*

153. JUVENCAE. Ionem dicit Inachi filiam, quam in bovem converſam oeſtro percuſſiſſe dicitur. Illa ſe in mare praecipitavit, quod Ionium vocaverunt: & Iſis dicitur, quaſi ſola Dea. Hoc enim Aegyptiis placet.

VARIORUM.

Σίλαρος vel Σίλαρις. Melae tamen codices *Silerus*, teſte Voſſio ad II. 4. HEINS. *Lucus* Leidenſis. *circum* Venetus, vel *circa* Parrhaſ. citat hunc locum Senec. Epiſt. LVIII. ubi, *eſt lucum Silari juxta.* deinde *pluribus*, ut erat in Regio & tert. Mentelii & Parrhaſ. qui etiam *quoi.* ſed *plurimus* recte explicitum Servio. vid. ſup. ad lib. I. 187. *Aſillo* Francian. BURM.

147. QUOI. *Cui*, & *oeſtrum* in noſtris omnibus. *Aſylo* in nonnullis. HEINS. *Aſylo* etiam apud Valer. Flac. III. 581. ubi vide Weitz.

148. OESTRUM. Vide Conſtantinum in οἶστρος aut μύωψ. ſane Io apud Aeſchylum Prometh. 569. ait, oeſtrum eſſe εἴδωλον Argi panoptae, ſeque ab eo mirum in modum exagitari. Χρίει τις αὖ με τάλαιναν οἶστρος εἴδωλον Ἄργυ γηγενοῦς ἄλευ᾽ ὦ δᾶ. Eundem in-

64 onomopoeïa mutavere R. lingua. ut habere B. mox Oſtros L. R. Voſ. B. 65 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. al. 66 Io, Inachi filia, cum eam Jupiter invaſiſſet, veniente Junone in vacam mutata eſt, cui &c. Cod. Urſ. Jovis Inachi filiam Steph. Inachi filiam Jove L. Io In. filiam a Jove vitiatam. 67 tranſit Steph. Dan. 68 Helleſpontum L. Voſ. R. B. Steph. Dan. 69 Ionem dicit Inachi filiam, quam in bovem converſam oeſtro percuſſiſſe dicitur. Illa ſe in mare praecipitavit, quod Ionium vocatur. & Iſis dicitur, quaſi ſola dea, hoc enim Aegyptiis placet, vel quam peſtem &c. Urſ. Cod. ex Philargyrio. 70 *Horrendoque c. diluviam* Steph. Dan. al. & Fabr. ſed *diluviem.* 71 exercitum V.

Digitized by Google

Hunc quoque, nam mediis fervoribus acrior inſtat,
Arcebis gravido pecori, armentaque paſces
Sole recens orto, aut noctem ducentibus aſtris.
Poſt partum cura in vitulos traducitur omnis:
Continuoque notas & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo,
Aut aris ſervare ſacros, aut ſcindere terram,

Et

SERVII.

154. HUNC QUOQUE. Id eſt, etiam hoc malum remove. FERVORIBUS ACRIOR INSTAT. Tunc eſt acrior. Et dicendo tempus, oſtendit quemadmodum poſſit evitari.

155. ARCEBIS GRAVIDO PECORI. A gravido pecore: nam *arceo a te* dicimus. SOLE RECENS ORTO. Statim, Salluſtius IV. Hiſtor. *Coria recens detracta veluti* [72] *glutine adoleſcebant.*

157. IN VITULOS. Modo generaliter & de equis & de bobus accipimus.

158. NOTAS. [73] Characteres.

159. PECORI HABENDO SUBMITTERE. Admiſſarios facere. [74] [HABENDO. Ut habeatur, ut Lucilius in trigeſimo: *Nonnunquam dabit ipſa aetas, quod poſſit, habendo.*]

PHILARGYRII.

159. HABENDO. Id quod habetur. Lucilius in XXX. *Nonnunquam dabit ipſa aetas, quod poſſit, habendo.*

VARIORUM.

inferius paulo ℣. 675. vocat μυώπα, quo loco Metamorphoſim ſuam deſcribit. ὀξυστόμῳ μύωπι χρισθεὶς ἐμμανεῖ σκιρτήματι, qui locus facit cum Philargyrio, alibi οἰστροδίνητον κόραν vocat. alibi hujusmodi infectationem per tabani opera factam vocat οἰστρηλάτην, alibi ipſum οἰστρόπληγα vocat. FABER. Vide Schol. Sophocl. Elect. 5. *Grai* Francianus, Parrhaſ. Regius & alii.

149. ACERBA. *Acerva* Mentelii prior. *acerbe* Ed. Venet.

150. DIFFUGIUNT. Vel *diffigunt* Gudianus.

152. HOC QUONDAM. Hic & ſequens verſus deerat quarto Moretano. *Inachea*e alter Rottendorphius. *peſtes* fragm. Moreti.

154. HUNC. *Hoc* Leidenſis tert. *hanc* Zulichemianus. *inſtant* Leidenſis pr. a manu prima. *medios fervores* de meridie capio, non, ut Cerda & alii, de aeſtate. ſic Ovid. I. Amor. V.

Aeſtus erat, mediamque dies exegerat horam.

infr. 331. *aeſtus medii.* & IV. 401. & hoc indicat ℣. 156. ubi matutinum & veſpertinum tempus meridiei opponuntur. nec opus erat de aeſtate monere, quum nemo ignoret hyeme non nocere pecori aſilos. BURM.

155. ARCEBIS GRAVIDO PECORI. Ita lib. XI. 826. *Trojanos arceat urbi* Pierius in ſuis invenit. *pecorique* Menag pr. & Medic. a m. ſec. *arcere* varie conſtruunt. *Arcere urbi, urbe, ab urbe, ex urbe.* noſter lib. I. 31. *Arcebat longe Latio.* Sil. Ital. III. 650. *patriae qui moenibus arces.* ubi vid. Cl. Drakenb. & ad Livium V. 8. XXVI. 41. XXVII. 30. Valer. Flac. II. 118. & 368. BURM.

158. NOTAS. Vid. ad III. Aen. 444. & Scal. ad Varron. de L. L. pag. 107.

159. MALINT. *Malunt* primus Moretanus. *malit* Venetus. *habendo* hic eſt ſervando, enutriendo. ut tauri deinde facti, gregem augeant. vid ad lib. I. 3. *cetera* vero intelligo ad lactis, caſei &c. uſum. BURM.

160. SACRIS. Melius *ſacros.* ſacrae pecudes, id eſt aris deſtinatae. Virg. II. Georg. 395. *ſtabit ſacer hircus ad aram.* Tibull. II. I. 15. *ut eat ſacer hircus ad aras.* FABRIC. *Agnus* eſt in Tibullo. *ſacros* omnes fere, praeter Menagium utrumque & Lei-

72 G'utino R. V. L. B. Voſ. & ita Servius ad VII. Aen. 632. ſed reliqua aliter dat. 73 caracteras accipimus R. caracteres accipimus Voſ. 74 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. Dan. 75 Phraſis Steph. Ekfraſis B. ſufficerat enim dicere Baſil. ſufficeret B.

Sed tota in dulcis conſument ubera natos.
Sin ad bella magis ſtudium, turmaſque feroces,
Aut Alphea rotis praelabi flumina Piſae,
Et Jovis in luco currus agitare volantis;
Primus equi labor eſt, animos atque arma videre
Bellantum, lituoſque pati; tractuque gementem
Ferre rotam, & ſtabulo frenos audire ſonantis.

Tum

SERVII.

180. PRAELABI FLUMINA PISAE. Quia, ut ſupra ✝. 18. diximus, circa ripas fluminum maxime agitabatur curule certamen.

183. [86] [LITUOSQUE PATI. Buccinas ſonantes audire. *Lituus* eſt virga regalis, quaſi lites diſterminans: nam & virga Mercurii [87] appellatur *lituus*. Et poteſt hic intelligi virga, qua domantur equi: ut virgae ſonitum, tanquam percutientis, frequenter audiat.

VARIORUM.

tranſcurſu reddendum libro VII. cap. III. *Nam cicercula ſumptuoſior eſt, quam ut ſuburbanis regionibus ſalubri pretio poſſit praeberi. ſed ſicubi vilitas permittit, haud dubie eſt optima.* ſic locus ille ex veterrimis membranis conſtituendus. *ſalubre pretium*, pro quo *exiguum* legebatur, perquam elegans eſt, & aliis jam ſcriptoribus a Gronovio noſtro aſſertum. ſed Nonius Marcellus vulgatam agnoſcit ſcripturam. HEINS.

177. MORE PATRUM. Id eſt, non ſuorum majorum, ſed antiquorum hominum ſuae patriae. ut lib. XI. Aen. 185.

Huc corpora quiſque ſuorum
More tulere patrum.

Ovid. I. Amor. XI. 3.

Non me more patrum &c.

Sil. Ital. III. 389.

Venatibus aevum
Transfigitur, vel more patrum, vis raptaque paſcunt.

& ita paſſim. BURM.

Ibid. MULCTRARIA. *Mulgaria* in Aldino, pro *mulctralia*. & illo Valgius Poeta uſus eſt. FABRIC. *Mulctraria* codices omnes, & recte, niſi quod in Gudiano *multraria*, etiam in Leidenſi, & tertio Rottendorphiano. *multralia* in Moreti fragmento. infra v. 309. etiam in veterrimis membranis *multra*. *mulgaria* Valgio dicta notant Grammatici, & ſane *mulgaria* hic etiam loci in veterrimis quibuſdam codicibus repperit Pierius. quod & ipſum agnoſcit Nonius Marcellus in *foetum*, prolato hoc Maronis loco. *mulctra* ſunt Horatio Epod. XV. 49. quoque neutrius generis, *Illic injuſſae veniunt ad mulctra capellae.* HEINS. *Mulcraria* Zulichemius. *mulctaria* Tollianus & Med. *multaria* Ed. Veneta.

178. CONSUMENT UBERA. *Conſumant* Mediceus. *conſumment* Gudianus. *conſumunt* Rottendorphii tertius. HEINS.

179. TURMASQUE. *In turmaſque* Venetus.

180. PRAELABI. Hic pro *praeterlabi*: juxta fluvium Alpheum currus agitare. ut nota haec verbi ſignificatio, quae tamen latuit Catroeo, qui accepit de celeritate, quaſi curſum fluvii Alphei vincere & praeterire notaret. Vondelius etiam videtur male cepiſſe, *den Alpheus voorby te rennen*, pro *langs den Alpheus te rennen*. BURM.

182. PRIMUS EQUI LABOR EST. *Equis* Mediceus. HEINS.

Ibid. ANIMOS ATQUE ARMA. *Animoſque ad bella* alter Rottendorphius. *animos* Gloſſa Regii Cod. *rixas* exponit. vid. ad II. Aen. 799. BURM.

183. TRACTUQUE. Id eſt *tractatione*. uſus eſt Salluſtius in Jugurt. 78. ubi de Syrtibus verba facit. FABER. *Tractus* hic eſt, ut *tractus* ſerpentum. ita & de rotis, quae ſulcum quemdam vel veſtigia imprimunt terrae, quam tractu ſignant. vid. ad Nemeſ. Ecl. IV. 4. poteſt & hic de curru,

quem

86 deſunt L. V. R. B. Voſ. Steph. Dan. ad ✝. 188. 87 nominatur Fabr. al.

Tum magis atque magis blandis gaudere magiſtri
Laudibus, & plauſae ſonitum cervicis amare.
Atque haec jam primo depulſus ab ubere matris
Audeat, inque vicem det mollibus ora capiſtris
Invalidus, & jamque tremens, & jam inſcius aevi.
At, tribus exactis, ubi quarta adceſſerit aeſtas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibuſque ſonare
Conpoſitis, ſinuetque alterna volumina crurum;

Sit-

SERVII.

188. INQUE VICEM. Frenorum ſcilicet; ne adhuc tenera ora laedantur.

189. ETIAM INSCIUS AEVI. Nondum habens ab annis fiduciam.

190. UBI QUARTA ACCESSERIT AETAS. Quartus annus: nam aetatem plerumque generaliter dicimus pro anno; pro triginta, pro centum, pro quovis tempore. SITQUE LABORANTI SIMILIS. Praeparetur ad futurum laborem.

PHILARGYRII.

187. PRIMO. Non *primo ubere*, ſed *jam primo*, quaſi unum lege, ut ſit; *Jam primo audeat depulſus ab ubere matris.*

188. INQUE VICEM. Celſus, *inque vicem*, ſic intelligit, ut ſit nonnunquam ſine capiſtris: vel, ut ſit in utraque parte ductus facilis.

189. ETIAM. *Etiam*, pro adhuc.

VARIORUM.

quem trahere diſcant, capi. BURM.

Ibid. GEMENTEM. Ejus ſcilicet pondere, qui inſidet, ut *gemuit ſub pondere cymba*. hoc ideo adnoto, ut ſimul emendem locum Tragici in Hippolyto 76. *fertur plauſtro praeda gementi*. ſic enim legitur in exemplari, quod Johan. Regiomontanus, inſignis Mathematicus, ſua manu deſcripſit, & in Bibliotheca Bernardi Vicaderi, ejus diſcipuli, inventum eſt. FABRIC. Sic lib. XI. Aeneid. 138. *plauſtris vectare gementibus ornos.*

184. ET STABULO FRENOS AUDIRE SONANTES. *Stabulis* apud Nonium in *frenos*. Chariſius tamen libro primo, *& in ſtabulo*. ſed τὸ *in* illic redundat. vulgatam Probus in Grammatica expreſſit, & Donatus in Eunuchum Terentii I. II. 53. HEINS. *Audere* Mediceus a manu prima, & mox 188. *audeat ferre*, hoc eſt pati; ad auditum gemitum rotarum non terreri, dum trahitur currus. ut mox ỳ. 204. *ferre eſſeda*. BURM.

286. LAUDIBUS. *Plauſibus* Zulichemius & primus Moreti.

188. AUDIAT. Codices Menteliani *audeat*. quomodo & Mediceus, ac Gudianus a manu prima. & ſane τὸ *audire* jam praeceſſerat. HEINS. *Audeat* Regius.

189. ETIAMQUE. *Jam jamque tremens* manu ſecunda Mediceus, nec aliter Moreti fragmentum. idem *& jam inſcius*, non *etiam*. *& jam* utroque loco reponendum cum Mentelianis. idque Cariſius initio libri quarti praecepit. ubi ad hunc verſum notat, *jam pro etiam*, *nunc conjunctio poſita pro adverbio*. HEINS. *Atque inſcius* Mediceus, *etiamque inſcius* Parrhaſ. *etiam inſcius* Pariſ. *& jam* Ed. Mediol.

190. ACCESSERIT AETAS. *Aeſtas* ſolus ex noſtris Gudianus. tum & Mentelianus prior a manu prima. in caeteris *aetas*, quam ſcripturam Servius agnoſcit manifeſte, ut & Nonius Marcellus verbo *exigere*. ſimilis diverſitas ſcripturae & libro IV. occurrit ỳ. 207. HEINS. *Aeſtas* Zulichemius. *ac tribus* Menagii prior. *acceperit aetas* Regius cum Gloſſa, *annus*. *acceperit* ſimilis diverſitas apud Calpurn. IV. Ecl. 18.

Quem vicena meis natalibus admovet aetas.

ubi vigeſimus annus intelligi debet. alii legunt *aeſtas*. Apud Silium etiam lib. III. 382.

Septimaque bis ſtabulis longiſſima ducitur aeſtas.

ubi vide notas doctorum virorum. & Valer. Flac. VI. 115. *eum Scythiae jam tertia viderat aetas.* & ibi *aeſtas* alii. & ita *ſeptima aeſtas* IV. Georg. 207. & I. Aen. ỳ. ult. & ſaepe alibi. BURM.

192. CRU-

Sitque laboranti ſimilis: tum curſibus auras
Tum vocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Aequora, vix ſumma veſtigia ponat arena:
Qualis, Hyperboreis Aquilo quum denſus ab oris
Incubuit, Scythiaeque hiemis, atque arida differt

Nu-

SERVII.

196. QUALIS HYPERBOREIS. Hyperborei montes ſunt Scythiae: [88] ſic dicti, quod ſupra, id eſt, ultra eos flet Boreas. Dicit autem: ſic currat equus, ut ventus.

197. ARIDA NUBILA. Sine pluviis. DIFFERT. Diſſipat.

PHILARGYRII.

193. SITQUE LABORANTI SIMILIS. Hoc eſt, non vere laboret, ne taedium capiat. Ac, *per aperta volans*, currens.

VARIORUM.

192. CRURUM. *Currum* Mediceus & tert. Rottend.

193. TUM CURSIBUS AURAS PROVOCET. Miror hunc locum intactum a Pierio Valeriano relinqui. Certe Mediceus, fragmentum Voſſianum unius atque alterius paginae, ſed literis majoribus Romanis exaratum ac mire vetuſtum, Mentelianus uterque, primus Moretanus & quartus cum Rottendorphianis ſecundo tertioque, & optimo Gudiano, *Tum vocet*, non inconcinna repetitione. in altero Menagiano *cum vocet*. *Vocare* pro *provocare*. Quomodo & Gudianus codex interpretatur. alter Mentelianus *auras vocet*, *aërem petat*. *petat* etiam tertius Rottendorphianus. ſic Silius lib. XIV. 199. *vocat in certamen Hymetton Audax Hybla favis*. ubi plene extulit illud in Bucolicis, *veniam quocumque vocaris* de certamine carminis. & XI. 374. *illum aſpice contra*, *qui vocat*, Drances ad Turnum provocatum ab Aenea ad ſingulare certamen. ipſe quoque Turnus XI. 442. *Solum Aeneas vocat & vocet oro*. Georgicon IV. de apibus, ℣. 70. *magniſque vocant clamoribus hoſtem*. Paullo aliter capiendum illud Aen. IV. 417. *vocat jam carbaſus auras*. ſed maxime ad rem facit illud Aeneidos quarto 224. *vade age nate voca Zephyros*, *& labere pennis*, quem locum male vulgo diſtinguunt & interpretantur. nam *voca Zephyros pennis* eſt conjungendum. denuo noſter Aeneidos III. 253. *ventiſque vocatis Ibitis Italiam*. & libro V. 211. *Agmine remorum celeri ventiſque vocatis Prona petit maria*. libro VIII. 707. *Ipſa videbatur ventis Regina vocatis Vela dare*. Statius Achill. I. 488. *quando ille hyemes*, *tonitruſque vocaret Nubibus*. Auctor Aetnae p. 49 Ed. Pith. *Quae flammas alimenta vocent*, *quid nutriat Aetnam*, pro *provocet*. Sed locus ille adhuc corruptus eſt. *ciere* dixit Silius lib. I. 598. *Ferte leves auras flatuſque ciete ſecundos*. aliter Silio libro IV. 432. *Mavors in praelia currus Odryſia tellure vocat*. HEINS. *Tum movet* vel *vocet* Zulichemius. *cum curſibus auras tum vocet* Regius & Parrhaſ. in margine. vid. ad Sil. Ital. XII. 189. & varium uſum verbi *vocare* ad eumdem X. 112. Stat. VI. 744. *Illum indignatur Capaneus*, *videtque vocantem*. Seneca Thyeſte 171. *Stat inter obvios fluctus ore vocans*, ubi Florentin. *petens*. Troad. 105.

Jam nuda vocant pectora dextram.

Lucan. V. 552.

Nec placet incertus qui provocat aequora Delphin.

Paullo ante dixerat,

Noton altera Phoebi,
Altera pars Borean diducta luce vocabat.

invocare dixit Claudianus in Nilo,

Nec graviter flantes pluviali frigore coros
Invocat. BURM.

195. PONAT. *Ponit* alter Moreti: vel *verrat* quartus, qui a manu prima, *reſonat veſtigiat*. Serv. ad V. Aen. 317. *ſignat*. vide quae adducit ad Sil. Ital. IV. 147. Cl. Drakenb. BURM.

196. ORIS. *Horis* Leid. pr. Zulich. *condenſus* Menag. alter.

197. DIFFERT. *Defert* alter Rottendorphius, & Gudianus a manu prima & Ed. Venet. *horrida* etiam

88 deeſt R. L. Voſ. V. Baſil.

Digitized by Google

Nubila: tum ſegetes altae campique natantes
Lenibus horreſcunt flabris, ſummaèque ſonorem
Dant ſilvae, longique urguent ad litora fluctus:
Ille volat, ſimul arva fuga, ſimul aequora verrens.
Hic vel ad Elei metas, & maxima campi

Su-

SERVII.

199. HORRESCUNT. [89] Contremiſcunt. Perſius: [90] *Scis comitem horridulum trita donare* [91] *lacerna:* id eſt, trementem.

201. ILLE VOLAT. Scilicet ventus. [92] [AEQUORA. Campum planum *aequor* appellat.] VERRENS. Trahens.

202. AD ELEI METAS. [93] Id eſt, fines Circi. *Elis* autem, civitas Arcadiae, in qua [94] agebatur curule certamen: Et eſt ſpecies pro genere.

PHILARGYRII.

202. ELEI CAMPI. Maximi ex omnibus, quod ſint pedum ſeptingentorum, cum alii minus.

VARIORUM.

etiam Tollianus. *arrida* Francianus. vid. inf. 458. vulgata eſt apud Donatum ad Terentii Andr. II. IV. 5. Parrhaſ. BURM.

198. TUM. *Dum* uterque Mentelianus & primus & ſecundus Moretanus, aliique tres. HEINS. *Dum* etiam Parrhaſ.

199. LENIBUS HORRESCUNT FLABRIS. Non videtur hoc reſpondere Aquiloni denſo, qui *incubat*, ideoque Catroeus fingit hoc intelligendum de vento leniori, qui, ceſſante vehementi illo Aquilone, ſequitur deinde: vel ventum illum graviorem concutere quidem ſegetes, ſed non evertere, nec illis nocere: quod praeferrem. nam ut ventus arbores, turres, & alia, quae non cedunt ventis, gravius quatit, ita ſegetes & ſumma cacumina ſilvarum, cedentia vento inhorreſcunt quidem & contremiſcunt, ut Servius, ſed non eruuntur aut franguntur. unde toties Poëtae ariſtas *horrere* & *concuti* nobis narrant, quando tremulo motu agitantur. Ovid. X. Ep. 139.

Corpus, ut impulſae ſegetes Aquilonibus, horret.

& XIV. 39.

Ut leni Zephyro fragiles vibrantur ariſtae.

ubi plura dixi. *horrere* vero de tremore & concuſſione in aliis rebus dici patet ex Terent. Eun. I. 2. *totus tremo horreoque*. & quae plura obvia. jam vero contrarium de arboribus dici docui ad eumdem Ovidium, ex Horat. II. Od. 10.

Saevius ventis agitatur ingens
Pinus.

& ita hic *lenibus* poſſet ſumi, *tamquam* lenibus, qui non nocent, ſed perſtringunt tantum & percurrunt ſegetes. & ita *lenes*, quum revera non ſint *lenes*. ut IV. Georg. 27. pontes velut pontes, nam non ſunt pontes, interprete Servio. & ita ſaepe Virgilium epithetis, & nominibus uti notavit Servius innumeris in locis. vid. I. Aen. 248. 319. 384. V. 110. & 311. & paſſim. & quae nos diximus ad lib. I. Georg. 373. ceterum *levibus* erat in Regio. & Parrhaſ. Et utrumque conjungit Valer. Flac. VI. 665. *Lenibus alludit flabris levis Auſter*. BURM.

Ibid. SUMMAEQUE SONOREM. *Sonoris* pro *ſonores* fragmentum Voſſianum. HEINS.

200. LONGEQUE. Malo, *longi fluctus*, quod in Mediceo, priore Menteliano, aliiſque nonnullis eſt, quam *longe:* ſic κύματα μακρὰ θαλάσσης paſſim apud Homerum & alios poëtas Graecos. ſic infra 223. *longus Olympus*. ubi plura. HEINS.

201. ILLE. Hic verſus deeſt fragmento Moreti. *venit* citat Serv. ad IV. Aen. 72.

202. HIC. *Hinc* alter Mentelianus cum Gudiano a manu prima & Mediceus a manu ſecunda. HEINS. Et ita Regius & Parrhaſ. in margine. *Hic & ad* Commentator Crucquianus ad Horat. IV. Od. 2. praeſtat *hic*. id eſt talis equus, ita doctus, & ad omnem curſum inſtitutus. BURM.

203. Et

89 contremeſcunt R. L. 90 ſcit R. Voſ. V. ſcito L. deeſt B. 91 *Lucerna* R. Voſ. 92 deſunt B. R. L. Steph. al. 93 ſcilicet circi R. V. L. Voſ. B. id eſt circi Steph. 94 agitabatur R. B. Fabr. al.

Sudabit ſpatia, & ſpumas aget ore cruentas:
Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.
Tum demum craſſa magnum farragine corpus
Creſcere jam domitis ſinito: namque ante domandum
Ingentis tollent animos, prenſique negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

Sed

SERVII.

203. Spumas aget ore cruentas. Quod eſt ſignum equi fortiſſimi, ſi velut rubras egerit ſpumas.

204. Belgica esseda. Gallicana vehicula; nam [95] Belgae civitas eſt Galliae, in qua [96] hujuſcemodi vehiculi repertus eſt uſus. Molli collo. Domito, ut XI. Aen. 622. [97] *Mollia colla* [98] *reflectunt.*

208. Duris parere lupatis. Frenis aſperrimis. Dicta autem *lupata* a lupinis dentibus, qui inaequales ſunt: unde etiam eorum morſus vehementer obeſt.

PHILARGYRII.

204. Belgica. *Belgica*, Gallica. Esseda. *Eſſeda* autem vehiculi, vel currus genus, quo ſoliti ſunt pugnare Galli. Caeſar teſtis eſt libro ad Ciceronem III. *Multa millia equitum atque eſſedariorum habet.* Hinc & *gladiatores eſſedarii* dicuntur, qui curru certant.

204. Molli. *Molli* autem mobili dixit, ut II. Georg. 389. *Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.*

VARIORUM.

203. Et spumas. *Et* deeſt tertio Rottendorphio. & Parrhaſ. *agit* Leidenſis a manu prima.

204. Belgica vel molli melius feret esseda collo. Mediceus & primus Moretanus *Bellica eſſeda*, ſed perperam, a manu prima. fragmentum Voſſianum *ferat eſſeda*, non *feret*. apud Silium Italicum libro XI. 77. in optimis membranis male, *canis Bellicus* pro *Belgico*. & *Bellicis covinnis* pro *Belgicis*, apud Divum quoque Hieronymum male nunc circumferri deprehendo libro XVIII. Commentariorum in Eſaiam non longe a fine: *Quod videlicet in conſummatione mundi, quando Chriſtus Hieruſalem regnaturus advenerit, & templum fuerit inſtauratum, & immolatae Judaicae victimae, de toto orbe reducantur filii Iſraël, nequaquam aſſumtis aliis, ſed ſarraco Gallico, covinisque bellicis* (lege Belgicis) *& equis Cappadociae atque Hiſpaniae, ac Rhedis Italiae.* Reſpexit autem Divus Hieronymus Lucani iſta, libro primo 426. *Et docilis rector monſtrati Belga covinni.* quo loco quid ſit *monſtratus covinnus* quaeri video. nam eam ſcripturam codices vetuſti, quos viginti ſex & plures conſului, conſtanter agnoſcunt. etiam illi, quos Pulmannus, Berſmannus, alii adhibuere: In margine tamen editionis Gryphianae legitur, quod Pulmannus etiam ex Baſileenſi Eginolphiana annotavit, *roſtrati covinni.* idque non Berſmannus tantum & Farnabius, ſed vir maximus quoque Hugo Grotius in editione ſua ſunt amplexi. *falciferum covinnum* dici Silio Italico libro XVII. 418. probe recordor. ſed *roſtratus covinnus* quo jure dicatur non video. Quapropter perſuadeor, ut credam, ſcribi oportere, *conſtrati covinni. conſtratas naves apertis* paſſim opponunt Caeſar, Cicero, alii. libro II. belli civilis *triremem conſtratam habes.* Eidem Caeſari *conſternere contabulationem lateribus lutoque* libro II. belli civilis. eidem libro IV. belli Gallici de ponte ſublicio, quo Rhenus tranſibatur, *Tigna haec directa materia injecta contexebantur ac longuriis cratibuſque conſternebantur.* & libro VII. *Turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus trajectis conſtratiſque conjungi.* Pari modo *currus conſtrati*, qui corio bubulo aut alia quavis materia contegebantur. Curtius libro IX. prope finem, *Vehicula deinde conſtrata, ut plures capere milites poſſent, in tabernaculorum modum ornari, alia candidis velis, alia veſte pretioſa.* quo loco docere nos debuiſſent, quid ſint *conſtrata vehicula*; ſed diligenter ad unum omnes tacuerunt. Hujus fere gene-

95 Belgi V. B. 96 hujusmodi V. hujus B. 97 *& mollia* B. V. Fab. al. 98 *reflectis* Baſil.

Sed non ulla magis vires induſtria firmat,
Quam Venerem & caeci ſtimulos avertere amoris,
Sive boum, ſive eſt cui gratior uſus equorum.
Atque ideo tauros procul atque in ſola relegant
Paſcua, poſt montem oppoſitum, & trans flumina lata:
Aut intus clauſos ſatura ad praeſepia ſervant.

Car-

SERVII.

210. CAECI AMORIS. Latentis Cupidinis.
212. RELEGANT. Removent.
213. FLUMINA LATA. Ne natatus ſit facilis.

VARIORUM.

generis *carpentum* apud Romanos, quale exhibetur in pulcherrimo Agrippinae nummo, qui penes me ſervatur, & jam ab aliis in lucem eſt prolatus. Suetonius in Caligula cap. xv. *Inſtituit matri Circenſes carpentum, quo in pompa traduceretur.* ita Iſidorus de vehiculis, *capſam*, *carrucam undique contextam*, *quaſi capſam* interpretatur, *pilentum* quoque & *petorritum*, *contextum quatuor rotarum vehicula. ſutilem currum* dixit Valerius Flaccus libro ſexto 80. *plauſtriſque ad praelia vectas Curaletae traxere manus, ibi ſutilis illis Et domus, & crudo reſidens ſub vellere conjunx. Obſuta lectica*, quamquam ſenſu non nihil diverſo apud Suetonium in Tiberio cap. 64. *conſterni* igitur dicitur quicquid tegitur. ſic tegulis domum *conſterni* recte dixeris, quomodo & *naves conſtratae*. Plinius in Hiſtoria Naturali x. 44. ubi de Diomedeis avibus ſibi nidos conſtruentibus, *Scrobes excavare roſtro, inde crate conſternere, & operire terra, quae ante fuerit egeſta. in his foetificare.* Eleganter & latine. quae Solinus verboſe ſic expreſſit, *Cum foetificum tempus adeſt, roſtro ſcrobes excavant. deinde ſurculis in verſum ſuperpoſitis imitantur texta cratium, ſic contegunt ſubtercavata.* vides Solino eſſe *contegere*, quod Plinio *conſternere*. Atque haec illuſtrando perplexo Lucani loco ſint dicta in tranſcurſu. Caeterum ut currus pellibus tectos in Valerio Flacco jam vidimus, ita & naves pellibus tegebantur nonnunquam. Caeſar libro III. belli civilis, *Atque uno etiam tempore accidit, ut difficilioribus uſi tempeſtatibus, ex pellibus, quibus erant tectae naves, nocturnum excipere rorem cogerentur.* HEINS. *Belgia* Menagii prior. *Bellica* pr. Moretanus. *Heſeda* Parrhaſ. conſtratis navibus opponuntur *patulae puppes*. apud Sil. Ital. III. 473. *feret* explicant *trahet*. ſed exemplum ejus ſignificatus requiro. quare patietur, molli collo feret jugum malo exponere. ut modo ỳ. 184. *ferre rotam gementem*. imitatur Silius III. 337.

Aut molli pacata celer rapit eſſeda collo.

BURM.

205. FARRAGINE. *Ferragine* Mentelius prior, & alter Rottendorphius. *feragine* Menagius primus. *ſartugine* conjecerat Heinſius. hinc Nannius notaverat, Francos dixiſſe *fourage*. ſed vide Menag. Etymol. qui a *fodro* derivat: ſed Cangius in *Fodro*, a Germanico *Futter*, quod Belgae *Voeder* vocant, quoſdam deducere notat: licet ipſe alio trahat. ſed & *fodrum* & *foderare*, apud medii aevi occurrit ſcriptores. vid. Meibomium Tom. I. Script. Germ. p. 52. qui a *Futter* deduci probat. BURM.

206. DOMITIS. *Domits* Zulichemianus & tertius Mentelii & Regius. cum gloſſa *ſcil. equi*.

207. ANIMOS. *Animas preſſique* Zulichemius. *tollunt* Parrhaſ. & Moreti quartus & MII. ſupr. apud Serv. ad ỳ. 174.

208. LENTA. *Dira* fragm. Moreti. & mox *induſtria ſervat*, idem, & ſec. Moreti.

212. ATQUE IDEO TAUROS. *Adeo* Moretanus quartus. ſed aliter Eutyches & Probus in Arte Grammatica, & Scholiaſtes Horatii libro III. Od. XI. HEINS. *Procul atque infuſa reſurgunt* Venetus. *relegat* Francianus.

213. POST MONTEM OPPOSITUM. *Appoſitum* Leidenſis. ſic ex optimis membranis caſtigavi apud Naſonem Amorum III. El. VI. *Tu ruis appoſito urvibus de monte ſolutis.* ubi plura diximus ad rem. HEINS. Sed *oppoſitum* puto concinnius: quia impedit conſpectum vaccarum. vid. ad Ovid. III. Amor. VI. 7. & inf. 372. & ad Grat. Cyn. 377. & Servium ad ỳ. 253. BURM.

Ibid. LATA. *Nata* Mediceus a manu prima. pro *nota* puto.

214. AUT INTUS. *Atque* Zulichemius.

218. SUB-

Digitized by Google

Carpit enim vires paullatim, uritque videndo
Femina: nec nemorum patitur meminiſſe, nec herbae.
Dulcibus illa quidem inlecebris & ſaepe ſuperbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantis:
Paſcitur in magna ſilva formoſa juvenca:
Illi alternantes multa vi proelia miſcent
Vulneribus crebris: lavit ater corpora ſanguis,
Verſaque in obnixos urguentur cornua vaſto
Cum gemitu. Reboant ſilvaeque & longus Olympus.
Nec mos bellantis una ſtabulare: ſed alter

Vic-

SERVII.

215. VIDENDO. Dum videtur. [99] Gerundi modus a paſſivo.

219. IN MAGNA SYLVA. Alii *Sila* legunt, ut ſit mons Lucaniae; quod modo nulla neceſſitas cogit, ut in Aeneide XII. 715. *Ac velut ingenti Sila ſub monte Taburno:* ubi utrumque ſpeciale eſt.

223. REBOANT SYLVAE. Reſultant, remugiunt. [1] Graecum verbum: nam apud Latinos, nullum verbum eſt, quod ante *o* finalem, habeat *o:* excepto *Inchoo:* quod tamen majores aliter ſcribebant; aſpirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant *incoho:* tria [2] enim habebant nomina, in quibus *c* literam ſequeretur aſpiratio; *ſepulchrum, orchus, pulcher:* e quibus *pulcher* tantum hodie recipit aſpirationem.

PHILARGYRII.

221. LAVIT ATER. Hoc ab illa declinatione deſcendit: *lavo, lavis, lavit: fervo, fervis, fervit.*

222. VERSAQUE. *Verſa*, infeſta. Plautus in Caſina: *Neceſſe eſt verſis gladiis depugnarier*, id eſt, infeſtis.

VARIORUM.

218. SUBIGIT. *Subicit* Mentelii manus prima.

220. MULTA VI PRAELIA. *Inter ſe cornua* Zulichemius.

221. LAVIT ATER CORPORA SANGUIS. *Vulnera ſanguis* ter apud Nonium occurrit, ſed male, cum *vulneribus crebris* eodem jam verſu praeceſſerit. HEINS. *Lavat* Leidenſis, Parrhaſ. & quartus Moretanus. mox *vergentur cornua* Francianus.

223. CUM GEMITU. *Tum* primus Moreti.

Ibid. REBOANT SILVAEQUE ET MAGNUS OLYMPUS. *Et longus* Mediceus ille omnium longe optimus. recte. de qua ſcriptura egi ad Naſonem Metam. primo. ỷ. 255. Aeneidos ſeptimo ỷ. 288. idem veterrimus codex, *claſſemque ex aethere longo Dardaniam Siculo proſpexit ab uſque Peloro.* non *longe*, quod nunc circumfertur. Val. Flaccus lib. III. 43. *dant aethere longo Signa tubae.* ubi male Politianus *longe* contra ſcriptos. pro *reboant* idem Mediceus *reſonant*. ſed Nonius in *bount* pro vulgata ſtat ſcriptura, qui & *magnum Olympum* agnoſcit, ut & Sergius in artem Donati & Eutyches: at Macrobius Saturnal. VI. cap. 4. *longum Olympum* manifeſte hoc loco agnoſcit: etiam *reboant* addito Lucretii exemplo, *reboant laqueata aurataque tecta.* HEINS. *Silvae & magnus* Parrhaſ. ſed *longus* rectius, quia longo jugo excurrit: ſic *longa Ida* Ovid. XVI. Epiſt. 108 & *longa juga* V. Epiſt. 20. ubi vide notas. & Heinſ. ad I. Met. 255. *magnus* & *longus* commutarunt etiam librarii apud Ovid. VIII. Met. 240. & XIV. 405. *magnus* tamen *Olympus* dicitur Ovidio XIII. Met. 761. ſed ibi aliter legendum ex MStis docuimus. BURM.

225. Ex-

99 gerendo L. gerundii Baſil. gerendi B. modus paſſivi V. &c. 2 enim tantum B. L. R. Voſ. B.ſil.

1 eſt autem Gr. B. L. R. Voſ. rebos graecum verbum eſt Ba.

Victus abit, longeque ignotis exſulat oris;
Multa gemens, ignominiam, plagaſque ſuperbi
Victoris; tum, quos amiſit inultus, amores;
Et ſtabula adſpectans regnis exceſſit avitis.
Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura jacet pernox inſtrato ſaxa cubili,
Frondibus hirſutis & carice paſtus acuta:
Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco: ventoſque laceſſit

Icti-

SERVII.

225. EXULAT. Extra ſolum ſuum habitat.

228. ASPECTANS. [3] Cicero de Catilina II. Cat. I. *Retorquet oculos profecto* [4] *ſaepe ad hanc urbem, quam e ſuis* [5] *faucibus ereptam eſſe luget.* [6]

229. VIRES EXERCET. Ab incultu [7] robur acquirit.

230. PERNIX. Modo perſeverans. Horatius Epod. II. 42. *Pernicis uxor Apuli.* [8] *Pernix* autem, perſeverans, a pernitendo tractum eſt.

231. CARICE ACUTA. Herba duriſſima. OBLITUM. Jam ſecurum ex ante acta victoria.

PHILARGYRII.

226. PLAGASQUE SUPERBI. Sic poſitum, ut II. Aen. 436. *Et vulnere tardus Ulyxi.*

230. PERNIX. Legunt & *pernox:* ſed *pernix* melius, id eſt pertinax. INSTRATO SAXA CUBILI. Nota figura, non ſaxis.

VARIORUM.

225. EXSULAT. *Excubat* Venetus.

226. MULTA. Pro multum explicant. ſed Cerda ſeparat. *multa gemens*, ut *ignominiam* &c. ſicut & *omnia* ſaepe dicunt, & poſtea quaſdam ſpecies. vid. ad Phaedr. IV. 23. & infr. lib. III. Aen. 90. & X. Aen. 516. & hoc libro 343. *ignominia* Leid. & Menag. Cod. ſecundi. BURM.

228. EXCESSIT. *Excedit* Zulichemius. *ſtabuli* Mediceus.

229. INTER. *Intus* Venetus.

230. DURA JACET PERNIX. Certe cum in Menteliano priore ſuperſcriptum *vel pernix* ſit inter lineas, *vel vigil*, apparet *pernox* olim fuiſſe lectum. Gudianus *perſeverans* interpretatur. quam gloſſam ſecundus quoque Moretanus agnoſcit & Mentelianus alter. ſed apud Valerium Flaccum libro primo 92.

Haud aliter ſaltus vaſtataque pernix
Venator cum luſtra fugit, dominoque timentem
Urguet equum

ſed ibi cum de *fuga* agatur venatoris. recte *pernicis* epitheto eſt uſus. quomodo & Silius libro III. 294. *Ceu pernix cum denſa vagis latratibus implet Venator dumeta Lacon. Pernix* a *pernitendo* Servius deducit. Hoc quidem Maronis loco *pernox* recte Scaliger ad Manilium Prolegomenis, & alii ante illum. quomodo & vetus Scholiaſtes Juvenalis, VIII. 10. *ſi luditur alea pernox.* idque editionem quoque Comelinianam ex Palatino codice expreſſam occupavit. apud Nonium Marcellum in *Pernix* & praeterea, ubi *pernicitatem* & *velocitatem* differre oſtendit. HEINS. *Pernox* praetuli: tardum enim ſemper animal bos & taurus, niſi libidine incendatur in praelia. & in Regio etiam gloſſa eſt, *vel vigil vel perſeverans*, quod pernici non convenit, ſed *pernocti*. Servius tamen ad lib. XI. Aen. 718. *pernix* ſervat. BURM.

Ibid. INSTRATO. Non ſtrato Gloſſa Regii Codicis: nimirum, alias in herba recubare ſolent tauri & vaccae. & hinc patet error Philargyrii, qui per Graeciſmum *inſtrato ſaxa*, pro *ſaxis* capit, quum

3 nunc juvencam & ſtabula. Cicero &c. Cod. Urſ. 4 deeſt Cod. Urſ. 5 *manibus* Steph. al. *ecce* L. R. B. deeſt V. Baſil. 6 *exceſſit* pro excedit Cod. Urſ. 7 *robor* al. 8 & eſt tractum *pernix* a pernitendo Baſil.

Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.
Poſt, ubi conlectum robur, vireſque refectae,
Signa movet, praecepſque oblitum fertur in hoſtem:
Fluctus ut, in medio coepit quum albeſcere ponto,
Longius, ex altoque ſinum trahit; utque volutus
Ad terras, immane ſonat per ſaxa, neque ipſo
Monte minor procumbit: at ima exaeſtuat unda
Verticibus, nigramque alte ſubjectat arenam.

Omne

SERVII.

239. IMMANE. [9] Pro, immaniter: nomen pro adverbio. FLUCTUS UT IN MEDIO. Sic paulatim taurus movetur ad [10] proelia.

PHILARGYRII.

236. OBLITUM. *Oblitum*, quaſi exercitationum & virium, quem ſecuritas & amor corruperit; adeo ut nec crederet hoſtem eſſe rediturum.

VARIORUM.

quum conſtructio ſit, jacet inter ſaxa dura, non ſtrato cubili. Schol. Juvenalis habet, *in ſtrato*. Silius lib. VII. 280.

Qua ſuper inſtratos projectus gramine campi
Preſſerat ante toros.

ubi ſtratos pelle leonis toros intellige. BURM.

233. ARBORIS OBNIXUS TRUNCO. *Innixus* Scholiaſtes Juvenalis Satyra XII. ſed vetuſtus codex Voſſianus, illic *obnixus* praefert. HEINS. *Obnixos* Gudianus. *truncos* alter Menagii. *adnixus* Tollianus.

234. PROLUDIT. *Praeludit* Francianus. vid. ad XII. Aen. 106.

235. POST, UBI CONLECTUM ROBUR, VIRESQUE RECEPTAE. Mediceus, *Aſt ubi collectum robur vireſque refectae. refectae vires* hoc loco mihi probantur, & ſic Gudianus quoque a manu prima & pro diverſa lectione tertius Rottendorphii. HEINS. *Robor* Gudianus. *vireſque recepit* Zulichemius. *aſt ubi* in Cod. Colotiano Urſinus. & *refectae* Cod. ejusdem.

236. OBLITUM. *Oblicum*, non *oblitum* Mediceus & Leidenſis unus. *& fertur* in altero Menteliano pro *effertur*. HEINS. *Oblicum* etiam Cod. Colotii. *oblitum* gloſſa Regii Cod. exponit *ſecurum*. Melius eſt capere pro cum quo olim bellum geſſerat, ſed quum diu intermiſerat, videtur quaſi oblitus victor ille, eſſe ſibi hoſtem etiam ſuperſtitem. vel, ſi paſſivo ſignificatu intelligas, ut ſaepe occurrit (vid. ad Valer. Flac. I. 792. & II. 389.) quem victus videbatur oblitus eſſe ſibi olim hoſtem fuiſſe. vel, quod magis arridet, quem jam contemnit, nec curat, licet olim ab eo victus ſit. vide ad XI. Aen. 866. ut contra *memor* ſaepe ponitur, pro eo qui curat ſedulo rem aliquam, ut alibi notavimus. vid. ad I. Georg. 167. & Serv. ad VI. Aen. 705. & ita modo ỳ. 216. *nemorum meminiſſe* & I. Georg. 400. vid. ad Valer. Flacc. V. 584. BURM.

237. IN MEDIO. *In primo ponto* Mediceus a manu ſecunda. ſic *prima litora* Aeneidos tertio ỳ. 209. & *primae undae* Aeneidos V. 151. ex optimis membranis, ut ſuo loco monebitur. *Fluctus uti medio* alter Mentelianus, Moretanus primus, & duo alii ejusdem, Voſſiani totidem, & Schefferianus cum Gudiano. *uti in medio* ſecundus Moretanus. HEINS. Et ita Francianus, *uti medio* Regius. & ita in Servio noſtri codices habebant. ſic deeſt propoſitio III. Aen. 354. in Codd. quibusdam. *Medio*, non movendum, propter *longius* ſequens, & deinde *ex alto* ad terras, ubi eſt primus pontus, volutus. *ubi in medio* Ed. Venet. BURM.

238. SINUM. *Sinus* Menagianus prior. *atque volutus* Venetus & Parrhaſ.

239. NEC IPSO. *Neque ipſo* libri manu exarati. HEINS.

240. AT

9 adverbium eſt L. V. R. B. Voſ. Dan. & nihil praeterea.

10 proelium V. L. R. Voſ. B.

Digitized by Google

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres,
In furias ignemque ruunt. Amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leaena
Saevior erravit campis: nec funera volgo
Tam multa informes urſi ſtragemque dedere
Per ſilvas. Tum ſaevus aper, tum peſſima tigris.
Heu, male tum Libyae ſolis erratur in agris.
Nonne vides, ut tota tremor pertentet equorum

Cor-

SERVII.

244. AMOR OMNIBUS IDEM. [11] Id eſt, in unoquoque genere unus eſt amor, id eſt, ſimilis; ut puta in lupis unus eſt amor, id eſt, ſimilis: item in equis, & aliis omnibus, pro qualitate ſui generis: ſicut & alibi ait IV. Georg. 190. *Sopor ſuus occupat artus:* id eſt, ipſis aptus: nam in omnibus animalibus non eſt amor unus atque idem; ſed in ſingulis generibus, pro qualitate naturae.

245. CATULORUM OBLITA. [12] Vi ſcilicet nimii amoris. LEAENA autem Graecum eſt, ſicut *dracaena:* nam nos *hic* & *haec leo* dicimus (*lea* namque [13] uſurpatum eſt) quia in *o* exeuntia, maſculina, [14] foeminina ex ſe non faciunt, ut *fullo*, *latro*, *leo*.

247. INFORMES URSI. Vel magni: vel quia tempore, quo naſcuntur, forma carent: dicitur enim quaedam caro naſci, quam mater lambendo in membra componit.

249. SOLIS. Deſertis. LIBYAE autem IN [15] AGRIS, Serpentibus plenis.

250. TOTA TREMOR PERTENTET EQUORUM CORPORA. Signatis ſermonibus utitur, ad vim amoris exaggerandam; dicens & *tota corpora*. & *pertemptet*, id eſt, penitus temptet: cum dicat levem odorem equarum.

VARIORUM.

240. AT IMA. *Una* tres Veteres libri, *& jam exaeſtuat* Gudianus a manu prima.

241. SUBJECTAT. *Subvectat* Mediceus & Vaticanus optimi, cum Menagiano priore & Moretano quarto ejusdem fragmento: ſed nil videtur mutandum. ſic in Bucolicis X. 74. *Quantum vere novo viridis ſe ſubjicit alnus*. id eſt erigit. *verticibus*, non *vorticibus* ſcripti. HEINS. Vid. IV. Georg. 385. *ſubvectat* Ed. Mediol.

242. FERARUMQUE. *Ferarum* Gudianus, Venetus & alter Menagii. mox *pecudis* Venetus. *& pecudes* Leidenſ. ſec.

246. SAEVIOR ERRAVIT CAMPIS. *Saevior occurrit campis*, non *erravit*, quod mox denuo ſequitur, ſecundus Moretanus. HEINS. Ita Catullus Carm. XLV.

Solus in Libya Indiaque toſta
Caeſio veniam obvius leoni.

& hoc ſequentibus, ubi *funera* & *ſtrages* dicuntur dare urſi, melius convenit. & ſequitur *erratur*. BURM.

247. STRAGEMQUE DEDERE PER SILVAM. *Per ſilvas* rectius Mediceus, Gudianus, & alii complures, quam *ſilvam*. HEINS. *Tum multa* alter Rottendorphius. *ſilvas* Parrhaſ. vid. ſup. II. 414. *infames urſi* Zulichem.

249. IN AGRIS. *In arvis* ſcripti, Mediceo, Gudiano, tertio Rottendorphii & priore Menagiano exceptis. HEINS. Ita Regius & Parrhaſ. *arva* quum culta ſint, Libyae vix conveniunt. utinam codex aliquis haberet, *erratur arenis*. BURM.

251. OPOR.

11 nunc quoque genere unus eſt Voſ. 12 deeſt R. Voſ. L. B. canis ſcil. Baſil. 13 uſurpatum non eſt Baſil. 14 femina non f. exeuntia feminini ex ſe n. f. B. R. Voſ. Baſil. exeuntia nomina fem. V. 15 ARVIS. L. V. Voſ. R. Baſil.

Corpora, ſi tantum notas odor adtulit auras?
Ac neque eos jam frena virûm, neque verbera ſaeva,
Non ſcopuli, rupeſque cavae, atque objecta retardant
Flumina, conreptoſque undâ torquentia montis.
Ipſe ruit, dentiſque Sabellicus exacuit ſus,
Et pede proſubigit terram, fricat arbore coſtas
Atque hinc atque illinc, humeros ad volnera durat.
Quid juvenis, magnum cui verſat in oſſibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis

260 No-

SERVII.

251. NOTAS ODOR ATTULIT AURAS. Hypallage eſt, pro, ſi aurae odorem apportaverint notum.

252. FRENA VIRUM. Pro, virorum fortium.

253. RUPESQUE CAVAE, ATQUE OBJECTA RETARDANT. Ad illud ſuperius 212. [16] reſpicit: *Poſt montem oppoſitum, & trans flumina lata.*

255. SABELLICUS EXACUIT SUS. Sabinus: & eſt ſpecies pro genere. Dicit autem ſuem domeſticum, quem cicurem vocant: nam de apris ſupra ait: *Tunc ſaevus aper.* Hoc enim vult probare, non tantum feras, ſed & manſueta animalia amore in furorem moveri.

256. PROSUBIGIT. Fodit, & pedibus impellit alternis: quod pugnaturi ſues [17] facere conſueverunt, ad acquirendum robur. Unde etiam latera & [18] coſtas terentes, durant ea in futura certamina.

257. HINC ATQUE ILLINC. [19] Et a pedum motu, & ab attritione coſtarum.

258. QUID JUVENIS. Ne forte occurreret, illa animalia carere [20] ratione; dicit etiam gravius homines in amore moveri. Fabula talis eſt: [21] Leander Abydenus, & Hero Seſtias, fuerunt invicem ſe amantes. Sed Leander [22] ad Hero [23] natatu ire conſueverat per fretum Helleſponticum, quod Seſton & Abydon civitates interfluit. Cum igitur juvenis oppreſſi tempeſtate cadaver ad puellam delatum fuiſſet, illa ſe praecipitavit [24] e turri.

PHILARGYRII.

254. FLUMINA, CORREPTOS. *Unda torquentia montes* appellavit, & eſt ordo: flumina torquentia unda correptos montes.

258. JUVENIS. Leandri nomen occultavit, quia cognita erat fabula.

VARIORUM.

251. ODOR. Vide Valer. Max. VIII. III. Ext. 2.

252. AC. *At* Francianus.

253. ATQUE OBJECTA RETARDANT. *Retardent* primus & quartus Moretani, non male. ut ad ſuperius *τῷ Nonne vides* referatur. niſi illic *pertentat* legis, quod in ſecundo Moretano & Rottendorphianis duobus inveni. HEINS. De modo indicativo poſt *vides, adſpicis &c.* egi ad lib. I. 56. & II. Ecl. 60. & ad Calpurn. VI. Ecl. 37. hic tamen *retardant*, vix poſſe referri ad *nonne vides* puto. ſed novam ſententiam oriri ab, *Ac neque.* & ita connecti ſequentibus *ruit* &c. *ruere* vero verbum proprium & aptum ſuibus, ut hoc Virgilii loco probat Donatus ad Terent. Adel. III. III. 21. & IV. II. 11. BURM.

254. CONREPTOSQUE. *Correptos* ſecundus Moretanus & Editio P. Danielis.

255. DENTESQUE. *Dentemque* Schol. Horat. Cruquianus lib. I. Od. I. ſed lib. III. Od. 6. *dentes.* ut & Donat. ad Terentii modo laudata loca. BURM.

256. PE-

16 reſpexit B. L. V. Voſ. ad illud reſpicit, quod ſupra poſuit Baſil. 17 deeſt V. 18 coſtes V. 19 & ad pedum motum & ad attritionem L. Steph. Fab. al. a p. motu, & ad attritionem Voſ. & ad p. motum & attritionem R. unde & ad p. motu, attricionum coſtarum B. 20 ratio V. 21 Leander & Hero, Abydenus & Eſtias L. R. ſed hic Aeſtias. Voſ. Seſtias. 22 ad Heronem Cod. Urſ. Dan. ad eam V. 23 noctu ire Baſil. 24 e turre L. R. Voſ. de turre V.

Digitized by Google

Nocte natat caecâ ſerus freta: quem ſuper ingens
Porta tonat coeli, & ſcopulis inliſa reclamant
Aequora; nec miſeri poſſunt revocare parentes,
Nec moritura ſuper crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variae, & genus acre luporum,
Atque canum? quid, quae inbelles dant proelia cervi?
Scilicet ante omnis furor eſt inſignis equarum:
Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra abſumſere quadrigae.

Illas

SERVII.

261. PORTA TONAT COELI. Aër nubibus plenus, per quem iter in caelum eſt.

262. NEC MISERI POSSUNT REVOCARE PARENTES. Hoc eſt, amor parentum.

265. IMBELLES. Licet *imbelles*, tamen moventur in pugnam.

266. FUROR INSIGNIS. Notabilis, [25] praecipuus.

268. GLAUCI POTNIADES MALIS MEMBRA ABSUMPSERE QUADRIGAE. [26] *Potniae*, civitas eſt, de qua fuit *Glaucus*, qui cum ſacra Veneris ſperneret, illa irata, equabus ejus immiſit furorem, quibus utebatur ad currum, & eum morſibus dilaceraverunt. Ordo autem talis eſt: Quo tempore [27] Glauci membra malis abſumpſerunt Potniades quadrigae. [28] Hoc autem ideo fingitur, [29] quod eis furorem Venus immiſerit, quia dilaniatus eſt *Glaucus*, effrenatis nimia cupiditate equabus, quum eas cohiberet a coitu, ut eſſent velociores.

PHILARGYRII.

263. CRUDELI FUNERE VIRGO. Ita hic *virgo*, quemadmodum ibi de Paſiphaë: *Ah virgo infoelix*.

267. GLAUCI. *Glaucus* Siſyphi filius, cum ad [30] mimicum certamen quadrigam duceret, adplicuit ad vicum Boeotiae, & equas potum ad fontem ſacrum per ignorantiam duxit: unde qui bibiſſent, in furorem agi ſolebant. Itaque illum equae, furore exagitante, in ipſo certamine curru effudiſſe, ac morſibus laniaſſe dicuntur.

VARIORUM.

256. PEDE PROSUBIGIT. *Pedibus ſubigit* Zulichemius. & ita Pierius in ora Juntinae Ed. notavit ex ſcriptis.

257. HUMEROS. *Humeroſque* Menteliani, & Menagiani uterque cum Voſſianis totidem & Moretanis tribus. quomodo & Gudianus a ſecunda manu, & tum diſtingue, *fricat arbore coſtas Atque hinc atque illinc, humeroſque ad vulnera durat. volnera* etiam vetuſtiores. HEINS. Conſentit Regius ſcriptis Heinſii codicibus. & ita Catroeus.

258. MAGNUM. *Durum* Nonius in *durus*, ſed in *verſat* habet *magnum*, ut & Donatus ad Terent. Andr. I. v. 44.

259. NEMPE. *Neque* Danielis Heinſii Ed. *nempe obruerit* alter Rottendorphius. *nempe* Vratiſl. *adruptis* Menagii prior. *abrutis* Regius. *obruptis* Rottend. ſec. & tert. Mentel. quaſi eſſet *a brutis*. ſed ſaepe vidi in codicibus *abrutus*, *obrutus* pro *abruptus* &c. vid. ad Lucan. VI. 35. mox, *nocte natat caeca* omnes ſcripti, niſi quod *tota* Venetus. Cerda & alii, poſt *nocte* diſtinguunt. BURM.

261. SCOPULIS INLISA RECLAMANT. Gracci feliciter στόνῳ βρέμουσι δ᾽ ἀντιπλῆγες ἀκταί Sophocles. FABER. *Et* deeſt tertio Rottendorphio. *ſcopolis* Gudianus, ut & infr. 276. *ſcopolos*.

263. FUNERE. *Vulnere* Venetus. *funera* alter Rottendorphii. ſed vulgata defenditur ex IV. Aen. 308. BURM.

264. GENUS ACRE LUPORUM. Gudianus *pecus acre* pro diverſa lectione. HEINS. Eadem diverſitas lib. III. Aen. 221.

265. QUID,

25 & praecipuus Steph. Dan. Fabr. al. 26 Potnias L. Potnia R. B. Fabr. al. 27 deeſt L. 28 hic V. 29 qui eis furoris V. 30 *Iſthmiam* dedit Maſvic. forte *Gymnicum*.

Illas ducit amor trans Gargara, tranſque ſonantem
Aſcanium: ſuperant montis, & flumina tranant.
Continuoque avidis ubi ſubdita flamma medullis,
Vere magis (quia vere calor redit oſſibus) illae
Ore omnes verſae in zephyrum ſtant rupibus altis,
Exceptantque levis auras: & ſaepe ſine ullis
Conjugiis vento gravidae (mirabile dictu)
Saxa per & ſcopulos & depreſſas convallis

Diffu-

SERVII.

269. TRANS GARGARA TRANSQUE SONANTEM ASCANIUM. *Gargara* pro quibuſlibet montibus, ſicut *Aſcanium* pro quibuſlibet fluminibus poſuit, quod [31] & ſequentia indicant: *Superant montes, & flumina tranant.*

273. ORE OMNES VERSAE IN ZEPHYRUM. Hoc etiam Varro dicit: *In Hiſpania ulteriore verno tempore equas nimio ardore commotas, contra frigidiores ventos ora patefacere ad ſedandum calorem; & eas exinde concipere [32] & edere pullos, licet veloces, diu tamen minime [33] duraturos: nam brevis admodum vitae ſunt.*

274. EXCEPTANT. Frequenter excipiunt.

PHILARGYRII.

269. GARGARA. De *Gargaris* ſupra I. 103. dictum: *Et ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.*

270. ASCANIUM. *Aſcanius* amnis eſt Myſiae, ſed [34] quae in Aſia eſt.

273. IN ZEPHYRUM. *In*, pro contra.

274. EXCEPTANTQUE. Frequentativum fecit ab excipiendo, hoc eſt, crebro excipiunt. ET SAEPE SINE ULLIS CONJUGIIS. Hoc etiam Varro.

VARIORUM.

265. QUID, QUAE. *Quiſque* alter Rottendorphius. *quidque* tertius Menteln. & Regius. *quaeque* Zulichemius. *quique* Parrhaſ.

268. ABSUMPSERE. *Adſumpſere* Menagianus prior, & Leidenſes duo. *aſſumſere* Tollianus. vid. ad Suet. Neron. XXVI. & inf. III. Aen. 257. *Potinades* Francianus.

269. ILLAS. *Illam* Commentator vetus Horatii I. Od. 35.

Ibid. TRANSQUE SONANTEM ASCANIUM. Haec non intellexit Vondelius, qui vertit, quaſi amor eos trans montem Idam in Aſcanium praecipites ageret. quaſi Ida ſe uſque ad Aſcanium extenderet: quum Ida a Cyzico incipiens ad promontorium Lectium in Troade excurrat, & Cyzicus ab Aſcanio, qui in Bithynia, procul abſit: Gargara vero ſint vertex quidam montis Idae prope Trojam. ſed quum *Gargara* pro omnibus montium ſummitatibus a Poëtis poni obſervet Servius ad lib. I. Georg. 103. hic intempeſtiva mentio *Idae*, quaſi Aſcanio imminuiſſet, fit. Praeterea toties notatum a Servio & aliis, nomina locorum generatim poni, pro quolibet monte, fluvio &c. ut mox addit *montes & flumina.* vide ad I. Georg. 9. ubi ſpecies pro genere, id eſt Achelous pro quolibet flumine ponitur. ſic *Idumaeae palmae* ſup. ℣. 12. & ſimilia paſſim occurrunt. BURM.

271. UBI. Eraſa vox in Gudiano. ſed Cerda videndus.

273. IN ZEPHYRUM. *Ad Zephyrum* Mediceus a ſecunda manu. etiam Vaticanus Pierii. *ore verſo* Venetus noſter & fragmentum Moreti. HEINS. *Ora* Zulichem. pro diverſa lectione. de praepoſitionibus *in*, vel *ad* cum verbo *verti* conjunctis, vid. Cl. Drakenb. ad Livii lib. IX. 11. §. ult. BURM.

274. EXCEPTANTQUE. *Exſpectantque* Mediceus a manu prima. Ovidius III. Art. 301.

Th-

31 etiam Dan. 32 *edereque pullos veloces* V. *edereque pullos licet veloces* L. R. Voſ. B. 33 *duratores* L. mox freq. excipiunt B. 34 quia, in Dan. Commelin. ſed correxit *quae* Muncker. ad Hygin. Fab. XIV. pag. 45. vid. & ad lib. I. 102.

Diffugiunt; non, Eure, tuos, neque ſolis ad ortus;
In Borean Caurumque, aut unde nigerrimus Auſter
Naſcitur, & pluvio contriſtat frigore coelum.
Hîc demum, hippomanes vero quod nomine dicunt
Paſtores, lentum deſtillat ab inguine virus.
Hippomanes, quod ſaepe malae legere novercae,
Miſcueruntque herbas & non innoxia verba.

Sed

SERVII.

278. Caurum. Pro, *Corum*, ſicut *saurex* pro *sorex*, *caulis* pro *colis*.

280. Hinc demum hippomanes. [35] Scit lectum eſſe apud Theocritum, herbam eſſe quandam, quae hippomanes vocatur, quaſi ἵππου μανία· ſi enim eam comederint equi, furorem patiuntur. Unde nunc adjecit: [36] *Vero quod nomine dicunt:* nam vult illam herbam abuſive *hippomanes* dictam, [37] quod poſſint equi furere & alia quacunque ratione. Re vera autem *hippomanes* dicit eſſe virus, defluens ex equarum inguinibus, quo tempore feruntur amoris furore: ut ſit *hippomanes*, virus natum ἀπὸ τῆς μανίας τοῦ ἵππου.

281. Lentum virus. Viſcidum, [38] [glutine. Theocritus autem herbam dicit naſci in Arcadia, qua guſtata equae in libidinem ardeſcunt: & Theophraſtus, carunculam in fronte equi.]

283. Miscueruntque herbas, et non innoxia verba. Exprimit [39] augmenta malitiae novercarum, quae virus herbis, [40] & cantibus herbarum armant venena.

PHILARGYRII.

280. Hinc demum. Ordo: Hinc virus lentum ab inguine diſtillat, quod vero nomine *Hippomanes* dicunt paſtores. Vero nomine. Quoniam Theocritus herbam dicit naſci in Arcadia, qua guſtata equae in libidinem ardeſcunt. Et Theophraſtus, carunculam in fronte equini pulli: [41] [quae ad veneficia & amatoria facere exiſtimarunt.] Hippomanes. Ἀπὸ τοῦ ἵππου μανίας, id eſt, ab equae inſania, defluens ex equarum inguinibus, quo tempore virus natum ἀπὸ τῆς μανίας τοῦ ἵππου.

VARIORUM.

—— *Tunicisque fluentibus auras Excipit.* BURM.

276. Depressas. Plotius de metris pag. 2630. *depreſſos*.

278. In Boream. *In Borean* Mediceus & primus Moretanus. ut & a manu prima Gudianus. HEINS. *Chaurumque* Reg. Medic. fragm. Moret. Voſſ. & alii quinque Heinſiani. *corumque* Tollianus. *chorumque* pr. Moret. & Parrhaſ.

279. Pluvio frigore. Pro *pluvio frigore* Vaticanus optimus Pierii *ſidere*. quod arridet. HEINS. Vide ad Claudian. vi. Conſ. Honor. 445. ita *ſidus brumale* vi. Aen. 205. & *brumae ſidus* Manil. iii. 5. & 645. vid. ad Ovid. v. Met. 281. *conſtringit* Venet. quod explicari recte poſſet, ſed puto eſſe interpretationem. BURM.

280. Hinc. *Hic* Mediceus cum Gudiano, & fragmento Moreti, & ita vetuſtiores Pierii. HEINS.

Ibid. Hippomanes. Putat Servius intelligendum hoc de Hippomane planta, cujus meminit Theocritus in Pharmac. Idyl. B. 48. hoc autem Cratevae quoque teſtimonio confirmari poteſt, cujus verba ſunt apud Theocriti Scholiaſten. URSIN.

281. Distillat. *Deſtillat* Gudianus & tertius Rottendorphius, Mentelii etiam primus a manu prima. & ita edidit D. Heinſius. *diſtillat* Parrhaſ. eadem variatio in aliis locis Poëtarum. vid. Oudend. ad Lucan. viii. 777. BURM.

282. Malae. Id eſt non omnes novercae, ſed tantum malae, ut legi debet apud Donat. ad Terent. Hecyr. ii. iii. 1. ſunt enim & non injuſtae. vid. ad Ecl. iii. 33. *Libidinoſas* vertit Vonckius.

ut

35 ſit lectum eſt eſſe V. apud Heſiodum B. L. R. Voſ. V. Steph. Dan. al. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 659. quae Hippomanos B. 36 *vero qui* V. 37 qua poſſint Urſ. Cod. quum Baſil. dictam eſſe virus defluens B. omiſſis mediis. 38 deſunt V. L. R. Voſ. B. Steph. Dan. Glutile Fabr. al. 39 auctmentum V. augmentum, & mox, augmentant venera Baſil. 40 deeſt V. R. Voſ. B. plus tamen cantibus Cod. Urſ. 41 deſunt Commel. & Dan.

Sed fugit interea, fugit inreparabile tempus,
Singula dum capti circumvectamur amore.
Hoc ſatis armentis. Superat pars altera curae,
Lanigeros agitare greges, hirtaſque capellas.
Hic labor: hinc laudem fortes ſperate coloni.
Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere magnum
Quam ſit, & anguſtis hunc addere rebus honorem.
Sed me Parnaſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor. Juvat ire jugis, qua nulla priorum

Ca-

SERVII.

285. SINGULA DUM CAPTI CIRCUMVECTAMUR AMORE. Dum [42] ſpeciatim ſingula deſcribimus.

286. [43] [SUPERAT. Pro ſupereſt.

287. LANIGEROS AGITARE GREGES. Lucretius contra II. 661. *Buceriaeque greges. Agitare*, aut curare, aut paſcere.] HIRTASQUE CAPELLAS. Id eſt, [44] ſetoſas: ut VIII. Ecl. 34. *Hirſutumque ſupercilium.*

288. HIC LABOR, HINC LAUDEM. Ad tuenda [45] imbecilliora animalia.

290. ET ANGUSTIS HUNC ADDERE REBUS HONOREM. Humilem materiam alto ſermone decorare. Sic illud in quarto eſt ŷ. 6. [46] *In tenui labor; at tenuis non gloria.*

291. SED ME PARNASSI DESERTA PER ARDUA. Per Parnaſſi ardua, Heliconem & Citheronem, Muſis dicatos [47] [montes, ſignificat.] Et hoc dicit: Scribendi amor rapit me ad opus arduum, & a nullo ante deſcriptum. Quod per periphraſin & allegoriam poëticam indicat.

292. JUGIS. Per juga. QUA NULLA PRIORUM &c. Diſpono ire ad fontem [48] Caſtaliam, per eam viam, per quam nullus ante egit orbitam ſuam. Ordo autem eſt: Qua nulla priorum orbita Caſtaliam [49] divertitur.

VARIORUM.

ut ita apud Sil. Ital. XVII. 34.

Claudia, non aequa populi mala credita fama.
ſed late patet ejus vocabuli vis. *ſaevas* vocavit II. Georg. 128. BURM.

283. MISCUERUNTQUE. *Miſcuerunt herbas* Menagii prior. *miſcueruntque* Moretani & alter Rottendorphius. vid. lib. II. 129.

284. INREPARABILE. *Irremeabile* Zulichem. vid. X Aen. 467.

285. DUM CAPTI. *Cum* alter Rottendorphius. *quid capti* Salmaſ. Proleg. in Solinum memoriae vitio. *rapti* Venetus. BURM.

286. HOC SATIS. *Hic* Venetus. *ſupereſt* Mediceus a manu ſecunda.

287. LANIGEROS. *Lanigeras* alter Menagii. vide ad Calpur. V. Eclog. 7. *agitare* forte pro tractare, &, ut Servius, curare. vide ad Grat. Cyneg. 429. BURM.

288. HINC LABOR. *Hic labor: hinc laudem* cum Mediceo, & Gudiano. HEINS. *Sperare* Venetus. *hinc labor* Vratiſl. & Parrhaſ. (qui habet etiam *laudes*.) Edd. Venet.

289. VERBIS EA VINCERE MAGNUM. *Verbis evincere* Gudianus. *me vincere* Venetus. HEINS. *Magnus* Gudio a manu prima. praeterea, *non ſum animi dubius* alter Rottendorphius, Leidenſis.

290. HUNC. Malim *hinc:* ex verbis ſcilicet honorem rebus addere. unde *Honores verborum* dici ſolent, quo ſolent ornari & augeri res, ut notum. BURM.

293. DI-

42 ſpatiatim L. V. R. cuncta deſcribimus V. L. Voſ. R. B. 43 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. al. 44 ſecoſas V. ſaetoſas B. 45 imbecillidiora Voſ. imbecillima L. imbelioria B. pro imbelliora. 46 *tenuis labor* V. ſine praepoſitione. 47 deſunt L. Voſ. B. ſignificat deeſt R. 48 Caſtalium V. L. R. B. Voſ. Fab. Caſtalium fontem Delphorum Cod. Urſ. 49 devertitur V. L. R. Voſ. Steph. Dan. al.

Caſtaliam molli devertitur orbita clivo.
Nunc, veneranda Pales, magno nunc ore ſonandum.
Incipiens ſtabulis edico in mollibus herbam
Carpere ovis, dum mox frondoſa reducitur aeſtas:
Et multa duram ſtipula filicumque maniplis
Sternere ſubter humum, glacies ne frigida laedat
Molle pecus, ſcabiemque ferat, turpiſque podagras.
Poſt hinc digreſſus jubeo frondentia capris

Arbu-

SERVII.

293. MOLLI CLIVO. Id eſt, facili itinere & deſcenſione. Hic autem locus totus de Lucretio translatus eſt lib. I. 921. [50] [*Nec me animi fallit, quam ſint obſcura; ſed acri Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor. Et ſimul incuſſit ſuavem mi in pectus amorem Muſarum: quo nunc inſtinctus, mente vigenti Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita ſolo.*]

294. NUNC VENERANDA PALES. Id eſt, Dea pabuli invocanda nunc maxime.

294. STABULIS IN MOLLIBUS. Clementioribus, & aëris temperati: vel propter plagam auſtralem: vel propter ſuppoſitas herbas animalibus.

296. FRONDOSA REDUCITUR AESTAS. Donec vernum tempus adveniat: nam, ut etiam in primo 43. diximus, ver & aeſtas, ſicut etiam hyems & autumnus, unum fuerunt ſecundum rationem hemiſphaerii.

299. TURPESQUE PODAGRAS. Reſpexit ad curam, quae ſine pannis & medicaminibus [51] ſordidis non fit.

300. POST HINC. Cum hoc [52] feceris. *Et poſt hinc*, unum vacat, ſicut II. Aen. 48. [53] *Primus ibi ante omnes.*

PHILARGYRII.

295. IN MOLLIBUS. Nunc tepidis, ut dicimus, *mollis hyems.*

296. DUM MOX. Celſus *dum mox*, pro donec interpretatur; ſed ut puto, *mox*, abundat.

297. SUBTER. Ad pecora reſpicit, ut ſint ſtramenta, quibus incubent.

VARIORUM.

293. DIVERTITUR. *Devertitur* omnes fere ſcripti praeter Francianum. & ita Cod. Venet. *divertitur* Scholiaſtes Crucquianus Horatii lib. III. Od. 4. ſed Macrob. VI. Satur. 2. *devertitur.* vid. ad Petron. cap. X. & ita apud Ovidium, Suetonium & alios ſaepe notavimus, ſemper *deverti* legendum, hoc ſenſu: Καταλύω etiam Graece apud Lucian. Jove Trag. pag. 693. Ed. Bourd. Euagr. I. Hiſt. Eccl. 6. ubi vide Valeſium. & ita Latini. Senec. Oedip. 276. *Caſtalius* an dicatur, vid. ad Nemeſ. Cyneg. ℣. 5. BURM.

295. INCIPIENS. Idem eſt, quod *principio.* ut lib. IV. 8. ſed Cl. Dorvilius ad Graecorum Poëtarum exemplum, Maronem ſic loqui notat, qui ἀρχόμενος, in initio carminis: ut Homerus in Batrachomyomachia, Apollonius, Dionyſius Periegetes & alii. noſter vero novam argumenti totius partem ita exorditur: deinde ℣. 300. *hinc digreſſus*, id eſt, hac parte praeceptorum relicta, tranſeo ad alia. BURM.

Ibid. STABULIS. *Tabulis* Gudianus.

296. REDUCITUR. *Educitur* Menagii prior. *inducitur* Parrhaſ. mox, *& multum dura* Venetus. *felicum* Mentelii prior.

299. TURPES. Non puto Servium recte explieare. ſed vel *turpes* dici podagroſos, quia deformat pedes & manus nodis & membris contortis & contractis, podagra unde *nodoſa* Ovidio dicitur, & *incurvata* Gratio Cyn. 478. ubi vide. vel quia creditur ex turpibus cauſſis oriri, ex intemperantia, Veneris & Bacchi uſu &c. BURM.

300. DIGRESSUS. *Digrediens* Serv. ad VIII. Aen. 546. ut modo dixit *incipiens. degreſſus* Leidenſ. unus.

303. AD

50 deſunt R. Voſ. L. B. V. Steph. Dan. 51 ſordibus V. 52 fecerit V. 53 *poſt mihi ante* V. L. R. Voſ.

Arbuta ſufficere, & fluvios praebere recentis;
Et ſtabula a ventis hiberno opponere ſoli
Ad medium converſa diem: quum frigidus olim
Jam cadit, extremoque inrorat Aquarius anno.
Hae quoque non cura nobis leviore tuendae;
Nec minor uſus erit: quamvis Mileſia magno

Vel-

SERVII.

301. FLUVIOS PRAEBERE RECENTES. Id eſt, aquam ſtatim hauſtam: nam, ſi pigram potaverint, [54] ſtatim morbum contrahunt.

302. STABULA A VENTIS. Figurate, ſcilicet ventos non perferentia. HYBERNO SOLI. Contra plagam meridianam, per quam Sol currit per hyemem: quod explanat, dicens: *Ad medium converſa diem.*

304. [55] [JAM. Id eſt, menſe Januario. CADIT AQUARIUS. Id eſt, occidit: occaſu ſcilicet heliaco: qui cum oriatur coſmice cum ſole, tamen occidit heliace: quoniam a nobis videri non poſſunt ſigna cum ſole orientia, quod nunc Virgilius ait: *Jam frigidus Aquarius cadit. Aquarius* autem multi Ganymedem volunt eſſe.] EXTREMO ANNO. Menſe Januario, qui eſt penultimus: nam, ut etiam in primo 64. diximus, *Ut primis extemplo a menſibus anni:* [56] a Martio menſe inchoabat annus [57] apud majores. Ergo *Extremo anno*, Extrema parte anni.

305. HAEC QUOQUE NON CURA. Cum de capellis loquatur, figurate neutro uſus eſt genere: nam integrum erat, [58] *Hae quoque non cura nobis leviore tuendae:* Sane perite: quoniam ſcit planam ovium utilitatem, eam praeterit, & exaggerat meritum capellarum; ut dictis in lucem promat rem per ſe minus [59] patentem.

306. [60] MILESIA VELLERA. Lanae pretioſiſſimae: nam Miletus civitas eſt Aſiae, ubi tinguntur lanae optimae. Ipſe in quarto 334. *Mileſia vellera nymphae Carpebant.* Cicero in Verrem I. 34. [61] *Quid a Mileſiis lanae ſuſtulerit.* MAGNO autem MUTENTUR, Ingenti pretio comparentur: nam apud majores omne mercimonium in permutatione conſtabat: quod & [62] Cajus Homerico confirmat exemplo.

PHILARGYRII.

304. EXTREMO. Hic *extremum annum* ſub Aquarii ſidere collocat: ut, quia primus naſcentis anni dies ab urbe condita Kal. Martiis fuit, inde Februarius ultimus anni haberetur. *Aquarium* autem multi Ganymedem volunt.

305. HAE QUOQUE. Id eſt, capellae. Legitur & *haec*. Veteribus enim mos fuit, ut neutra femininis jungerentur. Unde Terentius Hecyr. IV. III. 12. *Tua nihil refert* [63] *utrum fecerit.* Et in Eunucho III. V. 34. *Haec adornant ut lavent:* nam integrum erat: *Hae quoque non cura nobis leviore tuendae, ſane, &c.*

VARIORUM.

303. AD MEDIUM. *At* Menagii primus. *tum frigidus olim Jam redit* Venetus.

304. EXTREMOQUE. *Extremo, undatque aquarius anno* Parrhaſ. a m. pr. Catroeus de Februario, ultimo antiqui anni menſe, capit.

305. HAEC QUOQUE. *Haec q. n. c. n. l. tuenda*, vera lectio ex Servio & antiquis libris. ita in IX. 175. *Exercentque vices, quod cuique tuendum eſt.* haec generum enallage habet quiddam evidens, & ἰδιωτικὸν in oratione. FABRIC. Praeſtantiſſimi codices Gudianus & Moretanus primae notae, *Hae quoque canendae.* cum gloſſa in Moretano, *quae de capris intelligendum monet.* optime ſane. Vellem ſolummodo elegans ſcriptura a pluribus mem-

54 ſtatum V. 55 deſunt V. L. R. Voſ. B. Steph. Dan. 56 deeſt praepoſitio R. L. Voſ. Baſil. 57 apre V. 58 *haec q. n. c. n. l. tuenda* R. Dan. *haec. . . tuendae* Baſ. 59 potentem V. L. R. 60 MENESIA & mox *Meleſia* V. 61 *quo Mileſiis* Voſ. *quidam Mileſiis* L. R. B. 62 Gajus V. L. R. Voſ. Intelligit Cajum Caſſium Longinum Ictum, non vero Titum Cajum. vide Bertrand. in vita Caſſii pag. 108. vide & Inſtit. de emptione §. 2. BURM. 63 *utrum illaec fecerint*, in Terentio legendum, non *illas*, ut Bentlejus, qui etiam *tenendae* dat neſcio unde.

Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.
Denſior hinc ſuboles: hinc largi copia lactis.
Quam magis exhauſto ſpumaverit ubere mulctra;
Laeta magis preſſis manabunt flumina mammis.
Nec minus interea barbas incanaque menta

Ci-

SERVII.

307. TYRIOS INCOCTA RUBORES. Figurate: quae coquendo Tyrium traxit ruborem, id eſt, migravit in purpuram.

308. DENSIOR HINC SOBOLES. Binos enim pariunt capellae plerumque.

311. BARBAS. Sic de quadrupedibus: nam hominum barbam vocamus. INCANA autem [64] dixit nimium cana.

PHILARGYRII.

307. VELLERA. A vellendo dicta.

310. LAETA MAGIS PRESSIS MANABANT FLUMINA MAMMIS. Nota *mammas* pecudum dici. Legitur & *ubera*.

VARIORUM.

membranis confirmaretur. ſi vulgatum retines τὸ *Haec* ſubintellige *animalia*, ut in tertio Rottendorphiano. HEINS. Qui & adſcripſerat codicibus, *haec tuendum. cura breviore* Venetus. *vobis* quartus Moretanus pro varia lectione. Gl. Reg. *haec* explicat *pecora*.

306. MILESIA. Catroeus duplicem Miletum fuiſſe, alteramque in Calabria; ſed intelligi hic Aſiaticam docet. inutilis certe talis nota: nam a Mileto Calabriae *Melitenſis*, non *Mileſius* derivatur, ut docuit Barrius in Calabriae deſcriptione lib. II. p. 63. Theſaur. Ital. tom. IX. pag. 5. urbem vero hanc non celebrem fuiſſe credo, nam nec ejus meminit Cluverius, & quae ex Herodoti lib. VI. cap. 22. & ſeq. narrantur, magis Samios, quibus pauci Mileſii mixti fuere, ſpectant, quam Mileſios, nec video eum urbis Mileti meminiſſe. & quod ex Cicer. III. ad Att. 4. profertur, nihil huc facit: ibi enim *Melitae* legendum. intempeſtiva ergo eruditionis oſtentatio. BURM.

309. QUAM MAGIS. Pro *Quo magis exhauſto ſpumaverat*, Gifanius. NANSIUS. In Mediceo, caeteriſque noſtris omnibus, excepto tertio Rottendorphii, *quam magis*, etiam in Juntarum editione. aliter in ſuis exſtare teſtatur Pierius, ſed id perperam, & nullo jure, ut opinor. Aeneidos ſeptimo, 787.

Tam magis illa fremens & triſtibus effera flammis,
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnae.

apud Tacitum Annalium ſecundo cap. 77. *ſi quid hoſtile ingruat, quam juſtius arma oppoſiturum, qui legati auctoritatem & propria mandata acceperit.* ſic Pichena. cum in Mediceis membranis *quem juſtius* inveniſſet. cui caſtigationi fulciendae Freinshemius adferebat alterum Quintiliani locum ex primo Inſtitutionum Oratoriarum, *Quam in his quoque libris erunt omnia compoſitiora? Quam* praeterea Maro, pro quantum, aut in quantum, ſubinde poſuiſſe videtur, ut Aeneidos primo 676. *Quam facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem.* ita codex inter optimos, ut ſuo loco dicetur. Aeneidos ſecundo 387. idem codex. *quam prima, inquit, fortuna ſalutis Monſtrat iter.* Aeneidos ſexto 96. in omnibus ſcriptis, *ſed contra audentior ito Quam tua te Fortuna ſinet.* ſed ad rem. Plautus Paenulo Act. I. Sc. II. *quam magis aſpecto, tam magis eſt nimbata & nugae merae.* Lucret. lib. II. 197. *nam quam magis urſimus alte Directa, & magna vi multi preſſimus aegre, Tam cupide ſurſum revomit magis atque remittit.* ubi tamen tres pervetuſti codices a me conſulti, *quo magis.* libro IV. 999. *Et quo quaeque magis ſunt aſpera ſeminiorum, Tam magis in ſomnis eadem ſaevire neceſſum eſt.* ita ſcripti noſtri & Giphaniani conſtanter. Lambinus ex conjectura *quam magis*. Plautus Aſinaria I. III. 6. *quam magis te in altum capeſcis, tam aeſtus te in portum refert.* Bacchid. Act. V. Sc. X. V. I. *quam minus*, & Act. V. Sc. I. *magis quam id reputo, tam magis uror.* Lucretius lib. IV. 252. *quanto plus aëris ante agitatur, Tam procul eſſe magis res quaeque remota videtur.* lib. V. 453.

64 dicitur Steph. Dan. al.

Cinyphii tondent hirci, ſaetaſque comantis,
Uſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis.
Paſcuntur vero ſilvas, & ſumma Lycei,
Horrentiſque rubos, & amantis ardua dumos.

At-

SERVII.

312. CINYPHII HIRCI. Libyes, a fluvio Cinyphe.

313. MISERIS NAUTIS. Qui frequenter patiuntur pericula. In uſum autem caſtrorum ideo dixit, & quia [66] de ciliciis poliuntur loricae, & teguntur tabulata turrium; ne jactis facibus ignis poſſit adhaerere. Et bene laudat capellas, dicens ciliciorum uſum & in mari, & in terra prodeſſe mortalibus: hoc eſt in duobus elementis conceſſis hominibus.

314. PASCUNTUR SYLVAS. Et *paſco*, & *paſcor illam rem* dicimus. [67] [Et *paſcuntur* pro, *depaſcuntur.*] SUMMA LYCAEI. Montis Arcadiae. Et eſt ſpecies pro genere.

PHILARGYRII.

312. CINYPII. Gaetuli, a Cinypho flumine Gaetuliae, id eſt, Libyae. *Tondent* autem, paſtores, ut ſit genitivus ſingularis, *Cinyſii hirci.*

313. CASTRORUM. In uſum caſtrorum; quod inde [68] *tomenta* fiant, itemque cilicia, quae Celſus ait, retuliſſe Varronem, ideo ſic appellari, quod uſus eorum in Cilicia ortus ſit.

314. PASCUNTUR. Pro, depaſcuntur.

VARIORUM.

453. *Quae quanto magis inter ſe perplexa coibant, Tam magis expreſſere ea, quae mare, ſidera, ſolem, Lunamque efficerent.* & mox 484. *Inque dies quanto circum magis aetheris aeſtus, Et radii ſolis cogebant undique terram, Tam magis &c.* vide Quintil. Inſtit. Orat. lib. I. ubi ex VII. Aeneidos locutionem fulcit. Lucret. lib. IV. 1083. *Unaque res haec eſt, cujus quam pluria habemus, Tam magis ardeſcit dira cupedine pectus.* VI. 458. *Fit quoque, uti montis vicina cacumina coelo Quam ſint quaeque magis, tanto magis edita fument Aſſidue fulvae nubis caligine craſſa.* lib. IV. 79. *Et quanto circum mage ſunt incluſa theatri Moenia, tam magis haec intus perfuſa lepore Omnia conrident.* Salluſt. Jugurth. XXXI. *Ita quam quis peſſime fecit, tam maxime tutus eſt.* Columella lib. V. cap. 7. *quam pauciſſimos reliqueris, tam optimi fiunt in alendo propter copiam lactis.* vide Voſſium de Conſtructione cap. 61. pag. 567. HEINS. Locum Quinctiliani ex praefatione libri I. memoria fallente non recte citavit Heinſius. ſic ſe habet. *in his quoque libris erunt eadem* &c. *omnia vero compoſitiora, & quam nos poterimus, elaborata:* vel ut in Francii codice erat, *elaboratiora.* ubi *quam* non ad *compoſitiora* refertur, ſed ad *poterimus*, & ita centies *quam potes* apud Terentium & alios, pro *quantum potes* occurrit, ut ipſe Heinſius ad Ovid. III. Art. 262. oſtendit. *quam* vero hic praeferrem, quia minus librariis notum mutaverunt in uſitatius *quo.* in ipſo Theſauro Fabri ex Lucretio & Plauto loca jam adducta eſt videre. *quo magis* tamen noſter dixit lib. IV. G. 248. & Propert. I. IV. 15.

Quo magis & noſtros contendes ſolvere amores,
Hoc magis accepta fallit uterque fide.

vid. & lib. eod. X. 27. Servius ad XI. Aen. 627. ex Plauto citat, *quo magis te in altum capeſſis.* ſed in ipſo Plauto Aſin. I. III. 6. legitur, *quam magis t. i. a. capeſſis, tam aeſtus* &c. quare parum intereſſe putem. BURM.

Ibid. MULCTRA. *Multra* multi. *mulcra* Mentelii ſecundus. *exhauſta* alter Rottendorphii.

310. FLUMINA. Aliquid inconcinni videtur, *ubera manabunt preſſis mammis*, id eſt ubera preſſis uberibus etiam. NANSIUS. *Ubera mammis* male apud Nonium Marcellum in *Laetum.* quod tamen editiones nonnullas occupavit, invitis membranis Mediceis, codice Gudiano, utroque Menteliano aliiſque nonnullis noſtrorum. tamen agnoſcunt ex Pierianis codices nonnulli, & Giphanius ex ſuo perperam in Indice Lucretiano. apud ipſum Lucretium

66 de deliciis V. de ciliciis & poliuntur Cod. Urſ. L. R. Voſ. Fabr. al. forte, expoliuntur. vide Salmaſ. Exerc. Plin. p. 347. in fine hujus notae, additur: item *Cilicia*, quae Celſus ait retuliſſe Varronem, ideo ſic appellari, quod uſus eorum in Cilicia ortus eſt Baſil. 67 deſunt L. Voſ. R. B. Steph. al. 68 Tormenta ex Varrone de R. R. Cap. ult. legebat ſummus Gronovius lib. IV. Obſerv. 22.

Atque ipſae memores redeunt in tecta, ſuoſque
Ducunt, & gravido ſuperant vix ubere limen.
Ergo omni ſtudio glaciem ventoſque nivalis,
Quo minus eſt illis curae mortalis egeſtas,

320 A-

SERVII.

317. SUOSQUE DUCUNT. [69] Educant foetus proprios, & enutriunt: unde & *educatos* dicimus.

319. QUO MINOR EST ILLIS CURAE. Ordo eſt: Igitur omni ſtudio [70] avertes ab eis ventos, & glaciem, quo egeſtas mortalis, id eſt, neceſſitas mortalitatis, minor eſt illis curae: hoc eſt, minus ad ipſarum pertinet curam: [71] [nam hoc dicit: Quanto illae ſibi adeſſe non poſſunt, tanto eis a te [72] impendenda eſt major diligentia.]

PHILARGYRII.

319. QUO MINOR EST. Pro, *quo minus eſt*, ut ſit ſenſus: Quo minus eſt illis curae mortifera egeſtas: ſi diligens circa eas fueris, neceſſitas mortalitatis minor eſt. MORTALIS. *Mortalis*, mortifera intelligenda.

VARIORUM.

tium lib. IV. 1029. ubi agit de ſemine humano & nocturnis pollutionibus. *hinc fit, ut ſaepe profundant Fluminis ingentis fluctus, veſtemque cruentent.* HEINS. *Ubera calnis* Parrhaſ. *ubera* defendit Oudend. ad Lucan. II. 497. *ubera mammis* Edd. pr. & Mediol. *flumina* etiam Regius; & ingentem copiam hac voce notare vulgatum eſt. & ita capio illa Ovid. I. Met. III. de Aureo ſeculo,

Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant.

id eſt ex pecore & vite ſponte fluxit ingenti copia lac & vinum, non quod rivi & fluvii darent pro aqua lac & vinum, quod Lactant. lib. V. cap. 5. innuere videtur, qui haec capit de communicatione cum pauperibus, ut divites pecoris & vinearum darent ex tanta copia lactis & vini etiam pauperibus neceſſaria, nec incumberent ſoli abſconditis. & ita Theleclides apud Athenae. lib. VI. 19. vitae prioris felicitatem deſcribens, *οἴνου χαράδραν, Ζωμοῦ ποταμὸν, ὑποτριμματίων ὀχετοὺς* laudat. BURM.

312. CINYPHII. Virgilius locum Varronis expreſſit lib. II. cap. 18. vide Gyrald. de navigiis, in voce *Diphtherae*. NANSIUS. *Ciniphei* Francian. *Cyniphii* Leidenſ. unus & Regius. *Cinyphei*, Gudian. Venet. & ſecund. Rottend. quidam hic *Hirci* genitivo caſu capiunt. ut Philarg. Cerda, Ruaeus & alii. alii hirci *tondent* pro tondentur. alii *Cinyphiis Hircis* legunt. ut paſtores tondeant hircis barbam & menta. & hoc praefert Catroeus: ſed quum unico codice Pierii nitatur, & ego in nullo repererim, niſi in margine Parrhaſ. ubi *hirquis*, quod ex Pierii notis adnotatum eſt; & figuratum hic genus loquendi agnoſcat Priſcianus, ego cum Pierio, *hirci tondent* pro *tondentur* capio: nam & Quinctil. I. de Inſt. Orat. cap. 6. in f. dicit ex conſuetudine *tondere* dici. vid. Gronov. ad Liv. XXVII. 34. ubi etiam in uno codice *tonderi* eſſe notavit. ſed & hoc, ut hic *hircis*, librariis adſcribendum. *hyrci* Leid. pr. BURM.

314. VERO. *Vere* Parrhaſ.

316. SUOSQUE DUCUNT. *Suaſque* Venetus. HEINS. *Deducunt* Donatus ad Terentii Hecyr. IV. IV. 27. Neſcio an cum Servio *ducere* hic pro educere vel educare poſſet capi. quum notum ſit Capros eſſe duces gregis. unde forte *ſuaſque* poſſet probari, ut feminae vel etiam oves intelligantur. quas *ſuas* vocat, ut paſſim uxores & amicas, de hominibus, dicunt Poëtae: nam & *vir gregis* eſt caper. ſed tunc videretur legendum *atque ipſi*: niſi capras vel oves intelligamus, quas ſequuntur duces ipſi amore caprarum, vel ovium quae pleno ubere petunt tecta ut mulgeantur. nam & oves intelligi mixtas capris, docet ſequens, *utrumque gregem.* BURM.

318. NIVALIS. *Nivoſis* Venetus. *ventos glaciemque nivales.* quartus Moretanus & Parrhaſ. *ventoſque minaces* Vratiſl.

319. QUO MINUS EST ILLIS. *Quo minor* Mediceus, & caeteri omnes noſtri ad unum, idque amplectendum omnino. HEINS. *Minor* etiam Francianus, Regius, Tollianus & Parrhaſii. & ita Pierius in ora codicis ſui notaverat, & Philargyrius ita legiſſe videtur. ſed aliquid ſcabri mihi ex ea lectione oriri videtur: nam cui voci jungas *minor*? an

69 educunt L. Voſ. Steph. Dan. Fabr. al. 70 avertas Fabr. al. averte Steph. Dan. 71 deſunt Fabr. 72 impendia V.

Avertes: victumque feres, & virgea laetus
Pabula; nec tota claudes foenilia bruma.
At vero, zephyris quum laeta vocantibus aeſtas,
In ſaltus utrumque gregem atque in paſcua mittes.
Luciferi primo cum ſidere frigida rura
Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba.

In-

SERVII.

322. AT VERO ZEPHYRIS CUM LAETA VOCANTIBUS AESTAS. Subaudi, advenerit. Dicit autem ver, [73] quo flare Zephyrus incipit; ut in primo 43. *Et Zephyro putris ſe gleba reſolvit.*

324. FRIGIDA RURA CARPAMUS. Id eſt, carpere cogamus animalia.

325. DUM MANE NOVUM. Mane paſci oves praecipit, ſecundum morem ſuae provinciae: nam in aliquibus locis morbum contrahunt, niſi jam ſiccato rore paſcantur. DUM GRAMINA CANENT. [74] Turnus: *Et matutinis lucentes roribus herbae.*

PHILARGYRII.

321. NEC TOTA CLAUDES. Id eſt, praebebis tota bruma fenum.

VARIORUM.

an *τὸ egeſtas?* ſed tunc nullus ſenſus idoneus eſſet. *quo minor egeſtas mortalis illis eſt curae*, quaſi majorem curarent, non minorem, quod nihili eſt. an per hypallagen capies, quo egeſtas illis eſt minori curae? nec hoc placebit, credo. quare recte Stephanus in Schediaſm. pag. 47. *minus* praetulit, & hanc eſſe Poëtae ſententiam puto. quia animalia illa ſibi providere non poſſunt, nec per ſe egeſtatem, qua omne quod vivit conflictatur, arcere, nec curare poſſunt, ne adfligantur inopia pabuli, quia in diem vivunt, nec reponere poſſunt victum in longum tempus, ideo tu avertes omni ſtudio glaciem & ventos nivales, & in tectis curabis, ut nihil deſit, feres illis victum &c. eadem formula uſus Cicero pro Archia cap. x. *Quare ſi res hae, quas gerimus, orbis terrae regionibus definiuntur, cupere debemus, quo minus manuum noſtrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare.* ubi immerito ejiciunt critici *τὸ minus*, & Ciceroni attribuunt ſenſum, quem minime intendit. qui eſt, nos debere cupere, gloriam & famam non modo finibus imperii Romani terminare, ſed ultra eos ad extremas orbis regiones, quo nec arma Romana pervenerint. Victorius certe nimis arctis finibus Romani imperii circumſcribit cupiditatem illam, ejiciendo *τὸ minus.* ſaepe etiam *quo minus* utitur Ovidius, ut II. Art. 720. & alibi, ſed paullum diverſo ſenſu. BURM.

320. AVERTES. *Avertas* alter Menagii. *avertis* Venetus.

321. CLAUDES. *Claudis* Mediceus. *feralia* Parrhaſ. a m. pr.

323. MITTET. Admonuit me olim G. Faërnus hoc loco *mittet*, non *mittes*, ut antea legebatur, ſcribendum eſſe. quam ego ſcripturam, quia veterum quoque librorum auctoritate nititur, vehementer probo. URSINUS. Noſtri conſtanter *mittes*, praeter Franc. qui *mittas.* & *paſcua* Rottend. alter.

324. LU-

73 quo flaverit Zephyrus, ut in Voſ. quo flaverit, & *Zephyro putris* B. R. Zephyrus deeſt L. 74 hic locus docet ſecuritatem editorum, qui, ubi nihil eſt, quod offendit, aut ſenſum non aliquem efficit, praetereunt. ſed quum pro *nocturnis* in omnibus codicibus V. L. R. B. Voſ. & ſine dubio in aliis, ſit Turnus, *&* *matutinis* &c. debuiſſent videre illa verba efficere verſum hexametrum, qui auctori ſuo debuerat reſtitui. Turnus vero celeberrimus Poëta & Satyrographus ſub Veſpaſiano floruit. cujus meminit Martialis IX. 11. ubi vide Raderum. & eximium Poëtam vocat Barth. ad Claudian. I. in Ruf. 335. Edit pr. ubi aliud ejus fragmentum apud Schol. Juvenalis Sat. I. 71. emendare conatur. vide & ad Rutilii Iter. I. 604. quare hoc novo fragmento locupletandae ſunt reliquiae perditorum Poëtarum. nec dubitavi in textum recipere, adeo certa videtur mihi haec lectio. BURM.

Inde, ubi quarta ſitim coeli conlegerit hora,
Et cantu querulae rumpent arbuſta cicadae;
Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna jubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam:
Aeſtibus at mediis umbroſam exquirere vallem,
Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus
Ingentis tendat ramos: aut ſicubi nigrum

Ili-

SERVII.

328. QUERULAE CICADAE. Canorae. Horatius III. Od. 7. *Sub cantu querulae* [75] *deſpice tibiae.* [76] Aut certe *Querulas* [77] dicit propter illam fabulam, quod Tithonus, maritus Aurorae, poſt optatam longiſſimam vitam, [78] [diu vivendo] in cicadam dicitur eſſe converſus. RUMPENT ARBUSTA. Nimio clamore. Juvenalis I. Sat. 13. *Et aſſiduo ruptae lectore columnae.* Perſius III. Sat. 9. *Findor, ut Arcadiae pecuaria rudere dicas.*

330. ILIGNIS CANALIBUS. Factis ex ilice. Sane *canalis* melius genere foeminino, quam maſculino [79] proferimus.

332. SIC UBI MAGNA JOVIS ANTIQUO ROBORE QUERCUS. Quia omnis quercus Jovi eſt conſecrata. Quod autem dicit *Jovis quercus*, & *Ilicibus crebris ſacra* [80] [*nemus* [81] *accubat*] *umbra:* non revera conſecratos lucos dicit nos petere debere; ſed ita denſos, [82] quales ſunt illi, quos religio defendit: unde apparet *quercum Jovis*, & *ſacram umbram*, generalia eſſe, non ſpecialia epitheta: nam, ut diximus, & omnis quercus Jovi eſt conſecrata, & omnis lucus Dianae.

PHILARGYRII.

328. RUMPENT. *Rumpent*, complebunt, ut I. Georg. 49. *Illius immenſae ruperunt horrea meſſes:* aut, in conſuetudine eſt, *rumpunt*, ſive vehementer clamant. Et * *exallacmenos* dixit, & arbuſta rumpent cantu ſuo.

VARIORUM.

324. LUCIFERI. *Lucifero* Gudianus & Venetus. HEINS. Et ſecundus Moreti.

325. DUM GRAMINA CANENT. Donatus in Terentii Adelphos III. II. 52. *dum flumina creſcunt.* memoria lapſus, ut opinor: nam aliter Columella libro VII. cap. 3. & Nonius Marcellus, praeter codices ſcriptos. HEINS. *Carpentur* etiam Zulichemius a manu ſecunda. *carpere rura*, de paſtoribus, qui greges educunt paſtum, dictum, ut *carpere viam, iter* & ſimilia. inf. ỷ. 347. *carpamus* quaſi de ſe loquitur, ut ſaepe, pro *carpant* paſtores. vide Cortii notas ad Plin. IX. Epiſt. XIII §. 17. BURM.

326. GRATISSIMUS HERBA EST. Tollendum verbum ſubſtantivum cum melioribus ſcriptis. Solus Menagianus prior a manu ſecunda id agnoſcebat. amovent Columella quoque & Nonius Marcellus in *tenera*, producto hoc Maronis loco. vide annotata ad Eclogam VIII. ỷ. 15. ubi idem verſus occurrebat. HEINS. Niſi quod ibi, *Quum ros* legatur.

328. RUMPENT. *Rumpunt* alter Rottendorphius.

329. AD PUTEOS. *Aut puteos* fragm. Moreti. HEINS. Sed Columella VII. 3. habet vulgatam.

330. ILIGNIS. Ita fere plurimi. *ilineis* Leidenſ. unus. *iligneis* Tollian. *illignis* Voſſ. *in lignis* Ed. Venet. *illigneis* Mediol. ſic *lectulos ilignis pedibus* dixit Terent. Adel. IV. II. 46. *portare* Gudian. a m. pr. BURM.

331. AT MEDIIS. *In mediis* Nonius Marcellus in *Aeſtus. aut mediis* tertius Rottendorphianus. HEINS. *Aſt mediis* Parrhaſ. qui etiam *Vallem* in margine. de mediis aeſtibus vid. ſupr. ỷ. 154.

333. SICUBI NIGRUM SACRA NEMUS ACCUBET UMBRA. *Nigra ſacrum nemus accubet umbra* Gu-

75 *diſplice* V. R. Voſ. 76 ut arte V. L. R. Voſ. Fabr. al. 77 querulae dicitur propter Dan. Steph. querulas propter Baſ. dicitur deeſt V. L. R. Voſ. 78 deſunt L. R. Voſ. V. Fabr. al. 79 proferimus V. Voſ. 80 deſunt Baſil. *ſacri nemus a.* a. B. 81 *accubet* L. R. Voſ. Fabr. 82 ut ſunt Baſil. * forte ἐξαλλαγμένως.

Ilicibus crebris ſacra nemus adcubet umbra.
Tum tenuis dare rurſus aquas, & paſcere rurſus
Solis ad occaſum. Quum frigidus aëra veſper
Temperat, & ſaltus reficit jam roſcida luna,
Litoraque Alcyonen reſonant, acalanthida dumi.
Quid tibi paſtores Libyae, quid paſcua verſu

Pro-

SERVII.

335. TENUES AQUAS. Epitheton [83] eſt aquarum. Alibi IV. Georg. 410. *Aut in aquas tenues dilapſus abibit.* [84] [Cui contrarium eſt illud IX. Aen. 31. [85] *At pingui flumine Nilus.*]

336. AERA VESPER TEMPERAT. Refrigerat aeſtatis calorem. REFICIT. Recreat. LUNA. Nox.

338. LITTORAQUE HALCYONEN RESONANT, ET ACANTHIDA DUMI. Quo tempore [86] reſonat per littora [87] Halcyon avis, cujus fabulam in primo 399. memoravimus. Per *Dumos* vero [88] *Acanthidas*, quam alii [89] luſciniam eſſe volunt, alii vero [90] carduelem, quae ſpinis & carduis paſcitur, [91] [ut inde etiam apud Graecos [92] ἀκανθὶς dicta ſit, ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν, id eſt, ſpinis, quibus paſcitur.]

339. QUID TIBI PASTORES LIBYAE. Dicit pro qualitate provinciarum diverſa eſſe genera paſtionum.

PHILARGYRII.

335. TENUES. Id eſt, parvas, cui contrarium illud: *Et pingui flumine Nilus.*

VARIORUM.

Gudianus. pro *nigrum* prior Mentelianus *nigram.* forte *nigram accubet umbram. Incubet* in tertio Rottendorphiano. pro *ingentes tendat ramos* ſecundus Moretanus, *In patulos tendat ramos.* HEINS. *Sacrum* etiam primus Moreti, Parrhaſ. & Leidenſis a manu ſecunda. *tendet* Leidenſis alter. vid. ſupr. 296. *accubat* eſt in clivo jacet. ut *cubantem Uſticam* Horatius I. Od 17. vulgatae conſentit Columella VII. 3. *ilicibus creſſus* Medic. a manu pr. BURM.

335. TENUES. Vlitius ad Grat. Cyneg. 393. de exigua copia explicat. ſic & I. Georg. 92. *tenues pluviae.* ſed eſt epitheton hic perpetuum aquae. ut paſſim. BURM.

337. ROSCIDA. *Roſida* Pierius in ora codicis ex ſcriptis, & ita Leidenſis & Francianus.

338. RESONANT. *Reſonent* alter Rottendorphius. *Alcyonem* Regius.

Ibid. ET ACHANTIDA. *Acalanthida* Probus Grammaticus, & manuſcriptum Patavinum. Avicula nomen traxit a carduis, quibus delectatur, unde Latinis *Carduelis.* in cujus nominis cauſa cum Graecis & Latinis Germani conveniunt. FABRIC. Scripti codices conſtanter *acalanthida.* uti a Pierio quoque eſt animadverſum, (niſi quod in pleriſque *achalantida*, in nonnullis *athalantida* mendoſe.) nec dubito veram hanc eſſe ſcripturam, cum & Servius eam quoque agnoſcat in codice ſcripto Menteliano & Rottendorphiano, per *dumos vero acalanthis.* quibus & alias Servii ejuſdem membranas ſubſcripturas eſſe haud dubito, ſi conſulantur; quamquam apud Papiam in *Acanthullis* legitur & *acanthida.* ſed Papiae ſcriptoris minime vetuſti non eſt ea auctoritas, cui deferre multum debeamus. quin imo D. Paullinus ſeptimo Natali, Felicis, *Nec niſi vere novo reſonant acalanthida dumi.* qui hunc Maronis locum manifeſte imitatur. Heſychius, Ἀκαλανθὶς, ταχεῖα κύων, ὀνοματικῶς, καὶ ὄρνεον μικρόν. Suidas, Ἀκαλανθὶς, εἶδος ὀρνέου, ἢ ὁ κύων. παρὰ τὸ αἰκάλλειν ἴσως τοὺς γνωρίμους, ὑλακτεῖν δὲ τοὺς ξένους. Auctor Etymologici, Ἀκαλανθὶς, ἡ ἀκαλάνθεια, ἴσως ἐπισημον κυνὸς ὄνομα. παρὰ τὸ ἀκαλὸν θεῖν ἀκαλανθὶς. οὕτως Ὡρίων. Vides aviculam tribus hiſce Grammaticis eſſe acalanthida. quod & canem eſſe contendunt: hauſere credo ex Ariſtophanis Εἰρήνῃ, ubi Hierocles ad Trygaeum, Ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα

τας

83 deeſt Baſil. 84 deſunt L. R. Voſ. B. Steph. Dan. 85 *& impingui* Baſil. 86 ſonat V. L. R. Voſ. B. Fabr. al. 87 Alcion L. Alcyon R. Voſ. 88 Acalantis V. Achalantis L. Voſ. R. B. Achantis Baſil. Acalanthis B. 89 Luciniam Dan. 90 Carduelum V. L. Voſ. R. B. Steph. Dan. al. Carduelim al. 91 deſunt L. R. Voſ. B. 92 Achantis d. ε. ab Achantis Baſ. Ἀκάνθυλις Cod. Urſ.

Proſequar, & raris habitata mapalia tectis?
Saepe diem noctemque, & totum ex ordine menſem
Paſcitur, itque pecus longa in deſerta ſine ullis
Hoſpitiis: tantum campi jacet. Omnia ſecum
Armentarius Afer agit, tectumque, Laremque,
Armaque, Amyclaeumque canem, Creſſamque pharetram.
Non

SERVII.

342. Sine ullis hospitiis. Sine [93] ullis [94] ſtabulis.

344. Armentarius. [95] Abuſive *armentarium* poſuit: nam nunc de gregibus loquitur. Tectumque laremque. Tentoria, militum more: ac ſi caſam diceret.

345. Amyclaeumque canem. [96] Laconicum. Et eſt ſpecies pro genere. Amycla autem civitas eſt [97] Laconiae: unde eſt ſup. ℣. 89. *Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus.* [98] [Cressamque pharetram. Creticam: dicit autem; paſtorem gregum etiam arma habere debere, quibus & gregem defendat, & aliquid etiam venetur. Aliter hic reprehenditur Virgilius; quod Getulis praeter morem ſagittas, non autem lanceas dederit.]

PHILARGYRII.

340. Mapalia tectis. *Mapalia*, caſae Maurorum, qui in eremo habitare dicuntur: ſicut illud Lucani IX. 945. *Surgere congeſto non culta mapalia culmo.* Raris. *Raris*, quia non junguntur & diſtantibus locis fiunt.

344. Omnia secum Armentarius Afer agit, tectumque laremque. Quomodo tectum & larem bajulat paſtor? ſolvitur: *tectum* dicit tentorium, unde tectum faciat: nunc *larem*, deos dicit penates, id eſt, ignem, unde focum faciat.

345. Armaque: Reprehenditur hic, quod Gaetulis ſagittas, non lanceas dederit. Amyclaeumque: *Amyclaeum*, non Laconicum, ſed pro bono cane accipiendum: item *Creſſamque pharetram*, pro, bonam.

VARIORUM.

σπ παραφέρεται βάδι, Χ' ὁ κάδων ἀκαλανθὶς ἐπιγεγραμμένη τυφλὰ τίκτει. ubi Scholiaſtes Ἀκαλανθίς, ὄνομα κυνὸς ἀντισύμβολον. οἱ δὲ ὄρνεον. alluſit autem Ariſtophanes ad vetus adagium, κύων σπεύδουσα τοὺς κύνας τίκτει τυφλούς. ut immerito dubitet idem Scholiaſtes, an non de avicula ſit capiendus hic locus Ariſtophanis, τὸ δὲ ἀκαλανθὶς εἶδος ὀρνέου. Ταύτας δὲ τὰς ἀκανθυλλίδας τινὲς βασιλικοὺς ὀνομάζουσι. Ἀκανθυλλὶς eadem avicula quoque dicta & ἀστραγαλῖνος. Lexicon Cyrilli, Ἀκανθυλλὶς, carduelis. in alio Gloſſario, Carduelis, ἀστραγαλῖνος. Papias: *Acanthyllis ſecundum aliquos, ſed melius eſt acanthis, avis eſt vepribus & carduis paſci adſueta*, male *acalanthis* ibi reponitur a Barthio lib. III. Adverſ. cap. III. HEINS. *Reſonant Acanthida* Francian. *Acalenthida* Gudian. *Acanthida* ex Calpurn. VI. Ecl. 7. praefert Nicol. Loenſ. III. Epiph. 20. Neſtor in *Acanthus* ait, *at Acanthida*, & Probum *Atalantida* legiſſe, dicit. BURM.

339. Pastores. *Paſtoris* Leidenſis.

340. Prosequar. *Perſequar* Zulichem.

Ibid. Mapalia. *Mappalia* Gloſſae Cyrilli & noſtrae Mſſ. item Vincentius. ita & apud Lucret. lib. II. III. in duobus Mſſ. legi, *vacuis mappalibus actus*, non *vacuiſque mapalibus*, ut editur. VOSS. Ita & Servius P. Dan. ad Ecl. II. 29. *mappalia* praefert, quod Maſvicius in *mapalia* mutavit. ſed hic metri ratio non patitur *mappalia*. imitatus hunc locum Senec. Troad 826.

Olenos tectis habitata raris. BURM.

343. Omnia secum agit. Haec imitari Val. Flac. VI. 331. notavit vir doctus in Miſcell. Obſerv. Critic. Vol. IV. p. 188. BURM.

344. Laremque. *Laremque* agnoſcit etiam Donatus ad Terent. Adelph. III. II. 3. & firmat imitator Silius lib. II. 442. *Omnia Paenum,*

Armenti vigilem, patrio de more ſequuntur,
Gaeſaque, latratorque Cydon, tectumque focique, &c.

345. Pha-

93 deeſt V. L. R. Voſ. B. 94 tabulis Voſ. 95 Abuſive: nam de gr. loq. V. L. R. Voſ. B. Steph. 96 Laconia R. Laconiae B. 97 Laconiae V. L. R. Voſ. 98 deſunt V. L. B. R. Voſ. Steph.

Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis
Injuſto ſub faſce viam quum carpit, & hoſti
Ante exſpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.
At non, qua Scythiae gentes, Maeotiaque unda,
Turbidus & torquens flaventis Hiſter arenas,
Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axem,

Illic

SERVII.

346. PATRIIS ACER ROMANUS IN ARMIS.[99] Generaliter ſibi conceſſis: ac ſi diceret, Martiis.

347. INJUSTO SUB FASCE. Sub magno onere, ut IX. Ecl. 65. *Ego hoc te faſce levabo.* Magnum autem onus dicit, propter arma, alimenta, veſtitum.

348. ANTE EXPECTATUM. Dicto citius, antequam ejus expectetur adventus. Et eſt una pars orationis: hoc eſt, adverbium. STAT. Obſtat: nam Aphaereſis eſt.

349. AT NON QUA SCYTHIAE GENTES.[1] Subaudi, talis eſt paſtio. MAEOTICAQUE. Maeotis, palus eſt Scythiae, frigore congelaſcens.

350. ISTER. Fluvius [2] Scythiae, qui & [3] Danubius nominatur.

351. QUAQUE REDIT MEDIUM RHODOPE PORRECTA SUB AXEM. Qua Rhodope mons Thraciae protentus in orientalem [4] plagam, Gammaides reflectitur in ſeptentrionalem. Nam ideo ait, REDIT SUB AXEM. Nam axis eſt ſeptentrio: qui Graece ἅμαξα nominatur.

PHILARGYRII.

347. HOSTI. *Hoſti ſtat*, figurate, pro contra hoſtem ſtat.

348. ANTE EXPECTATUM. Id eſt, ante expectationem, & prius quam expectaretur, & ante quam putetur venire potuiſſe.

351. REDIT. Num addita praepoſitione, ut ſolet, pro, it, redit, quod ibi flectatur in ſinum, & redire videatur. Hinc annotandum vetuſte *axem* pro ſeptentrione poſitum.

VARIORUM.

345. PHARETRAM. *Pharetramque* Ed. Juntae. *Craſſamque* Menagian. alter.

346. NON SECUS. *Haud ſecus* Quinctilianus lib. IX. 3.

347. INJUSTO. Eodem modo M. Tullius in Oratore ad Brutum cap. X. *injuſtum onus* dixit. URSIN. *Injuſto* vid. Bapt. Pii Annot. poſt. cap. 14. NANSIUS.

Ibid. QUUM CARPIT. *Dum carpit* Nonius Marcellus in *faſces*. & Donatus in Terentii Andriam. I. I. 9. aliter ſcripti codices. HEINS. Vid. Erythr. in *cum*.

Ibid. ET HOSTI. *Stat hoſti*, contra hoſtem ſtat. *Ante, exſpectatum*, citius quam exſpectarat. Ovid. IV. Metam. 788. *Ante, exſpectatum tacuit.* in eadem videtur Servius fuiſſe ſententia. in manuſcripto alia lectio, quam ſecutus Vegetius, *Hoſtem ante exſpectatum*, quaſi dicat, militem Romanum paratum & accinctum ſtare ante hoſtem, cujus aſpectum non expaveſcat, ſed ſumma congrediendi cupiditate exſpectet. FABRIC. *Et hoſtem* Mediceus & codices noſtri nonnulli. in Gudiano *hoſtis* a manu prima. *Hoſtem* Vegetii veteres editiones quoque agnoſcunt, & plerique codices Pieriani. *Hoſti* tamen nunc in Vegetio legitur. lib. I. cap. 19. *Hoſtim* alter Mentelianus. HEINS. *Et hoſtem* Regius. hinc conjungit *hoſtem ante exſpectatum* Catroeus, & illud *ante exſpectatum* moleſtam facere conſtructionem dicens, explicat, quaſi Romanus miles praevenerit hoſtem, & caſtra occupaverit, ante quae inſtructa acie exſpectat hoſtem exſpectatum, pro quem exſpectat & optat. quae etiam Fabricio ſublegiſſe videtur. quum contra, *ante exſpectatum* ſit uſitata & obvia locutio, pro antequam alii exſpectaverant, ſubito, repente. vid. Ovid. IV. Met. 788. VII. 15. & ita Servius recte explicat *dicto citius*. Ovidii loca jam

Cl.

99 genitaliter V. L. Voſ. B. genitaliter vel generaliter R. 1 ſubandis V. L. R. Voſ. R. 2 eſt Scythiae V. 3 Danuvius V. 4 plagam, id eſt in ſept. reflectitur Urſ. Cod. ſeptemtrionem Voſ. B. L. R. gammoides L. Voſ. R. B. *Gammaides* eſt, quod faciat figuram literae Graecae *γάμμα*. Γ. ita ſtolae erant, quae habebant ſigna, ut gamma. Heſych. in *γρίφον*. vide Meurſ. Gloſſar. in *Γάμμα*, ubi alia auctorum loca citat. vide & quae infra notabimus ad I. Aen. 478. BURM.

Illic clauſa tenent ſtabulis armenta; neque ullae
Aut herbae campo adparent, aut arbore frondes:
Sed jacet aggeribus niveis informis, & alto
Terra gelu late, ſeptemque adſurgit in ulnas.
Semper hiems, ſemper ſpirantes frigora cauri.

Tum

SERVII.

354. INFORMIS. Nivis ſuperfuſione, carens varietate formarum, nulliſque agnoſcenda limitibus, [5] inlimitata.

355. SEPTEMQUE ASSURGIT IN ULNAS. Creſcit in ſeptem ulnas. *Ulna* autem, ut diximus III. Ecl. 105. ſecundum alios, utriuſque manus extenſio eſt: ſecundum alios, cubitus: quod magis verum eſt, quia Graece [6] ὠλένη dicitur cubitus: unde eſt λευκώλενος Ἥρη.

VARIORUM.

Cl. Drakenb. ad Sil. II. 31. & ego ad Vellej. Paterc. II. 123. qui dixit *exſpectato maturius*, laudavimus. ut & alii. quare non multum in auctoribus Latinis verſatos fuiſſe oportet, qui hanc formulam aegre reperiri & multum laboris fruſtra impendi, ut id ſignificare poſſe probetur, notant. rurſus probare deberet Catroeus eleganter dici, *ſtare ante hoſtem exſpectatum*, pro acie inſtructa eum exſpectare: *Acies ſtare* ſaepe legi, & *ſtare ante oculos alicujus* & ſimilia. ſic ſupr. II. 280. *campo ſtetit agmen aperto*. neque etiam, licet ita antiqui explicent, *ſtare hoſti*, pro obſtare, vellem conſtrui. ſed *ante exſpectatum hoſti*, pro antequam ab hoſte exſpectaretur, malo explicare, cui favere poſſet Silius lib. II. 151. ubi Theron,

Non exſpectatum Tyriis effuderat agmen.

ubi recte Cl. Drakenb. *non exſpectatum Tyriis* eſſe conſtruendum docet. Quare hic quoque & ita conſtrue, & poſitis caſtris ante exſpectatum hoſti ſtat in agmine, id eſt ſubito, adhucdum agmen ducente imperatore: nimirum primi, qui ad locum caſtris ponendis deſignatum venerant, jam muniebant caſtra & vallum ducebant, ut quum extremum agmen adveniret, jam poſitis caſtris poſſint pro vallo ſtare. Nota ſatis diligentia Romanorum, qui ſtatim primos, qui advenerant, jubebant caſtra munire, ut quaſi in agmine ponere caſtra viderentur. Caeſar. II. de Bel. Gal. 19. *interim legiones ſex, quae primae venerant, caſtra munire coeperunt.* ubi in ſequentibus mira Caeſaris celeritas in caſtris muniendis, & ſimul acie inſtruenda narratur. plura exempla cumulare nihil attinet in re nota, quum nullam umquam moram facerent caſtris muniendis, etſi adhuc agmen extremum nondum adveniſſet, & ſaepe nondum perfectis caſtris pugnaſſe Romanos narretur. praeterea dum munirentur caſtra a peditibus, equites in ſtatione ante opus ſtabant. qui & hic intelligi poſſent, nam & *agmen* de equitibus dici videbis probatum ad Ovid. III. Amor II. 78. ſic equites jam, opere nondum perfecto, hoſtium adventum nuntiabant, apud Caeſar. II. Bel. Civ. 26. ſed deſino. BURM.

349. MAEOTICA. Rectius *Maeotiaque* cum Mediceo, duobus Mentelianis, & caeteris pleriſque. dixi ad Claudianum IV. conſ. Honorii 180. ubi multa ad rem. *Maeotia* etiam ex ſuis Giphanius Indice Lucretiano. in nonnullis tamen codicibus *Maeotidaque* mendoſe. ſic *Maeotia tellus* ex iiſdem membranis Aeneidos VI. ỹ. 800. apud Claudianum loco praedicto praeſtantiora exemplaria, *palus radios Maeotia vibrat.* & ſexto Honorii Aug. conſulatu, *Romanum ſtupuit Maeotia terra tribunal. Maeotia pubes* apud Valerium Flaccum libro VI. HEINS. Vide ſimilem diverſitatem codicum ad Lucan. II. 641. & VI. Aen. 800.

350. FLAVENTES ISTER ARENAS. *Hiſter* praecipui codices, non *Iſter*, etiam apud alios ſcriptores. & recte. Terentianus Maurus de H.

Haſta quando & hedera dicis, Hiſter, hoſpes atque humus,
Quatuor ſolis adhaeret conſonantum literis.

HEINS. *Fluentes* Francianus.

351. QUAQUE REDIT. *Quamque jacet* Scholiaſtes Horatii Epodon X. ſed aliter idem libro tertio Ode X. HEINS. *Redit Rhodope medium* Francianus. *ſub axe* Gudian.

354. AGGERIBUS. *Arboribus* Venetus.

355. Ad-

[5] deeſt V, Steph. Dan. Fab. al. [6] ὠλένη V. Voſ. B.

Tum ſol pallentis haud umquam diſcutit umbras:
Nec quum invectus equis altum petit aethera: nec quum
Praecipitem Oceani rubro lavit aequore currum.
Concreſcunt ſubitae currenti in flumine cruſtae,
Undaque jam tergo ferratos ſuſtinet orbis,
Puppibus illa prius patulis, nunc hoſpita plauſtris.
Aeraque diſſiliunt volgo, veſteſque rigeſcunt
Indutae, caeduntque ſecuribus humida vina,

Et

SERVII.

357. PALLENTES HAUD UNQUAM. Nunquam nubes [7] reſolvit: nam [8] pallentes umbrae ſunt, non ex nocte, ſed ex nubibus factae.

359. [9] [LAVIT. Hic praeſentis temporis eſt, pro, *lavat:* nam, ſi eſſet praeteritum, *la* non corripuiſſet. Dicit autem, illic ſolem nec ortu ſuo nubes reſolvere, nec occaſu; ſed continue ibi nubium umbras eſſe.]

360. CONCRESCUNT SUBITAE CURRENTI IN FLUMINE CRUSTAE. [10] Aquae currentes repente congelaſcunt. Notandum ſane, quia cum *haec cruſta* dicimus foeminino genere, lapidis, aut ligni, aut [11] gelu partem ſignificamus; cum vero *cruſtum* dicimus, edulium [12] aliquod ſignificamus, partem panis vel placentae. Ipſe in ſeptimo 114. *Orbem* [13] *fatalis cruſti.* Horatius I. Sat. I. 25. [14] *Dant cruſtula blandi Doctores.* Juvenalis IX. Sat. 5. *Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſervo.*

362. HOSPITA PLAUSTRIS. Facilis. Unde & hoſpitalis homo dicitur, [15] hoſpiti apte ſerviens.

363. AERAQUE DISSILIUNT VULGO. Paſſim crepant: nam tam nimio frigore, [16] [quam calore] aera rumpuntur. [17] *Findit infantes ſtatuas.* VESTESQUE RIGESCUNT. Durantur, ut frangi potius quam ſcindi poſſe videantur.

364. CAEDUNTQUE SECURIBUS HUMIDA VINA. [18] Etiam vinum naturaliter calidum illic gelatur. Intelligimus autem peregrinum: nam illic [19] non naſcitur [vinum, propter nimium frigus & continuum:] ſicut paulo poſt 380. ipſe docet, dicens: *Fermento atque acidis imitantur vitea ſorbis.* Sane volunt phyſici vinum non gelari: unde hoc loco aut Hyperbole eſt: aut quia dixit HUMIDA, aquae mixta intelligamus: ita enim [20] gelari dicuntur.

VARIORUM.

355. ADSURGIT. *Surgit* Francianus.

356. SPIRANTES FRIGORA. *Spirantis* Commentator Crucquianus ad Horat. I. Od. 22. ſed ad Od. 25. *ſpirantes* habet. Lutat. ad Stat. IV. Theb. 653. *ſpirantes frigore venti. chauri* Edd. Venet. & Mediol. & al.

358. NEC QUUM. *Nec dum* duo Moretani & Zulichemius utroque loco: *nec cum vectus* Parrhaſ. & fragm. Moreti. *altus* Ed. Venet.

359. LAVIT. *Latet* Venetus.

362. PATULIS. Dubium an *patulis puppibus*, an *plauſtris*, pro varia diſtinctione. ego plauſtra magis patentia puppibus fuiſſe puto: quia patula magis oneri, ſegetibus, lignis, & aliis, in uſum ruſticorum, portandis, idonea eſſe, ut & hodie ſunt, arbitror; navigantes vero magis tectis navibus incommoda hiemis & coeli arcere conſueverant. quare legerem, *Puppibus illa prius, patulis nunc hoſpita plauſtris.* ut opponantur tectis & conſtratis curribus. de quibus vid. ſupr. Heinſ. ad ✻. 204. BURM.

363. DISSILIUNT. *Diſſolvunt* Venetus.

364. In-

7 diſſolvit Steph. Dan. Fabr. al. 8 pallentes umbras non ex nocte, ſed ex nubibus factas appellavit Fabr. al. 9 deſunt V. L. R. Voſ. B. Steph. Dan. 10 aquae congelaſcunt currentes L. R. Voſ. Steph. & B. qui, congeleſcunt. 11 gelus L. R. partem deeſt B. 12 aliquid L. R. B. 13 faſelis cruſti V. 14 dant cruſtula ſervo, & reliqua deſunt R. cruſtulas B. 15 HOSPITA. apta ſerviens R. B. L. Voſ. 16 deſunt R. Voſ. V. L. 17 Perſius omnes. ſed eſt Horatii locus ex II. Sat. v. 139. *ſundit* L. 18 & vina n. calida i. gelantur Fabr. al. 19 non naſcuntur vina Fabr. al. non naſcitur: ſicut paulo L. Voſ. R. B. Steph. reliquis omiſſis. 20 gelare B. R. Baſil.

Et totae ſolidam in glaciem vertere lacunae,
Stiriaque inpexis induruit horrida barbis.
Interea toto non ſecius aëre ninguit:
Intereunt pecudes, ſtant circumfuſa pruinis
Corpora magna boum: confertoque agmine cervi
Torpent mole nova, & ſummis vix cornibus extant.
Hos non inmiſſis canibus, non caſſibus ullis,
Puniceaeve agitant pavidos formidine pinnae:
Sed fruſtra oppoſitum trudentes pectore montem

Com-

SERVII.

365. TOTAE SOLIDAM IN GLACIEM VERTERE LACUNAE. Foſſae ad ſiccandos agros paratae, cum alibi tantum incruſtentur, illic uſque ad imum [21] congelantur.

366. STIRIAQUE IMPEXIS. *Stiria*, id eſt, gutta: inde fit diminutivum, ut dicamus *ſtilla*. [22] [Inde eſt *deſtillat*, & *ſtillicidium*.] Senſus autem duplex eſt: nam aut hoc dicit: de impexis barbis pecudum pendens gutta [23] duratur: aut certe de tectis [24] & arboribus gutta horrida induruit in modum barbarum.

367. NON SECIUS. Non ſegnius quam inchoaverat.

368. PRUINIS. Abuſive nivibus: nam pruina eſt matutini temporis frigus.

369. CONFERTOQUE AGMINE CERVI. Conjuncto. Cervi enim congregatione gratulantur.

370. MOLE NOVA. [25] Nivium magnitudine.

371. CASSIBUS. Id eſt, retibus. Hinc eſt quod & *incaſſum* dicimus, id eſt, ſine cauſſa; quaſi ſine caſſibus: ſine quibus venatio eſt inanis.

372. [26] [PENNAE. Sagittae, quibus pennae inſeruntur.]

PHILARGYRII.

366. STIRIAQUE. Stillicidium congelatum, *Stiriam* dicit.

367. AERE. *Toto aëre*, id eſt, a terris ad coelum.

VARIORUM.

364. INDUTAE. Eraſa quidem in Gudiano vetus lectio, ſed ſic ut *Induti* ab antiqua manu liquido appareat. poſtea literae nonnullae deletae. Fortaſſis fuerit, *Indutis*. HEINS.

Ibid. HUMIDA. Id eſt alias, aut ſemper aliis in locis humida, ut ſit perpetuum epitheton. vide Cerdam & Statii interpretem lib. IV. Theb. 1. & ad Macrob. VII. Saturn. 12. Pontan. BURM.

367. AERE. *Aequore* apud Priſcianum lib. X. ſed aliter Chariſius. *aequore ninguit* ex veteri libro Gipbanius in Lucret. in *ninguere*. HEINS. *Aëra* alter Rottendorphius. *non ſegnius* Vratiſl. *non ſetius* plurimi. *mingit* Francianus.

369. MAGNA. *Nigra* Tollii codex, qui adſcripſerat forte *pigra*. ſed *magna* auget prodigium; ut non modo oves obruantur, & intereant nivium mole, ſed ipſi boves vallati undique nequeant progredi, ſed ſtare cogantur, ut & cervi, qui pedibus quaſi fixis, pectore fruſtra trudunt oppoſitum montem nivis. BURM.

Ibid. CONFERTOQUE. *Conferto* citat Lutatius ad Statii VI. Theb. 601. *conſerto* Zulichemius. *confecto* Francianus & Venetus. vide infr. II. Aen. 347. BURM.

370. ET. Deeſt Medicoo.

371. INMISSIS. *Immenſis* Zulichemius. vid. I. Aeneid. 125. *Quos non* Parrh. *nec caſſibus* fragm. Moreti.

372. PENNAE. *Pinnae* Medic. Mentel. & Gudian.

273. PE-

21 gelantur B. L. R. Voſ. Baſil. 22 deſunt L. deſtillat ſtillicidium V. R. Voſ. B. 23 durantur V. 24 vel arboribus V. L. R. Voſ. B. 25 nimia V. L. R. Voſ. B. Steph. al. 26 deſunt B. V. L. Voſ. Steph. & ſpuria ſunt, & forsmido intelligitur. vid. ad XII. Aen. 752.

Comminus obtruncant ferro, graviterque rudentes
Caedunt, & magno laeti clamore reportant.
Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta
Otia agunt terra, congeſtaque robora, totaſque
Advolvere focis ulmos, ignique dedere.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula laeti
Fermento atque acidis imitantur vitea ſorbis.
Talis Hyperboreo Septem ſubjecta trioni

Gens

SERVII.

374. GRAVITERQUE RUDENTES. *Ru*, more ſuo corripuit, ut in ſeptimo 116. *Et ſera ſub nocte rudentum.* Perſius [27] produxit III. Sat. 9. *Findor ut Arcadiae pecuaria rudere dicas.*

376. SPECUBUS. Artis fuerat *ſpecibus* [28] dicere, quia quarta declinatio [29] [in dativo & ablativo pluralibus,] *u* in *i* vertit: [30] & ita facit dativum pluralem, ut *ab hoc fluctu*, *his fluctibus*; ſed quia pinguius ſonat & melius, *ſpecubus* dicimus. Unum tamen nomen eſt, quod aliter non dicimus, ut [31] *tribubus*: [32] [nam *tribibus* nemo dicit.]

379. HIC NOCTEM LUDO DUCUNT. Quaſi perpetuitatem noctis, [33] quippe ſub terris locati, ludo concelebrant.

380. FERMENTO ATQUE ACIDIS IMITANTUR VITEA SORBIS. Potionis genus eſt, quod [34] *cerviſia* nuncupatur. Et conſequens [35] eſt quod dicit, ut vinum, per naturam calidum, in provincia frigida non [36] poſſit creari.

381. SEPTEM SUBJECTA TRIONI. [37] Tmeſis eſt, pro, *Septentrioni.*

PHILARGYRII.

381. SEPTEM SUBJECTA TRIONI. Id eſt, Septentrioni ſubjecta & Hyperboreo, propterea, quia regio, quae Septentrioni ſubjacet, Hyperborea vocatur, ab eo, quod flatus Boreae excedat.

VARIORUM.

373. PECTORE. *Pectora* Gudian. idem *comminos.*

375. MAGNO LAETI CLAMORE. Imitatus eſt Silius lib. XII. 253.

Galeam magno ſocium clamore reportans.

vid. mox ad ✝. 413. BURM.

376. SPECUBUS. *Specibus* Gudianus. *ſcrobibus* Vratiſl. *defoſſa ſpecubus* Venet.

377. TOTASQUE. Plerique codices & Edd. priſcae *totas*. *Totis* Leidenſ. a m. ſec. in Regio *que* alia manu adſcriptum. mox *ulmoſque* Venetus.

379. HIC NOCTEM. *Hinc* Voſſianus prior. HEINS. Ita & Francian. *ludo noctem* alter Rottendorphii. *ludum* vero hic de alea capit Vondelius. ſed de omni genere hilaritatis capiendum, cantu, ſaltu, &c. vid. ad Valer. Flac. I. 251. notas, quibus hic locus, quem imitatur Flaccus, addendus. & Statii lib. V. 195.

Conticuere chori, dapibus, ludoque licenti
Fit modus, & primae decreſcunt murmura noctis.

ducunt vero, ut *ducere ſomnos* IV. Aen. 560. BURM.

380. FERMENTO ATQUE. *Fermentoque* Gudianus. *firmento* Mediceus. *fromentoque* Francianus, ut cereviſia intelligatur, quae fit ex frumento & aqua. & ita conficitur, ut vini vices praeſtet. de *τῷ imitari* vid. ſupr. 204. BURM.

381. TALIS HYPERBOREO. *Quin & Hyperboreo* Scholiaſtes Horatii libro ſecundo, ode ultima. ſed aliter apud Donatum, Priſcianum, Bedam. HEINS. *Hyperboreis* Tollian.

383. VE-

27 producit Steph. Fabr. al. 28 deeſt V. L. R. Voſ. B. Steph. 29 deſunt R. L. Voſ. B. V. 30 ut *manu manibus*, ſed quia ping. Fabr. al. 31 *tribus* V. 32 deſunt L. B. R. Voſ. Steph. al. 33 deeſt Steph. Dan. Fabr. al. 34 *cerviſia* nominatur V. *cerveſia* nominatur L. R. Voſ. *cerveſia* nuncupatur Cod. Urſ. 35 eſt quod dicatur V. Voſ. eſt ut vinum Steph. Dan. Fabr. al. 36 poſſe V. Voſ. 37 *temeſis* V. L. R. Voſ. B.

Gens effrena virûm Rhipaeo tunditur euro,
Et pecudum fulvis velatur corpora ſaetis.
Si tibi lanitium curae; primum aſpera ſilva,
Lappaeque tribulique abſint: fuge pabula laeta:
Continuoque greges villis lege mollibus albos.
Illum autem, quamvis aries ſit candidus ipſe,
Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato,

Re-

SERVII.

382. GENS EFFRENA VIRUM. Vel ſaeva, [38] vel rectorem recuſans. RHIPAEO EURO. Vento Scythico. *Rhipaei* autem montes [39] Scythiae, ut diximus, a perpetuo ventorum flatu nominati: nam ῥιφη, [40] Graece ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν, & ὁρμὴ impetus dicitur.

383. PECUDUM FULVIS VELATUR CORPORA SETIS. Rhenonibus: nam, ut Salluſtius dicit in Hiſtoriis: fragm. incert. *Veſtes de pellibus Rhenones vocantur.*

384. SI TIBI LANITIUM CURAE. Et *haec lana* dicimus, & *hoc lanicium*: ſicut *fuga* & *effugium*. Quod autem [41] dicit oves lanae cauſſa non debere pingueſcere, phyſicum eſt: omne enim pingue animal caret pilis: quod hirſutum efficit macies.

385. LAPPAEQUE TRIBULIQUE. [42] Quibus rebus lana decerpitur.

386. VILLIS LEGE MOLLIBUS ALBOS. Lana enim alba pretioſior eſt, quippe ſuſceptura alium quemlibet colorem. Quod autem colorem hic per tranſitum tangit, in aliis plenius legitur; maritum pecoris, & cornu, & [43] ungulis, & palato album eſſe debere. Alioquin licet [44] aries ſit candidus lanis, [45] conſtat ex eo pullos, [46] [id eſt,] nigros creari.

387. ARIES SIT CANDIDUS IPSE. Bene addidit, *Ipſe*, [47] quaſi qui aut dominus gregis eſt; aut qui antea [48] pro domino capital dari conſueverat: Nam apud majores, homicidii poenam, noxius [49] arietis damno luebat: quod in Regum legibus legitur. [50]

388. UDO PALATO. Semper humido. Alibi: *Et udae vocis iter.*

PHILARGYRII.

382. EURO. *Euro* pro vento accipere debemus. RHIPHAEO. *Rhiphaei montes* ſunt in eodem tractu.

385. LAPPAEQUE. Quia laeta paſcua ſolocem lanam faciunt, hoc eſt minutam, duram, atque hirſutam.

386. CONTINUOQUE. *Continuo* pro perpetuo, ſemper enim hoc fieri debet.

VARIORUM.

383. VELANTUR. Princeps Vaticanus Pierii, *velatur corpora*, eleganti Graeciſmo. *gens velatur corpora*. nec aliter Gudianus ex noſtris. in Veneto etiam noſtro *vellatur*. HEINS. *Velantur* tamen plurimi codices & Edd. primae. *fluviis velantur* Mediceus.

384. LANITIUM. *Lanicium* Parrhaſ. ſed *lanitium* Columel. VII. 3. & plerique codices. *ſit tibi* quidam codices apud Serv. II. Aen. 140.

385. TRIBULIQUE. *Tribolique* Mediceus, Gudian.

388. UDO TANTUM CUI LINGUA PALATO. *Cui tantum* Donatus in Phormionem Terentii I. II.

38 deeſt L. R. Steph. Dan & rectorem Baſil. 39 ſunt Scythiae V. L. R. Voſ. Fabr. al. 40 Graece impetus, & ὁρμὴ dicitur ἀπὸ τῦ ῥίπτειν. L. R. Voſ. B. Steph. Dan. Fabr. al. 41 deeſt V. 42 a quibus Voſ. B. Steph. Dan. Fabr. al. ſed *a* in Mſſ. L. Voſ. pertinet ad textum, *tribulique a.* id eſt *abſint.* 43 ungulas V. Voſ. 44 deeſt L. R. Voſ. B. Steph. 45 deeſt B. V. L. R. Voſ. Dan. 46 deſunt Steph. Dan. 47 quaſi aut dominus g. eſt R. & Baſil. ſed habet *es* qui ante dom. gr. aut L. *eſt* deeſt L. 48 pro domino capita L. L. pro domino capit ac Dan. pro damno capitali Steph. Fabr. al. pro domi non capit, dari B. vir doctus, *pro domino capite damnari conſueverat.* vid. ad Ecl. IV. 43. 49 deeſt L. luerat B. 50 PULLIS. nigris Dan.

Rejice, ne maculis infuſcet vellera pullis
Naſcentum: plenoque alium circumſpice campo.
Munere ſic niveo lanae, ſi credere dignum eſt,
Pan deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit,
In nemora alta vocans: nec tu adſpernata vocantem.
At cui lactis amor, cytiſum, lotoſque frequentis
Ipſe manu, ſalſaſque ferat praeſepibus herbas.
Hinc & amant fluvios magis, ac magis ubera tendunt,
Et ſalis occultum referunt in lacte ſaporem.

Multi

SERVII.

389. REICE. [51] *Re*, aut quaſi [52] monoſyllabum produxit licenter: aut ut ſupra diximus x. Aen. 473. quia cum faciat [53] *rejice*, i. pro duplici habetur, & [54] *Re* efficit longam. Ideo & in aliis modis praeſumit ſibi productionem. PULLIS. Nigris.

391. MUNERE SIC NIVEO LANAE. Mutat fabulam: nam non Pan, ſed [55] Endymion amaſſe dicitur Lunam: qui ſpretus pavit pecora candidiſſima, & ſic eam in ſuos illexit amplexus: cujus rei [56] myſtici volunt quandam ſecretam eſſe rationem. SI CREDERE DIGNUM EST. Tantum de Luna ſacrilegium.

395. SALSASQUE FERAT PRAESEPIBUS HERBAS. Ut, & multum potantes, reddant plurimum lactis: & ipſum lac non ſit fatuum; ſed habeat ſalis occultum, id eſt, vix intelligibilem [57] & non ſtatim apparentem ſaporem.

PHILARGYRII.

392. FEFELLIT. Cepit & fefellit. Et bene, SI CREDERE DIGNUM EST, quia dicturus erat impia in Deam. Fabula ſic eſt: Pan, cum Lunae amore flagraret, ut illi formoſus videretur, niveis velleribus ſe circumdedit, atque ita eam ad rem veneream illexit. Hujus opinionis auctor eſt Nicander: nec poterat eſſe niſi Graecus.

394. CYTHISUM. *Cythiſus*: arbor [58] a Cythiſo inſula, ubi multa naſcitur, dicta. LOTOSQUE. *Lotos* arbor pyro ſimilis, utraque pecori bona.

VARIORUM.

II. 56. ſed aliter Columella libro VII. cap. 3. & ſcripti. HEINS. Et ita quartus Moretanus. & Francianus. *palatu* tertius Menteliі.

389. NE MACULIS. *Nam maculis* Gudianus. *inficiet* Menagianus a manu ſecunda.

390. NASCENTUM. *Naſcentur* Mediceus a manu prima. *campum* Regius. *poſcentum* Venetus. pro *paſcentum* credo. *plenumque* Rottend. alter.

391. SI CREDERE. Codex Servii G. ad I. Georg. 16. profert, *ſic credere*. litera *c* geminata ex ſequenti voce. ſed Ovid. III. Met. 311. etiam, *ſi credere dignum*. & alii. v. Drakenb. ad Sil. VI. 631. BURM.

392. CAPTAM. *Capta* alter Rottendorphius.

393. NEC TU ASPERNATA VOCANTEM. *Nec es aſpernata* primus Moretanus, cujus ſcripturae etiam veſtigia in Gudiano ſuperſunt, *ne es ſpernata*. HEINS. *Nec aſpernata* Parrhaſ.

395. IPSE MANU. *Ille* ſcripti noſtri, praeter Mediceum, Gudianum, & Moretanum primum. HEINS. Et ita Regius, Parrhaſ. & Ed. Venet. *illa* Francianus.

396. MAGIS ET MAGIS. *Magis ac magis* ſcripti noſtri, exceptis Mediceo, Gudiano & Moretano primo. HEINS. Et ita Regius & alii.

397. REFERUNT IN LACTE. *Referent* pro *referunt* tertius Rottendorphianus. HEINS. *Referant*

51 *Reli* Steph. Dan. Fabr. al. 52 Monoſyllabam L. *i.* monoſyllabo B. 53 *reſeci* V. L. Voſ. B. Steph. Dan. Fabr. al. *rejice* R. 54 & *reli* Steph. Dan. Fabr. al. 55 Endienon L. R. Voſ. 56 Myſticae Cod. Urſ. Fabr. Myſticam Steph. forte Myſtae. 57 deeſt L. R. Voſ. B. 58 a Cythno legebat Voſſius in Etymolog. *Cytiſus* enim nec inſula, nec civitas. vide ad I. Ecl. 79. Servium. nota eſt Geographis Cythnos.

Multi jam excretos prohibent a matribus haedos,
Primaque ferratis praefigunt ora capiſtris.
Quod ſurgente die mulſere horiſque diurnis,
Nocte premunt; quod jam tenebris & ſole cadente,
Sub lucem exportans calathis adit oppida paſtor:
Aut parco ſale contingunt, hiemique reponunt.
Nec tibi cura canum fuerit poſtrema: ſed una
Velocis Spartae catulos, acremque Moloſſum,

Paſce

SERVII.

398. EXCRETOS. Validiores. FERRATIS CAPISTRIS. Id eſt, duris.

401. NOCTE PREMUNT. [59] Cogunt in caſeos.

402. CALATHIS. Vaſis aereis: in quibus lac vel recens caſeus in urbe diſtrahitur.

403. AUT PARCO SALE. Aut modico [60] ſale: aut re vera parco, id eſt, [61] ſervatore: quia omne in quod mittitur ſervat: nam & homo frugi, *parcus* vocatur: aut certe *parco*, dixit pro *parce*, ut ſit nomen pro adverbio.

404. NEC TIBI CURA CANUM FUERIT. Litotes, pro magna tibi cura ſit canum. POSTREMA. Vilis. [62] [UNA. Hoc eſt, cum pecore.]

405. VELOCES SPARTAE CATULOS. [63] [*Spartae*, pro, Spartanos.] [64] In Laconicis velocitas, in Moloſſis fortitudo laudatur. Sparta autem [65] Laconicae eſt civitas. [66] Moloſſia civitas Epiri.

PHILARGYRII.

398. EXCRETOS. Id eſt, ſeparatos, aut qui excreverint, id eſt, valde creverint.

VARIORUM.

rant Venetus. *occultam* Gudian.

398. MULTI JAM. *Multi etiam* Leidenſ. & Moreti quartus. *Excretos* quidam ab *excreſcere* ducunt, perperam. Vavaſſor depulſos a lacte. vide quae dixi ad Gratii Cyneg. ỳ. 289. verbum hoc reſtituendum forte legi XLIX ff. de Legat. III. *item mancipia alia, puellae fortaſſe, quas ſibi comatas mulieres excernunt*. ubi varia tentarunt alii. BURM.

399. PRIMAQUE. Heinſius in ora codicis conjecerat *ſimaque. praefingunt* Leid. a manu prima.

401. QUOD JAM TENEBRIS ET SOLE CADENTE, SUB LUCEM EXPORTANS CALATHIS. *Cadentem ſub lucem exportant* Mediceus & Gudianus. *exportans* emendavit Scaliger ad Catullianum Mallii Epithalamium Carm. LXII. ſublata parentheſi (*adit oppida paſtor*) recte. HEINS. *A tenebris* erat in codice Leidenſi Servii ad III. Ecl. 5. ubi & *exportant*, ut & apud Commentatorem Horatii I. Od. 25. & III. Sat. VII. 33. & apud Servium ad I. Georg. 67. & in multis ſcriptis & editis. *ſole cadenti* tert. Rottend. qui & *ſub luce*. vid. lib. I. 340. optimus & longo uſu mihi cognitus Waddelus Animad. Critic. p. 9. explicabat haec ita, ut repotat *mulſere* & *premunt* ex praecedentibus: quod jam tenebris & ſole cadente mulſere, ſub lucem premunt, & deinde exportans calathis adit oppida paſtor, ut vendat. nec multum diverſa explicatio Cerdae: quod mane & per diem mulgent, premunt nocte in caſeos, quod ſub veſperam vel ſub noctem mulgent, illud aut in delicias lacteas portant in urbem, & vendunt, aut ſale inſpergunt, & inde caſeos in hiemem ſervandos premunt. Primum etiam Varro tradit lib. II. II. *Mulgent vero ad caſeum faciundum mane, alii aliis temporibus*, (ita legendum puto) *meridianis horis, tametſi propter loca & pabulum diſparile non uſquequaque idem fit.*

59 cogunt caſeos B. vid. ad Nemeſiani II. Ecl. 34. 60 deeſt V. L. R. Voſ. B. 61 ſervatori L. R. Voſ. B. Steph. ſervatorio Fabr. al. mox, in quo B. 62 deſunt L. R. B. Voſ. Steph. Baſil. 63 deſunt L. R. Voſ. Steph. al. 64 in illis velocitas, in his V. L. B. R. Voſ. Steph. Baſil. quae, in his autem. 65 Laconiae Steph. Dan. Fabr. al. 66 Moloſia L. B. R. Voſ. Molloſia Dan. Moloſſia pars Epiri Baſil. & Cod. Uſ.

Paſce ſero pingui. Numquam cuſtodibus illis
Nocturnum ſtabulis furem, incurſuſque luporum,
Aut inpacatos a tergo horrebis Hiberos.
Saepe etiam curſu timidos agitabis onagros,
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Saepe volutabris pulſos ſilveſtribus apros

La-

SERVII.

406. PASCE SERO PINGUI. Aqua [67] lactis, quae pingues efficit canes.

407. NOCTURNUM FUREM. Captantem nocti opportunitatem. Fur autem a furvo dictus eſt, id eſt, nigro: nam noctis utitur tempore. Horatius II. Od. XIII. 21. *Quam pene* [68] *(vidimus) furvae regna Proſerpinae.* Aut certe a Graeco venit: [69] [nam fur φὼρ vocatur.] [70] IBEROS. Abactores: fere enim Hiſpani omnes acerrimi abactores ſunt.

409. ONAGROS. Agreſtes aſinos. Et eſt laus canum.

411. SAEPE VOLUTABRIS SYLVESTRIBUS. *Volutabra* loca ſunt, in quibus ſe apri volvunt. [71] *Sylveſtribus* autem ideo, quia & circa caſas eſſe, & in civitatibus poſſunt.

PHILARGYRII.

408. HIBEROS. *Hiberi*, gens in Ponto; ſed magis de Hiſpanis intelligendum, quorum in latrociniis fama praeponderat.

VARIORUM.

ſt. alterum ſpectat caſeos molles, qui in calathis aut fiſcellis leviter premuntur, & ſtatim venduntur. Catroeus *exportant* legit, nec ſecutus Scaligerum in parentheſi ponit (*adit oppida paſtor*); in verſione vero illa *horiſque diurnis* transfert ad lac, quod ſub veſperam mulſere, quaſi id per diem premerent in caſeum. quod contra mentem Virgilii, qui ſub veſperam mulctum exportari proximo & primo mane in oppida vult; ſine dubio manu, vel alio modo leviter preſſum in mollem caſeum, qui cito venditur, at ſi vehementius premunt, ſale adſpergunt, & in hiemem reponunt. vid. Columel. VII. 8. ubi dicit, *qui recens intra paucos dies abſumi debet, leviore cura conficitur,* &c. BURM.

403. CONTINGUNT. Dubitat Cerda, utrum a *tango*, an a *tingo* deducendum. ſed ſine dubio a *tango*, licet haec verba affinis ſignificationis ſaepe confundantur. vid. ad Ovid. Epiſt. XIX. 44. & IV. Faſt. 439. & Calpur. V. Ecl. 54. vid. & infr. h. l. 448. a *tinguo* autem *continguo* componi ignoro. & participium *contactus*, alterum adſerit. *ut parco* ſecundus Rottend. *ac parce* quartus Moreti. BURM.

405. ACREMQUE. *Actumque* alter Rottendorphius. male. v. Schol. Horat. Epod. VI. *Moloſum* plurimi.

407. INCURSUSQUE. *Curſuſque* Leidenſis.

408. INPACATOS. *Indignatos* Mediceus a manu prima. HEINS. *Implacatos* Ed. Venet.

Ibid. HIBEROS. Ut centies apud Poëtam, ita & hic de quolibet abactore & raptore capiendi *Hiberi*, quia illi famoſi erant. ut ſit ſpecies pro genere, quod millies Servius notat. ſic ſup. 345. *Amyclaeum* canem & *Creſſam* pharetram dat Afro, & ſimilia. jam vero in Hiſpania latrocinia fuiſſe frequentia, docet etiam Varro lib. I. de R. R. cap. 16. *Multos agros egregios colere non expedit, propter latrocinia vicinorum* &c. *ut in Hiſpania prope Luſitaniam.* malus vicinus quid incommodi det agricolis Columella lib. I. cap. 3. oſtendit. Iberos vero abigeos fuiſſe etiam patet ex. l. I. ff. de Abigeis, ubi Hadrianus conſilio Baeticae de poenis abigeorum reſcripſit, & quia ibi frequentius id genus maleficium, duriſſime puniri jubet. BURM.

409. ONAGROS. *Onagris* Leidenſ. quaſi canes timidos onagris immittendo, exercueris. ſed *agitabis onagros* eſt eos venatu, immiſſis canibus, agitabis, ut ita canes rudes venatu timidorum animalium praepares deinde ferocium animalium venatui. *agitare* proprium verbum venatorum. IV. Aen.

67 lactis V. 68 deeſt L. R. B. Voſ. Fab. 69 deſunt R; nam furor vocatur B. for. L. Voſ. 70 HEBEROS L. 71 Sylveſtris V.

Digitized by Google

Latratu turbabis agens, montiſque per altos
Ingentem clamore premes ad retia cervum.
Diſce & odoratam ſtabulis adcendere cedrum,
Galbaneoque agitare gravis nidore chelydros.
Saepe ſub inmotis praeſepibus aut mala tactu

Vi-

SERVII.

414. Odoratam stabulis. Pro odoriferam: & loquitur de [72] ſerpentum remediis, qui ingreſſi tecta, animalibus nocent.

415. Agitare. Perſequi. Gravi nidore. Serpentibus ſcilicet noxio. [73] *Galbanum*, ſpecies eſt multis apta medicaminibus. Chelydros. *Chelydri* dicti quaſi *cherſydri*: [74] quia & in aquis, & in terris morantur: nam *χέρσον* dicimus terram, aquam vero *ὕδωρ*.

416. Aut mala tactu. [75] Quae & [76] tacta nocet, [77] & eſt perniciosa dum [78] tangit. Vipera autem ſpecies eſt ſerpentis, quae vi parit: nam [79] corroſis ejus lateribus, exeunt pulli cum matris interitu. Lucanus vi. 490. *Viperei coëunt* [80] *abrupto corpore nodi.*

VARIORUM.

Aen. 478. & paſſim. vid. ad Ovid. v. Metam. 605. BURM.

410. Leporem. *Lepores* Tollianus & Parrhaſ. *dammas* Francianus. *dammas* Regius & nonnulli alii.

411. Pulsos. *Pulſis* alter Rottendorphius. de volutante apro eſt fabula Phaedri lib. iv. 3. ubi vide. quibus adde Varronem lib. ii. de R. R. 4. qui hanc in luto volutationem eſſe *illorum requiem, ut lavationem hominis*, ait. BURM.

412. Latratu turbabis agens. Mediceus *turbabis agros monteſque per altos*. HEINS. Male. nam praeterquam quod hoc verbum, ut & *agitare*, frequens ſit in venatu; vid. ad Ovid. v. Epiſt. 10. ſolent ſaepe hac forma participium alii verbo ſubjungere. ut i. Aen. 192. 372. mox 470. & iv. 45. *angue fovens* & alibi. vid. ad Val. Flac. iii. 40. ſic & *glomerat ferens* ſupr. lib. ii. 311. poſſet capi. BURM.

413. Ingentem clamore premes. *Ingenti clamore* Scholiaſtes Statii Thebaidos quarto 323. ſed vulgata ſcriptura obtinet apud Columellam libro vii. cap. 4. & apud Nonium Marcellum. HEINS. *Ingenti* Vratiſlav. quod videtur praeferendum: non enim agitur hic de cervo, an magno an exiguo ſit corpore, ſed de canibus, in quibus ut *latratus*, ita & ingens clamor probatur. & Varro ii. de R. R. cap. 9. in iis probat, *latratum gravem, & hiatum magnum*. vid. & Columel. vii. 12. ubi *vociferationem magnam, & vaſtum latratum* adeſſe debere docet; & paſſim ita ſcriptores hanc praecipuam in cane dotem commendant. *clamor* autem hic canibus datur, ut iii. Aen. 566. Scyllaeis ſcopulis, quos *latrare* dici obſervat Servius, quia Scylla canibus ſubcincta fingitur. Catroeus edidit *ingentem*, & in verſione tamen habet *à grands cris*. & Vondelius clamorem hominum intellexit: quia ſcilicet lib. i. Aen. 328. *clamor* venantis ibi intelligitur; ſed non hic, ut puto. licet Servius hoc in loco *ingentem* agnoſcat. ſed ſupr. h. l. 43. vocat *ingenti clamore Cithaeron, Taygetique canes*. & *magnum clamorem*, ſed de hominibus, dixit ℣. 375. & alibi. BURM.

414. Stabulis. *In ſtabulis* alter Menagii. *incendere* Columel. vii. 4.

415. Gravis. *Gravi* mavult Servius, & interpretatur *ſerpentibus noxio*. nec diſplicet Graevio noſtro in Lectionibus Heſiodeis cap. 14. quale illud apud Naſonem Met. iv. 497. *Inſpirantque graves animas*. HEINS. *Gravi* Regius, cum gloſſa, *noxio*. & ita primus Moret. ſed alia manu correctum *graves*. ut fere omnes reliqui. *gravi* praeferebat Guellius. vide quae diximus ad Samonic. cap. xlvii. *Galbaneoſque* Mediceus. BURM.

416. Sub immotis. *Ignotis* in codice Pierii erat: eadem diverſitas lib. xi. Aen. 327. *Planities ignota jacet*, ubi *immota* mſ. ubi poſſet non turbata a militibus intelligi, quia additur *tutique receptus.*

72 ſerpentium R. 73 galbanum autem L. R. V. Voſ. B. galbanum eſt multis &c. Baſil. 74 quia in aquis Steph. Dan. Fabr. al. 75 quia R. 76 tactu L. etiam tacta Baſil. 77 deeſt Baſil. 78 deeſt L. tangitur B. 79 cum roſis L. 80 *abrunto* V. Voſ.

Vipera delituit, coelumque exterrita fugit:
Aut tecto adſuetus coluber ſuccedere & umbrae,
Peſtis acerba boum, pecorique adſpergere virus,
Fovit humum. Cape ſaxa manu, cape robora, paſtor,
Tollentemque minas & ſibila colla tumentem
Dejice. Jamque fuga timidum caput abdidit alte,
Quum medii nexus, extremaeque agmina caudae
Solvuntur, tardoſque trahit ſinus ultimus orbis.
Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis,
Squamea convolvens ſublato pectore terga,

At-

SERVII.

417. COELUM EXTERRITA FUGIT. Gaudet tectis, ut ſunt ἀγαθοὶ δαίμονες, quos Latini *Genios* vocant.

420. FOVIT HUMUM. Amplexa terram eſt, in qua poſſet latere.

422. TIMIDUM CAPUT ABDIDIT ALTE. Cui timet: nam ut dicit Plinius: *Serpentis caput etiam ſi cum duobus evaſerit digitis, nihilominus vivit.*

423. AGMINA CAUDAE. Motus. Et hoc dicit: Caede ſerpentem, donec caudae volubilitas conquieſcat.

426. SQUAMEA CONVOLVENS SUBLATO PECTORE TERGA. Id eſt, erectus: quod ad expreſſionem generis ſerpentis poſuit: [81] altae enim repunt toto corpore: aliae eriguntur corporis parte. Lucanus IX. 721. *Et contentus* [82] *iter cauda ſulcare Parias.*

PHILARGYRII.

425. EST ETIAM ILLE MALUS CALABRIS, &c. Ordo: Ille etiam eſt malus anguis, & convolvere ſolitus. Haec autem ſigna ſunt, quibus intelligatur, qualis ſit hic anguis.

VARIORUM.

ceptus. & ita hic puto praeſepia dici non mundata, excuſſa & purgata a ſordibus, unde forte gloſſator *ignotis* fecit, quia diu non excuſſis praeſepibus ignorabant ibi latere viperam, & eo poſſet adduci *immotus pontus*, id eſt tranquillus III. Aen. 570. & *immotae paludes* apud Lucan. v. 435. vel *immota* praeſepia, quae fixa & certo loco ſemper ſunt, quae opponuntur mobilibus, quae transferri poſſunt. ut ita Delus antea vaga, poſtea *immota* lib. III. Aen. 77. ſed praefero priorem interpretationem. BURM.

417. DELITUIT. *Dilituit* Gudianus. *delicuit* tertius Rottendorphius. *vippera* Tollianus. & ita inf. 545.

418. ADSUETUS. *Adſuetos* Gudianus. & primus Moreti. *colubris* alter Rottendorphius.

419. PECORIQUE. *Pecoriſque* Gudianus. *adſpargere* Mentelii prior.

420. FOVIT HUMUM. *Fodit* etiam Venetus, & fragm. Moreti. male. *fovit* hic eſt poſuit cubile, & latebras ſub terra. ut lib. IV. 43. *ſub terra fovere larem.* ubi ſimilis diverſitas. & Servius ad IV. Aen. 193. ita citat, & incolere explicat. BURM.

422. DEJICE. JAMQUE FUGA. *Cumque fuga* Mediceus a ſecunda manu. HEINS. *Cumque* Mediceus. *namque* Zulich. qui & *tumidum*, ut & Leidenſ. tertius, Rottend. & quartus Moreti. ut contra *colla timentem* Menag. pr. *addidit* ſec. Rottend. deinde, *dum medii* quart. Moreti. *extremae agmina* Mentelii pr. *agmine* idem a m. pr. & ita Servius ad II. Aen. 211. BURM.

424. TARDOSQUE TRAHIT SINUS ULTIMUS ORBIS. *Trahunt ſinus ultimus* a manu prima Mediceus. quod non eſt de nihilo. Adeantur annotata Aeneidos ſexto. v. 209. malim alioquin, *tardosque*

ſinus

81 alii, Steph. Dan. Fabr. al. utroque loco. 82 *iit* Fabr. al. *Perias* R. Voſ. *peritas* V. *pareas* al.

Atque notis longam maculoſus grandibus alvum:
Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent udo terrae, ac pluvialibus auſtris,
Stagna colit, ripiſque habitans, hîc piſcibus atram
Inprobus ingluviem raniſque loquacibus explet.
Poſtquam exuſta palus, terraeque ardore dehiſcunt,
Exſilit in ſiccum, & flammantia lumina torquens
Saevit agris, aſperque ſiti atque exterritus aeſtu
Ne mihi tum mollis ſub dio carpere ſomnos,

Neu

SERVII.

429. UDO VERE. Alibi I. Georg. 313. *Cum ruit imbriferum ver.*

431. IMPROBUS. Inſatiabilis. INGLUVIEM. Ventris capacitatem. RANIS LOQUACIBUS. Clamoſis. [83] Et *loquacibus* ideo, quia ex hominibus factae ſunt, ut dicit Ovidius.

434. ASPERQUE SITI. Salluſtius Jugurt. XCIV. *Quod genus ſitis magis quam alia* [84] *re accenditur.*

435. MIHI. Cuicunque, ut I. Georg. 451. *Non illa quiſquam me nocte per altum Ire.*

PHILARGYRII.

428. RUMPUNTUR. Ut ſupra I. 326. *implentur:* aut pro erumpunt.

431. IMPROBUS. Hic avidus. INGLUVIEM. Varro ad Ciceronem in lib. 23. *Ingluvies*, inquit, *ſunt tori circa gulam, qui propter pinguedinem fiunt, atque interjectas habent rugas.* Sed nunc pro gula poſitum.

VARIORUM.

ſinus trahit ultimus orbes. apud Petronium carmine de bello civili, *Dant cauda ſonitum.* HEINS. Adſcripſerat & codici forte *trahi.*

425. EST ETIAM ILLE MALUS. *Ille malus etiam Calabris* Parrhaſ.

426. SQUAMEA. Primus Moretanus & Menagii prior hunc verſum exhibebant poſt 437. ſed habebant *lubrica* pro *ſquamea.* & in Regio hic verſus iterum adſcriptus margini poſt 437. & *lubrica* exhibet. & ita Parrhaſ. ſed repetitum ex lib. II. Aen. 474. *ſublata* Medic. a m. pr. BURM.

428. QUI DUM AMNES ULLI. *Ullis* prior Menagianus, ſecundus Rottendorphius & Moreti fragmentum. HEINS. *Et qui dum amnes ullis* Parrhaſ. *amnis* Gudian. *ruperunt* Ed. Venet. vid. ad Gratii Cyneg. 432. BURM.

429. TERRAE, AC PLUVIALIBUS. *Terrae paluſtribus* Venetus. Copulam omittit Ed. Juntina.

430. HIC PISCIBUS ATRAM. *Tum piſcibus* apud Nonium in *Improbus.* deinde *ſtagna colet* Gudianus. HEINS. *Hinc piſcibus* Francianus. id eſt ex ſtagnis & ripis inſidians piſcibus. totus verſus deerat Menagii primo.

431. INPROBUS. *Improbat* Ed. Venet. quod non diſplicet Maittairio; ſed vellem explicuiſſet. pro *explet* erat *implet* in Gudianis duobus, Mentel. Tollian. & multis aliis. BURM.

432. EXHAUSTA. *Exuſta palus* in Mediceo caeteriſque noſtris, ſi Venetus unus excipitur cum Gudiano. quomodo & in Pierianis vetuſtioribus. Statius Theb. III. 258. *tacent exuſti ſolibus amnes.* ita & illic pervetuſtus codex Tiliobrogae. tamen libro IV. 745. *Si quis Amymones ſupereſt liquor, omnia caecis Ignibus hauſta ſedent.* HEINS. *Exuſta* Vratiſl. Regius & Tollian. quod unice verum. ut *exuſtus ager* lib. I. 107. vide quae adnotavimus ad Phaedr. I. 6. & quae vir Cl. Weſſelingius in Obſervat. lib. II. 28. adduxit. ubi tamen accedere emendanti in Vitruvii lib. VIII. I. *humores exurere*, pro *exſugere* non poſſum: nam paludes, amnes, terram, herbas exuri recte dici credo, ſed non

83 deeſt Steph. Fabr. al. conjunctio *&.* 84 *accidlatur* L. *acciditur*, vel *accingitur* R. *accidītur* B. ſed Salluſtius habet. *natura ſerpentium ipſa perniciosa, ſiti magis, quam alia re, accenditur.*

Neu dorſo nemoris libeat jacuiſſe per herbas:
Quum poſitis novus exuviis nitiduſque juventa
Volvitur, aut catulos tectis aut ova relinquens,
Arduus ad ſolem & linguis micat ore triſulcis.
Morborum quoque te cauſſas & ſigna docebo.
Turpis ovis tentat ſcabies, ubi frigidus imber

Al-

SERVII.

437. NITIDUSQUE JUVENTA. Pelle enim depoſita redit [85] ad aetatem priorem.

438. CATULOS. Abuſive dixit: nam *catuli* proprie ſunt canum.

440. MORBORUM QUOQUE TE CAUSAS, ET SIGNA DOCEBO. Tria dicit, ſigna morborum, cauſſas, [86] & remedia; ſed non ſervat ordinem legitimum: nam poſt remedia morborum ſigna commemorat.

441. TURPIS SCABIES. Quae aſperum & turpe efficit corpus. ET ALTIUS AD VIVUM PERSEDIT. Medullas & oſſa penetravit.

VARIORUM.

non aeque proprie humorem terrae exuri, quam ipſam terram. *exſugere* vero *humores* eleganter dici ſolem, quando exſiccat, & extrahit omnem ex terra ſucum. ita certe Varro lib. I. de R. R. 13. *non enim ſucum, quem quaerit terra, ſolem antea exſugere oportet.* & ipſe Vitruvius eo verbo ſaepius uti ſolet. ut lib. I. cap. 4. calor, *vaporibus fervidis exſugendo naturales virtutes diſſolvit eas.* ubi etiam in Leidenſi Codice eſt *exurendo* perperam ſcriptum. duo alia loca adduxit Vir Cl. ubi hoc verbum ejicit, & alterum reponit, apud Columellam in praefatione. *quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exſucto ſudore ſitim quaerimus.* ubi notandum duo haec verba *excoquere* & *exſugere* jungi, ut in Vitruvii loco lib. I. cap. 4. ubi de pomis ſervandis agens, *ſemper calor cum excoquit aëribus firmitatem eripit, & vaporibus* &c. ubi etiam malim *acribus* ſcilicet pomis legere. *exſugere humores*, licet non de ſole, ſed de aliis rebus, dixit etiam Varro de R. R. II. 14. BURM.

433. EXSILIT. Pro *exſilit* idem Mediceus noſter *Extulit.* ut ad *lumina* referatur, & ſic Menagianus quoque prior, qui *exſulit.* potes & interpretari *extulit* pro effertur, extollitur. quae locutiones Maroni uſitatae. Adeantur annotata Aeneid. II. ✝, 207. in Menteliano utroque, Gudiano, ac caeteris *Exiit*, ſecundo Rottendorphiano excepto, & altero Voſſiano a manu prima. *Exſilit* etiam Moreti fragmentum. HEINS. *Exiit* Regius, Parrhaſ. & Edd. Venet. & Mediol.

434. SAEVIT. *Serpit* Zulichemius. *aſperque ſinus* Mediceus a manu prima.

Ibid. ATQUE EXTERRITUS AESTU. *Exterritus ira* apud Nonium Marcellum in *exterritus:* perperam. in *aeſtus* receptam agnoſcit lectionem, ut & Priſcianus libro ſeptimo. HEINS. Forte *exercitus* adſcripſerat codici ſuo Heinſ. & ita in nonnullis legi teſtatur Cerda. in Colotiano fuit *exercitus. extorridus* Marklandus. Dorvillius *exterritus* capiebat pro furiatus, in furorem verſus, vel ex latebris exturbatus. ut φοιταλεὶς Graecis. vid. Obſervat. Miſcel. Crit. Vol. I. pag. 2. & 83. BURM.

435. NE MIHI TUM MOLLES SUB DIO. Mediceus, *Nec mihi tum molles ſub divo: ſub divo* etiam in caeteris. HEINS. Hos duos verſus citat Quinctilianus lib. IX. de Inſtit. Orat. cap. 3. pag. 805. ſed ibi legitur, *nec mihi.* & in aliis, *nec noctu molles. nec mihi* etiam hic Francian. *ſub divo* plurimi & hic, & ibi: & apud Servium ad II. Georg. 475. ubi & *ne mihi.* ſeq. verſu *ſileat jacuiſſe* Venetus, quod pro *liceat* puto ſcriptum, ut fere ſemper haec verba commutantur. ſed *libeat* retinendum. ut Ecl. II. 28.

O tantum libeat mecum tibi ſordida rura
Atque humiles habitare caſas.

Quae quum aperte imitetur Propertius lib. II. XXIII. 27.

Libeat tibi, Cynthia, mecum
Roſcida muſcoſis antra tenere jugis.

neſcio cur in *liceat* mutatum velit hoc verbum

Mark-

85 in aetatem L. R. Voſ. B. 86 deeſt L. R. Voſ. B. Baſil.

Digitized by Google

Altius ad vivum perſedit, & horrida cano
Bruma gelu: vel quum tonſis inlotus adhaeſit
Sudor, & hirſuti ſecuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magiſtri
Perfundunt, udiſque aries in gurgite villis
Merſatur, miſſuſque ſecundo defluit amni:
Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca,

Et

SERVII.

443. ILLOTUS ADHAESIT SUDOR. *Lotus* vel *lautus* dicimus: inde eſt & *lautum eo.* Nam illud ab Horatio ſatis licenter dictum eſt I. Sat. VI. 125. *Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lavatum Admonuit.*

444. [87] [ET HIRSUTI SECUERUNT CORPORA VEPRES. Duas res dicit, unde ſcabies ovium naſcitur: aut nimium frigus, & humorem aëris: aut etiam cum poſt tonſionem non lavantur. Ex validiore enim aeſtu ſudor eis adhaeret: ac propterea lavari frequenter praecipit.]

445. DULCIBUS FLUVIIS. Salſa enim aqua magis pruriginem creat.

446. UDISQUE ARIES IN GURGITE VILLIS MERSATUR. [88] *Muſimonem* dicit ducem gregis, quem ita & Varro commemorat: huic autem partem aliquam lanae paſtores ſolent relinquere: unde ait: *udis villis:* nam oves ſemper tonſae lavantur.

447. SECUNDO AMNI. Defluenti, cum aqua ſcilicet.

448. TRISTI AMURCA. Amaris olei ſordibus. Hoc autem remedium eſt contra [89] ſordes, ſcabiem, & [90] contra laeſum vepribus corpus.

PHILARGYRII.

444. VEPRES. *Vepres* in maſculino genere. At Lucretius foeminino dixit, ut IV. 60. *Illorum ſpoliis vepres volitantibus auctas.*

VARIORUM.

Markland. ad Stat. V. Silv. III. 68. ſic Phaedr. I. 3.

Ne gloriari libeat alienis bonis.

ubi vide quae adnotavi. *libeat dormire* alter Rottend. quae eſt interpretatio τοῦ *jacuiſſe.* BURM.

436. DORSO. Quid ſit *dorſum montis* notum. ſed *nemoris* quid ſit obſcurius. Catroeus vertit *orée*, id eſt oram, marginem. ſed locum in nemore editiorem, & ideo ſicciorem puto intelligi, in quo tamquam in *pulvino* jacens, quis dormiat: nam & *dorſa* in mari, ſive arenas conſtipatas & altiores reliquo fundo maris, dici, & a nautis *pulvinos* vocari docet Servius ad lib. X. Aen. 303. ita, ut non aequa ſunt omnia in ſilvis loca, ſicut in arvis, ita eminentior locus dicitur dorſum. & Horat. II. Sat. VI. 91. utitur eo ſignificatu. BURM.

437. CUM POSITIS. *Compoſitis* Francianus & Parrhaſ.

438. RELINQUENS. *Reponit* eſt apud Serv. ad II. Aen. 357.

439. ET LINGUIS. *Et* deeſt Leidenſi alteri & Tolliano.

442. AD VIVUM. *Ad vivom* Gudian. mox *cum intonſis* Ed. Venet. & *inlutus* Mediceus.

444. HIRSUTI. Francianus *hirſute*, id eſt *hirſutae*; diphthongis enim caret ille codex. vid. ad VIII. Aen. 645. & ſupr. I. 271. *Hirſutis* Mediceus. BURM.

447. MISSUSQUE. *Miſoſque* Gudianus. *amne ſecundus* Gottendorphius. vel *merſuſque* Zulichomius.

448. TRISTI. Nigro interpretatur Nonius in *triſtis.* ſed rectius alii *triſti*, id eſt amaro, ut *triſtes lupini* lib. I. 75. ubi Servius. *amurga* Gudian. BURM.

449. ET

87 deſunt L. B. R. Voſ. ultima Philargyrio debentur. in Lucretii verſu, *volitantibus auſtris* Baſil. quae etiam mox, pruriginem generat habebat. 88 *Simonem* L. Voſ. *Symonem* R. V. *Muſmonem* Steph. Dan. & Fabr. deeſt Baſil. *Muſmonem* dicit enim gregis B. 89 deeſt V. L. B. R. Voſ. Steph. Fabr. al. 90 deeſt L. R. V. Voſ. B. Fabr. al.

Et ſpumas miſcent argenti, vivaque ſulfura,
Idaeaſque pices, & pinguis unguine ceras,
Scillamque, elleboroſque gravis, nigrumque bitumen.
Non tamen ulla magis praeſens fortuna laborum eſt,
Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Ulceris os. Alitur vitium, vivitque tegendo:
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat, aut meliora deos ſedet omina poſcens.
Quin etiam, ima dolor balantum lapſus ad oſſa

Quum

SERVII.

449. VIVAQUE SULPHURA. Dactylicus verſus. [91]

450. IDAEASQUE PICES. Liquidas, quae in Ida Phrygiae monte naſcuntur.

451. SCYLLAMQUE, HELLEBOROSQUE. Genera herbarum ſunt.

452. PRAESENS FORTUNA. Efficax, utilis, profutura: Et dicit [92] incidendum eſſe vulnus, ſi medicaminibus emolliri minime [93] potuerit.

454. SUMMUM ULCERIS OS. Ergo tunc ſecandum eſt, cum os habuerit. [94] [VIVITQUE TEGENDO. Dum tegitur.]

456. ET MELIORA DEOS SEDET OMINA. Majores enim expugnantes religionem, totum in experientia collocabant. Salluſtius Catil. cap. LII. *Non votis neque ſuppliciis muliebribus Deorum auxilia comparantur: vigilando, laborando, proſpere omnia cedunt: ubi ſocordiae tete* [95] *atque ignaviae tradideris, nequicquam Deos implores:* [96] *irati infeſtique ſunt.*

PHILARGYRII.

450. UNGUINE. Omnis ſuccus, quo ungi poteſt, *unguen* dicitur.

451. [97] SCYLLAMQUE. Genus herbae, quod in limitibus agrorum ponitur in Africa. HELLEBOROSQUE. Herba, quae & *radicla* dicitur, quae animalibus prodeſt.

455. AD VULNERA. Bene *ad vulnera*, pro, ad facienda vulnera.

VARIORUM.

449. ET SULFURA VIVA. In duobus Voſſianis, *ſulfura vivaque:* & *ſulfura viva* noſtri codices & plerique Pieriani. ſed Servio aſſentior, & quarto Moretano, receptam ſcripturam aſſerentibus, cum Rottendorphiano tertio, cujus margini adſcriptum *verſus dactylicus. vivaque ſulphura* hoc loco legendum eſſe Marius Victorinus liquido aſſeverat libello de metris. qui tamen monet a nonnullis reponi & *ſulphura viva.* ſubjungit deinde exemplum ex libro ſexto Aeneidos 33. *Bis patriae cecidere manus, quin protinus omnia Perlegerent oculis.* libro ſecundo Georgicon 69. *Inſeritur vero ex foetu nucis arbutus horrida.* conjunxit etiam Macrobius hos tres verſus Saturnal. v. cap. 14. talis eſt & ille verſus antiqui Poëtae, quem Beda perperam ſub Maronis citat nomine, & a Victorino profertur. *At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida.* HEINS. *Vivaque ſulfura* Edit. Dan. Heinſ. & aliae. *ac ſulfura viva* Venetus. *vivaque ſulpura* alter Mentel.

450. ET PINGUES UNGUINE CERAS. *Unguine taedas* Papirianus apud Caſſiodorum de Orthographia. pag. 2295. ſed aliter Cariſius & Priſcianus. quorum hic tamen *pinguis.* ut in ſcriptis. HEINS.

451. SCILLAMQUE. *Sillamque* Francianus.

454. ULCERIS OS. Vid. ad Gratii Cyneg. 352. & Samonic. cap. XLIV.

456. OMINA. *Omina* pro quibusvis praeſagiis, optati aut triſtis eventus. Sententia autem de notiſſimis Salluſtii verbis tranſlata. FABRIC. *Omina* prior Mentelianus a manu ſecunda & caeteri caſtiga-

91 quod in fine dactylum habeat Dan. 92 incendendum L. R. V. B. incedendum Voſ. 93 poterit V. 94 deſunt L. B. R. Voſ. Steph. Dan. 95 *aut ignaviae* L. 96 deeſt R. L. 97 *Scillamque* Commel.

Digitized by Google

Quum furit, atque artus depaſcitur arida febris,
Profuit incenſos aeſtus avertere, & inter
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam:
Biſaltae quo more ſolent, acerque Gelonus,
Quum fugit in Rhodopen, atque in deſerta Getarum,
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.
Quam procul aut molli ſuccedere ſaepius umbrae
Videris, aut ſummas carpentem ignavius herbas,

Ex-

SERVII.

458. ARTUS DEPASCITUR. Et *paſco* & *paſcor illam rem* dicimus. ARIDA FEBRIS: [98] Quod arida efficit corpora. Tamen ſciendum, febrem, licet a fervore dicta ſit, eſſe etiam frigidam: unde modo ad diaſtolen ait *aridam*.

459. INCENSOS AESTUS. Id eſt, febrem. SALIENTEM. Id eſt, mobilem. Dicit autem illam venam eſſe feriendam, quae [99] ſupra ungulam eſt animalis, tam lata, quam mobilis.

461. BISALTAE QUO MORE. Populi Scytharum, qui fugientes, equorum [1] ſanguine aluntur, lacte permixto.

462. CUM FUGIT. Vel re vera fugit: vel pergit celeriter.

465. CARPENTEM IGNAVIUS. Negligentius, ſine aviditate.

PHILARGYRII.

461. BISALTAE. Gens Thraciae.

462. CUM FUGIT. *Fugit* non hoſtem, ſed quia vivit ſic, ut mutet locos.

VARIORUM.

ſtigatiores ex noſtris, quod in ſuis quoque inventum perperam damnavit Pierius. praeterea reponendum *aut meliora*, cum Mediceo, primo Moretano & Menagiano priore. nec aliter a manu prima Gudianus. HEINS. *Omina* Francianus, Tollianus, Regius, & Ed. Venet.

457. LAPSUS. *Labſus* Medic.

458. ATQUE ARTUS. *Aut* Menagianus alter. Pierii manus in ora Ed. Juni. etiam *cum fuerit* ex ſcriptis. *cum fueritque* Parthaſ. *arrida* Francianus. *Horrida* Tollianus. vid. ſupr. ℣. 197. vulgata eſt apud Serv. II. Aen. 215. BURM.

459. PROFUIT INCENSOS AESTUS. Forte reliquerat nobis Maro hic loci, *intenſos aeſtus*. ſic *intenſi calores*, *intenſum frigus*, ſimiliaque paſſim apud ſcriptores. HEINS. Sed puto nihil mutandum: quia ſaepe Poëtae epithetis utuntur, adfinibus ſubſtantivo, ut *pavidus metus* & ſimilia, de quibus egi ad Ovid. II. Metam. 66. ſic *naſcens ortus* lib. I. Georg. 441. *incenſus* ergo hic eſt vehementiſſimus ardor febris. & non diſſimili modo dixit II. Aen. 706. *propiuſque aeſtus incendia volvunt*. ubi *incendia aeſtus volvunt*, id eſt calorem propius admovent. & ita *ardens*, *fervidus aeſtus* & ſimilia occurrunt. ut *ardens* & *fervida* febris, & *accendere febres* dixit Celſ. III. 9. & noſter *ſol accenderit aeſtus* infr. lib. IV. 401. jure ergo *incenſos aeſtus*, id eſt febres, dixit Maro. BURM.

460. SALIENTEM. *Saliente* Regius.

462. ATQUE IN DESERTA GETARUM. *Aut in* Mediceus. HEINS. *Deſerta ferarum* Francianus. quod repetitum ex lib. III. Aen. 646.

463. LAC CONCRETUM. In aliis, *lac conceptum*. nec aliter citat Helenius. Gentes equorum ſanguinem potantes, Biſaltas & Gelonos memorat Virgilius. Concanos Horatius. Sarmatas Plinius. Tales hodie ſunt, qui Moſcovitae & Tartari vocantur. FABRIC. Vid. Comm. ad Sil. Ital. III. 361. ſimile de Troglodytis narrat Strabo lib. XVI. pag. 776. *Χρῶνται δὲ ϗ τῷ αἵματι ϗ τῷ γάλακτι καταμίξαντες*. licet non de ſanguine equino, ſed generatim de ſanguine animalium, quorum carnibus veſcuntur, loquatur. *Concretum* habet Scholiaſtes Crucquii

98 & quod L. quae arida Steph. Baſil. 99 ſuper V. L. B. R. Voſ. ſuper ungula Fabr. al. 1 ſanguinem L.

Extremamque ſequi, aut medio procumbere campo
Paſcentem, & ſerae ſolam decedere nocti:
Continuo culpam ferro conpeſce, prius quam
Dira per incautum ſerpant contagia volgus.
Non tam creber agens hiemem ruit aequore turbo,
Quam multae pecudum peſtes. Nec ſingula morbi
Corpora conripiunt; ſed tota aeſtiva repente,
Spemque gregemque ſimul, cunctamque ab origine gentem.
Tum ſciat, aërias Alpis, & Norica ſi quis

Ca-

SERVII.

468. Culpam ferro compesce. Atqui habere morbum culpa non eſt; ſed hoc dicit, occidendo eam, tuam culpam compeſce, [2] id eſt, vita crimen [3] in quod potes incidere; ſi, dum uni parcis, fuerit totus grex ejus contagione corruptus.

469. Incautum vulgus. Quod ſe morboſi pecoris contagione abſtinere non novit. [4] [Salluſtius fragm. incert. *Repente agros incautos invaſit*: id eſt, ſecuros, & quibus praecautum non erat. Et ut III. 332. *Excipit incautum.*]

472. Tota aestiva. Loca poſuit pro animalibus. *Aeſtiva* autem ſunt loca umbroſa, [5] quibus per aeſtatem pecora vitant ſolis calorem. Statius I. Theb. 363. *Et umbroſi patuere aeſtiva [6] Lycaei.* Spemque gregemque simul. Agnos cum matribus [7] pariter.

474. Tunc sciat, aerias alpes et Norica si quis. Senſus hic eſt: ſi quis eſt, qui ſciat iſta loca, qualia tunc [8] fuerant, cum pecoribus erant referta; nunc [9] quoque ea vacantia videat; licet plurimum a peſtilentia fluxerit tempus. Aerias Alpes. Id eſt, Galliam. Norica si quis. *Noricum*, pars eſt Illyrici.

PHILARGYRII.

469. Incautum. Quod ſibi praecavere non poſſit, ut eſt apud Salluſtium: *Repente incautos agros invaſit*. Id eſt, quibus praecautum ſecurum non eſt, ut eſt III. Aen. 332. *Incautum, patriaſque obtruncat ad aras.*

472. Aestiva. Ipſum gregem in aeſtivis morantem.

474. Norica. Id eſt, Gallica: & dicendo aërias, verbum e verbo expreſſit. [10] Nam Gallorum lingua alti montes, Alpes vocantur.

VARIORUM.

quii ad Horat. III. IV. & Porphyr. *concretum* eſt in Edit Baſil. Fabricii & aliis. BURM.

465. Aut summas. Mediceus, *& ſummas carpentem ignavius herbas*, non *aut*. HEINS.

466. Extremamque. *Extremumque* Venetus. & mox *ſerae* Mentel. *ſolum* Menagianus prior. *recedere* Venet. *ſera nocte* al. ſed lib. IV. 24. *decedere calori* dixit *diſcedere* fragm. Moreti. vid. ad Ecl. VIII. 88. ubi ſimiliter variant codices. BURM.

468. Ferro compesce. Servius occidendam ovem explicat. Vondelius ſanguinem mittendum. male. v. Cerdam. Catroeus utrumque proponit & occide, vel ferro uſus prohibe ſerpere malum. & *morbum ferro* Zulichem. a m. ſec. *ferro culpam* Ald. BURM.

470. Ruit aequore turbo. *Aequora* Gudianus a manu prima. de quo loquendi modo nos complura Aeneidos VIII. 63. pari modo Aeneidos primo ℣. 84.

Incubuere mari, totumque a ſedibus imis
Una Euruſque Notuſque ruunt.

HEINS.

2 vel vitam V. 3 in quo L. R. Voſ. V. 4 deſunt V. L. R. Voſ. B. Steph. Dan. 5 in quibus Steph. Dan. al. 6 Liaei L. Voſ. 7 deeſt Steph. Dan. 8 fuerunt Steph. Dan. al. fuerint B. 9 quoque vacantia L. quoque evacantia R. evacantica B. hinc deficiebat L. ad finem Georgicôn. 10 haec eadem habet Iſidorus XIV. 8.

Digitized by Google

Caſtella in tumulis, & Iapidis arva Timavi,
Nunc quoque poſt tanto videat deſertaque regna
Paſtorum, & longe ſaltus lateque vacantis.
Hîc quondam morbo coeli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas, totoque autumni incanduit aeſtu,
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum:
Corrupitque lacus: infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat ſimplex; ſed ubi ignea venis

Omni-

SERVII.

475. Et Iapidis arva Timavi. Id eſt, Venetiam: nam *Iapidia* pars eſt Venetiae, dicta ab [11] Iapidio oppido. Salluſtius in fragm. incert. *Primam modo Iapidiam ingreſſus*. Hujus fluvius eſt *Timavus*. Unde male quidam *Iapygis* legunt, cum *Iapygia* ſit Apulia.

478. Hic quondam morbo coeli, miseranda coorta est Tempestas. [12] Deſcribit peſtilentiam Venetiae, Galliae, [13] Illyrici: nam quodam tempore cum Nilus plus aequo excreviſſet, & diu permanſiſſet in campis; ex aqua fluminis & calore provinciae, diverſa & plurima in limo animalia ſunt creata; quae recedente in alveos ſuos Nilo, & integra, & quae ſemiplena fuerant, putrefacta ſunt: exinde corrupto aëre nata peſtilentia eſt; quam Auſter flans primo ex Aegypto ad Atticam provinciam pepulit. Mox [14] inde in tractum Venetiae & Illyrici, [15] uſque quaque univerſa vaſtavit. Hanc autem peſtilentiam ordine, quo diximus, pleniſſime Lucretius eſt exſecutus. Miseranda tempestas. Peſſima, [16] ferens rem dignam miſeratione.

479. Totoque autumni incanduit aestu. Exarſit prima autumni parte, quae ſemper gravem efficit peſtilentiam. Ut autem autumnus abundet morbis, facit [17] confinium frigoris & caloris; quod licet etiam vernum tempus habeat, caret morbo: quia tunc corpora praecedenti durata ſunt frigore; quae autumnus corrumpit, laxiora inveniens [18] poſt aeſtatis calorem.

481. [19] Corrupitque lacus, infecit pabula tabo. Ordinem ſecutus eſt, quem & [20] Lucretius tenuit VI. 1095. & ſeqq. & Salluſtius: Primo aërem, inde aquam, poſt pabula eſſe corrupta.

482. Nec via mortis erat simplex. Nec moriebantur ex uſu, id eſt, ſecundum naturalem ordinem; non tantum fuga animae, ſed etiam corporis reſolutione. Eſt autem Salluſtii, qui ait in fragm. incert. *Ne ſimplici quidem morte moriebantur*.

PHILARGYRII.

478. Morbo coeli. Quia corruptus aër morbi cauſa eſt, ut ipſe III. Aen. 138. *Corrupto coeli tractu*.

481. Tabo. Abutitur pro peſtilentia.

VARIORUM.

HEINS. *Aëre* Vratiſl. *rubit* Francianus. an pro *ſubit* ſcripſerit neſcio. ſed nihil mutandum. BURM.

471. Pecudum. *Pecorum* Venetus. *pecodum* Gudianus.

472. Aestiva. Hic loco pro animalibus interpretatur Servius. Philarg. ſupr. ad ✝. 64. pecora, quae in aeſtivis agunt intelligit, ut ibi *pecuaria*. BURM.

473. Cunctamque. *Totaque* Zulichemius.

474. Et Norica. *Et congrua* Venetus. *Gnorica* Zulichemius. *aut Norica* Parrhaſ. *Tunc ſciat* Medic.

475. Iapidis. *Iapygis* Gudian.

476. Post tanto. Dictum pro poſt tantum temporis. ut *poſt paullo* dicunt; de quo egi ad

Quinc-

11 Iapido Steph. Dan. 12 & deſcribit V. 13 Illyrico V. 14 inde tractum R. 15 quaeque quaqua L. Illyrici, quaquie R. quae quaqua Voſ. 16 inferens R. Voſ. B. Fabr. al. 17 confine R. Voſ. Steph. Fabr. al. hoc confine B. 18 poteſtatis calore R. Voſ. Steph. 19 Corrumpitque. V. 20 Lucanus R. Voſ. B. Steph. Fabr. & al.

Omnibus acta ſitis miſeros adduxerat artus:
Rurſus abundabat fluidus liquor: omniaque in ſe
Oſſa minutatim morbo conlapſa trahebat.
Saepe in honore Deûm medio ſtans hoſtia ad aram,
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta,
Inter cunctantis cecidit moribunda miniſtros.
Aut ſi quam ferro mactaverat ante ſacerdos,
Inde neque inpoſitis ardent altaria fibris;

Nec

SERVII.

483. IGNEA VENIS OMNIBUS ACTA SITIS. Fervidus calor: ab eo quod praecedit, id quod ſequitur.

484. [21] [FLUVIDUS LIQUOR. Humor ſordidus. OSSA. Etiam oſſa. Et per Hyperbolen, totum hominem ſignificat.]

486. IN HONORE DEUM MEDIO. In ſacrificiis, ut I. Aen. 335. *Haud equidem tali me dignor honore.*

487. LANEA. Id eſt, *infula:* nam non ſtat verſus, ſi [22] *lanea vitta* dixerit.

489. MACTAVERAT ANTE SACERDOS. Ejus ſcilicet mortem praeveniens.

490. INDE. Ab hac cauſſa: quia morbus univerſa confuderit. ARDENT ALTARIA FIBRIS. Quia, ut dicit Plinius ſecundus, [23] *Morboſa caro non coquitur.*

PHILARGYRII.

483 ABDUXERAT. Pro contraxerat.

484. RURSUS. Hic *Rurſus* poſitum pro contra, ut ſupra 138. *Rurſus cura patrum cadere, & ſuccedere matrum Incipit.*

488. CUNCTANTES. Dubitantes ſacerdotes. CECIDIT. Animal, quod ad ſacrificium ducebatur.

VARIORUM.

Quinctil. II. de Inſt. Orat. 5. eſt vero plenum, tanto poſt tempore, ut Ecl. I. 30. *longo poſt tempore.* BURM.

477. VACANTIS. *Vagantes* tertius Mentelii. *vagantis* Gudianus. *longe lateque* etiam dixit VI. Aen. 378. & defendit hanc formulam loquendi egregie vir doctus in Obſerv. Miſcell. Vol. II. pag. 63. BURM.

478. HIC. *Hinc* Venetus. *coeli morbo* Zulichemius.

481. CONRUPITQUE. *Corripitque* Gudianus, & caſtigatum *corrupitque*. *Corripuitque* prior Menagianus & Venetus noſtri cum quarto Moretano. HEINS. *Corripuitque* etiam Toll. Parrhaſ. & Ed. Venet. quae caret copula. ut & Juntae & aliae. *pabula morbo* Venet.

482. SIMPLEX. Recte Servius. naturalis, ſine doloribus & tormentis. ut ita ſaepe ſcriptores. vid. Sueton. Caeſ. LXXIV. de *viis* mortis egimus ad Val. Fl. I. 501. BURM.

Ibid. VENIS. *Ventis* Mediceus a manu prima.

483. ADDUXERAT. *Abduxerat* tertius Mentelii a manu ſec. Leidenſis alter & tertius Rottendorphius. & ita Editio Ald. & Juntina, cujus orae ex ſcriptis *adduxerat* adſcriptum erat. *aucta ſitis* Parrhaſ. *abduxerat* Regius cum Gloſſa *conſumſerat*. vid. ad Ovid. XI. Ep. 27. BURM.

484. ABUNDABAT. *Abundabant* Gudianus a manu prima. *fluvidus* Mediceus, Regius, Francianus. & Tollianus. vid. Giſan. Ind. Lucret.

486. MEDIO. *Media* Venetus. ad *aras* Edit. P. Danielis.

488. MAGISTROS. Scripti & editi omnes *miniſtros*, quod retinendum credo, & Popas intelligo, qui cunctantur, dum *agone rogati*, nec niſi *juſſi agunt*. vid. Ovid. I. Faſt. 322. BURM.

489. MACTAVERAT. *Mactaverit* Leidenſis alter.

21 deſunt R. 22 *laneam vittam* Fabr. *lineam vittam* dixeris Baſ. *linea vitta* dixeris Steph. *ſi laena vitta* dixeris V. dixeris etiam Dan. 23 *morbo ſacro non quitur* V. vid. inf. ad ℣. 559.

Digitized by Google

Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates:
Ac vix ſuppoſiti tinguuntur ſanguine cultri,
Summaque jejuna ſanie infuſcatur arena.
Hinc laetis vituli volgo moriuntur in herbis,
Et dulcis animas plena ad praeſepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit aegros
Tuſſis anhela ſues, ac faucibus angit obeſis.
Labitur infelix, ſtudiorum atque inmemor herbae,

Vi-

SERVII.

491. NEC RESPONSA POTEST CONSULTUS REDDERE VATES. Colligi enim niſi ex ſana victima futura non poſſunt.

492. [24] SUPPOSITI TINGUNTUR SANGUINE CULTRI. Sic [25] & in ſexto 248. *Supponunt alii cultros*, Id eſt, jugulant hoſtias. Dicendo autem SUPPOSITI, feriendi genus oſtendit. Nam interdum ab inferiori parte, interdum deſuper feriebantur.

493. SUMMAQUE JEJUNA SANIE INFUSCATUR ARENA. Signatis uſus eſt verbis, [26] nimiſque libratis.

494. VULGO. Ubique, paſſim & catervatim. IN LAETIS autem HERBIS ideo, ne eos fame periſſe putaremus.

496. HINC CANIBUS BLANDIS. [27] [Etiam blandis] canibus rabies ex peſtilentia naſcitur. QUATIT AEGROS TUSSIS ANHELA SUES. Proprie: nam tuſſis commovet corpora.

497. ET FAUCIBUS ANGIT OBESIS. Tumentibus. *Angit* autem, bene ait: nam *angina* dicitur porcorum morbus, qui occupat fauces. Plautus Moſtel. I. III. 61. *Vellem me in anginam verti, ut huic* [28] *aniculae fauces praeoccuparem.*

498. [29] [IMMEMOR HERBAE. Pro, herbarum, ut ipſe VIII. Ecl. 2. *Immemor herbarum quas eſt mirata juvenca:* ut occupatione morbi oblivionem cibi factam eſſe dicat. Quidam vero volunt, quod *immemor* ſit *ſtudiorum & herbae:* quoniam antiqui in pratis certamina exhibere conſuerant: unde congrue [30] junxit utrumque, *ſtudiorum* & *herbae.*]

PHILARGYRII.

493. JEJUNA SANIE. *Jejuna ſanie*, ſicca & exigua.

498. HERBAE. Pro, herbarum, ut ipſe: *Immemor herbarum quas eſt mirata juvenca.* Et rurſum ſup. 215. *Carpit enim vires paulatim, uritque videndo Femina, nec nemorum patitur meminiſſe, nec herbae.* Ergo hic vel amore, vel miraculo carminis oblivionem herbae factam dicit; ita illi occupatione morbi. Quidam volunt ideo dictum, *ſtudiorum atque immemor herbae*, quod antiqui in pratis certamina exhibere conſueverunt. Reliqua Grammatici legunt.

VARIORUM.

ter. *At ſi* alter Rottendorphius & Zulichem.

490. INDE. Exponit Servius, ex qua cauſſa. ſed quia *unde* & *inde* ſaepe pro a quo, ab illo notat, ut ipſe obſervat ad I. Aen. 6. & VI. 766. & alibi; hinc capere poſſumus, pro ex hac hoſtia, fibris impoſitis, non ardent altaria. vide, quae dixi ad Ovid. VI. Met. 650. BURM.

491. CONSULTUS. *Conſulto* Gudianus a manu prima.

492. AC VIX. *Aut* Venetus, Leidenſis & Zulichemius, Tollianus & Parrhaſ. *At* Editio Juntae, & duo Moretani & Leidenſis & Regius.

493. INFUSCATUR. *Fuſcatur* Menagianus prior & Mentelius tertius. *ſcabie* Vratiſl. vide ſup. 389.

496. CANIBUS BLANDIS. *Blandis canibus* Parrhaſ.

498. LABITUR INFELIX STUDIORUM. Ad

Cir-

24 SUBPOSITI. R. & ita deinceps. 25 ſic in V. B. 26 nimiumque Steph. Dan. Fabr. al. 27 deſunt Dan. 28 caniculae ſ. proeccuparem V. in Plauto aliter legitur. *in anginam ego nunc vellim verti, ut veneficae illi fauces prehendam.* 29 deſunt B. R. Voſ. Steph. Dan. 30 conjunxit Fabr. al. deeſt frigidus B.

Victor equus, fontiſque avertitur, & pede terram
Crebra ferit: demiſſae aures: incertus ibidem
Sudor; & ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura reſiſtit.
Haec ante exitium primis dant ſigna diebus.
Sin in proceſſu coepit crudeſcere morbus,
Tum vero ardentes oculi, atque adtractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu gravis, imaque longo
Ilia ſingultu tendunt: it naribus ater

San-

SERVII.

500. CREBRA FERIT. Crebro: nomen pro adverbio. INCERTUS IBIDEM SUDOR. Irrationabilis, ſine labore, cujus cauſſa non apparet.

501. MORITURIS FRIGIDUS. [31] Frigidus ſudor, mortis futurae ſignum eſt, & [32] moriturus frigore plenus eſt.

503. TRACTANTI DURA RESISTIT. [33] Frigida eſt, nec cohaeret digitis.

504. COEPIT CRUDESCERE MORBUS. Validior fieri, ut XI. Aen. 833. *Dejecta crudeſcit pugna Camilla*: & jam dat ſigna morbi validioris.

PHILARGYRII.

507. TENDUNT. Pro tenduntur: aut tendunt ſe, aut equi tendunt.

VARIORUM.

Circenſia partium ſtudia refer. quare & Nonius Marcellus, quod ſequitur *atque immemor herbae*, interpretatur, *immemor palmae*. cum *herbam* pro *palma* occurrere non raro apud antiquos contendat. ſed dubius huic ejus interpretationi accedo: nam & ſupra ỳ. 216. habuimus, *nec nemorum patitur meminiſſe nec herbae*, id eſt pabuli. noſter Aeneidos V. 148. *Studiiſque faventum Conſonat omne nemus*. quo & referendum marmor antiquum, apud Gruter. pag. CCCXXXIX. 4. FACTIONIS. VENETAE. FUSCO. SACRAVIMUS ARAM. DE NOSTRO CERTI. STUDIOSI. ET. BENE. AMANTES. apud Corippum Africanum libro II. numero VIII. *ſtudiorum gaudia ſurgunt Alterniſque ſibi reſpondent agmina dictis*. ubi agit de Circenſibus. libro primo numero XVII. *Aurigas totidem, totidem poſuere colores, Et fecere duas ſtudia in contraria partes*. Silius Italicus libro XVI. 329. *Hic ſtudio furit acris equi, furit ille magiſtri*. Plinius libro IX. Epiſt. 6. de eadem re. *Si in ipſo curſu medioque certamine hic color illuc, ille huc transferatur, ſtudium favorque tranſibit*. HEINS.

Ibid. HERBAE. Id eſt graminis & pabuli. ſupra 216. *nemorum patitur meminiſſe nec herbae*. alii male victoriae exponunt. NANSIUS. *Herbis* Zulichemius. *infelix ſtudiorum, atque im.* Juntina Ed. *Herbam* Nonius interpretatur victoriam.

499. AVERTITUR. *Advertitur* Lutat. ad Stat. V. Theb. 137.

500. CREBRA. *Crebro* pr. Moreti & Zulichem. vid. Erythr. Indic.

Ibid. DEMISSAE. *Dimiſſae* Mentelius prior.

501. ARET. Vel *arcet* ſecundus Moretanus. *arret* Francianus. *tractandi* Mentelianus prior.

502. ET AD TACTUM. *Et attactum* Scholiaſtes Statii Thebaidos V. HEINS. *Attractum* Leidenſis a manu prima. *tractandi* alter Rottendorphii cum Mediceo a manu prima.

503. HAEC. *Huic* Tollianus.

506. GEMITU. *Gemitus* Leidenſis.

Ibid. IMAQUE LONGO ILIA SINGULTU TENDUNT. *Altaque longo* Mediceus a manu prima. HEINS. *Unaque* Parrhaſ.

507. IT

31 frigidi ſudor V. deeſt frigidus B. 32 morituris frigidus pleonaſmus eſt Cod. Urſ. Fabr. al. frigidus plena eſt R. B. 33 rigida eſt R. Voſ. V. Fabr. regida B.

Sanguis, & obſeſſas fauces premit aſpera lingua.
Profuit inſerto latices infundere cornu
Lenaeos: ea viſa ſalus morientibus una.
Mox erat hoc ipſum exitio, furiiſque refecti
Ardebant, ipſique ſuos, jam morte ſub aegra,
(DI meliora piis, erroremque hoſtibus illum!)
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus

Con-

SERVII.

508. Obsessas fauces. Id eſt, clauſas. Aspera lingua. [14] Scilicet ex nimia ſiccitate.

509. Profuit inserto latices infundere cornu. Non ſemper, ſed aliquando: nam hoc ſolum eſt, [15] quod morbo liberat, aut commovet in furorem.

511. Mox erat hoc ipsum exitio. Quod ſaluti eſſe putabatur. Et hoc eſt, quod paulo poſt [16] dicturus eſt 559. *Quaeſitaeque nocent artes.* Furiisque refecti. Quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor, & facit ea in exitium convaleſcere.

513. Dii meliora piis. Per parentheſin, in exſecrationem hoſtium [17] hanc retorquet inſaniam.

515. Fumans sub vomere taurus. Per hoc oſtendit, etiam fortes tauros repente morbo concidere: nemo enim peſtilentem ad aratra ducit juvencum.

PHILARGYRII.

513. Erroremque hostibus illum. *Errorem* hic pro furore poſuit.

514. Nudis. Ut foeditatem exprimeret, adjecit *nudis*.

VARIORUM.

507. It naribus. *In naribus* Regius, & ſuperſcriptum *a*.

508. Sanguis, et obsessas. Male *oppreſſas* apud Macrobium Saturnal. vi. cap. 2. HEINS.

Ibid. Aspera. Vel *arida* quartus Moretanus.

511. Exitio. *Exitium* Tollianus. ſed Lucret. vi. 1227. *Hoc aliis erat exitio.* & noſter ix. 315. *Multis tamen ante futuris exitio.* ſaepe ita variare, quia ſcribebant *exitiom*, vidimus ad Phaedr. iii. x. 42. & ſaepe apud Suetonium. BURM.

Ibid. Furiisque refecti. *Referti* in duobus Moretanis. HEINS. *Refecto* Venetus.

513. Errorem. In vetuſto meo, *horrorem*, in aliis *ardorem*. vulgatam lectionem probo, & eandem ſecutus interpres Terentii. FABRIC. *Errorem hoſtibus* Leidenſ. *erroremque* quum conſtanter omnes noſtri & aliorum retineant, & Donat. ad Terent. iii. iii. 78. exhibeat, unius Codicis Romani ſcripturam *ardorem*, licet probet Catroeus, ſequi non auſus ſum, quae librariis adſcribenda eſt, qui ſolemniter in his vocibus aberrare ſolebant. vid. Heinſ. ad Ovid. Amor. ix. 9. & Claudian. i. Epiſt. 7. & alibi ſaepe. *Error* vero ſaepe pro furore ponitur, ut Commentatores docent, & hinc conjungit *furori* Ovid. i. Am. ii. 35. & ut *furor* millies pro amore vehementi, ita & *error* paſſim apud Poëtas, ut ad priorem Ovidii locum docet Heinſius. neque *ardor* eſt, in ſe ſaevire, ſed *error*, quia correpti furore ſe alios laniare putant. ut notum eſt ex fabula Penthei. etiam *di meliora prius* Parrhaſ. BURM.

514. Discissos nudis dentibus. *Udis dentibus* a prima manu idem Mediceus. Forte *crudis dentibus*. ſed & *udi dentes* fortaſſe dicti ſint, quomodo *udum palatum* hoc ipſo libro 388. *Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato.* & Aeneidos ſeptimo 532. *Haeſit enim ſub gutture vulnus, & udae Vocis iter, tenuemque incluſit ſanguine vitam.* & libro ii. Georgicôn 76. *huc aliena ex arbore*

ger-

34 deeſt Fabr. & al. *ex* deeſt Steph. Dan. 35 quod aut morbo V. Fabr. al. quod aut a morbo Voſ. B. quod a morbo R. 36 dictum eſt Dan. & Maſv. dictus Steph. vitioſe. 37 hanc torquet Steph. Dan. Fabr. al. Maſvic.

Concidit, & mixtum ſpumis vomit ore cruorem,
Extremoſque ciet gemitus. It triſtis arator,
Moerentem abjungens fraterna morte juvencum:
Atque opere in medio defixa relinquit aratra.
Non umbra altorum nemorum, non mollia poſſunt
Prata movere animum, non qui per ſaxa volutus
Purior electro campum petit amnis: at ima
Solvuntur latera, atque oculos ſtupor urguet inertis,
Ad terramque fluit devexo pondere cervix.
Quid labor, aut benefacta juvant? quid vomere terras

In-

SERVII.

517. EXTREMOSQUE CIET GEMITUS. Ultimum [38] gemuit. Sane CIET, modo *Dat* ſignificat; ſicut in tertio ỷ. 5. de Andromache: *Lacbrymaſque ciebat*. Cum *ciere*, proprie ſit alteri aliquid commovere.

518. [39] FRATERNA MORTE JUVENCUM. Conſortis interitu. Et ex affectu dictum eſt ruſtici.

521. MOVERE ANIMUM. [40] In ſui deſiderium illicere.

522 PURIOR ELECTRO CAMPUM PETIT AMNIS. Nam ſicut electrum defaecatius eſt metallis omnibus, ita & currens aqua caeteris purior.

524. [41] [AD TERRAMQUE FLUIT. Lucanus VI 97. *Feſſumque caput ſe ferre recuſat.*]

525. QUID LABOR, AUT BENEFACTA JUVANT? Si neutrum mortem repellit; nec corporis exercitium; nec mentis religio. nam ſi generalis eſt ſententia, ſecundum Epicureos, contra religionem eſt: ſi autem tantum ad bovem refertur, hoc dicit: quid ei prodeſt labore ſuo aluiſſe mortales?

PHILARGYRII.

517. TRISTIS ARATOR. Morte juvenci *triſtem* [42] dixit agricolam.

522. ELECTRO. Quod a nobis ſuccinum appellatur, *electrum* vocant Graeci.

523. URGET INERTES. Id eſt, urget, & inertes facit.

VARIORUM.

germen includunt, udoque docent inoleſcere libro. apud Prudentium Hamartigenia, *numquid madido ſapor inditus ori Vivit ob hanc cauſſam.* & Apotheoſi, *Rorantes nebulas udis de faucibus efflat.* HEINS. Adſcripſerat etiam, forte *avidis*. ſed quia omnia arida erant in hac peſtilentia, ego nihil muto, licet *avidis* poſſet defendi ex illis Ovid. x. Ep. 84.

Qui lanient avido viſcera dente, lupi.

diſciſos Tollianus. ſed vulgata eſt apud Rufinianum de Schemat. Lexeos p. 31. *oſſibus artus* Parrhaſ. BURM.

516. MIXTUM. *Spumis mixtum* tertius Mentelius.

517. IT. *Et* Venetus.

519. RELINQUIT ARATRA. *Reliquit* Donatus in Andriam Terentii, Act. III. Sc. V. I. quomodo ex noſtris codicibus ſecundus Moretanus. HEINS. Et ita Pierius notavit ex ſcriptis. & Moret. ſec. & Zulich.

520. NON MOLLIA POSSUNT PRATA. Ita omnes noſtri, niſi quod *parta* Zulich.

524. DEVEXO. *Deflexo* Menagianus alter.

525. QUID LABOR, AUT BENEFACTA JUVANT. *Juvent* apud Nonium Marcellum in *Gravis*. & mox *terras gravis*. quod poſterius ſcripti etiam praeſtantiores amplectuntur. HEINS. *Quo vomere* Zulichemius, non male. ut *quo* pro ad quid, vel quid ponatur, ut millies. ſed quia ambiguum facit ſenſum, ut lib. I. Aen. 8. *quo numine laeſo.*

38 gemuit Steph. Dan. hoc gemit Baſil. in loco lib. III. 344. legitur, *talia fundebat lacrimans, longoſque ciebat inceſſum fletus.* ſed vid. VI. 468. 39 deeſt R. 40 in ſuum R. Voſ. B. Steph. 41 deſunt R. Voſ. B. ſed leguntur poſt ỷ. 528. *Laſſumque caput* Baſ. 42 dicit al.

Invertiſſe gravis? atqui non Maſſica Bacchi
Munera, non illis epulae nocuere repoſtae:
Frondibus & victu paſcuntur ſimplicis herbae.
Pocula ſunt fontes liquidi, atque exercita curſu
Flumina, nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quaeſitas ad ſacra boves Junonis, & uris
Inparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergo aegre raſtris terram rimantur, & ipſis

535 Un-

SERVII.

526. ATQUI NON MASSICA BACCHI MUNERA. Vina pretioſa a *Maſſico*, monte Campaniae. Et per tranſitum tangit illa, [43] quae dicunt phyſici; morbos venire ex cibi & potus nimietate; vel mutatione, ex nimiis vigiliis, & multa ſollicitudine. Dicuntque etiam ſine his naſci aegritudinem: [44] [nam in animalibus cum nihil horum ſit, tamen aegritudines cernimus.]

527. EPULAE REPOSTAE. [45] Aut abundantes, aut variae.

528. SIMPLICIS HERBAE. Propter varietates epularum dixit, *ſimplicis herbae*.

530. NEC SOMNOS [46] ABRUMPIT CURA SALUBRES. Ex cura enim nimia vigiliae procreantur.

532. ET URIS IMPARIBUS DUCTOS ALTA &c. Bobus agreſtibus & ipſis inaequalibus. Nam *uri*, agreſtes boves ſunt, ut diximus ſupra II. 374. Et hoc poëtice dixit. Caeterum veritas haec eſt: cum mos eſſet, ſacerdotem Argivam junctis [47] bobus ire ad templa Junonis, & ſolemni die boves non invenirentur (peſtilentia enim quae per Atticam, ut diximus, tranſierat, univerſa conſumſerat) duo [48] ſacerdotis filii, Cleobis & [49] Biton, matrem, ſubeuntes [50] jugum, ad templa duxere. Tunc Juno, probans eorum religionem, obtulit matri, ut quod vellet poſceret filiis: illa pia reſponſione ait, ut quod ſciret Dea utile mortalibus, ipſa praeſtaret. Altero itaque die ſacerdotis [51] filii juvenes reperti ſunt mortui. Ex quo probatum eſt, nihil eſſe morte praeſtantius: quod Herodotus apud Graecos pleniſſime commemorat in prima hiſtoria cap. XXXI.

533. DONARIA. [52] *Donaria*, proprie loca ſunt, in quibus dona reponuntur Deorum. Abuſive templa: nam ita & pulvinaria pro templis [53] ponimus; cum ſint proprie lectuli, qui ſterni [54] in templis [55] ſupervenientibus [56] pleriſque conſuerunt.

534. AEGRE. Difficulter. RIMANTUR. In rimas agunt.

PHILARGYRII.

532. QUAESITAS AD SACRA BOVES JUNONIS. Manifeſtum eſt [57] a Cydippe, Argivae Junonis ſacerdote, hoc tractum: quae, cum boves deeſſent, filios ſuos Cleobin & Bitonem plauſtro ſubjunxit, & ſic ad templum deducta eſt: quod fas non erat illam venire ſine plauſtro: nam apparet ad ſacra Junonis boves in illis regionibus defuiſſe, in quibus peſtilentiam fuiſſe demonſtrat.

533. IMPARIBUS. *Imparibus* autem non ſimile jugum ferentibus, cum alter major eſſet, alter minor.

535. IPSIS

43 per quae R. Voſ. V. 44 deſunt R. Voſſ. bis *cernimus* habet B. hic & in fine, aegritudines pati cernimus Baſil. 45 ſaepius appoſitae, aut ab Cod. Urſ. 46 ABRUPIT V. 47 bubus R. Voſ. V. B. ita ſemper fere. 48 ſacerdotea V. & ita mox iterum. ſed B. tantum hoc loco. 49 Bito R. Voſ. Steph. Dan. Habito B. 50 jugo B. Steph. Dan. Fabr. al. 51 deeſt R. Voſ. V. B. ſed ſacerdotes habent quidam. 52 donaria autem R. Voſ. B. 53 accepimus Steph. & mox, ſterni qui in t. conſueverant pleriſque. 54 in quibusdam templis Fabr. al. 55 deeſt omnibus, praeter Cod. Urſ. & B. Cl. Dorvilius conjiciebat, *ſuper eventibus pleriſque.* 56 pleriſque V. 57 a Chryſide corrigebat Meurſ. Crit. Arnob. VI. 8.

Unguibus infodiunt fruges, montiſque per altos
Contenta cervice trahunt ſtridentia plauſtra.
Non lupus inſidias explorat ovilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
Cura domat: timidi damae cervique fugaces
Nunc interque canes & circum tecta vagantur.
Jam maris inmenſi prolem, & genus omne natantum
Litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit: inſolitae fugiunt in flumina phocae.
Interit & curvis fruſtra defenſa latebris

Vi-

SERVII.

535. IPSIS UNGUIBUS. Hyperbolicῶs,[58] pro, manibus. NOCTURNUS OBAMBULAT. Inſidiatur. Quod autem ait nocturnus, figurate rem temporis ad perſonam tranſtulit.

539. CURA DOMAT. Id eſt, peſtilentiae. TIMIDI DAMAE. Mutavit genus, ut vitaret ὁμοιοτέλευτον. Horatius I. Od. 2. *Et ſuperjecto pavidae*[59] *natarunt aequore damae.* Dicendo autem damas & cervos errare cum canibus: duo oſtendit, & hos timoris, & illos ferocitatis[60] eſſe oblitos.

543. FUGIUNT IN FLUMINA PHOCAE. Quaſi timentes marinam peſtilentiam.

VARIORUM.

ſo, uti ibi videbimus, retineo *quid*. BURM.

527. REPOSTAE. Pluribus ferculis repoſitas Catroeus, pretioſas Cerda explicat. forte melius, conditae, ſervatae, non faciles & obviae, ſed quas promimus tempore. vid. III. 403. IV. 157. aut pro ſimplici *poſitae*. ut IV. 378. *pocula reponunt*. ubi tamen pro iterant explicatur. ut & VII. Aen. 134. id eſt pluribus diebus iteratae, vel pluribus ferculis poſitae. Gloſſ. Regii, abundantes, vel variae. ut Servius. BURM.

528. ET VICTU. *Victum* in Longobardico codice Pierii. ſic ſupra ỹ. 314. babuimus, *Paſcuntur vero ſilvas & ſumma Lycei*. libro IV. 181. *paſcuntur & arbuta paſſim, Et glaucas ſalices*, de apibus. *coluber mala gramina paſtus* Aeneidos ſecundo 471. *apis florem depaſta ſalicti* Ecloga prima. *paſtuſque cadavera vultur*, apud Silium Italicum libro XIII. ỹ. 597. ex vetuſto codice. ſed quia *Frondibus* praeceſſit, praeſtat alteri ſcripturae adhaereamus. HEINS.

529. AUT EXERCITA CURSU FLUMINA. *Atque exercita curſum* Gudianus, ut ſit Graeciſmus. *atque* etiam in caeteris omnibus. *atque excita curſu* Scholiaſtes Horatii lib. II. Od. II. ut hiatus relinquatur. HEINS. *Aut* Ed. Dan. Heinſ. *atque* etiam Macrob. VI. 1. *exercita* Emmeneſſius explicat agitata. ſed proprietas verbi exigit, ut laſſata, fatigata longo curſu, antequam in mare perveniant, intelligamus. ſic Servius ad lib. VIII. 412. *famulos penſo exercet*, exponit *fatigat*. Terent. Adelph. IV. 2. *ego te hodie exercebo ſilicernium*. imitatur vero Ovidius VIII. Metam. 165.

Et nunc ad fontes, nunc ad mare verſus apertum
Incertas exercet aquas.

& eleganter etiam I. Met. 582.

In mare deducunt feſſas erroribus undas.

Horatius utrumque verbum conjungit lib. IV. Od. 14.

Quantis fatigaret ruinis,
Indomitas prope qualis undas
Exercet Auſter.

hae

58 id eſt in manibus R. Voſ. id eſt manibus B. 59 *narrarunt atq. damnae* R. *damnae* B. Baſil. 60 deeſt V. R. Voſ. B. Fabr. al.

Vipera, & adtoniti ſquamis adſtantibus hydri.
Ipſis eſt aër avibus non aequus, & illae
Praecipites alta vitam ſub nube relinquunt.
Praeterea jam nec mutari pabula refert,
Quaeſitaeque nocent artes: ceſſere magiſtri
Phillyrides Chiron, Amythaoniuſque Melampus.
Saevit & in lucem Stygiis emiſſa tenebris
Pallida Tiſiphone, morbos agit ante metumque,
Inque dies avidum ſurgens caput altius effert.

Ba-

SERVII.

546. Ipsis avibus. Suis quodammodo, quae alarum velocitate ſupergredi [61] poterant aërem peſtilentem.

548. [62] [Refert. Prodeſt.] Phillyrides Chiron. Medicinae inventor, Saturni & Phillyrae filius.

550. Amythaoniusque Melampus. [63] [Amythaonis filius] *καθαρτης*, id eſt, purgator: nam Proetidas ipſe purgavit luſtrationibus, quas invenerat. Hoc autem dicit, convaleſcente morbo, nec medicinam prodeſſe, nec religionem.

PHILARGYRII.

548. Refert. Prodeſt.

550. Chiron Moraliter. Quoniam mali homines aut ad medicos, aut ad divinos confugiunt; ut aut ope humana, aut divina adjuventur: ideo Chironem pro medico, Melampodem pro divino poſuit. Alii hunc expiationis ſcientem dicunt. Chiron autem Saturni & Philyrae filius fuit, adeo medicinae peritus, ut etiam Aeſculapium docuiſſe dicatur.

552. Pallida Tisiphone. *Tiſiphonem* hic, non unam Furiarum debemus accipere, ſed peſtilentiam, cui eleganter poëta hoc nomen dedit. Agit ante. Id eſt, ante ſe.

VARIORUM.

hae vero aquae ſalubriores ſtantibus lacubus & ſtagnis. Catroeus haec in verſione omiſit. an non intellexiſſe credemus? BURM.

330. Abrumpit. *Abrupit* Zulichem. Mentelii duo & Menagianus prior.

531. Dicunt. *Ducunt* alter Rottendorphius.

533. Donaria. De his agemus ad Lucan. iv. 404.

534. Rastris. *Terram raſtris* alter Moreti. *rimentur* Venetus.

536. Contenta. *Contempta* Zulichemius. Leidenſis pro diverſa lectione, ut fere ſemper ita variatur.

537. Non lupus insidias. *Inſidians* in Gudiano. HEINS.

538. Nec. *Non* Tollianus & Francianus. *nocturnos* Mentelii prior, ut mox ℣. 546. *aequos* Gudian. itidem ℣. 564. *immundos*. & ita ſaepe alibi.

539. Timidi. *Timidae* alter Rottendorphius. *dammae* multi. neſcio vero unde Commentator Crucquianus ad Horat. ii. Ep. i. 136. habeat, *morbique fugaces*. BURM.

543. Phocae. *Phocae* & vituli marini nomine tantum differunt. qua in re peccat Plinius, quod idem animal diverſis nominibus appellat, & lectorem perturbat. NANSIUS.

544. Curvis. An *furvis*. ſed vid. ii. 216.

545. Vipera. *Vippera* Tollian. ut & ſupr. 417.

548. Praeterea nec jam mutari. *Nec jam mutari* Beda de metris. at Macrobius Saturnal. libro vi. cap. 2. *praeterea nec mutari jam pabula*. vetuſtiores noſtri *jam nec*. HEINS. *Maturi* primus Moreti. *nec jam* Parrhaſ. itidem editiones Juntina & Ald.

549. Cessere magistri. Hinc emenda Lactan-

61 non poterant Baſil. 62 deſunt B. R. Voſ. Steph. al. 63 deſunt Voſ. Amythonis Steph.

Balatu pecorum & crebris mugitibus amnes,
Arenteſque ſonant ripae, colleſque ſupini.
Jamque catervatim dat ſtragem, atque aggerat ipſis
In ſtabulis turpi dilapſa cadavera tabo:
Donec humo tegere, ac foveis abſcondere diſcunt.
Nam neque erat coriis uſus: nec viſcera quiſquam
Aut undis abolere poteſt, aut vincere flamma:
Nec tondere quidem morbo illuvieque pereſa
Vellera, nec telas poſſunt adtingere putris.
Verum etiam inviſos ſi quis tentarat amictus;
Ardentes papulae, atque inmundus olentia ſudor

Mem-

SERVII.

555. ARENTESQUE. SONANT RIPAE. Vult peſtilentiam etiam elementa ſentire. Sic in tertio Aen. 142. *Arebant herbae, & victum ſeges aegra negabat*. Nam *ſegetem* pro terra poſuit.

559. NAM NEQUE ERAT CORIIS USUS. Quippe morbo putrefactis. NEC VISCERA QUISQUAM AUT UNDIS [64] ABOLERE POTEST. Nec lavari, nec coqui poterant: caro enim, corrupta morbo, quendam habet [65] mucorem, qui non poteſt ablui: quoniam omne poſſidet corpus. Item igni ſuperpoſita aut putrefit, aut dureſcit: [66] nam non coquitur.

564. ARDENTES [67] PAPULAE. Id eſt, carbunculi. IMMUNDUS SUDOR. [68] Morbus pedicularis, [69] [qui eſt] φθειρίασις.

VARIORUM.

ctantium de perſecutione cap. 33. ubi circumfertur mendoſe, *ceſſere magiſtri Phyllides Crrona, Metonius, Melampius*. HEINS. *Ceſſare* Medic. a m. pr. *Amitaonuſque Menalpus* Francianus. *Malaampus* Gudian.

551. STYGIIS. A *Stygiis* tertius Rottendorphius. *ſemiſſa* Gudius. an *ſubmiſſa*. ſed ſ adhaeſit ex priori voce. Dorvilius diſtinguebat, *ſaevit, &, in l. ſ. e. tenebris Pallida, Tiſiphone morbos*, &c.

552. AGIT ANTE. *Agitare* Ed. Venet.

553. INQUE DIES. *Inque diem* Venetus. *altius affert* alter Rottendorphius.

554. MUGITIBUS AMNES. In Chronico Menconis, quod edidit Matthaeus Tom. III. Analect. p. 223. legitur *mugitibus aër. mugitibus auras* Vratiſl. BURM.

555. SUPINI. *Superni* primus Moreti. vid. ſup. II. 276.

557. DILAPSA. *Delapſa* ſecundus Menagii & Mentelii prior a manu ſecunda. *cadavera morbo* alter Rottendorphius. vid. IV. 252.

558. ABSCONDERE DISCUNT. Primus Moretanus *diſcant*. HEINS.

559. USUS. *Rurſus* Zulichem: *nec viſcere* primus Moretanus. *aut viſcera* Parrhaſ.

560. VINCERE. Vid. ad Samonic. cap. XVIII. qui pro coquere ſaepe utitur hoc verbo; ſed hic pro torrere videtur capi, cum *abolere* undis ſit coquere, mitigare, quod & *domare* dixit Samonicus cap. XVII. ſic Tacit. IV. Hiſt. 53. *Metallorum primitiae nullis fornacibus victae*. BURM.

561. NEC TONDERE QUIDEM. *Ne* Mediceus & Mentelianus prior cum Gudiano. HEINS. Et Leidenſis.

562. NEC TELAS POSSUNT ADTINGERE PUTRIS. *Telas adjungere putres* fragmentum Moreti. HEINS.

64 ADHOLERE Voſ. nam lavari, nec B. 65 humorem R. Cod. Urſ. 66 deeſt B. vid. Serv. ſupr. ad 490. 67 PAPULAE V. R. Voſ. 68 pedicularis Voſ. morbi pedic. R. 69 deſunt Voſ. R. B. Steph. Fab. al.

Membra ſequebatur. Nec longo deinde moranti
Tempore contactos artus ſacer ignis edebat.

SERVII.

566. SACER IGNIS. Quem [70] Graeci *ἱερὰν νόσον* vocant.

VARIORUM.

HEINS. *Ne telas* Juntae Edit. mox *tentarat* Mediceus. *etiam miſeros* Venet.

565. MEMBRA SEQUEBATUR. *Sequebantur* Venetus & Rottendorphianus ſecundus. ut non ad ſudorem tantum, ſed ad papulas quoque referatur. HEINS. Vid. lib. IV. 8.

Ibid. LONGO. *Longe* Zulichemius.

566. CONTRACTOS. *Contactos* Menagianus alter, & ſecundus Mentelius, & Regius.

[70] vide ad Samonic. cap. XLI.

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICON

LIBER QUARTUS.

PROTINUS aërii mellis coeleſtia dona
Exſequar. Hanc etiam, Maecenas, adſpice partem.
Admiranda tibi levium ſpectacula rerum,
Magnanimoſque duces, totiuſque ordine gentis
Mores, & ſtudia, & populos, & proelia dicam.

In

SERVII.

1. PROTINUS AERII MELLIS CAELESTIA DONA EXSEQUAR. Rhetorice dicturus de [1] minoribus rebus, magna promittit; ut & levem materiam ſublevet; & attentum faciat auditorem. Sane perite, quoniam ſcit breve eſſe opus hoc de apibus, & intra paucos verſus poſſe conſumi, uſus eſt tranſlationibus ad dilatandam materiam; dicens, apes habere reges, praetoria, urbes, & populos. Sane ſciendum, ut ſupra diximus, ultimam partem hujus libri eſſe mutatam: nam laudes Galli habuit locus ille, qui [2] nunc Orphei continet fabulam; quae inſerta eſt, poſtquam irato Auguſto Gallus occiſus eſt. PROTINUS. Deinceps, exinde etiam [3] floreum agrum *exſequar*, ſicut ſum [4] caeteros exſecutus. AERII MELLIS. Nam mel ex rore colligitur, qui utique defluit ex aëre: unde eſt, & *Caeleſtia dona:* Id eſt, munus deorum. Ante enim mel inveniebatur in foliis, ut 1. Georg. 131. *Melaque decuſſit foliis.*

2. HANC ETIAM. Sicut ſuperiores.

3. ADMIRANDA TIBI LEVIUM SPECTACULA RERUM. Audies ex rebus levibus digna ſtupore eſſe in [5] apibus, & proceres, & tanta certamina.

5. MORES. Quia caſtae ſunt, ut inf. 197. *Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem.* ET STUDIA, ut inf. 205. *Tantus amor florum & generandi gloria mellis.* ET POPULOS. Ut inf. 95. *binae regum facies, ita corpora plebis.* PRAELIA DICAM. Ut inf. 78. *Erumpunt portis, concurritur aethere in alto.*

PHILARGYRII.

1. PROTINUS AERII MELLIS CAELESTIA DONA. Sive quod Jupiter melle nutritus ſit in inſula Creta: ſive quod in aëre concipiatur: nam, ut ait Cornelius Celſus, apes ex floribus ceras faciunt: ex rore matutino mel.

VARIORUM.

1. PROTINUS. *Proteuus* ſolus ex noſtris Gudianus, qui pro *deinceps* poni admonet, in caeteris *protinus*. dictum ad Eclogam primam ỳ. 13. HEINS. *Aërei* tert. Rottendorph.

2. EXSEQUAR. *Perſequar* Vratiſl.

3. SPECTACULA. *Miracula* alter Moretanus. vid. inf. 441. unde puto huc tranſlatum a librario. BURM.

4. EX ORDINE. Plurimi habent *ex*; ſed Gudianus,

1 De minimis rebus Fabr. al. de minoribus magna B. 2 nude Steph. Dan. Fabr. Ariſtaei Orphei Voſ. 3 florum V. R. Voſ. B. Etiam deeſt Steph. Dan. 4 caetera V. R. Voſ. 5 apibus, proceres & B. Voſ. Steph. Dan. proceres quia & R.

Digitized by Google

In tenui labor: at tenuis non gloria; ſi quem
Numina laeva ſinunt, auditque vocatus Apollo.
Principio ſedes apibus ſtatioque petenda,
Quo neque ſit ventis aditus, (nam pabula venti

Fer-

SERVII.

6. In tenui labor: at tenuis non gloria. [6] Compenſatio eſt laboris, quod magnam dat gloriam, ſi fuerit materia exilis ornata.

7. Numina laeva. Proſpera: ut alibi II. Aen. 693. *Intonuit laevum.* [7] [Alibi autem hoc in malum ponit, ut cum [8] dicit I. Ecl. 16. *Saepe malum hoc nobis, ſi mens non laeva fuiſſet, De coelo tactas memini praedicere quercus.*] Auditque vocatus Apollo. Aut quaſi [9] poëtam Apollinem invocat: aut quaſi deum paſtoralem. Nam Apollo [10] Nomius dicitur, [11] [ἀπὸ τῶν νόμων, id eſt, a paſcuis.]

8. Principio sedes. Dicit, ubi alvearia ponenda [12] ſint: in qua re ſatis perite [13] ea, quae abeſſe debeant, ne noceant apibus: [14] & ea quae adeſſe, ut poſſint prodeſſe, commemorat. Sane quoniam ſupra ait, *Magnanimoſque duces:* ideo intulit modo, *Sedes ſtatioque*, quam tranſlationem diligenter reſervat.

PHILARGYRII.

7. Laeva. Laeva hic in bono poſuit. Ut: *Intonuit laevum.* Alibi autem in malo ponit, cum dicit:

Saepe malum hoc nobis, ſi mens non laeva fuiſſet,
De caelo tactas memini praedicere quercus.

Vocatus. Pro, invocatus. Vel quia poëtae in tutela ejus ſunt: vel quia pater eſt Ariſtaei, qui primus invenit, unde apes fieri poſſent.

8. Sedes. *Κατὰ τὸ αὐτὸ ſtatione petenda*, intelligendum etiam, ſi aliud a ſedendo, aliud a ſtando dicitur.

VARIORUM.

nus, Menagius ſecundus, Mentelius tertius, Rottendorphius ſecundus, & tertius, Regius & Venetus a manu ſecunda, & Ed. D. Heinſ. carent. ut & Mentelius & Menagianus primi a manu prima. *totaſque ex ordine gentes* quartus Moretanus. infr. ℣. 537. *Modus orandi qui ſit prius ordine dicam.* & III. Aen. 179. *rem ordine pando*, & paſſim. *totique ex ordine* Venetus. BURM.

5. Et studia. *Et* deeſt Mentel. pr. ante *populos* deſideratur in Pieriano, & in fragmento Moreti. ſed plurimi ter copulam repetunt, u. & videri poteſt II. Aen. 562. ubi venuſtatem in illa repetitione reperit Pierius. ſic Silius Ital. XIV. 515. ter, XV. 572. quater repetit, ut & Lucanus IX. 578. ſed ne in re levi plura adducam, Virgiliani id moris eſſe obſervavit jam Naudaeus in Exercit. de Scena, tom. VII. part. II. pag. 16. Theſaur. Ital. BURM.

7. Laeva. Interpretantur hunc locum A. Gellius Noct. Att. V. cap. 12. & Nonius Marcellus in *laevus*. HEINS. Per *laeva* multi hic proſpera intelligunt. Nonius Marcellus bis hunc locum citat. primo in *Laevum* ubi non addit explicationem, ſed dicit, *Laevum, ſignificari veteres putant a levando*, unde videtur ibi proſperum indicare. ſed in codice, qui fuit olim Jac. Tollii, vidi in margine ſcriptum, *quaſi a laedendo*. iterum in *laevum* p. 331. Ed. Merc. & adverſum notare docet & proſperum, & hujus exemplum hunc Virgilii locum adfert. etiam Servius hinc *ſiniſtra* auguria, quae *ſinunt* nos aliquid agere, explicat ad II. Aen. 693. ſed hae argutiae Grammaticorum; & vellem alio hoc exemplo probari, ubi *laeva numina* propitia dicuntur: hic enim locus id non probare videtur, etſi Grammatici id ex tonitru laevo adfirment, in quibus ex diſciplina augurali alia ratio eſt, atque in Diis laevis. & ita Valer. Flac. III. 392. *Si ſors laeva tulit miſeros*, & apud eumdem IX. 540. pro *nec numine vano*, Heinſius malebat *laevo*. ut ℣. 579. *laevo clangore* pro *ſaevo*. cui tamen ſine codicibus emendanti non accedo. quare potius Gellium ſequor, qui lib. V. 12. firmat Tollii conjecturam, & *laeva* numina ſignificare, *quandam vim hujuſcemodi Deorum, in laedendo magis, quam in juvando potentem*. ubi malim etiam

6 comparatio Steph. Dan. 7 deſunt R. Voſ. B. Steph. Dan 8 dicat Baſil. 9 Poëta B. V. R. Voſ. Baſil. 10 nominos V. Νόμιος R. Voſ. 11 deſunt R. Voſ. V. B. Steph. Dan. al. 12 ſunt R. Voſ. V. B. 13 & ea B. Steph. Dan. Fabr. 14 ea quoque R. quae adeſſe com. V. R. Voſ. & quae Baſil.

Digitized by Google

Ferre domum prohibent) neque oves haedique petulci
Floribus inſultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & ſurgentis adterat herbas.
Abſint & picti ſqualentia terga lacerti
Pinguibus a ſtabulis, meropeſque, aliaeque volucres;

Et

SERVII.

10. HAEDIQUE PETULCI. Laſcivi, exultantes. Et *petulci* dicti ab appetendo. Unde & meretrices *petulcas* [15] vocamus.

13. PICTI TERGA. Picta terga habentes. PINGUIBUS A STABULIS. Plenis: ſicut inanes res, *tenues* nominamus e contrario.

14. MEROPESQUE ALIAEQUE VOLUCRES. Dicendo, *aliaeque volucres*, oſtendit aves etiam eſſe meropes. Sunt autem virides, & vocantur *apiaſtrae:* quia apes comedunt.

PHILARGYRII.

14. MEROPESQUE. *Meropes* ruſtici *barbaros* appellant. ET ALIAE. Id eſt, ceterae.

VARIORUM.

iam legere, *quam in levando*, ut reſpiciat ad Grammaticorum opinionem, qui *laeva* a *levando* derivabant. *levare* autem & *juvare* ſaepius confudere librarii. vide Broukh. ad Propert. I. IX. 34. & apud Ovidium paſſim v. Remed. Amor. 742. IX. Met. 780. & IV. Triſt. I. 19. ubi

Me quoque Muſa levat, Ponti loca juſſa petentem.

ſed alii codices *juvat*. & ita hic Muſas intelligi puto, quas per modeſtiam Poëta, ſibi laevas, id eſt non faciles, invocat ſimul cum Apolline, earum duce, quas *deprecari* cum dicit Gellius & invocare, ut ſibi non adverſae & difficiles eſſe velint: *ſi quem* vero *ſinunt* referunt plurimi ad Poëtam, ut Catroeus *ſi les Dieux, qui m'ont été contraires, veulent bien me ſupporter*, & per Deos contrarios intelligit Antonium & ejus ſequaces, & per Apollinem Caeſarem Octavianum; & huic tam infirmo fundamento ſuperſtruit opinionem de tempore, quo Georgica ſcripſit, quod ſtatuit inter proelium ad Philippos, & ad Actium. quae omnia arbitraria, ſine ulla probatione. ſed debuiſſet probare Latine dici *ſi me ſinunt numina*, pro ſi me ſufferre, tolerare velint. de quo jam vehementer dubitavi ad Ovidii III. Art. Am. 57.

Petite hinc praecepta puellae,
Quas pudor & leges, & ſua jura ſinunt.

ubi Heinſius legit *qua pudor*, ego malebam *quae*, ſcilicet praecepta. licet aliquis poſſet per ellipſin ſubintelligere, *quas pudor* &c. ſinunt ea libertate uti, qua libertinae & probroſae feminae. ſed melius puto apud Ovidium *quae:* nam *ſinere rem* pro permittere obvium, *ſinere aliquem* inſolitum credo. niſi ſequatur, ut ſaepe, verbum, ut *ſino facere* vel *faciat*, vel ſubintelligatur ex adjunctis. ut ita ſuppleri debet apud noſtrum IV. 546.

Quis me autem (fac velle) ſinet,

ubi *me* cum *velle* recte jungit Servius, & *quis ſinet* abſolute, ſubintellecto verbo, ſcilicet ea facere, quae ante dixit. ſic Ovid. ibid. ✱. 614.

Hoc leges, juſque pudorque jubent.

ubi Voſſianus, & duo alii *ſinunt* habent. quare aut hic etiam, *ſi quâ numina ſinunt* ſcribendum eſſet, ut I. Aen. 198. *ſi qua fata ſinunt*. ut abſolute ponatur XII. 147.

Qua viſa eſt fortuna pati, Parcaeque ſinebant.
IV. 651. *Dum fata Deuſque ſinebant.*

ubi abſolute ponitur ſine caſu. ut & apud Tibul. I. I. 83.

Interea, dum fata ſinunt, jungamus amores.

ubi aliud ex Seneca exemplum dat Brouckhuſius. Valer. Fl. III. 184. *ſi fata ſinant, ſi proſpera Juno.* Stat. V. Theb. 467. *ſi modo fata ſinunt*. vel quia codices omnes *quem* retinent, ſi *quem* referendum ad *laborem*, quem proſperari a Muſis & Apolline alias ſibi non aeque faventibus, precatur. aliter me ex hoc loco expedire nequeo. Serv. ad II. Aen. 693. *ſinant* habet. BURM.

8. STATIOQUE PETENDA. *Petendae* Mentelianus. ſed ſic ut ultimum *e* poſtea fuerit extritum. eleganter omnino & concinne. *ſedes ſtatioque petendae*. atque ita primus quoque Moretanus. *petenda eſt* in Veneto, Nonius Marcellus in *petere* vulgatum

[15] dicimus Steph. Dan.

Et manibus Procne pectus ſignata cruentis.
Omnia nam late vaſtant, ipſaſque volantis
Ore ferunt dulcem nidis inmitibus eſcam.
At liquidi fontes & ſtagna virentia muſco
Adſint, & tenuis, fugiens per gramina, rivus,
Palmaque veſtibulum aut ingens oleaſter inumbret.

Ut,

SERVII.

15. ET MANIBUS PROGNE PECTUS SIGNATA CRUENTIS. Nomen poſuit pro nomine: nam Philomela in hirundinem verſa eſt: pro qua Prognen, vel quaſi ſororem poſuit; vel quaſi eam, quae fuerat illius ſceleris cauſſa: nam ipſa Tereum miſerat ad [16] adducendam ſororem.

17. DULCEM NIDIS IMMITIBUS ESCAM. Id eſt, crudelibus pullis, qui [17] apum morte nutriuntur.

19. ET TENUIS FUGIENS PER GRAMINA RIVUS. [18] Suſpendendum eſt *tenuis*, ne incipiant eſſe duo epitheta; quod apud Latinos conſtat eſſe vitioſum.

PHILARGYRII.

17. IMMITIBUS. *Immitibus nidis* temporale epitheton eſt: ideo enim *immitibus*, quia apibus veſcantur.

19. ADSINT. Praeſentes ſint.

VARIORUM.

gatum agnoſcit. HEINS. Vid. ad lib. III. 564. & alibi. *petenda eſt* etiam Leidenſis. *petenda* ſine verbo ſubſtantivo Voſ. Reg. & alii & Edd. multae. in his autem ſaepe variant codices, & licet *ſedes* poſſet eſſe pluralis numeri, non minus ideo *petenda* poſſet legi. ut I. Aen. 17. *hic illius arma, hic currus fuit*. vid. IV. 651. & X. 679. & ſemper fere variant codices, ubi metrum permittit. innumera ex aliis Poëtis exempla ad manum ſunt, ſed nolo illis immorari. ego *petenda* praetuli. BURM.

9. SIT. *Fit* Edit. Amſt. Commelin. ſed contra codices.

11. INSULTENT. *Inſultant* ſecundus Moretanus. *aut haerens* Francianus. *buccula* Tollianus & Mentel. *bacula* Gudian.

13. SQUALENTIA. *Pallentia* Parrhaſ.

14. PINGUIBUS A STABULIS. *Ab ſtabulis* Mediceus. HEINS. *Meropes* duo Moretani, Francianus & Tollianus & Ed. Venet.

15. ET MANIBUS. Marklandus ad Stat. V. Sil. III. 84. contra omnes codices, & Scholiaſten Statii conjiciebat, *& maculis*. ſed manibus ſuis Ityn interfecerat, & membra laniaverat. & coxerat, & hinc, ſanguine filii, ex manibus defluente, pectus ejus fuerat ſignatum, *nec adhuc de pectore caedis Effluxere notae*, canente Naſone VI. Met. 669. *Cruentae manus*, ſanguine madentes iterum occurrunt II. Aen. 167. BURM.

Ibid. PROCNE. *Progne* Lutatius ad Stat. VI. Theb. 563. vide Heinſ. ad Ovid. VI. Met. 428.

16. IPSASQUE VOLANTIS. *Volucres* eſt apud Nonium in *nidos*. HEINS.

18. AT. *Et* Menagius alter. *ſtanna* Zulichem.

19. TENUIS FUGIENS. Hic verſus inſervire poteſt adſtruendae lectioni communi apud Senec. Herc. Oet. 140.

Qua fugit
Iſmenos, tenui flumine languidus.

ita & *fugam* flumini adſerit Gronovius ad ejuſdem Tragoediae ỳ. 1038 male huc Emmeneſſ. advocat ex Horatii I. Sat. I. *fugientia a labris Tantali flumina. tenuis fugiens* vero poſſe ſine copula dici vidimus ad lib. I. 407. praeſertim ſi unum ſit participium. vid. ad III. Aen 70. quomodo intelligendum eſt in Servio, *ſuſpendendum eſt*. *rivos* Mediceus a manu prima. BURM.

20. OBUMBRET. *Inumbret* Mediceus & Vaticanus primae notae, cum Rottendorphiano tertio. etiam Gudianus a manu prima. Prior Mentelianus *adumbret*. HEINS. *Obumbret* agnoſcit Columella lib. IX. 5. eadem varietas lib. XI. Aen. 66. BURM.

21. UT,

16 ducendam Steph. Dan. Baſil. 17 apium R. Voſ. V. R. mortem Voſ. 18 ſuſpendenda *tenuis* R. eſt, deeſt Voſ. V.

Ut, quum prima novi ducent examina reges
Vere ſuo, ludetque favis emiſſa juventus,
Vicina invitet decedere ripa calori;
Obviaque hoſpitiis teneat frondentibus arbos.
In medium, ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor,
Tranſverſas ſalices, & grandia conjice ſaxa:
Pontibus ut crebris poſſint conſiſtere, & alas
Pandere ad aeſtivum ſolem; ſi forte morantis
Sparſerit, aut praeceps Neptuno inmerſerit Eurus.
Haec circum caſiae virides, & olentia late

Ser-

SERVII.

21. [19] [PRIMA. Pro, primum, nomen pro adverbio.]

22. VERE SUO. Sibi grato & apriſſimo.

23. DECEDERE RIPA CALORI. Ut [20] aeſtus poſſint aquarum vicinitate vitare.

25. IN MEDIUM. Ordo eſt: in medium tranſverſas ſalices, & grandia conjice ſaxa. [21]

27. PONTIBUS UT CREBRIS. Veluti pontibus: nam non ſunt pontes.

28. SI FORTE MORANTES. Tarde remeantes ex paſcuis. NEPTUNO IMMERSIT. Deum pro aquis poſuit.

PHILARGYRII.

21. UT CUM PRIMA. *Prima*, hic pro primum: nomen, pro adverbio.

25. IN MEDIUM. *In medium*, non ad [22] humorem retulit, ſed abſolute dixit: ET INERTEM, hic pro otioſo poſuit, ut in Bucolicis I. 28. *Libertas quae ſera tamen reſpexit inertem:* quae vox ponitur & pro ignavo IV. Aen. 158. *Spumantemque dari pecora inter inertia votis Optat aprum:* Et pro eo, quod ſine arte fit; ut apud Lucilium in XIII. *Ut perhibetur iners, ars in quo* [23] *non erit ulla.*

VARIORUM.

21. UT, QUUM PRIMA NOVI. Veterrimus Columellae codex ad D. Germani Lutetiae hunc & proxime ſubſequentem verſus ſic contrahit, lib. IX. cap. 5.

Ut cum vere novo ducent examina reges.

nam vulgati cum Maronis contextu faciunt. HEINS. *Et cum* quartus Moreti. *ducunt* Mentelius prior.

22. LUDETQUE. *Luditque* Venetus & ſecundus Rottendorphius a manu prima. *laudique* Menagius alter.

23. VICINA. *Vicino* Venetus. *vita calori* Menagianus ſecundus. perperam. & inutile dicet aliquis tales varietates adnotare. fateor huic loco nihil facere, ſed inde diſcant Tirones librariorum manum ſaepe in his vocibus aberraſſe: quod aliis locis emendandis & illuſtrandis egregie pondus adjicit. vide modo notas Heinſii ad Ovid. VI. Epiſt. 54. BURM.

Ibid. DECEDERE. Sic lib. III. 467. *ſerae ſolam decedere nocti.* ubi vide.

25. PROFLUET. *Profluit* Gudianus a manu prima, & ita duo Moretani.

27. PONTIBUS. *Pontibus & c. poſſunt* Gudianus. *Et* tertius Mentelii & Regius.

28. SI FORTE. *Non forte* quart. Moret.

30. VIRIDES. *Viridis* Mentel. ſec.

31. SER-

19 deſunt V. R. Voſ. B. ſunt enim Philargyrii. 20 aeſtus poſſit a. v. vitari V. 21 delevi, quae hic ſequebantur, quia ad verbum ex Philargyrio tranſlata erant. & deerant V. R. Voſ. B. Steph. Dan. ſolum differunt in illis, *quod ſine arte* Philarg. *qui ſine* Dan. 22 honorem Fabr. al. 23 *non ulla eſt ars.* eaedem.

Serpilla, & graviter ſpirantis copia thymbrae
Floreat, inriguumque bibant violaria fontem.
Ipſa autem, ſeu corticibus tibi ſuta cavatis,
Seu lento fuerint alvearia vimine texta,
Anguſtos habeant aditus. Nam frigore mella
Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit.
Utraque vis apibus pariter metuenda: neque illae
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt, fucoque & floribus oras

Ex-

SERVII.

31. GRAVITER SPIRANTIS COPIA THYMBRAE. Genus eſt berbae abundantis in Phrygia. GRAVITER autem modo bene, & multum ſignificat: alias male, ut inf. 49. *Aut ubi* [24] *odor gravis*. Item VI. Aen. 201. *Grave olentis Averni*.

32. [25] [IRRIGUUM. Hic, qui irrigat; alias, qui irrigatur.] VIOLARIA. Loca, [26] in quibus naſcuntur violae.

37. UTRAQUE VIS APIBUS PARITER METUENDA. Tam caloris quam frigoris. Quod licet utrumque aequali modo metuendum ſit; tamen diſſimiliter nocet: nam calore liquefacta defluunt mella: quae, ſi fuerint frigore condurata, conſtrictas apes interimunt.

39. SPIRAMENTA. Exitus, alibi VII. Aen. 568. *Saevi ſpiracula Ditis*. FUCOQUE. Genus eſt herbae, unde tinguntur veſtes. *Fucum* autem & *flores* pro cera poſuit, [27] quam ex his colligunt rebus.

PHILARGYRII.

32. IRRIGUUMQUE. Qui irrigat: alias qui irrigatur.

39. FUCOQUE. *Fucus* eſt genus cerae, qua pro glutine abutuntur. Graeci *propolim* vocant. Alii ſic: *fuco* pro medicamento poſuit. Plautus in [28] Penulo: *Vitia corporis fuco occulunt*. Sed vide, ne de galbano dicat, quod ſeparatim ſolent praeparare, propter remedia, quibus adverſus animalia utuntur ſibi infeſta. Unde ipſe lib. III. 415. adverſus colubros hos dicit adhiberi. ORAS autem, alveariorum.

VARIORUM.

31. SERPILLA. *Serpulla* ſcripti potiores, tam hic, quam in Alexi bucolico. & ſic codices vetuſti apud Varronem de Re R. HEINS. *Serpylla* Gudianus & alter Mentelius. *ſerpilia* Francianus. *ſerpila* Leidenſ.

32. FLOREAT. *Florent* Gudianus a manu prima.

Ibid. IRRIGUUMQUE &c. Virgilium expreſſiſſe hic illa Ariſtophanis in Pace ꝟ. 576. τῆς ἰωνιᾶς τε τῆς πρὸς τῷ φρέατι, notat Flor. Chriſtianus. de voce *irriguus* vid. Brouckh. ad Tibul. II. I. 44. BURM.

33. SUTA. *Jura* Venetus.

34. SEU LENTO FUERINT. *Seu fuerint lento* Francian. *alviarea* tert. Mentelii. *Alvaria* Mediceus. de quo agemus ad Claudiani II. Rapt. 227. *vimene* Gudianus. BURM.

35. ADITUS. *Aditos* Mediceus.

36. REMITTIT. *Reſolvit* alter Rottendorphius, quod ex interpretatione. vid. ad Samonici cap. V. & XV. Barth. Adverſ. XXXVII. 6. ex Mſſ. *ea quippe calor*. vulgata eſt apud Statii Interpretem lib. IV. I. *calefacta remittit* Parrhaſ. BURM.

38. TENUIA. *Tenula* Gudian. *in* deeſt Zulichemio.

39. FUCOQUE. *Succo* Venetus, *ſpiramenta fuco linunt*, & Parrhaſ.

40. CON-

24 odor ceni graviſſimam R. V. B. coeni gravis V. Fabr. al. graviſſimam ideo B. 25 deſunt R. Voſ. B. Steph. 26 ubi naſc. B. V. R. Voſ. Baſil. 27 quae ex his colligitur V. 28 eſt ex Moſtel. I. III. 118.

Explent, conlectumque haec ipſa ad munera gluten,
Et viſco & Phrygiae ſervant pice lentius Idae.
Saepe etiam effoſſis (ſi vera eſt fama) latebris
Sub terra fovêre larem, penituſque repertae
Pumicibuſque cavis, exeſaeque arboris antro.

Tu

SERVII.

40. HAEC IPSA AD MUNERA. Ad officia coangustandarum cavernarum.

41. ET VISCO ET PHRYGIAE SERVANT PICE LENTIUS IDAE. Ordo eſt: Servant gluten, quod eſt lentius, & viſco, & Phrygiae [29] Idae pice. SERVANT autem mire ait: nam pilas quaſdam in alvearibus faciunt, de quibus poſtea cerea tecta componunt.

42. SI VERA EST FAMA. Si credendum eſt, apes poſſe terras effodere.

PHILARGYRII.

40. MUNERA. *Munera*, utrum officia, an quod illis munera conferas, & alveos earum communias. GLUTEN. Hic *gluten*. Salluſtius autem fragm. lib. IV. Hiſt. *Hic glutino adoleſcebat*.

41. LENTIUS. Tenacius.

VARIORUM.

40. CONLECTUMQUE. *Collectum haec* quartus Moretanus. *f:giae* Gudianus: *etiam efoſſis* Mentelii.

41. SERVANT. *Servent* Gudianus. HEINS. *lentius idem* Parrhaſ.

43. SUB TERRA. Manuſcriptum *ſub terram*, mutato caſu. hoc quod fama teſte affirmat Poëta, id nos vidimus, e cavernis terrae favos a meſſoribus eſſe exemptos. FABRIC. *Fovere* Mentelianus uterque cum Gudiano, & alii quinque. *fodiere* Mediceus. *fovere* omnino probum eſt, ne bis eodem verbo ſuper eadem utatur re. praeceſſerat quippe verſu proximo, *effoſſis latebris*. quod codex Pierii Mediceus inter optimos confirmat libro tertio 418. *Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & umbra Fovit humum*. ſic *fovere caſtra* libro IX. Aeneidos 57. quod Nonius *tueri* interpretatur verbo *fovere*. ubi is idem hoc etiam Maronis allato loco *fovere larem* agnoſcit. *fovere nidos* ciconiae Solino dicuntur cap. 40. infra hoc ipſo libro ỷ. 56. *Progeniem nidoſque fovent*. Seneca Agamemnone de avibus, *foetuſque ſuos Nido pavidus titubante fovet*. quomodo & Auſonius praefatione in Pythagoricon ad Drepanium. *Ipſe eſt: intrepidi evolate verſus, Et nidum in gremio fovete tuto*. ſic corrige. peſſime nunc circumfertur *intrepide volate verſus, Et nudum*. Claudianus Epiſt. ad Gennadium: *Nam mihi mox nidum pennis confiſa relinquunt, Et lare contemto non reditura volant*. Martial. lib. I. ſub. finem, de ſuis verſibus: *De primo dabit alterove nido Raſum pumice, purpuraque cultum*. etiam alibi. *tuto vallo fovere agmina* Silius libro IV. 39. Plinius lib. IX. Epiſt. 25. ubi de poëmatis ſuis: *Tu paſſerculis & columbulis noſtris inter aquilas veſtras dabis pennas, ſi tamen & ſibi & tibi placebunt. ſi tantum ſibi, continendos cavea nidove curabis*. Martial. lib. VII. Ep. 16. *Ruris bibliotheca. Inter carmina ſanctiora ſi quis Laſcivae fuerit locus Thaliae, Hos nido licet inferas vel imo, Septem quos tibi miſimus libellos*. HEINS. *Sub terram* Venet. codex & Edd. & Mſſ. Barthii, qui & *fovêre*. ut & Regius. *ſub terra* Ed. Mediol. vid. ad Ovid. V. Met. 504. & II. Aen. 472. & Sil. Ital. VI. 150. de τῷ *fovere* vid. ſupr. ad lib. III. 420. BURM.

44. EXESAEQUE ARBORIS ANTRO. Vetus codex meus habet *alvo*. URSIN. *Alvo* codices nonnulli Pieriani & Menagianus noſter. ſed *alveo* ſcribendum. quod in pervetuſtis membranis ſe reperiſſe Fulvius Urſinus teſtatur. ſic libro ſecundo Mediceus quoque *alvo* pro *alveo* exhibebat 453. verſu: *Corticibuſque cavis vitioſaeque arboris alveo*. apud Silium tamen libro II. 219. habes, *Ad dulces ceras & odori corticis antra Mellis apes gravidae properant*. Macrobius etiam Saturnalium libro VI. cap. 7. *antrum* agnoſcit, & pro *caverna* hoc loco poni inſolenter monet. HEINS. *Alvo* Cod. Urſin.

vid.

[29] id eſt, pice R.

Digitized by Google

Tu tamen e levi rimoſa cubilia limo
Ungue fovens circum, & raras ſuperinjice frondis.
Neu propius tectis taxum ſine, neve rubentis
Ure foco cancros, altae neu crede paludi:
Aut ubi odor coeni gravis, aut ubi concava pulſu

Saxa

SERVII.

45. E LEVI RIMOSA CUBILIA LIMO. Alii [30] ET LEVI legunt. Unus tamen ſenſus eſt: nam hoc dicit: quod illae nimio labore perficiunt, tu e levi unge rimoſa cubilia circumfovens limo, etiam raras frondes ſuperinjice. Quod ideo fit, ne vel limus crepet, vel cavernae aut ſole penetrentur, aut frigore.

47. TAXUM SINE. Venenatam arborem. Ipſe in Bucolicis IX. 30. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxes.* Mel enim peſſimum exinde gignitur.

48. RUBENTES CANCROS. Odore enim ipſo pereunt. *Rubentes* autem, cum uruntur, [31] non quia per naturam ſint hujus coloris. ALTAE NEU CREDE PALUDI. Ne facile mergantur.

PHILARGYRII.

47. PROPIUS. Ut III. Georg. 355. *Propius ſtabulis armenta tenerent.* Et alibi VIII. Aen. 556. *Vota metu duplicant matres, propiuſque* [32] * *pericli. Hic amor.*

49. ODOR COENI GRAVIS. Ordo eſt: odor gravis, quia & levis dicitur, ut Salluſtius fragm. incert. *Apud Corduenos amomum, & alii leves odores gignuntur.*

VARIORUM.

vid. ad Ovid. III. Faſt. 747. *exeſaeque ilicis antro* Ed. Venet.

45. TU TAMEN E LEVI. Sic Mediceus, alter Mentelianus, aliique complures. in nonnullis *& levi.* Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro primo Ode 17. *Tuta inde e levi.* mendoſe. HEINS. *E*, vel *et* deeſt Tolliano. *levis limus.* ſi conjungi debeant haec duo, notaret, manu ſubactum & politum, ſive levatum, ut nitidus ſit, & quaſi ſplendens. ſed Servius alium ordinem conſtructionis videtur ſecutus, & *e levi* ſeparatim ponere, eodem modo, ut *e facili*, *e tuto* & ſimilia occurrunt, de quibus vid. Heinſ. ad Ovid. I. Art. Amat. 562. & III. 426. & ita idem notaret, quod levi manu unguas, non craſſo luto obducas: nam opponit Servius *nimio labori.* ſed hoc procedere non poteſt, quia eo ſenſu prima in *levi* debet corripi, ut notum eſt. Quare ſi ita capere libet, legendum ſine dubio *e leni*, nam utraque vox non modo centies in ſcriptis codicibus commutatur, ſed & ſaepe alterutra interpretationis loco eſt a Gloſſatoribus ſuppoſita. & ita *levi* & *leni manu* facere quis dicitur, quod molliter, & non duro & nimio labore facit, ut de utroque vidimus ad Quinctil. II. de Inſt. Orat. 4. ubi ſimilis diverſitas: ſic *leni dextra* dixit Silius V. 366. quod *molli tractu* idem extulit VI. 92. & *leviore manu ſanari* Claudian. II. in Eutrop. 14. ubi vide Barthium. ego tamen, quia durius mihi dictum videtur *ex leni*, vel *levi*, pro leniter aut leviter, malo *levem limum* intelligere, & illud *ungue fovens* ex conſueto more capere, pro ungue & fove, ut ita participia ſaepe poni vidimus ſupr. ad lib. III. 412. ſic Horat. III. Od. 8. *temperat abſtinens.* ubi vid. Lambinum: & hoc ſaepius a viris doctis jam notatum eſt. jam vero *ungure ex limo*, dictum proprie, ut Medici ſolent, pro *cum limo*, ut, *ex acete coquere*, *ex oleo terere* & ſimilia collegit Rhodius in Lexico Scriboniano in *ex*, & Keuchen. ad Samonic. cap. IV. & plures alii. pro *rimoſa* in Zulichem. erat *limoſa*: pro *fovens*, erat *favens* in Tolliano. *ungue* Gloſſa Regii exponebat, quaſi eſſet ablativus ab *unguis.* BURM.

46. SUPERINJICE. *Super* deeſt quarto Moreti; ut ſit hiatus.

47. TECTIS TAXUM SINE. *Taxum ſine tectis* alter Moretanus, *nec propius* tertius Rottendorphius. *ne propius* Aruſianus.

48. CANCROS. Arboris genus facit Gloſſa Regii codicis.

49. ODOR. *Odos* ἀρχαικῶς in tertio Rottendorphii. HEINS. *Ubi olor* Barthii codex. vid. ad Seren.

30 *& leni* Baſil. 31 non qui p. n. ſunt R. Voſſ. non qui p. n. ſint Fabr. al. 32 * legendum, *periclo*, *Is Timor & Major* &c.

Saxa ſonant, vociſque offenſa reſultat imago.
Quod ſupereſt, ubi pulſam hiemem ſol aureus egit
Sub terras, coelumque aeſtiva luce recluſit,
Illae continuo ſaltus ſilvaſque peragrant,
Purpureoſque metunt flores, & flumina libant
Summa leves. Hinc neſcio qua dulcedine laetae
Progeniem nidoſque fovent: hinc arte recentis
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.
Hinc ubi jam emiſſum caveis ad ſidera coeli
Nare per aeſtatem liquidam ſuſpexeris agmen,

60 Ob-

SERVII.

50. VOCISQUE OFFENSA. Reſonat Echo repercuſſa: quam apes vehementer horrere manifeſtum eſt.

51. PULSAM HYEMEM SOL AUREUS EGIT, Secundum Phyſicos: qui dicunt quo tempore hic hyems eſt, aeſtatem eſſe ſub terris: & verſa vice, [32] [cum hic aeſtas, illic] hyemem. Quod etiam Lucretius exſequitur, & trahit in argumentum [33] putealem aquam, quae aeſtate frigidiſſima eſt, hyeme vero [34] calidiſſima.

54. METUNT FLORES. Secant. Unde & meſſores dicti ſunt. Sane *meto*, *metis*, praeteritum [35] perfectum facit *meſſui*.

55. HINC. Ex floribus ſcilicet, ex quibus primo mel, mox pullos efficiunt. NESCIO QUA DULCEDINE LAETAE. Quadam arcana ratione naturae.

57. MELLA TENACIA [36] FIGUNT. Quia, cum inverſi [37] ſunt favi, mel tamen inde non funditur. Unde ait *tenacia*, quae in reſupinatis favis cohaererent.

58. CAVEIS. Alvearibus. [38]

59. AESTATEM LIQUIDAM. [39] Per ver ſerenum.

PHILARGYRII.

50. IMAGO. Quae Graece Εἰκὼν, Latine *imago* dicitur. Cic. Tuſc. III. 2. *Reſonat tanquam imago*. Hic autem ſonus facit eas fugere.

51. EGIT. Pro, perſequitur.

54. LIBANT. Deguſtant: alibi, defundunt, ut VII. Aen. 133. *Pateras libare Jovi.*

59. NARE. Pro, volare, ut Ennius in primo: *Tranſnavit cita per teneras caliginis auras.* Proprietas tamen vocis aptior eſt natantibus, quam volantibus.

VARIORUM.

ren. Samon. cap. VII. in Gudiano erat pro varia lectione *dolor*; forte pro *olor*. deinde *pulſo* idem a manu prima. *grandia pulſu* Vratiſl. *gravem* odorem opponi *levi* docuit Salmaſ. Exercit. Plin. 244. & 255. ut notavit jam Emmeneſſius. ſic Ovid. III. Art. 277. *cui gravis oris odor*. & ita forte, intellige, *ſpiritum gravem*, apud Celſum in praefatione. BURM.

50. IMAGO. Vid. Daviſ. ad Ciceron. III. Tuſc. 2.

52. TERRAS. *Terram* ſecundus Moreti. Parrhaſ. *refulſit* Vratiſl.

53. SALTUS. *Silvas ſaltuſque* Francianus. *pererrant* Tollianus & Parrhaſ.

57. EXCUDUNT. *Excludunt* tertius Rottendorphius, etiam Mentelius prior & Leidenſis a manu prima. *extudunt* primus Moretanus. *figunt* Francianus,

32 deſunt R. B. Voſ. V. in quo etiam deeſt hyemem. 33 puteatam R. 34 tepidior R. Voſ. V. B. quod praeferrem vulgatae: nam Lucretius lib. VI. 640. utitur comparativo, qui aeſtate *frigidior*, & hyeme *calorem* exprimit. BURM. 35 deeſt Fabr. al. 36 FINGUNT V. Voſ. 37 ſunt f. m. tantum V. ſint B. Voſ. R. 38 HINC pro dehinc Cod. Urſ. 39 purum, ſerenum V. ita apud Suet. Aug. XCV. *puro ſereno*. puram, ſerenam B.

Digitized by Google

Obſcuramque trahi vento mirabere nubem;
Contemplator: aquas dulcis, & frondea ſemper
Tecta petunt. Huc tu juſſos adſperge ſapores,
Trita meliſphylla, & cerinthae ignobile gramen:
Tinnituſque cie, & Matris quate cymbala circum.
Ipſae conſident medicatis ſedibus: ipſae
Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint; (nam ſaepe duobus
Regibus inceſſit magno diſcordia motu)

Con-

SERVII.

60. CONTEMPLATOR. [39] * Pro, intuere: nam tempus futurum pro praeſenti poſuit, ab imperativo modo. AQUAS DULCES, ET FRONDEA SEMPER. Propter hoc ait ſupra 19. *Et tenuis fugiens per gramina rivus, Palmaque veſtibulum. i. o. obumbret.*

63. TRITA [40] MELISPHYLLA. Varro hanc herbam apiaſtrum dicit, [41] in primo libro Operis Ruſtici. CERINTHAE IGNOBILE GRAMEN. Vile; ubique naſcens.

64. MATRIS CYMBALA. Quae in ejus tutela ſunt, ideo, [42] quod ſimilia ſunt [43] hemicyclis coeli, quibus cingitur terra, quae eſt Mater Deorum.

66. MORE SUO. Naturali ratione, cujus cauſa non redditur. Quis enim novit cur aeris ſono redeant in alvearia? licet ipſe paulo poſt dicat 151. *Crepitantiaque aera ſecutae, Dictaeo coeli regem pavere ſub antro.* [44] [Sed & hoc poëticum eſt.]

68. INCESSIT. Ingruit, invaſit. Alibi XII. Aen. 596. *Inceſſi muros, ignes ad tecta volare.* Et, *inceſſit regibus*, figuratum eſt: nam *inceſſit reges* dicimus.

67. SIN AUTEM AD PUGNAM EXIERINT: Longior ſolito parentheſis: eſt enim ordo inf. 86. *Sin autem ad pugnam exierint, hi motus animorum, atque haec certamina tanta Pulveris exigui jactu compreſſa quieſcent.*

PHILARGYRII.

63. MELISPHYLLA. *Meliſphylla* herba eſt, quam, ut ait Varro, alii apiaſtrum, alii melinem appellant. CERINTHAE. *Cerinthe* a Cerintho urbe Boeotiae, in qua plurima naſcitur. IGNOBILE autem non omnibus notum: *ignobile gramen*, vile, ubique naſcens.

VARIORUM.

cianus, Venetus, Edd. Steph. P. Dan. Cerdae & aliae.

58. HINC UBI JAM EMISSUM. *Miſſum* idem tertius Rottendorphianus, ſed & Gudianus a manu prima. HEINS. Pro *hinc* habebat *Kin* Mentelii prior a manu prima. unde *Quin* Heinſius faciebat.

61. AQUAS DULCIS. Sic cum ſcriptis Priſcianus libro ſeptimo. HEINS.

62. HUC TU JUSSOS ADSPERGE. Sic codices plerique. niſi quod in fragmento Moretano *hic adſperge*. editiones nonnullae *huic adſperge*. HEINS. *Huic* Editio Juntina. *hic* Vratiſl. *juſſos*, quos tibi praecipio. ut *jubeo* lib. III. 300.

63. TRITA MELIPHYLLA. *Meliſphylla* Mediceus, & caeteri praeſtantioris notae, inſerto ſigmate. quomodo etiam optimus codex membranaceus Columellae libro IX. cap. 8. recte etiam capite proximo. ubi in vulgatis exemplaribus *meliſſophylla* circumferuntur. ſic Thebae Aegyptiae Graecis ſcriptoribus Διόσπολις dicuntur, quae in Chronico Euſebiano Hieronymi ſunt *Diopolis*: nam τὰ *meliphylla* ſecundam ſyllabam corripiunt, ut *melilotus* & *melimela*. Nicander Theriacis 554. Τοῦ ἤτοι μελιφύλλου

39 * pro intuere imperative Cod. Urſ. 40 MELLIS FILLA. R. MELIS FILLA Voſ. B. MELIS FILA V. 41 in tertio Baſil. & ibi leguntur cap. 16. 42 qui V. pro quia. 43 hemicycliis R. Voſ. V. B. 44 deſunt R. B. Voſ. Steph. Dan. ſequens etiam nota ad ỷ. 67. Philargyrio debetur, itaque ejeci, ne bis legeretur.

Digitized by Google

Continuoque animos volgi & trepidantia bello
Corda licet longe praeſciſcere: namque morantis
Martius ille aeris rauci canor increpat, & vox
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum.
Tum trepidae inter ſe coëunt, penniſque coruſcant,
Spiculaque exacuunt roſtris, aptantque lacertos,
Et circa regem atque ipſa ad praetoria denſae
Miſcentur, magniſque vocant clamoribus hoſtem.
Ergo, ubi ver nactae ſudum campoſque patentis,

Erum-

SERVII.

69. TREPIDANTIA BELLO CORDA. Alacritate pugnandi; non timore. Alibi III. Georg. 105. *Exultantiaque haurit Corda pavor pulſans.*

70. MORANTES. Tarde incedentes. FRACTOS. Colliſos.

73. TREPIDAE COEUNT. Feſtinant inter ſe in alvearibus. [45] PENNISQUE CORUSCANT. Quemadmodum ſcuta milites commovent.

76. VOCANT CLAMORIBUS HOSTEM. Provocant.

77. VER NACTAE SUDUM. Serenum, poſt pluvias, ut VIII. 529. *Per ſudum rutilare vident.* CAMPOSQUE PATENTES. [46] [Id eſt, per] aërem purum & liquidum, non nubibus clauſum: & ita aër, campus eſt apum, ut mare [47] navium, hominum ſolum. Ipſe in quinto 199. *Subtrahiturque ſolum.*

PHILARGYRII.

73. CORUSCANT. Splendent.

77. SUDUM. *Sudum* eſt ſerenum ſubhumidum. Proprie autem *ſudum* pars ſerena inter nubes, quaſi ſemi udum.

VARIORUM.

λον ἐπιπλώουσι βοτῆρες, Οἱ δὲ μελίτταιναν, τῇ γὰρ περὶ φύλλα μέλισσαι Ὀδμῇ θελγόμεναι μέλιτος ῥοιζηδὸν ἕπονται. ad quem locum a Scholiaſte veteri μελιττὶς quoque nuncupatur. eadem herba & μελίτειον nonnullis. Varro libro III. cap. 16. R. R. *Apiaſtrum* meliſphyllon vocat, ubi de apibus: reliquum thymo & cythiſo obſeviſſe & apiaſtro; quod alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant. *Meliſphylla* igitur pro *Meliſſophylla.* ita enim ea Plinius non uno loco appellat. aut pro *Meliphylla.* idque verſus gratia. quomodo τρίσφυλλον (τριόφυλλον) pro τρίφυλλον apud eumdem Nicandrum Ther. 520. Heſychius. Μελίφυλλον, βοτάνη τις. ὃ καὶ μελισσόφυλλον ἢ πράσιον. Idem, Μελίταινα, πόα τις, ἣν ἔνιοι μελισσῶναν, ἄλλοι μελισσόφυλλον. Deprehendit hunc quoque in vulgatis Maronis codicibus errorem Salmaſius in Solinum pag. 71. quod deprehendi, cum haec jam annotaſſem. Caeterum *cerinthae gramen* quod hic *meliſphyllo* ſubjungit, Plinio etiam *cerinthe* eſt. libro XXI. cap. 12. ubi de hac lectione ambigit Dalecamp. Ariſtoteli & Theophraſto κήρινθον genere neutro dicitur. perperam in pleriſque codicibus vulgatis *cerynthae gramen* exſtat. HEINS. *Mellyſpilla* Francianus. *melis phylla* Regius. *cerynthae* multi & Editio Juntina. *caerintae* Mentelius prior. *cerintae* Menagianus prior, ſecundus Rottendorphius & Francianus. *cherintae* Parrhaſ. & Leid. *ignobile carmen* Venet. an *germen?*

64. ET MATRIS. Deeſt *&* ſecundo Menagiano.

65. CONSIDENT. *Conſidunt* Mentelius prior & ſecundus Moreti. qui & *condunt. meditatis* Francianus.

70. PRAESCISCERE. *Praediſcere* Venetus & Vratiſl. quod forte melius & noſtro in his libris uſitatius. BURM.

71. INCREPAT. Apud Columel. IX. 9. erat a ma-

45 PENNISQUE R. Voſſ. V. 46 deſunt R. B. Baſil. 47 navium ſolum ipſe R. Voſ. V.

Erumpunt portis; concurritur; aethere in alto
Fit ſonitus, magnum mixtae glomerantur in orbem,
Praecipiteſque cadunt. Non denſior aëre grando,
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.
Ipſi per medias acies, inſignibus alis,
Ingentis animos anguſto in pectore verſant.
Uſque adeo obnixi non cedere, dum gravis aut hos,
Aut hos verſa fugâ victor dare terga ſubegit.

Hi

SERVII.

79. GLOMERANTUR IN ORBEM. More [47] * bellantium. NON DENSIOR AERE GRANDO. In aliis enim bellis victi tantum pereunt: in certamine [48] vero apum, etiam victrices: nam dicturus eſt inf. 238. *Animaſque in vulnere ponunt.*

81. TANTUM PLUIT ILICE GLANDIS. [49] Erit nominativus, *haec glans.*

83. INGENTES ANIMOS. Statius I. Th. 417. *Major in exiguo regnabat corpore virtus.* Homerus Il. E. 801. μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής.

VARIORUM.

manu prima in S. Germ. codice, *invocat.*

72. AUDITUR. *Auditor* Gudianus a manu prima.

73. PENNISQUE. *Pinniſque* Mentelius prior & Gudianus. *ſpicula exacuunt* Mentelius a manu prima. *ſpiculaque acuuntque* Vratiſl.

75. AD. *Ad* deeſt primo Moreti.

77. NACTAE. *Nanctae* Gudianus. *campuſque potentis* idem.

78. ERUMPUNT PORTIS. Sic & ſcripti codices conſtanter. Fors tamen ſit, ut Maro ſcripſerit, *ſe rumpunt.* Adi annotata libro primo ℣. 446. Juntarum editio *Irrumpunt.* perperam. HEINS. *Erumpunt* Mentelianus. Columel. IX. 9. *ſive ad pugnam eruperint. irrumpunt* Ald. *concurrunt* Venetus. *concurritur aethere in alto: Fit* Zulichem. nihil move. Horat. I. Sat. I. 7. *quid enim? concurritur* &c. ut recte Cerda. *aethere alto* quart. Moret.

81. NEC DE. *Non* Menagianus prior. deinde *fluit* tertius Rottendorphius & Gudianus pro varia lectione. *pluet* Edit. Commelin. Amſtel.

82. IPSI. Scilicet reges. vid. ad Valer. Flac. III. 150. male Vondelius de plebe & militibus cepit. vid. Serv. ad III. Georg. 387. & quae nos ad Ovid. V. Triſt. I. 45. ita *ipſe* Aeneas I. Aen. 114. & IV. 356. *ipſum Jovem* explicat magnum, ut ſaepe alibi inſignitur. BURM.

83. IN PECTORE. *In corpore* alter Moreti pro diverſa lectione. ſed vulgata eſt apud Scholiaſt. Stat. I Theb. 417. *ingentes animos* explicamus ad Ovid. I. Met. 166. ubi vid. poſt hunc verſum in altero Rottendorphii erat,

Ipſi inter ſeſe reges fulgentibus alis.

BURM.

85. COEGIT. *Subegit* Pieriani omnes, ut & noſtri, excepto Moreti fragmento. recte. ſic ſupra libro tertio 217. *ſaepe ſuperbos Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes.* pro cogit. Aeneidos X. 65. *Aenean hominum quiſquam Divûmque ſubegit Bella ſequi.* Aen. V. 794. *claſſe ſubegit Amiſſa ſocios ignotae linquere terrae.* Aeneidos ſexto 567. *caſtigatque auditque dolos ſubigitque fateri.* ſeptimo 214. *fluctibus actos Atra ſubegit hiems veſtris ſuccedere muris.* libro VIII. 112. *quae cauſa ſubegit Ignotas tentare vias?* ſic & Hiſtorici frequenter. Varro apud Gellium libro XIX. cap. ult. *illud enim inopia fecerunt, hoc nulla re ſubacti.* apud Silium Italicum libro primo 635. ex optimis membranis, *quam rite fatentur Marte ſatam populi ferro parere ſubacti.* Praeterea malim, ſi per codices vetuſtos liceat, *fugae victor dare terga ſubegit.* ut apud Naſonem XIII. 879. *Terga fugae dederat conver-*

47 * bellantum Voſſ. B. 48 deeſt R. Voſſ. V. B. 49 hoc eſt non tantum glandis, & erit Cod. Urſ.

Digitized by Google

Hi motus animorum atque haec certamina tanta
Pulveris exigui jactu conpreſſa quieſcent.
Verum ubi ductores acie revocaveris ambo;
Deterior qui viſus, eum, ne prodigus obſit,
Dede neci: melior vacua ſine regnet in aula.
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens:
(Nam duo ſunt genera) hic melior, inſignis & ore,
Et rutilis clarus ſquamis: ille horridus alter
Deſidia, latamque trahens inglorius alvum.
Ut binae regum facies, ita corpora plebis.

Nam-

SERVII.

87. PULVERIS EXIGUI JACTU. Quia cum pulverem viderint, ſperant tempeſtatem futuram, quae eis plurimum nocet.

89. DETERIOR QUI VISUS. Pejor a malo dicitur: deterior a meliore. PRODIGUS. Non mella conficiens, ſed mella conſumens. Ideo autem regem ſolum praecipit occidendum, quia eo amiſſo, [50] ſuus diſſipatur exercitus: nam ℣. 95. *Ut binae regum facies, ita* [51] *corpora plebis.*

91. [52] SQUALENTIBUS. Splendentibus: quod a ſquamis venit, ut III. Aen. 467. *Squamis auroque trilicem.* [53] Nam ſi a ſqualore eſt, ſordidum ſignificat, ut II. Aen. 277. *Squalentem barbam.*

PHILARGYRII.

88. AMBOS. Legitur & *ambo: Revocari* autem *apes* vel lacte, vel aqua mulſa, Plinius dicit.

89. DETERIOR. Modo quare deterior, ſi ille ſervatur, qui malus eſt? ſolvitur: deterior minus bonus, ut I. Aen. 229. *Triſtior & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes.*

90. VACUA. Hic ad aemulum refertur, ut: *Sola domo moeret vacua:* in qua maritus non erat.

VARIORUM.

verſa Symaethius heros. HEINS. Libr. XII. 463. tamen eſt, *fuga Rutuli dant terga per agros.* de verbo *ſubigere* vid. ad Ovid. VI. Metam. 496. & ad Claudian. II. in Ruf. 314. BURM.

88. AMBOS. Legitur & *ambo*, notiſſima antiquis varietate. FABRIC.

89. NE PRODIGUS OBSIT. In Mediceo a manu prima *obſiet.* ἀρχαικῶς. HEINS. *Ne providus* Zulichem.

91. AURO. *Alvo* ſecundus Rottendorphius.

92. MELIOR, INSIGNIS ET ORE. *Meliorque* Mediceus. HEINS. Et quartus Moreti & Zulichemius. *binc melior* Menagianus. *inſignis & auro* Ed. Venet.

93. SQUAMMIS. *Gemmis* Zulichem. *Horridus* non terribilem cum Vondelio; ſed cum Columella expone foedum, & ſordido ſputo ſimilem. eumdem erravit errorem infr. 407. ubi *ſus horridus* eſt vel ſordidus, immundus, vel ſetoſus. non terribilis. BURM.

94. LATAMQUE. *Lateque* quartus Moreti. *alvom* Gudianus.

95. ITA CORPORA GENTIS. *Plebis* recte Mediceus & Mentelianus, caeterique omnes, nullo prorſus excepto. Columella lib. cap. IX. 9. pari modo: *quippe talis eſt apium natura, ut pariter quaeque plebs generetur cum regibus.* mox idem Columella, *ſunt enim ſaepe plures unius populi duces, & quaſi procerum ſeditione plebs in partes diducitur.* ubi *populum* habes, quomodo apud Homerum Iliad. β. *ἔθνεα μελισσάων.* Iterum idem Columella capite X. in vetuſtis membranis, quas Lutetiae evolvi, plane *corpora plebis* agnoſcit, hoc Maronis prolato loco.

nam

50 ſuis V. 51 *& corpora* Steph. Dan. 52 SCALENTIBUS Voſ. 53 nam a ſqualore ſordidum R. Voſ. V. B. Steph. Fabr. al.

Namque aliae turpes horrent: ceu pulvere ab alto
Quum venit, & ſicco terram ſpuit ore viator
Aridus: elucent aliae, & fulgore coruſcant
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Haec potior ſuboles. Hinc coeli tempore certo
Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem.
At quum incerta volant, coeloque examina ludunt,
Contemnuntque favos, & frigida tecta relinquunt;

In-

SERVII.

97. Terram sicco spuit ore viator. Aut in terram: aut re vera terram, propter pulverem.

99. Paribus lita corpora guttis. Similibus, id eſt, aureis, habentes diſtincta corpora: nam *lita*, eſt *illita*, diſtincta.

100. Potior soboles. Ad mella ſcilicet procreanda. Caeli tempore certo. Et cum oriuntur [54] Pleiades, & cum occidunt: id eſt, verno tempore, & autumno.

101. Dulcia mella. Non eſt ſuperfluum epitheton. Nam ideo ait dulcia, quia etiam ſunt amara, ut Corſicana; ſicut in Bucolicis ix. Ecl. 30. diximus.

102. Liquida. Defaecata, ſine ſordibus: [55] non quae fluunt, nam mala ſunt. Durum Bacchi domitura saporem. Apta mulſo. Bene autem ait durum ſaporem: quia majores vina aſperrima mellis dulcedine temperabant.

104. Frigida tecta. Melle vacua, inoperoſa: contra, Fervet opus. [56] [E contra Terentius Eun. ii. ii. 37. *Nimirum hic homines frigent.*]

PHILARGYRII.

99. Lita. Ordo eſt: Ardentes auro corpora, & paribus guttis lita.

100. Coeli. Ut i. Georg. 335. *Coeli menſes & ſidera ſerva:* Et iii. Georg. 327. *Inde ubi quarta ſitim coeli collegerit hora.*

VARIORUM.

nam vulgata ejus exemplaria pari mendo ſunt contaminata. idem codex membranaceus paullo ante exhibebat, *Alter enim maculis*, non *erit*. Porro cap. xi. *duas vel tres alveorum plebes in unum contribuere* (leg. *contrahere*) *licebit*. & cap. xiii. *quaſi peregrina plebes regi ſubmoveri debent*. Denique cap. xiv. *idque ſemper faciendum, eſt etiam in iis alvis, quae paucitate plebis infrequentes ſunt*. &, ne nimii ſimus, capite rurſum xv. quod monuiſſe ſufficiat. Plinius lib. xi. cap. xvii. & xviii. Solinus cap. 27. de leonibus: *at hi, quos creant pardi, in plebe remanent jubarum inopes*. apud eumdem cap. xxvii. *plebes ſimiarum*. ſic & δῆμον πιθήκων Philoſtrato quoque dici notant homines eruditi. *vulgus* vocat ſerpentes reliquos prae baſiliſco Lucanus libro ix. 725. appoſite Sulpitia in ſatura. *Aſt ubi pax ſecura redit, oblita favorum Plebs materque una ſomno moriuntur obeſo*. de apibus. qui locus etiamnum mendoſus. lege *Plebs patreſque*. nam v. c. *faterque*. noſter *vulgum* mox vocat, *Corda licet vulgi praeſciſcere*. Ἔθνεα ἰχθύων apud Graecos Poëtas. vid. Bochart. Hierozoici libro iii. cap. 33. p. 1009. ſic & *vulgus*. vid. Giſan. Indice Lucretiano in *vulgus*. & emenda Gratii locum valde corruptum de canibus. Columella lib. ix. cap. xi. inter plebem & ſenatum apes dividit. Loco valde corrupto. De apibus vide multa ad rem Quinctiliani Declam. xii. cujus inſcriptio *Apes pauperis*. *duces & regulos apium* Varro Rei Ruſt. lib. iii. cap. 16. vocat, qui Sul-

54 Pliades R. B. Steph. & ita fere ſemper. mox verno, & autumno, omiſſo *tempore* R. Voſ. V. B. Steph. Dan. & recte: ſic apud Columell. vii. 7. *ſive autumnum verno mutetur*. vid. Heinſ. ad Ovid. iii. Met. 729. & Gron. iii. Obſ. 24. Valeſ. ad Amm. Marc. xviii. 4. & quae diximus ad Quinct. xii. 8. & viii. Aen. 456. plura dabimus ad Lucan. x. 229. Burm. 55 nam quae fluunt mala ſunt Baſil. 56 deſunt R. Voſ. B. Steph. *contra* deeſt Baſil.

Inſtabilis animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor. Tu regibus alas
Eripe. Non illis quiſquam cunctantibus altum
Ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna.
Invitent croceis halantes floribus horti,
Et cuſtos furum atque avium cum falce ſaligna
Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi.

Ipſe

SERVII.

105. INSTABILES ANIMOS. [57] Suadentes inanem vagandi licentiam.

107. QUISQUAM. Subaudi militum: aut certe quiſquam de exercitu.

108. ALTUM IRE ITER. Aut [58] ludendo in altum volare, aut in bella procedere, [59] [alias non audebit. Et trahit tranſlationem a militibus, qui in bellum proceſſuri ducum praecepto ſigna tollunt: nam apes haec ſigna non habent; ſed *ſigna* dicit ipſum motum bellandi inter ſe.]

109. CROCEIS FLORIBUS HORTI. Tam odoris optimi quam coloris: non enim dicit illic crocum ſolum eſſe debere.

110. [60] [FALCE SALIGNA. Facta de ſalice: quaſi in ſimulachro ligneo.]

111. HELLESPONTIACI SERVET TUTELA PRIAPI. Non dicit Priapum illic eſſe debere, ſed praecipit tales eſſe hortos, [61] ut mereantur deum habere cuſtodem. Hic autem Priapus fuit de Lampſaco civitate Helleſponti: de qua pulſus propter virilis membri magnitudinem, poſt in numerum deorum receptus, meruit numen eſſe hortorum. De hoc Horatius I. Sat. VIII. 4. *Nam fures dextra coërcet, Obſcoenoque ruber porrectus ab inguine palus: Aſt importunas volucres in vertice arundo* [62] *Terret fixa.* Dicitur autem praeeſſe hortis propter eorum foecunditatem. Nam cum alia terra ſemel creet aliquid, horti nunquam ſine fructu ſunt.

PHILARGYRII.

109. CROCEIS. Ipſe alibi I. Aen. 417. *Sertiſque recentibus alant.* Id eſt, olent.

110. CUSTOS FURUM. Hic *cuſtos*, pro, obſervator & prohibitor: & alibi: *Hortorum cuſtos cum falce ſaligna*, &c.

111. HELLESPONTIACI. Quoniam in Lampſaco, civitate Helleſponti, nutritus eſt. Hunc Liberi & Veneris filium, hortis, & vineis cuſtodem datum ajunt.

VARIORUM.

Sulpiciae *patres*. Varro ibidem cum Menecrate tres eorum ſpecies conſtituit. *duces* etiam Columellae lib. IX. cap. IX. & *proceres* & *principes*. *duces* denuo lib. X. cap. XI. *turbam vetuſtiorem apium ſenatum vocat. principes* cap. XI. HEINS. *Gentis* tamen habet in ipſis Virgilii verbis Columella lib. IX. cap. 9. & ait,

Namque duae Regum facies, duo corpora gentis.
Alter erit &c.

vel *enim*, ut in S. Germ. codice. dubius itaque haereo inter utramque lectionem, quia pro utraque ſatis multa adferri poſſunt ex Poëtis loca, quibus *gentem* de animalibus dixere. ut probavi ad Phaedr. lib. I. fab. XI. ſed quia facilius librarii *plebis* in *gentis* videntur potuiſſe mutare, & quia *regibus* opponitur *plebs*, in ſententiam Heinſii lubens concedam. vide ad Valer. Flac. I. 71. &, ad quem ibi remiſi Lectorem, Bentlej. ad Horat. III. Od. 6. BURM.

97. ET TERRAM SICCO. *Cum venit, & ſicco terram* Mediceus & Gudianus cum primo Moretano, & Rottendorphiano tertio; caeteri *& terram ſicco*. HEINS. *Sicco terram* Columella, qui & *quam* pro *ceu* legiſſe videtur, forte, *ceu pulvere anhelus Cum venit.* pulvis ab alto poteſt eſſe, qui vento per aera fertur, & foedat ita Viatoris cor-

57 ſuadens Baſ. vacandi R. 58 ludendo altum Voſ. R. Voſ. V. B. 59 deſunt R. Voſ. V. B. & Steph. & Dan. qui tamen, *alias non audebit* habent, quae neſciunt Fabr. & al. ſed reliqua dant nobis. 60 deſunt Fabr. Baſil. 61 mereamur Steph. 62 *terret arundo fixa* R.

Ipſe thymum pinoſque ferens de montibus altis
Tecta ferat late circum, cui talia curae:
Ipſe labore manum duro terat: ipſe feracis
Figat humo plantas, & amicos inriget imbris.
Atque equidem, extremo ni jam ſub fine laborum
Vela traham, & terris feſtinem advertere proram;
Forſitan &, pinguis hortos quae cura colendi

Or-

SERVII.

112. IPSE THYMUM. [63] Scilicet diligens ruſticus, & cultor hortorum.

115. [64] IRRIGET IMBRES. Id eſt, aquas. Juvenalis III. Sat. 227. *In tenues plantas facili diffunditur hauſtu.*

117. VELA [65] TRAHAM: ET TERRIS FESTINEM ADVERTERE PRORAM. Illam allegoriam reſpicit, qua eſt uſus in II. Georg. 44. *Ades, & primi lege littoris oram.* Item 41. *Pelagoque volans da vela patenti.* [66] [FESTINEM. Pro, feſtinarem.]

118. PINGUES HORTOS. Foecundos. BIFERIQUE ROSARIA PAESTI. *Paeſtum*, oppidum eſt Calabriae, in quo uno anno bis naſcitur roſa.

PHILARGYRII.

112. IPSE THYMUM PINOSQUE FERENS. Legitur &, *tinos*. Eſt autem laurus ſylveſtris caerulea bacca.

115. IRRIGET. *Irrigare* ergo duobus modis dicimus, ut Horat. II. Sat. IV. 16. *Irriguo nihil eſt elutius horto*: Et ſup. 32. *Irriguumque bibant violaria fontem.* IMBRES Quomodo imbres irriget, cum terra aqua irrigetur? ſolvitur: Bene dixit: *Irrigat* enim qui mittit, & cui mittit. Alibi I. Aen. 691. *At Venus Aſcanio placidam per membra quietem Irrigat.*

VARIORUM.

corpus totum, ut ore pleno pulverem exſpuat. BURM.

99. LITA. *Ita* Moreti quartus.

101. PREMES. *Premens* Mediceus.

102. ET LIQUIDA, ET DURUM BACCHI DOMITURA SAPOREM. *Et liquida, durum Bacchi edomitura ſaporem* Gudianus a manu prima. HEINS. *Et* etiam deerat Zulichemio. *ac durum* primus Moreti. *liquida* recte pura Servius. nam ne liqueſcant cavendum. vid. ſupr. ỳ. 36. & inf. 163. *durum* acetum & vinum ſaepe apud Samonic. cap. XXVI. & XLV. BURM.

103. AT CUM. *Et quom* Francianus.

104. CONTEMNUNTQUE. MS. Barthii: *contemtuque favos & ſ. t. relinquam.*

105. INSTABILIS. *In ſtabulis* tertius Rottendorphius, & Mediceus a m. pr. & Gudianus a manu prima. *prohibetis* ſecundus Rottendorphius.

108. AUT CASTRIS. *Et caſtris* Rufinianus de Schematis lexeos p. 32.

109. HALANTES. *Olentes ſ. orti* Francianus. *alantes* Regius. vid. ad Ovid. VIII. Met. 675.

110. ATQUE AVIUM. *Aut avium* ſecundus Rottendorphius. *& avium* Menagii prior. *cuſtos frugum* Mediceus a manu prima.

112. PINOSQUE. Vid. ad Ecl. VII. 65.

113. SERAT. *Ferat* quartus Moreti.

114. TERAT. Vide Brouckh. ad Tibul. I. IV. 41.

Ibid. FERACES. *Ferentes* quartus Moreti.

115. IRRIGET. Vid. Barth. ad Claud. Epith. Hon. 102. & Cl. Drak. ad Liv. V. 16. ubi forte tranſponenda verba, *per emiſſam agros rigabis.* de reciprocis his verborum conſtructionibus diximus aliquid ad Ecl. IX. 20. & II. Aen. 263. BURM.

116. ATQUE. Decembrius Polit. I. part. XI. NANS.

117. FESTINEM. *Properarem* Mentelii prior pro diverſa lectione. *avertere* ſecundus Moreti, & Vratiſl.

63 deeſt R. Voſ. B. Steph. Dan. 64 IRRIGET. id eſt, infundat. IMBRES. Fabr. al. 65 TRAHAM. pro traherem Fabr. al. 66 deſunt B. R. Voſ. Steph. Dan.

Ornaret, canerem, biferique roſaria Paeſti:
Quoque modo potis gauderent intuba rivis;
Et virides apio ripae, tortuſque per herbam
Creſceret in ventrem cucumis: nec ſera comantem
Narciſſum, aut flexi tacuiſſem vimen acanthi,
Pallentiſque ederas, & amantis litora myrtos.

Nam-

SERVII.

122. CRESCERET IN VENTREM CUCUMIS. In curvaturam. [67] Ideo autem ſic [68] quia per herbam: nam rectus creſcit, ſi pendeat. Sane *hic cucumis*, *hujus cucumis* declinatur; ſicut *agilis*, ſecundum idoneos. Nam [69] neoterici *hic cucumer*, *hujus cucumeris* dixerunt, ſicut *pulver*, *pulveris*. NEC SERA COMANTEM NARCISSUM. Sero flores habentem.

124. [70] [PALLENTES HEDERAS. Dicit ſe, niſi ad finem Georgicorum feſtinaret, etiam hortorum rationem & herbarum cultum adhuc ſcripturum fuiſſe.]

PHILARGYRII.

119. PAESTUM. *Paeſtum*, civitas Lucaniae. Haec civitas Poſidonia dicitur: & eſt in agro Salentino, colonia Tarentinorum.

123. AUT FLEXI. *Flexi*, pro, flexibilis. VIMEN. *Vimen*, pro caule poſitum.

VARIORUM.

Vratiſl. *prorat* Gudianus a manu ſecunda.

118. CURA COLENDI. *Colenti* Gudianus idem ab eadem manu. non male. HEINS. Forte, *colentis*.

119. PAESTI. *Baſti* Mediceus manu prima.

120. INTUBA RIVIS. *Intyba rivis* Nonius Marcellus in *Intyba*, cum membranis compluribus. at Priſcianus libro nono, *intyba fibris*. ut ſupra *& amaris intyba fibris*, nec aliter libro undecimo idem Priſcianus denuo agnoſcit. *fibris* etiam in Longobardico Pieri legebatur. Columella libro x. *Jam breve chaerophylum, & torpenti grata palato Intyba, jam teneris frondens lactucula fibris.* *fibrae herbarum* apud Prudentium Hamartigenia. *Quid loquar herbarum fibras? radicum fibrae* apud Ciceronem & Plinium in Naturali hiſtoria non ſemel occurrunt. ad fibras quoque foliorum reſpexit Mela II. 3. *Peloponeſos ob ſinus & promontoria, quis ut fibris litora ejus inciſa ſunt, platani folio ſimillima. fibras* pro foliis poſuiſſe videtur Columella libro II. cap. XII. etſi Servius radiculas interpretatur. *Triticum & adoreum cum quatuor fibras habere coeperit. ordeum cum quinque. fibra porri* apud eundem libro VI. cap. 10. ubi *fibram* a radice diſtinguit. libro XII. cap. 2. *cum enata frumenta quatuor fibrarum eſſe coeperint*. cap. 3. *deinde cum ternas fibras emiſerint ſpicae*. HEINS. *Si fibris* legendum, non videtur mihi τὸ *potis* convenire, ſed *fibris* ex alio loco I. 120. tranſlatum. *poſitis* Ed. Vener.

121. TORTUSQUE. *Totuſque* Tollianus.

122. SERA. *Sero* ſcripti noſtri, exceptis Mediceo, Veneto, Voſſiano altero, & tertio Rottendorphiano. etiam Gudiano, ſed a manu prima, quomodo & Servius agnoſcit, uti a Pierio, Gyphanioque jam monitum. apud Statium Thebaidos I. *ſero memor thalami*. libro II. *queriturque fidem tam ſero repoſci. ſera* malo. ſic alibi, *Multa gemens* & *tranſverſa fremunt*, & *tranſverſa tuentur*. vid. Voſſ. de conſtruct. cap. 61. *Sera* circa Septembrem floret Narciſſus. Theophraſt. Hiſt. plant. lib. VI. cap. 6. HEINS. Vid. Giſan. Ind. Lucret. in *adverbia*. & Erythr. in *crebra*.

124. PALLENTESQUE HEDERAS. *Pallanteſque* ſecundus Rottendorphianus. tertius, *Pallantiſque*. Forte, *Palantes hederas* reliquerit nobis hic loci Maro. in Anthologia Graecorum epigrammatum L. VI. C. 7. Κισσὸς πολυπλανής. Κισσοῦ δὲ Βρομίοιο κλῶνα πολυπλανέος. Nonno in Dionyſiacis Κισσὸς ἀλήτης quomodo in Bucolicis *hederas errantes* habuimus. ſed & ibidem *Pallentes* & *albae* occurrunt, ut a *nigris* diſtinguan-

67 ideo autem in curvaturam, quia per herbam rectus &c. Cod. Urſ. 68 qui per Dan. 69 neoterici *hujus cuc.* B. Voſ. V. Steph. Dan. Fabr. al. nam neutrius generis veteres *hoc cucumer*, hujus &c. R. etiam ad VI. Aen. 320. citat *Neotericos*, quos opponi *idoneis* auctoribus docet Salmaſ. in Prolegom. ad Solinum & pag. 149. verſum neotericum ultimum libri VIII. vocari a Criticis notavit Servius. BURM. 70 deſunt R. Voſ. B. Steph. Dan. pertinent vero ad ℣. 146.

Namque ſub Oebaliae memini me turribus altis,
Qua niger humectat flaventia culta Galaeſus,
Corycium vidiſſe ſenem: cui pauca relicti
Jugera ruris erant: nec fertilis illa juvencis,
Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Baccho.

Hic

SERVII.

125. OEBALIAE TURRIBUS ALTIS. *Oebalia*, ipſa eſt Laconia: unde de Caſtore & Polluce ait Statius III. Silv. II. 10. [71] *Oebalidae fratres.*

126. [72] GALESUS vero fluvius eſt Calabriae, qui juxta civitatem labitur Tarentinam, in qua ſe hortos optimos vidiſſe commemorat. *Oebaliae* autem *turres* ait, quas condiderant hi, qui de Oebalia venerant: nam, ut etiam in tertio Aeneidos 551. diximus, Lacones diu bello attriti [73] ab Athenienſibus, & inopiam timentes virorum, praeceperunt, ut virgines [74] eorum cum quibuſcunque [75] concumberent: quo facto cum poſt victoriam juvenes de incertis parentibus nati erubeſcerent originem ſuam (nam & [76] Partheniae, [77] [id eſt, de virginibus nati,] appellabantur) duce [78] Phalanto, octavo ab Hercule, navigiis profecti, venerunt ad oppidum Calabriae, quod [79] Taras Neptuni filius condiderat, [80] & id auctum habitaverunt.

127. CORYCIUM VIDISSE SENEM. [81] Cilicem, a *Cilicia*: [82] *Corycos* enim civitas eſt Ciliciae, in qua antrum illud famoſum eſt pene ab omnibus celebratum. Et per tranſitum tangit hiſtoriam memoratam a Suetonio. Pompejus enim, victis piratis Cilicibus, [83] partim ibidem, partim in Graecia, partim in Calabria agros [84] dedit. Unde Lucanus I. 346. *An melius* [85] *fient piratae, Magne, coloni.* Male autem quidam *Corycium* proprium aſſerunt eſſe nomen, cum ſit appellativum ejus, qui more Corycio hortos excoluit. Quod etiam Plinii teſtimonio comprobatur. *Vidiſſe ſenem.* Ordo eſt: [86] *Memini vidiſſe* ſenem: dicimus autem [87] & *memini videre.* Terentius And. II. V. 18. *Memini videre, quo aequior ſim Pamphilo, ſi ſe illam in ſomnis* [88] [*amplecti maluit.*] RELICTI. Deſerti, atque contempti. Quis enim agrum non ſperneret nulli rei aptum, non vitibus, aut frumentis vel paſcuis?

PHILARGYRII.

125. OEBALIAE. *Oebaliam* arcem Tarentinam dicit a Lacedaemonio Oebalo, longe petito epitheto: quia Lacedaemonii duce Phalanto Tarentum condiderunt.

127. CORYCIUM. *Corycium*, Cilicium, a monte & civitate Ciliciae Coryco. Alii *Corycium* non natione ſed peritia, quod haec gens ſtudioſe hortos colat. Et ſic dictum eſt, ut VII. Ecl. 4. *Arcades ambo.*

129. OPPORTUNA SEGES. *Seges* pro terra.

VARIORUM.

guantur. HEINS. Barthius in ſuo codice reperit *fallenteſque*, quod explicare nititur. ſed *pallentes* ſaepe tranſiit in *palantes* vitio librariorum. ut Ecl. II. 47. & alibi. paſſim vero pallentes herbae, olivae &c. occurrunt. ego vulgatam ſervo. BURM.

Ibid. AMANTES LITORA MYRTOS. Brodaeus a Stapel ad Theophraſt. IV. 6. p. 377. profert tamquam alio loco dixiſſet, *amantes frigora myrtos*, quod ego nuſquam in Virgilio reperi. & corrigit *litora. taxos amare frigora* dixit lib. II. 113. quare vana omnis diſputatio. litoribus gaudere *myrtos* probare nihil attinet. obvium enim. Camerarium Fil. in Horto ſuo eumdem errorem erraſſe docet Hofmannus lib. V. Var. Lection. cap. 34. BURM.

125. NAMQUE SUB OEBALIAE MEMINI ME TURRIBUS ALTIS. *Sub Oebaliae. m. m. turribus arcis* apud Aruſianum Meſſium. non male. En ver-

71 *Oebalii* apud Stat. 72 Gallos vero R. & mox, labitur Carentinam V. 73 a Meſſeniis Cod. Urſ. 74 deeſt B. R. Voſ. V. Steph. Fabr. al. 75 converberent V. 76 Partheniatae B. Steph Dan. Fabr. al. 77 deſunt B. R. Voſ. Steph. Dan. 78 Phalantho Cod. Urſ. Pallanto Steph. Palanto Baſ. 79 Tiaras Baſil. 80 & auctum V. 81 Cilica, Coryeus R. Cilicium Coricos B. 82 Coricus V. 83 partim in Calabria, omiſſis mediis Cod. Urſ. partim ibidem in Graecia R. Voſ. B. 84 donavit Steph. Dan. 85 *figent* Voſ. Steph. Dan. *fiant* Cod. Urſ. ſed *fient* ipſe Servius adgnoſcit ad XII. Aen. 359. 86 memini, improprie, vidiſſe Fabr. al. ſenem deeſt B. R. Voſ. 87 *& memini videre orſum* (ortum) *Pamphilo, ſi ſe illam in ſomnis* Voſ. R. *vidiſſe illam in ſomnis* Cod. Urſ. *is ſe illam* in ſomnis B. 88 deſunt B. R. Voſ. V. Steph. Dan. Baſil.

Digitized by Google

Hic rarum tamen in dumis olus, albaque circum
Lilia, verbenaſque premens, veſcumque papaver,

Re-

SERVII.

130. RARUM HOLUS. Id eſt, [89] panctile. VESCUMQUE PAPAVER. [90] [*Veſcum*, tria ſignificat, minutum, edule, multum; & aliud,] quo veſcimur: nam eſt aliud lethaeum, quo non utimur: nam ſup. III. 175. *veſcas ſalicum frondes* aliter dictum eſt.

PHILARGYRII.

130. RARUM. Pro praecipuo & ſummo.

131. VESCUM. *Veſcum* tria ſignificat, minutum, edule, multum.

VARIORUM.

verba ejus. *Memini me feciſſe. hujus elocutionis raro invenitur exemplum.* Virgil. Georg. IV. *namque ſub Oebaliae memini me turribus arcis Corycium vidiſſe ſenem.* Agraecius tamen de Orthographia vulgatam lectionem exhibet. HEINS. *Turribus autis* Medic. a m. pr. *Oebalia* ergo vel abſolute debet ſumi de Tarento; ut *Caſtalia* ſupr. 293. vel cum Aruſiano legendum, *ſub Oebaliae m. m. t. arcis.* nobilis enim arx Tarentina, de qua in ejus obſidione multa Livius lib. XXV. cap. 10. & ſeqq. Sil. XII. 435. Claudian. Conſ. Man. 153. *Oebaliam Tarentum* vocat. Horat. etiam II. Od. 6. ubi de Galaeſo praemiſerat, deinde *beatas arces* memorat. BURM.

126. QUA PIGER HUMECTAT FLAVENTIA CULTA GALESUS. *Niger* Mediceus & caeteri omnes. elegans oppoſitio *niger* & *flaventia.* τὸ *piger* ex Johannis Scopae collectaneis profluxit. *piceum* dixit Maronis aemulator Sidonius Apollinaris carmine XXIV. VIII. qui hunc locum manifeſte eſt imitatus.

Quales Corycium ſenem beantes
Fuſcabat picei latex Galeſi.

Scholiaſtes etiam Crucquianus Horatii libro II. Ode 6. *nigrum Galaeſum*, non *pigrum* hoc Maronis prolato loco agnoſcit. apud Martialem libro XII. Epigr. 64. *Albi oves Galeſi* occurrunt. ſed id ad colorem lanae Tarentinae referendum potius, quam ad flumen. Deinde *Galaeſus*, eſt in optimo Mediceo, in altero quoque Menteliano & Rottendorphiano priore. & ſic Aeneidos ſeptimo ỳ. 535. iidem codices, ut illic monuimus. neque aliter id nomen videtur ſcribi oportere apud Horatium, Statium, Sidonium, Claudianum, Martialem multis locis, etiam apud Silium libro I. Nam Polybio Γαλαῖτος fluvius is dicitur libro VIII. ubi de Tarento agit, τὸν ποταμὸν, παρὰ μὲν τισὶ Γαλαῖσον, παρὰ δὲ τοῖς πλείστοις προσαγορευόμενον Εὐρώταν. ὃς ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην ἀπὸ τοῦ τοῦ παρὰ Λακεδαίμονα ῥέοντος Εὐρώτα. In Martialis codice pervetuſto Puteaneo *Galaeſus* etiam non ſemel exaratum offendi. HEINS. *Niger* Vratiſl. videndi Interpretes Cerda, Ruaeus & Catroeus, quorum omnia interpretamenta huc referre piget. ſed nolui perire quae praeter redacta ab Heinſio in notam hanc, reperi, in diverſas ſchedas ab eo conjecta. unde fluctuaſſe eum conſtat. ea ita ſe habent. poſſet etiam capi *niger* pro umbroſo. ut Propert. II. 34.

Tu canis umbroſi ſubter pineta Galaeſi.

ita *nigrae umbrae* Silio lib. V. 483. de aeſculo.

Lateque tenebat
Frondoſi nigra tellurem roboris umbra.

ita *atrum* & *nigrum* nemus paſſim. poteſt tamen & ad aquam referri. ut Homero πηγῇ μελάνυδρος. & ad colorem, quo lana Tarentina & Galaeſo proxima inficitur. hanc enim eſſe pullam tradit Plinius lib. VIII. cap. 48. *Hiſpania nigri velleris praecipuas habet. Pollentia juxta Alpes cani, Aſia rutili, item Baetica, Canuſium fulvi, Tarentum & ſuae pulliginis.* qui locus mendoſus eſt. de ovibus tinctis ex colore fluminum. vide Plin. lib. XXXI. cap. 2. & ibi Interpretes. apud Martial. XII. 64. *Albi quae ſuperas oves Galaeſi. Niger* etiam fortaſſe, quia potus nigros greges reddebat; ut Clitumnus albos, de quo Silius lib. IV. *patulis Clitumnus in arvis, Candentes gelido perfundit flumine tauros.* ubi v. Dauſquei notas, & alios paſſim. apud Horat. II. Epiſt. 1.

Lana Tarentino violas imitata veneno.

hoc eſt nigricantes. ſic nigrae *violae* apud noſtrum Ecl. X. 39. & *fuſcae* apud Claudianum. ἰοειδὴς κρήνη. id eſt *nigra* Heſiodo Theog. 3. de cujus loco alibi quaedam notamus. ſic *nigri flores* Lucan. III. 411. *Albus* cur a Martiali dicatur, cum niger ſit aliis? forte quod togae in Galaeſo lotae redderentur albicantes. vid. lib. II. Epig. 43. & lib. IV. 28.

Et lotam tepido togam Galaeſo,

idem lib. XIV. 155.

LA-

89 planctatile Cod. Urſ. plantatile Fabr. al. 90 deſunt R. Voſ. B. Steph. Dan.

Regum aequabat opes animis; ſeraque revertens
Nocte domum dapibus menſas onerabat inemtis.

Pri-

SERVII.

132. Regum aequabat opes animis. Bene *animis*, non poteſtate: quia regum more cibis non comparatis utebatur.

VARIORUM.

Lanae Albae.

Velleribus primis Appulia, Parma ſecundis
Nobilis Altinum tertia laudat ovis.

nam aquae & fontes viciniores credebantur lanam tinguere. Juvenal. Sat. XII. 38.

Praecipitare volens etiam pulcherrima, veſtem
Purpuream, teneris quoque Maecenatibus aptam,
Atque alias, quarum generoſi graminis ipſum
Infecit natura pecus, ſed & egregius fons
Viribus occultis & Baeticus adjuvat aër.

Claudianus Laude Serenae.

Roſeis formoſus Duria ripis
Vellera purpureo paſſim mutavit ovili.

ubi forte legendum *fucavit*. Martial. XII. Ep. 100.

Baetis olivifera frontem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tinguis aquis.

lib. VIII. 28.

Baetis in Hiſperia te quoque lavit ove.

IX. 62.

Vellera nativo pallent ubi flava metallo,
Et linit Heſperium bractea viva pecus.

IX. 77.

De marmore omni, quod Caryſtos invenit,
(f. *e venis*)
Et quod virenti fonte lavit Eurotas.

Marmor enim Laconicum viride. ut lib. VI. 42. *Illic Taygeti virent metalla.* ita *niger Indus* Claud. Conſ. Olyb. 170. quia nigros facit homines, niſi ibi praeſtat *piger* legere. potuit & Martialis *Album* Galaeſum vocans adluſiſſe ad Graecam nominis ſignificationem. ſic idem lib. XI. Ep. 23. de puero Galaeſo:

Mollia quod nivei duro teris ora Galaeſi
Baſia.

ſed forte ſcribendum apud Martialem:

Pulli quae ſuperas oves Galaeſi.

ita *pullum vellus* dat idem Mart. XIV. 157. Pollentinae lanae. ſed & Georg. Agricola in Horatio lib. II. Od. 6. ſcribi debere contendit:

Dulce pullatis ovibus Galaeſi.

non *pellitis*. ſed male. Varro lib. II. cap. 11. de *pellitis ovibus* agit. poſſet & *blandi Galaeſi*, ut apud Statium Surrentino Pollii.

Blanda Therapnaei placeant vineta Galaeſi.

BURM.

127. Corycium. *Corytium* Junta.

Ibid. Pauca relicti. Barthius lib. XXXVIII. Adv. 6. *parva* legit, quod rationi eſſe contrarium, & jugera *magna* & *parva* nulla eſſe, quum omnium idem eſſet modus, oſtendimus ad Rutilii Iter I. 556. *relictum* vero Servius hic & ad II. Aen. 357. & alii deſertum & contemptum explicant: alii, ut Turneb. ad Cicer. I. Agrar. I. ſubſecivum, quod Pompejus piratis Cilicibus ex patria tranſlatis adſignaverat, explicant. ſed Florus III. 6. dicit illos ex maritimis tranſlatos ad mediterraneas regiones; ſcilicet Ciliciae & vicinas regiones. non vero in Calabriam deductos. nec in Suetonii, qui nobis reſtant, libris, illa quae Servius narrat, hodie leguntur. quare rectius Guellius & Cerda capiunt, *relictum* hereditate fuiſſe hoc rus. vid. ad Petron. cap. XLV. idem aliis verbis exponit Silius VII. 261. *pauca, atque haec ruris aviti jugera.* nam Virgilium peregrinatum fuiſſe, & in Ciliciam vel Aſiam penetraſſe nullis conſtat teſtibus. quare *Corycium* cum aliis hic liceret capere, non de gente aut urbe, unde oriundus eſſet; ſed qui more apud Corycios uſitato agrum coleret, quem in Campania aut alia magnae Graeciae parte potuit vidiſſe Virgilius; & ſaepe Servius notat, illa epitheta a gentibus ſumta, notare naturam, dotes illius rei aut hominis, qua praeſtant in illa regione. ut *Idumaeas palmas* lib. III. ÿ. 2. ſic *Gnoſſias*, *Gortynias pharetras* & *ſagittas*, *Sithonias nives*, & ſexcenta talia. vid. ad IV. Aen. 345. Potuit etiam ille ſenex origine Corycius, cum patre ex cauſſa aliqua, quam nos ignoramus, in Italiam migraſſe. BURM.

129. Pecori. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 366. *Cereri* citat. ſed *pecori* Serv. ad I. Georg. 47.

130. Rarum. Servius explicat *pactile*, quod non recte intelligo· an *pactile*, ut coronae pactiles ex floribus compactae & compoſitae? alii *plantatile* habent. ſed *rarum* poteſt opponi denſo & frequenti, quod in dumis & locis incultis non magna copia provenire ſolet. ſed quod hic & illic inter dumeta ſponte creſcens, ille transferebat in hortos, ubi premebat, id eſt ferens denſabat, & unumquodque genus, ut olus, lilia, verbe-

nas

Digitized by Google

Primus vere roſam atque autumno carpere poma,
Et quum triſtis hiems etiamnum frigore ſaxa
Rumperet, & glacie curſus frenaret aquarum,
Ille comam mollis jam tum tondebat acanthi,
Aeſtatem increpitans ſeram zephyroſque morantis.
Ergo apibus foetis idem atque examine multo
Primus abundare, & ſpumantia cogere preſſis
Mella favis: illi tiliae, atque uberrima pinus:

Quot-

SERVII.

135. FRIGORE SAXA RUMPERET. Unus enim eſt, ut diximus ſupr. 37. effectus & caloris & frigoris. GLACIE CURSUS FRENARET AQUARUM. Mira varietas: nam ſupra ait. III. 360. *Concreſcunt ſubitae currenti in flumine cruſtae.*

138. AESTATEM INCREPITANS SERAM. Tarde venientem, quum ille jam ejus carperet fructus.

139. ERGO APIBUS FOETIS IDEM, ATQUE EXAMINE MULTO. Ne ſine cauſa hortos deſcripſiſſe videretur.

141. ILLI TILIAE ATQUE UBERRIMA PINUS. *Illi* uberrima ſcilicet: nam per naturam & *tiliae* & *pinus* ſteriles eſſe [91] dicuntur.

PHILARGYRII.

134. CARPERE POMA. Pro carpebat, infinitum pro indicativo.

139. FETUS. Non ſic dixit quaſi pariantur, ſed quaſi ſtudioſe examinare parantibus.

141. ILLI TILIAE, ATQUE UBERRIMA PINUS. Subaudiendum *abundare.* Ipſius autem manu duplex fuit ſcriptura, *tinus & pinus.* UBERRIMA. Hic pro plurima: fructum enim tinus nullum fert, ſed multa ſemina facit.

VARIORUM.

nas &c. junctim ſerebat, & in ordines ſuos digerebat. ſic Ovidius in alia re I. Amor. XI. 21.

Comprimat ordinibus verſus.

ne rari verſus & inter eos intervalla appareant. neſcio tamen, an non praeſtet legere,

Hic (rarum) in dumis olus &c.

ut *rarum* in parentheſi poſitum augeat ſenis induſtriam, qui in ipſis dumis & incultis locis hortum tam fertilem inſtituerat. vide ſupr. ad lib. II. 130. ita *miſerum* VI. Aen. 21. *inſaridum* ſupr. I. 479. & I. Aen. 253. & ſimilia obvia. Berſmannus pro *hic* in MſT. *hinc* eſſe notat, ipſe conjicit *huic.* BURM.

132. AEQUABAT OPES ANIMIS. *Aequabit* quartus Moret. *animo* citat Serv. ad I. Aeneid. 14. & ita Mentelii pr. Menag. pr. Leidenſis & primus Moreti. ſed *animos* ſecundus. vid. ad Phaedr. II. 3. huc dictum Senecae pertinet loco jam non occurrente, *in animo, non in patrimonio putemus eſſe divitias.* vide eum Conſol. ad Helv. XI. BURM.

133. INEMPTIS. *Ineptis* Francianus.

134. PRIMUS VERE ROSAM ATQUE AUTUMNO CARPERE POMA. Primus Moretanus τὸ *atque* omittit. ut hiatus relinquatur, de quo abunde dictum libri primi initio. mox *etiamnum* pro *etiam nunc* Mediceus & Gudianus: bene. ſic & Ecloga II. ỷ. 41. HEINS.

136. FRENARET. *Firmaret* ſec. Moreti.

137. ILLE COMAM MOLLIS JAM TUM TONDEBAT ACANTHI. Miror hunc locum a Pierio indictum eſſe praeteritum. Mediceus optimus,

Ille comam mollis tum tondebat hyacinthi.

prior Mentelianus, *jam.... tondebat jacinthi*, eraſo τοῦ *tum* poſt *jam.* neque aliter alter ejuſdem & Menagianus alter, & Moretani tres. Gudianus quoque & Rottendorphianus tertius a manu prima. videlicet, *Ille comam mollis jam tondebat hyacinthi.* ſed *mollis acanthus*, ut in Bucolicis III. Ecl. 45. *Et molli circum eſt anſas amplexus acantho.* ſic *mollem ſpinam* Martialis aſparagos dixit. acanthus perpetuo viret, ut ejus coma etiam hiberno tempore tonderi potuerit. hinc apud noſtrum ſupra habuimus lib. II. 119. *baccas ſemper frondentis Acan-*

[91] dicunt V.

Quotque in flore novo pomis ſe fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
Ille etiam ſeras in verſum diſtulit ulmos,
Eduramque pirum, & ſpinos jam pruna ferentis,
Jamque miniſtrantem platanum potantibus umbras.
Verum haec ipſe equidem ſpatiis excluſus iniquis
Praetereo, atque aliis poſt me memoranda relinquo.

Nunc

SERVII.

142. [92] [FLORE NOVO. Id eſt, verno tempore, cum primum florere incipit.]

144. SERAS. Majores: quod nimiae difficultatis eſt. IN VERSUM. In ordinem, ut v. Aen. 119. *Triplici pubes quam Dardana verſu Impellunt.* DISTULIT. Tranſtulit: nam [93] mutavit praepoſitionem.

145. EDURAM. Nimium duram, validam. ET SPINOS JAM PRUNA FERENTES. Prunorum arbor vocatur *ſpinus*, genere maſculino: nam ſentes, has *ſpinas* dicimus.

147. SPATIIS INIQUIS. Anguſtis, ut v. Aen. 203. *Spatioque ſubit Sergeſtus iniquo.* Et dicit, ſe carminis brevitate conſtrictum hortos plenius non poſſe deſcribere.

148. ALIIS. [94] Gargilium Martialem ſignificat.

PHILARGYRII.

144. DISTULIT. In diverſum locum tulit, quaſi diſpoſuit. Et SERAS, hic, vetulas & magnas. Salluſtius in XII. *Serum bellum in anguſtiis fore:* pro magnum.

145. EDURAM. E praepoſitio adimit ſignificationem, & adjicit. Hic ergo *eduram*, nimium duram.

VARIORUM.

canthi. mollis, flecti facilis. ſic *mollia crura*, *mollia colla*, *molle ſiler* apud noſtrum. HEINS. Cerda poſt Achil. Stat. hanc lectionis diverſitatem obſervavit. & Regius etiam habet, *jam tondebat jacinthi. jam tunc* Venetus.

138. INCREPITANS. Tamquam victor hyemis inſultans ſerae aeſtati, ante quam ipſe jam colligeret herbas, quaſi non indigeret aeſtate. ita ut Florus I. 1. dicit, Remum ſaltu *increpuiſſe* vallum novae urbis Romae. BURM.

139. MULTO. *Multum* Gudian. a m. pr.

141. ILLI TILIAE. Malim *tilia*. ut obſcuritas, atque ambiguitas orationis omnis evitetur. confirmat id ipſum Mediceus. HEINS.

142. QUOTQUE. *Quodque* Mentel. pr. Gudian. & Menag. alter. *Quoque* Voſſian.

143. MATURA TENEBAT. *Ferebat* Scholiaſtes Crucquianus Horatii Ode prima libri tertii. at Moreti fragmentum *legebat*. *legere poma* apud noſtrum & alibi occurrit. vid. Eclog. VIII. ℣. 37. HEINS. Sed arbor non legit, ſed cultor horti, poma; quare *tenebat* praefero, non abjiciebat flores, ſed illi in fruges tranſibant, ubi defloruerat arbor. *ferebat*, ſi ſcriptis niteretur, poſſet defendi. ſed *tenebat*, ad maturitatem uſque aluiſſe efficacius ſignificat. BURM.

144. SERAS ULMOS. Majores reddit Servius. Catroeus, jam adultas, & veteres, quas tranſplantabat. ſed credo tarde creſcentes intelligi, ut ita *ſera aeſtas* modo ℣. 138. dicta tarde adveniens pro voto ſenis. *& ſera comans Narciſſus* ℣. 122. ſic *ſerae frondes* ſunt extremae, quae tarde decidunt II. 403. & ſimilia. BURM.

145. EDURAMQUE. *Eduram pyrum* Regius, & tertius Mentelii. *Iduramque* Leid. pr. a m. pr.

Ibid. SPINOS. *Spinas* Leidenſis, Zulichemius, Rottend. primus a manu prima. & ſecundus Moreti. *prunos jam ſpina ferentes* Venetus.

146. JAMQUE. Hoc reſpicit luxuriam ſatis notum ſui ſeculi. *Umbras* Pieriani & noſtri codices, rectius, ut vitetur ambiguitas, ſitne τὸ *miniſtran-*

92 deſunt Voſ. R. B. Steph. Dan. 93 permutavit Baſil. 94 Gargelium R. V. Gargelium & Martialem Steph. Gargilium Mortalem B.

Nunc age, naturas apibus quas Juppiter ipſe
Addidit, expediam: pro qua mercede, canoros
Curetum ſonitus crepitantiaque aera ſecutae,
Dictaeo coeli Regem pavere ſub antro.
Solae communis gnatos, conſortia tecta
Urbis habent, magniſque agitant ſub legibus aevum:
Et patriam ſolae, & certos novere penatis:

Ven-

SERVII.

149. NATURAS APIBUS QUAS JUPPITER IPSE ADDIDIT. *Naturas* pro moribus poſuit. *Addidit* autem, aut dedit: aut revera addidit: neceſſe enim eſt, eas etiam ante habuiſſe mores aliquos proprios.

150. PRO QUA MERCEDE CANOROS. Ordo eſt: *Expediam naturas* [95] *apum: quae canoros Curetum ſonitus crepitantiaque aera* [96] *ſecutae, Dictaeum caeli regem pavere ſub antro.* PRO QUA MERCEDE. Id eſt, gratia, vel labore.

153. SOLAE COMMUNES NATOS, CONSORTIA TECTA URBIS HABENT. Nam, ut etiam Donatus dicit, tragicum eſt, & ultra carmen Georgicum, [97] ſi accipiamus, pro qua mercede, exclamationem eſſe: ut ſit, pro quanta hoc mercede fecerunt? [98] [ſcilicet, ut Jovem alerent: quem [99] Ops Saturni uxor Curetibus, Coribantibus, & Idaeis Dactylis cuſtodiendum dedit, in monte Cretae Dictaeo: ne eum Saturnus conſumeret,] ut filios omnes ſolebat. Quod ideo fingitur, quia Saturnus, ut diximus (ad III. Aen. 104.) temporum deus eſt, quae in ſe revolvuntur in aeternum. Tunc itaque apes aeris ſonum ſecutae, Jovem melle aluiſſe dicuntur: pro qua re eis poſtea praeſtitit Juppiter, ut haberent liberos ſine ullo concubitu. SOLAE COMMUNES NATOS. Plato in libris, quos περὶ Πολιτείας [1] ſcripſit, dicit amori reipublicae eſſe nihil praeponendum. Omnes praeterea, & uxores & liberos, ita nos tanquam communes habere debere: ut charitas ſit, non libido confuſa. Quod praeceptum dicit nullum [2] animal praeter apes ſervare potuiſſe.

154. MAGNIS LEGIBUS. Id eſt, aeternis, nunquam [3] mutabilibus. Iiſdem enim legibus ſemper utuntur: nec eas, ut homines, ſaepe commutant.

155. NOVERE PENATES. Cariſſima habent, ut I. Ecl. 52. *Hic inter flumina nota:* id eſt, cara.

PHILARGYRII.

152. DICTAEO. Sed & hoc poëticum eſt.

VARIORUM.

niſtrantem ad *platanum*, an ad *umbram* referendum in dubio relinquens. In priore Menteliano tamen *umbris. umbras* etiam Apulejus de mundo agnoſcit. *Sic & quae infelicia vocamus propter infecunditatem, tamen utilia ſunt alio pacto: platani, ut Poëta ait, umbras potantibus miniſtrantes, acuta pinus, raſiles buxi.* HEINS. *Umbras* etiam Regius.

147. VERUM HAEC IPSE EQUIDEM. *Ipſe quidem* in fragmento Moreti. HEINS. Et ita duo Leidenſes & Menagiani duo, & alter Rottendorphius, & tres alii. *haec ipſe eadem* Venetus.

Ibid. SPATIIS EXCLUSUS INIQUIS. Hanc lectionem vetuſtiora agnoſcunt exemplaria. non *diſcluſus*, quod editiones nonnullas occupavit. In Menagiano tamen priore *ſecluſus*. Columella initio libri x.

Hortorum quoque te cultus, Silvine, docebo
Atque ea quae quondam ſpatiis excluſus iniquis,
Cum caneret laetas ſegetes, & munera Bacchi,
Et te, magna Pales, nec non caeleſtia mella,
Virgilius nobis poſt ſe memoranda reliquit.

quo loco ſatis evincitur, *excluſus ſpatiis iniquis*, & *poſt me memoranda* eſſe caſtigandum. Idem Columella paullo ante: *poſtulatio tua pervicit, ut potius numeris explerem Georgici carminis omiſſas partes. quas tamen & ipſe Virgilius ſignificaverat poſte-*

95 *apium* R. Voſ. V. B. 96 *ſecuta eſt* Voſ. 97 ſic accipiamus V. 98 deſunt ad *ut filios* Voſ. 99 Ois B. 1 id eſt de republica Baſil. 2 deeſt R. Voſ. B. 3 motabilibus, & mox, commotant. V.

Digitized by Google

Venturaeque hiemis memores aeſtate laborem
Experiuntur, & in medium quaeſita reponunt.
Namque aliae victu invigilant, & foedere pacto
Exercentur agris: pars intra ſepta domorum
Narciſſi lacrimam, & lentum de cortice gluten,
Prima favis ponunt fundamina. Deinde tenacis
Suſpendunt ceras: aliae, ſpem gentis, adultos

Edu-

SERVII.

157. In medium quaesita reponunt. Quaeſita & [4] parta [5] in commune conſervant. Ipſe alibi I. 127. *In medium quaerebant*.

158. Victu. [6] Pro, victui. Foedere pacto. Ut viciſſim in alvearibus, vel in agris laborent.

160. Narcissi lachrymam. Narciſſi humorem. Quod autem ait *Narciſſi* [7] *lachrymam*, alluſit ad fabulam: quia, ut diximus Ecl. II. 48. de puero eſt converſus in florem.

161. Prima favis ponunt fundamina. [8] Graece πρόπολιν vocant, duriore cera, quae vix ferro poteſt frangi; quam colligunt de gummi arborum, [9] & lapidibus raſis. Unde paulo poſt 203. [10] dicit: [*Saepe etiam*] *duris errando in cotibus alas Attrivere*. Tenaces ceras. Mella retinentes.

162. Adultos educunt foetus. [11] Educendo adultos faciunt.

PHILARGYRII.

158. Victu. Id eſt, victui, ut: [12] *Victu invigilant pueri*.

VARIORUM.

poſteris ſe memoranda relinquere. non dixit *commemoranda*. HEINS. *Excluſus* etiam Regius, Francianus & Tollianus, & alii. *poſt me memoranda* etiam Francianus. in regio erat *poſt memoranda*, ſed alia manu ſuperſcriptum *me*. unde clarum eſt *me* excidiſſe propter primam ſyllabam. in *memoranda*, a qua abſorptum eſt τὸ *me*. in Ed. Venet. *primo memoranda* legi teſtatur Maittair. BURM.

148. Commemoranda. *Poſt memoranda* Mediceus, Gudianus, Mentelianus prior & Voſſianus alter, claudicante verſu: nimirum oportebat ſcribi, *poſt me memoranda relinquo*. quomodo Florentinus liber Pierii, ex noſtris primus Moreti ejuſdemque fragmentum, & tres alii cum Leidenſi codice. HEINS.

150. Qua mercede. Sed ſi Jovem recens natum, & puerum jam melle paverint, & hoc fecerint in gratiam acceptae illius naturae, quomodo a Jove recens nato potuerunt naturam illam accipere, quam jam habebant? quare mel fuiſſe jam ante, ſed in ſilvis & arboribus, & ſilveſtre tantum, credibile eſt; ſed *addidiſſe* deinde Jovem naturam illam, ut in ſocietatem quaſi & unam civitatem coire, & legibus certis vivere poſtea vellent, non ut ante vagae errare per loca inculta. haec eſt vis vocis *addere*, de qua vide Heinſ. ad I. Georg. 513. aliter debuiſſet *indidit* dicere. Et ſilveſtres & feras antea fuiſſe indicant illa, quae de Curetibus adjicit, qui arte & ſonitu aeris eas ad humanos uſus illexere. BURM.

151. Curetum. *Curatum* Mentelius primus, *Curritum* tertius.

154. Magnisque. *Magnis* quartus Moreti. *aevom* Gudianus.

157. Reponunt. *Reportant* Voſſian.

158. Victu invigilant. *Vigilant* legitur apud Priſcianum libro ſeptimo. non placet. HEINS. *Victum* quartus Moreti. *victus* ſecundus.

160. Lentum. *Lectum* placet Catroeo. *lente* quartus Moreti.

161. Deinde tenaces. *Tenacis* hoc agnoſcit loco

4 parata V. 5 in numerum Cod. Urſ. 6 pro deeſt B. R. V. Voſ. Steph. Dan. propter victum Cod. Urſ. 7 *lacrimas* R. 8 id eſt, propolin invocat duriorem cetera R. & Voſ. ſed ille fera, invorant & rariorem ceram. προπόλιν locant Steph. Dan. προπόλιν vocant Fabr. id eſt, propolinco vocant duriorem ceram B. vide Philarg. ſupr. ad ℣. 39. 9 deeſt R. B. Voſ. & de lap. Baſil. 10 deeſt V. dicet Baſil. *ſaepe etiam* deſunt R. 11 ſeducendo R. quos educando Fabr. al. 12 *venata* legitur lib. IX. Aen. 605.

Digitized by Google

Educunt foetus: aliae puriſſima mella
Stipant: & liquido diſtendunt nectare cellas.
Sunt, quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti:
Inque vicem ſpeculantur aquas, & nubila coeli:
Aut onera adcipiunt venientum, aut agmine facto
Ignavum, fucos, pecus a praeſepibus arcent.
Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
Ac veluti, lentis Cyclopes fulmina maſſis
Quum properant, alii taurinis follibus auras

Ad-

SERVII.

165. CECIDIT CUSTODIA SORTI. Ex ſorte: nam adverbium eſt, quod traxit a militia. Legimus enim I. Aen. 508. *Partibus aequabat juſtis, aut* [13] *ſorte trahebat.*

166. [14] [INQUE VICEM. Diviſit, & Tmeſin fecit: nam ordo eſt: invicem: id eſt, vicibus ſuccedentes. AQUAS. Hic pro, pluvias.

167. AGMINE FACTO. Impetu.

168. IGNAVUM FUCOS PECUS. Inutile, non aptum induſtriae: nam induſtrios gnavos dicimus. PECUS vetuſte dixit, cum omnia animalia pecus dicantur. FUCOS. *Fucus* eſt, [15] ſecundum Aemylium, major ape, crabrone minor, dictus eo, quod ſit apibus nocens: quod, cum ipſe nihil gignat, aliena conſumit. A PRAESEPIBUS ARCENT. Ab alveariis pellunt.]

170. AC VELUTI LENTIS CYCLOPES FULMINA. Comparatio ad feſtinationem pertinens [16] ſolam.

171. [17] [PROPERANT. Cum properatione feſtinant: Ipſi enim dicuntur Jovis fulmina facere. *Properant*, vetuſte, ut Plautus in fragm. *Properat prandium.* Et Ennius: *Feſtinant diem.* TAURINIS FOLLIBUS. Plautus in fragm. *Quam folles taurini habent, cum liqueſcunt petrae: ferrum ibi fit.*

PHILARGYRII.

166. INQUE VICEM. Diviſit: nam ordo eſt: *Invicemque*, Et AQUAS, hic pluvias.

168. FUCOS. *Fucus*, eſt ſimilis apibus, eo quod ſit apibus nocens, quod cum ipſe nihil gignat, aliena conſumit. Plin. in lib. Hiſtoriae naturalis, quaſi imperfectas apes dicit, & habere aculeum negat. PECUS. *Pecus* autem vetuſte, quia omnia animalia *pecora* dicebant.

169. FERVET OPUS. Juxta declinationem ſaepe ~~dictum: fervo~~, *fervis*, *fervit*. Hinc eſt VIII. Aen. 677. *Fervere Leucatem.* [18] FRAGRANTIA. Id eſt, redolentia, aut *thymo fragrantia.*

170. FULMINA. *Fulmina properant*, vetuſte ait, ut Plautus: *Properant prandium.* Et Ennius: *Feſtinant diem.*

171. TAURINIS FOLLIBUS. Plautus: *Quam folles taurini habent, cum liqueſcunt petrae, ferrum ubi fit.*

VARIORUM.

loco & interpretatur Priſcianus libro VII. aliter codices noſtri, qui pro vulgata ſtant lectione, praeter Rottendorphianum tertium. HEINS. *Tenacis* etiam Gudianus. ſunt vero, quae adhaerent & adfixae ſunt alveo. ut *mella tenacia* dixit ſupr. ℣. 57. quae figuntur, & favis infuſa haerent BURM.

162. SPEM. *In ſpem* Leidenſis a manu ſecunda male. vid. I. Ecl. 15. & ſupra lib. III. 473.

163. PURISSIMA. *Duriſſima* Mediceus a manu prima. male. vid. ſupr. 102. Senec. Ep. 84. *liquentia*, & mox *dulci d. nectare.* ſed ita leguntur hi verſus

13 fixte R. 14 deſunt ad ℣. 170. R. Voſ. V. B. Steph. 15 ſecundum Plinium: & quae in fine notae leguntur ad lib. I. Aen. 459. hic habet Fabr. & Baſil. quibus carent reliqui Codd. & Edd. pieraeque. ſic & explicatio τῶν *fervet* & *fragrantia* eadem eſt. ſed & ℣. 171. quae de τῷ *properare* notantur, ſunt ex lib. IX. 401. BURM. 16 ſola V. 17 deſunt ad ℣. 177. Voſ. R. B. V. Steph. Dan. 18 flagrantia bis Commel. ſemel Dan.

Adcipiunt redduntque, alii ſtridentia tinguunt
Aera lacu: gemit inpoſitis incudibus Aetna.
Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt
In numerum, verſantque tenaci forcipe ferrum.
Non aliter, ſi parva licet conponere magnis,
Cecropias innatus apes amor urguet habendi,
Munere quamque ſuo. Grandaevis oppida curae,
Et munire favos, & daedala fingere tecta.
At feſſae multa referunt ſe nocte minores,

Crura

SERVII.

175. [19]IN NUMERUM. In ordinem. VERSANTQUE TENACI FORCIPE FERRUM. *Forcipe*, compoſitum ex forvo & capio: forvum enim veteres calidum dicebant. *Forceps*, quaſi *forviceps*.

176. SI PARVA LICET COMPONERE MAGNIS. Si congruum eſt res parvas magnis aequare.]

177. CECROPIAS. Id eſt, Athenienſes, a rege Cecrope, Atticae, ubi optima mella naſcuntur. INNATUS. Inſitus. URGET. Premit.

178. GRANDAEVIS OPPIDA CURAE. Sicut ſenes muros tuentur, nec in [20] bella prorumpunt.

179. DAEDALA TECTA. Ingenioſa, ut VII. Aen. 282. *Daedala Circe.*

PHILARGYRII.

175. FORCIPE. Compoſitum nomen ex *formo* & *capiendum*. *Formum* enim veteres calidum dixerunt.

177. INNATUS. Id eſt, inſitus. Ideo autem ATHENIENSES, quod illic mel optimum gignitur. CECROPIAS. *Cecropias* hic Atticas; quia Cecrops in Attica regnavit.

178. QUAMQUE SUO. Recte, ut labore ſuo quaerant, non aliena diripiant.

VARIORUM.

ſus I. Aen. 431. *nectare telas* Venetus. BURM.

165. SORTI. *Sorte* Leidenſis & Zulichemius. *adportam* Alcuinus Gramm. vid. ad Liv. IV. XXXVII. 6. BURM.

166. ET NUBILA. *Quae nubila* Venetus.

168. IGNAVUM. *Agminum* in duobus codicibus ſe reperiſſe Barthius ait. *ignavom* Gudianus.

169. FRAGRANTIA. *Flagrantia* Leidenſis, Zulichemius, Mentelius & Menagianus alter, Rottendorphius ſecundus, & Moretani duo. *flaglantia* Mediceus & ſecundus Moreti. *fraglantia* Gudianus & tertius Rottendorphius. quae eadem varietas lib. I. Aen. 436. *frangentia* Francianus. Macrob. V. Saturn. II. vulgatum agnoſcit. vana vero Diomedis conſtructio, ut *thymo* regeretur a *fragrantia*, quia *olere Thymum* dicendum foret. ſed illa verba *olere*, & ſimilia etiam ablativum caſum recipiunt. vid. Heinſ. ad Ovid. XV. Epiſt. 76. BURM.

172. STRIDENTIA. *Stringentia* Venetus.

173. AETNA. *Antrum* in Pierianis nonnullis. primus Rottendorphianus & Menagianus prior cum altero Voſſiano id ipſum quoque agnoſcunt. HEINS. Et Francianus. vid. VIII. Aen. 451.

174. MAGNA. *Multa* ſecundus Rottendorphius. vid. ſupr. III. 220. & I. Aen. 271. ſed & *vi multa* infr. 450. BURM.

175. FERRUM. *Maſſam* Vratiſlav. & Nonius in *fornum*.

177. CECROPIAS. *Cecropeas* tertius Rottendorphius, Voſſian. & quartus Moreti. *Cicropias* Francianus.

178. QUAMQUE. *Quaeque* Francianus.

180. MULTA. *Multae* Zulichemius. vid. ad Suet.

19 in numerum &c. habet Dan. ſed omittit de *Forcipe*, tranſlata ex Comm. ad lib. VIII. Aen. 453. & XII. 404. & Philargyrio. 20 in bello R.

Crura thymo plenae: paſcuntur & arbuta paſſim,
Et glaucas ſalices, caſiamque, crocumque rubentem,
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.
Mane ruunt portis; nuſquam mora. Rurſus eaſdem
Veſper ubi e paſtu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
Fit ſonitus, muſſantque oras & limina circum.
Poſt, ubi jam thalamis ſe compoſuere, ſiletur
In noctem, feſſoſque ſopor ſuus occupat artus.

Nec

SERVII.

182. CROCUMQUE RUBENTEM. Salluſtius in Hiſtoriis ait: *In qua crocum gignitur*: genere neutro ſecundum artem uſus eſt: hic [21] poëtice maſculino, [22] referens ad puerum, qui in hunc florem dicitur eſſe converſus.

183. FERRUGINEOS HYACINTHOS. *Ferruginei*, id eſt, nigri coloris.

187. CORPORA CURANT. Se reficiunt, ut VIII. Aen. 607. *Feſſique & equos & corpora curant*. Sane *curare corpus*, ſi de hominibus [23] dicamus, & cibo & lavacro intelligimus, vel alterutro: ſi de apibus, tantum cibo accipimus.

190. SOPOR SUUS. Ipſis aptus: [24] [nam ideo *ſuus*, quia altum deſinunt pro natura mellis, ut ipſe alibi VI. Aen. 420. *Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam*. Sed melius, [25] *ſuus*, pro exiguitate corpuſculi ſui.]

PHILARGYRII.

183. FERRUGINEOS. Caeruleos dicit: Ipſe enim dixerat Ecl. 39. *Sunt & vaccinia nigra*. Qui enim Graece *hyacinthus*, Latine *vaccinium* dicitur.

188. MUSSANT. Hic murmurant: quae vox ponitur & in tacendi ſignificatione, ut apud Ennium in XVII. *Non poſſunt muſſare boni, qui facta labore Nixi* [26] *militiae peperere*. Interdum & pro dubitare: ut XII. Aen. 657. *Muſſat rex ipſe Latinus, Quos generos vocet*. *Muſſant* autem, murmurant; Ennius in X. ſic ait: *Aſpectabat virtutem legionis, Sic ſpectans ſi muſſaret, dubitaretque denique cauſa pugnandi fieret, aut duri laboris*.

198. CONCUBITU. Dativus caſus eſt, ut ſupra: *Victu invigilant*.

VARIORUM.

Suet. Aug. LXXVIII. & Cl. Drak. ad Liv. v. 26.

183. TILIAM. *Taliam* Gudianus a manu prima. ita *talia fraxinea* Samonic. cap. XII. ubi *tilia* alii vitioſe: ſed hic nihil mutandum. BURM.

184. OMNIBUS UNA QUIES OPERUM. Uterque Mentelianus & Gudianus, & alii nonnulli poſt τὸ *quies* diſtinguunt. ut *operum labor* conjungatur. deinde primus Rottendorphianus, *labor omnibus idem*, non *unus*. HEINS. Regius & Voſſian. codex etiam jungunt *operum labor*. ita *operum labor* lib. II. 155. I. Aen. 455. ubi vide. idem poſſet firmari ex III. Georg. 344. *amor omnibus idem*. ſed & mox 272. *mens omnibus una eſt*. BURM.

187. CORPORA. *Pectora* ſecundus Rottendorphius.

188. MUSSANTQUE. *Muſantque* Mentelius prior. & Parrhaſ. *muſatque* Leidenſis.

190. SOPOR SUUS. *Suos ſopor* Venetus. *ſuus ſopor* tertius Mentelius & Regius. vid. ad III. Georg. 244. Serv.

191. A

21 poëtica R. poëticae B. 22 referens ſe R. Voſ. Steph. Baſil. ſed puerum V. 23 dicimus Dan. Fabr. al. 24 deſunt R. Voſ. B. Steph. Baſil. 25 ſuus ſonus Cod. Urſ. 26 *Militiam*, & mox *ſive ſpectans* Commel. & Dan.

Nec vero a ſtabulis pluvia inpendente recedunt
Longius, aut credunt coelo adventantibus euris:
Sed circum tutae ſub moenibus urbis aquantur,
Excurſuſque brevis tentant, & ſaepe lapillos,
Ut cumbae inſtabiles fluctu jactante ſaburram,
Tollunt: his ſeſe per inania nubila librant.
Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In Venerem ſolvunt, aut foetus nixibus edunt:
Verum ipſae e foliis natos & ſuavibus herbis

Ore

SERVII.

192. [27] AUT CREDUNT CAELO. Scilicet ſuos volatus.

193. AQUANTUR. Aquam hauriunt ex vicino.

195. INSTABILES. Fluctuantes, [28] [id eſt, jactante fluctu, ſtabiles ne ſint.]

198. CONCUBITU. [29] Pro concubitui: Nam [30] *indulgeo illi* dicimus. NEC CORPORA SEGNES IN VENEREM SOLVUNT. Id eſt, in libidinem non reſolvuntur. Perſius v. 57. *Ille in Venerem* [31] *putris*.

199. NIXIBUS. Partubus, [32] [a nitendo.] Unde & *enixa* dicimus.

PHILARGYRII.

200. FOLIIS. Apes, ut Plinius ait, gallinarum more incubant, & vermiculos creant. Sed rectius videtur, ut ne hoc quidem ſciant, ſicut concubitus neſciunt.

VARIORUM.

191. A STABULIS PLUVIA IMPENDENTE RECEDUNT. *Recludunt* Mediceus. ut τὸ *ſe* ſubintelligatur. quemadmodum & in ſequentibus, *aut credunt caelo*. Adi annotata Aeneidos ſecundo ỹ. 207. HEINS. Quinctilianus Decl. XIII. 17. *nec dubio ſe coelo credere*, ubi vide notas. ſed *credunt coelo*, ſine *ſe*, ſubintellecto, ſatis bonum etiam facit ſenſum: nimirum non confidunt, ſed metuunt mutabile coelum, & poſt ſerenum pluvias & ventos: Valer. Flac. I. 332.

Nec credam noſtris ingrata ſerenis.

ubi vide quae diximus. *haud credunt* Leidenſis & Francianus. BURM.

193. SUB MOENIBUS URBIS AQUANTUR. *Pro moenibus* Priſcianus libro VIII. ſed vulgatum agnoſcit Nonius Marcellus, Priſciano antiquior, in *aquari*. HEINS. *Sed tutae circum* Francianus.

195. CYMBAE. *Cumbae* Gudianus & Mediceus a manu prima. *ſuburram* alter Mentelii & Mediceus. *ſaburam* Francianus.

196. HIS SESE. *Is ſaepe* Gudianus pro varia lectione. *hi ſeſe* Leidenſ. *vibrant* alter Menagianus.

198. CONCUBITU. *Concubito* Mentelius prior.

199. NIXIBUS EDUNT. *Niſibus* Gudianus a manu ſecunda. HEINS. *Nexibus* Mediceus & duo Leidenſes, & Gudianus a manu prima. eadem diverſitas apud Ovid. IX. Met. 294. ubi vide. BURM.

200. ET SUAVIBUS. *E ſuavibus* Mediceus & Mentelianus prior. *verum ipſae e foliis natos & ſuavibus herbis* Gudianus cum Moretano quarto. quomodo & Vaticanus Pierii princeps. quod placet. Rottendorphianus tertius, *verum ipſae & foliis natos & ſuavibus herbis*. ſed alterum concinnius. HEINS. *E foliis* Francianus & Tollianus. *ipſae foliis* Parrhaſ. & Ed. Venet. Junt. Ald. & aliae. *ipſae foliis* etiam Regius. ſed eraſa vocula inter *ipſae* & *foliis*, & ſuperſcripto alia manu *f. in.* ut ſit con-

27 HAUD V. 28 deſunt Voſ. B. Steph. al. 29 deeſt R. B. 30 *dulce illi* R. *indulge* illi B. 31 *patris eſt* Fab. *putris eſt* Baſ. *putres* in vulgatis eſt. 32 deſunt R. Voſ. B. Steph. Fabr. Baſil.

Ore legunt: ipſae regem parvoſque Quirites
Sufficiunt, aulaſque, & cerea regna refingunt.
Saepe etiam duris errando in cotibus alas
Attrivere, ultroque animam ſub faſce dedere.
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipſas quamvis anguſti terminus aevi
Excipiat: (neque enim plus ſeptuma ducitur aeſtas)
At genus inmortale manet, multoſque per annos

Stat

SERVII.

202. REFIGUNT. [33] [*Re* abundat, id eſt,] figunt.

204. SUB FASCE. Sub onere, ut III. Georg. 347. *Injuſto ſub faſce* [34] *viam dum carpit.*

205. TANTUS AMOR FLORUM. Supra de equis III. Georg. 112. *Tantus amor laudum*, [35] *tantae eſt victoria curae.*

208. AT GENUS IMMORTALE MANET. [36] [Genus manet,] ſcilicet per ſucceſſionem.

PHILARGYRII.

201. QUIRITES. Audaciter *Quirites*, cum proprie Romani ſint.

202. REFIGUNT. Id eſt, ſufficiunt, ut *ſuffectus* dicitur *magiſtratus.*

208. IMMORTALE. Ideo *immortale genus.* Et alibi *at* poteſt abundare conjunctio: eſt enim ordo: Ergo ipſas, quamvis anguſtus terminus, qui excipiat, genus immortale manet.

VARIORUM.

conjectura alicujus. deinde, *natas* edidit Catroeus; neſcio qua auctoritate: certe nuſquam reperi. BURM.

201. PARVOSQUE. *Pabulumque* Mediceus manu prima. unde Heinſius faciebat *pauloſque.*

202. REFINGUNT. *Cerea regna refingunt* Mentelianus prior cum primo Rottendorphio & Leidenſi. caeteri *refigunt.* quo videtur alluſiſſe Corippus Africanus libro IV. de apibus.

—— ceraſque liquentes
Conficiunt, dulceſque lares in pumice figunt.

ſupra habuimus,

Excudunt ceras & mella tenacia fingunt.

tum,

Et munire favos, & daedala fingere tecta.

HEINS. *Aulas & cerea r. refigunt* Francian. *refigunt* Voſſ. Reg. cum gloſſa componunt, quod melius *τῷ refingunt* convenit.

203. ERRANDO. *Certando* Venetus, & Ed. Veneta.

204. ULTROQUE. *Utroque* Regius, cum gloſſa, aquae & florum. & eraſa videbatur litera *l.* & hoc vitium nonnullas editiones inquinavit. *dare* vero *animam* eſt, quod alii *edere* dixere. de quo vid. ad Ovid. IX. Epiſt. 62. ita & *dare vitam* dixit noſter IX. Aen. 704. mox Servius ad ℣. 214. *dederunt* citat. BURM.

205. GENERANDI. *Gignendi* alter Rottendorphius.

206. ANGUSTI. Ita omnes fere codices praeter Francianum, qui *anguſtus*, ut editiones plurimae. & Nonius etiam in *excipere. excipiant* quartus Moreti. *accipiat* Ed. Veneta.

207. PLUS SEPTUMA DUCITUR AESTAS. *Aetas* in tertio Rottendorphio. *aetatem* pro anno etiam tertio Georgicon videtur poſuiſſe ℣. 189. HEINS. *Aetas* etiam Leidenſis, quartus Moreti, & primus a manu pr. vid. ad lib. III. 170.

208. MANET. *Manent* Francianus. non inele-

ganter:

33 deſunt R. B. Voſ. Steph. Dan. Baſil. 34 *viam dicit Cicero* Dan. mirabar primum, unde haec ſcriptura orta fuerit. ſed quum in R. Voſ. & B. viderem, *viam d. c.* more librariis uſitato, qui ubi verſus adducunt, priora tantum verba integra dant, reliqua primis literis deſignant, idemque in antiquis editionibus, & in ipſa Danielis ſaepe factum, mirari deſii, & ſummum editoris ſtuporem agnovi, qui ſe acutum credens, pro *viam dum carpit*, dedit, *viam dicit Cicero.* ite lectores, & fidite editioni Danielis tot elogiis celebratae. BURM. 35 tanta V. R. Voſ. B. 36 gens V. B. deſunt vero R. Voſ. Fabr. al.

Digitized by Google

Stat Fortuna domus, & avi numerantur avorum.
Praeterea regem non ſic Aegyptos, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes,
Obſervant. Rege incolumi mens omnibus una eſt:
Amiſſo rupere fidem; conſtructaque mella
Diripuere ipſae, & crates ſolvêre favorum.
Ille operum cuſtos: illum admirantur, & omnes

Cir-

SERVII.

209. DOMUS. [37] Familia, ut III. Aen. 85. *Da propriam Tymbraee domum.*

211. MEDUS HYDASPES. Fluvius Mediae. De his autem gentibus [38] dixit Salluſtius: *Adeo illis ingenita eſt ſanctitas regii nominis.* Quas [39] gentes tamen [40] apes dicit amore circa regem ſuperare Virgilius.

212. OBSERVANT. Venerantur. Alias *obſervare*, eſt callide advertere. Terentius And. I. I. 142. *Obſerves filium, quid agat: [41] quid cum illo conſilii captet.* [42] [MENS OMNIBUS UNA EST. Id eſt, concordanter operantur & vivunt.]

214. DIRIPUERE IPSAE. Quae etiam ipſae [43] animam, colligendo [44] melle, impendere conſueverunt, ut 204. *Ultroque animam ſub faſce dederunt.* [45]

PHILARGYRII.

211. PARTHORUM. His autem gentibus, ait Salluſtius, adeo ingenita eſt ſanctitas regii nominis: quas gentes tamen apes dicit amore circa regem ſuperare Virgilius. HYDASPES. Apud omnes ſatis conſtat *Hydaſpen* flumen Indiae eſſe, non Mediae; ſed poteſt videri poëta *Hydaſpen Medum* dixiſſe, jure belli, quod Medi, duce Alexandro, vicerint Porum Indorum regem, & in ſuam redegerint poteſtatem. Oritur autem Hydaſpes ex Caucaſo, & miſcetur Indo.

VARIORUM.

ganter: ipſae, apes, genus immortale, manent.

210. NON SIC AEGYPTUS. *Aegyptos* Mediceus. quomodo in Auguſti & Hadriani nummis ſcriptum obſervavi frequenter. & ſic Aeneidos octavo ỷ. 705. Valerius Probus in Arte Grammatica agnoſcit, *omnis eo terrore Aegyptos & Indi.* cui ſcripturae illic veteres membranae aſſentiuntur. Donatus tamen in Adelphos Terentii Prolog. 2. hoc loco vulgatam lectionem expreſſit. uti & Aſconius Pedianus actione prima in Verrem. HEINS. *Aegyptas* Venetus. *Aegyptos* ſaepe apud Lucanum in codicibus. mox *Lybia* Mentelii & ſecundus Rottendorphius. *Lydia Parthorum populi* quartus Moreti. Forte *India* legendum, quae rectius *ingens* dicitur. & in loco ab Heinſio laudato *Aegyptus* & *Indi* junguntur. BURM.

211. AUT MEDUS HYDASPES. In Mediceo *& Medus Hydaſpes.* vide annotata libro VI. Aeneidos ỷ. 327. pro vulgata ſtat Aſconius loco jam dicto. HEINS. Alii *Medus Hydaſpesve obſervant.* vide J. a Meyen. ſed *Medus, Hydaſpes* dicitur, qui exſtat terminus Regni Perſici. nam duplicem Hydaſpem, unum in Media, qui Suſa adluebat, ut Catroeus fingit, non agnoſcam, niſi probatum videam. nam quod *Medus* dicatur, eodem jure fit, quo Horatius & alii *Medum* & *Perſam* confundunt, ubi de antiquo imperio eorum, quod ad Hydaſpem Indum pertinebat, intelligunt. Medos pro Parthis ponit Horat. II. Od. 16. & 31. & III. Od. 3. nugae ſunt, quas Probus & Philargyrius afferunt de Medis, qui Duce Alexandro Porum & Indos ſubegerunt, quum Alexander Perſarum & Medorum

37 familiam R. V. Voſ. 38 dicit Steph. Dan. al. Heinſius in verbis Salluſtii legebat, *a Deo illis* &c. in fragmentis Salluſtii ex incerto libro erat, *ſanctitas religionis*, ut & in Commel. & Dan. Edd. ſed Carrion, & Heinſius jam correxerunt, *ſanctitas regii nominis* B. Waſſius ad fragm. Sall. lib. VI. 26. haec conjungit cum fragmento quod ad ỷ. 218. legitur, *ſe regibus devovent, & poſt eos vitam refutant, adeo illis ingenita eſt ſanctitas regii nominis.* & ita antea in Editione Hackiana legebatur. BURM. 39 deeſt R. B. Steph. Dan. 40 deeſt R. Voſ. 41 *qui* V. 42 deſunt R. Voſ. B. Baſil. 43 deeſt R. Voſ. B. 44 melli R. Voſ. B. Urſin. Fabr. al. 45 *ipſae deripiunt eadem mella* Cod. Urſ.

Circumſtant fremitu denſo, ſtipantque frequentes;
Et ſaepe adtollunt humeris, & corpora bello
Objectant, pulchramque petunt per volnera mortem.
His quidam ſignis atque haec exempla ſecuti,
Eſſe apibus partem divinae mentis, & hauſtus
Aetherios dixere. Deum namque ire per omnis
Terraſque, tractuſque maris, coelumque profundum.

Hinc

SERVII.

216. STIPANTQUE FREQUENTES. Quaſi quodam [46] ſatellitio ambiunt.

217. SAEPE ATTOLLUNT HUMERIS. Aetate ſcilicet feſſum.

218. PULCHRAM MORTEM. Glorioſam: quippe quae pro rege ſuſcipitur. Traxit autem hoc de Celtiberorum more, qui, ut in Salluſtio legimus, *ſe regibus devovent*, [47] *& poſt eos vitam refutant*.

219. HIS QUIDAM SIGNIS ATQUE HAEC EXEMPLA SECUTI. Locum hunc plenius eſt exſecutus [48] [in ſexto 724. quem] hoc loco breviter collegit; ut probet etiam apes partem habere divinitatis. Namque [49] omnia animalia ex quatuor elementis & divino ſpiritu conſtare manifeſtum eſt. Trahunt enim a terra carnem, ab aqua humorem, ab aëre anhelitum, ab igne fervorem, a divino ſpiritu ingenium. Quod quia eſt in apibus, ſicut etiam in hominibus [50] (namque metuunt, [51] cupiuntque, dolent, gaudentque: quae probantur ex his, quae faciunt: dimicant enim, colligunt flores, provident pluvias) [52] fateamur neceſſe eſt, etiam apes partem habere divinitatis. Ut autem hoc exemplis, id eſt, rebus ſimilibus comprobaret, [53] Lucretium ſecutus eſt, qui dicit ea, quae per ſe probare non poſſumus, a ſimilibus comprobanda: [54] ventumque docet eſſe corporalem, non quod eum tenere vel cernere [55] poſſimus, ſed quod ejus ſimilis [56] atque aquae effectus eſt, quam corporalem eſſe manifeſtum eſt.

220. HAUSTUS AETHEREOS. Divinos ſpiritus.

221. DEUM NAMQUE IRE PER OMNES. Ipſe in ſexto 724. *Coelum ac terras campoſque liquentes Spiritus intus alit.* Lucanus IX. 580. *Juppiter eſt quodcunque vides,* [57] *quocunque moveris.*

PHILARGYRII.

219. SECUTI. Pythagorae ſectam verſat, quam & Stoici ſequuntur. Et quidam accuſant, quod, cum ſit Epicureus, alienam ſectam uſurpare videtur; ſed ego puto ſimpliciter referri ſententias philoſophorum: neque enim ſtatim Epicureus debet videri, ſi libertate poëtica ait inf. 564.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope ſtudiis florentem.

VARIORUM.

rum regnum ad Hydaſpem uſque ſuum fecerit, & ultra Hydaſpem progreſſus cum Indis bella geſſerit. BURM.

212. MENS OMNIBUS UNA EST. Omittunt verbum ſubſtantivum duo Moretani, aliique tondem. ſed vetuſtiores agnoſcunt. in Gudiano pro diverſa lectione annotatum *Obſervant Regem.* ſed male. HEINS. *Incolumi* Mentelii duo, primus Rottendorphius & Leidenſis.

213. CONSTRUCTAQUE. *Conſtrictaque* ſecundus Rottendorphius & Vratiſlav. *conſtructaque* primus Moreti.

214. DIRIPUERE. Ita omnes codices. ſed *dirupere* Edit. Juntina & Zulichemius.

215. ILLE. *Ipſe* quartus Moreti. *ille admiratur* Mediceus. vide Non. in *ille*.

216. FREQUENTES. *Frementes* Mentelius prior & Zulichemius.

219. HIS.

46 ſatellico R. 47 *ut p. e. v. refutent* V. *& poſt eas* B. 48 deſunt R. 49 deeſt R. deinde vitioſe trahit B. quod non reſpondet τῷ *animalia*. 50 nam vulg. ſed namque. 51 capiuntque V. cupiuntque dolentque Baſil. cupiunt, dolent B. 52 fatemur etiam neceſſe eſt apes V. 53 deeſt B. mox, quae inter ſe B. R. Voſ. Steph. Dan. 54 ventum namque docet corp. V. R. Voſ. B. 55 poſſumus R. V. B. Voſ. Steph. Dan. 56 deeſt B. Cod. Urſ. Dan. Fabr. al. 57 *quodcunque* R. Voſ. B. *quicunque* V.

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenuis naſcentem arceſſere vitas.
Scilicet huc reddi deinde ac reſoluta referri
Omnia: nec morti eſſe locum, ſed viva volare
Sideris in numerum, atque alto ſuccedere coelo.
Si quando ſedem auguſtam, ſervataque mella

The-

SERVII.

223. Hinc pecudes. *Hinc*, id eſt, ex Deo, ex divino ſpiritu, ſumunt omnia, cum naſci coeperint, vitam; caeterum [58] corpus ex quatuor elementis eſt, ut diximus.

225. Scilicet huc reddi. Sine dubio etiam cuncta diſſolvi & redire rurſus in originem ſuam neceſſe eſt: [59] [nec esse] locum morti, id eſt, perditioni: nihil enim eſt, quod perire funditus poſſit; cum ſit τὸ πᾶν, id eſt, omne, in quod redeunt univerſa reſoluta. Res autem haec, quae mors vocatur, non eſt mors: quippe quae nihil perire facit, [60] ſed reſolutio. Unde [61] mors a pleriſque bene *interitus* dicta eſt, quaſi interveniens, & mixtarum rerum connexionem reſolvens. Lucretius: *Continuo hoc mors eſt illius, quod fuit ante* [62] *Connexum.*

228. Si quando sedem augustam. Id eſt, alvearia. Et proprie *Auguſtum* eſt tectum augurio conſecratum. Abuſive, nobile, quaſi majeſtatis plenum.

PHILARGYRII.

223. Pecudes. More ſuo *pecudes* & *armenta* divitit, ut alibi I. Georg. 3. *Quae cura boum, qui cultus habendo Sit pecori.*

224. Vitas. Id eſt, animas.

225. Huc reddi. *Huc*, id eſt, unde ſumptae ſunt animae.

226. Omnia. Per omnes. Nec morti. *Nec morti* eſſe locum, pro, nec mori.

227. Sideris. *Sideris*, pro, ſiderum. In numerum. Id eſt, in modum. Et alto succedere coelo, ut ipſa ſidera.

228. Sedem. Aliter *ſedem relines*, aliter mella. Et utrum relines theſauros, an relines ſervata in theſauris, id eſt, alvearia?

VARIORUM.

219. His. Sylleplim ſtatuit Rufinianus de Schemat. Lex. p. 30. ſed ego puto eſſe pro, *ex his ſignis.*

222. Terrasque. *Terras et* quartus Moretanus, *Et terras* Zulichemius. *terrarum tractuſque* Mediceus a manu ſecunda.

Ibid. Coelumque profundum. Hunc locum confudit Donatus ad Terent. Adel. v. III. 4. cum alio Poëtae lib. VI. Aeneid. 724. BURM.

223. Hinc pecudes. Vide Jo. Fernelium de abditis rerum cauſſis, toto libro, & praecipue cap. 10. *Ariſtoteles* libro de mundo, *Deus*, inquit, *per omnes naturas ſuis ſeminibus in plantas, in animalia, ſive ſpecies ſive genera ſpectes, eſt diviſus.* itaque in omnium ſemine (Ariſtotelis verba ſunt Metaph. 52.) divina virtus ineſt. NANSIUS.

224. Nascentem. *Naſcentum* quartus Moreti. *accerſere* Tollianus & alii.

225. Ac resoluta referri. In priore Voſſiano & Moreti fragmento, *hac referri.* etiam in Gudiano, ac ſecundo Rottendorphio. HEINS. *Referre* Mediceus. *ac reſoluta referri* habet Lutat. ad Statii VI. Theb. 112.

227. Succedere. *Succidere* Leidenſis. ſed *ſuccedere* habet Lutatius ad Statii VI. Theb. 882.

Ibid. Coelo. *Solo* Tollianus.

228. Augustam. *Anguſtam* Mentel. prior, Zulich. Moretani duo & Vratiſl. *aguſtam* Leidenſ. reliqui *auguſtam.* Catroeus *anguſtam* praetulit, & ita etiam Ed. Juntae & aliae. ſed mihi *auguſtam* placet, quia ſequentia, de purgato ore hauſtu aquae,

58 deeſt R. Voſ. cetera ex quatuor B. 59 deſunt R. Voſ. B. Steph. Dan. Fabr. ſuam nec eſſe *locum morti* B. illud *neceſſe* ortum eſt ex nec *eſſe. locum Marti* V. 60 deeſt R. 61 mire R. Voſ. Steph. *bene* deeſt R. Voſ. ſed Steph. Dan. & *mire* & *bene* habent. 62 *connexio* Steph. Dan. Fabr. al. ſed in Lucretio I. 673. non eſt haec vox, nec in aliis locis, ubi idem verſus repetitur.

Theſauris relines, prius hauſtu ſparſus aquarum
Ora fove, fumoſque manu praetende ſequacis.
Bis gravidos cogunt foetus, duo tempora meſſis,
Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum
Plias, & Oceani ſpretos pede repulit amnis:

Aut

SERVII.

229. THESAURIS. Id eſt, [63] repoſitionibus: ac ſi diceret apothecis. SPARSUS. Spargens. Participium eſt pro participio.

230. ORE FOVE. Ipſos [64] hauſtus ſcilicet. Et hoc dicit: Spargendo aquam imitare pluviam. Alii *Ore fave* legunt, ut ſit, tace. Etiam ipſe in quinto 71. *Ore favete omnes.* Horatius III. Od. I. *Favete linguis.* FUMOSQUE MANU PRAETENDE. Fumum etiam [65] praefer: quibus rebus cum territae illae diſceſſerint, impune poteris mella colligere. FUMOS SEQUACES. Quippe [66] apum perſecutores, ut V. Aen. 193. *Maleaeque ſequacibus undis.*

231. BIS GRAVIDOS COGUNT FOETUS. Gemina eſt foecunditas mellis. DUO TEMPORA MESSIS. Id eſt, fructus. Juvenalis VII. Sat. 112. [67] *Veram deprendere meſſem Si libet.*

232. TAYGETE SIMUL OS. *Taygete*, una eſt de Pleiadibus [68] ſeptem. Ut autem etiam ſupra diximus, bis mel praecipit colligendum, orientibus Pleiadibus, id eſt, verno: item quum [69] occidunt, autumnali ſcilicet tempore.

233. OCEANI AMNES. Homeri eſt Odyſ. X. 197. παρ' ὠκεανοῖο ῥοάων. *Amnes* autem bene ait, quia in morem fluminis ejus fluenta reditura prorumpunt.

PHILARGYRII.

230. ORE FAVE. Cum religione ac ſilentio accede. In XVI. Ennius: [70] *Hic inſidiantes vigilant, partim requieſcunt tecti gladiis ſub ſcutis ore faventes.* Ponitur eadem vox & pro velle, apud Ennium in XIII. *Matronae melos complent ſpectare faventes:* id eſt, volentes. FUMOSQUE MANU. Quia odores malos oderunt: ideo: *prius hauſtu ſparſus aquarum.*

231. FETUS. *Flores* emendatum fuit. Et bene *gravidos flores*, quod ex his omnia generant.

VARIORUM.

quae, mihi ſacri cujuſdam imaginem videntur referre, ad quod pure & caſte adire erat fas. ut ſatis notum. BURM.

229. PRIUS HAUSTUS. *Prius aſtu ſparſus aquarum Ore fave* Mediceus a manu prima. ſed caſtigatum poſtea *hauſtus* & *Ora fove.* in Gudiano a manu itidem prima, *hauſtu ora fove.* quod placet. idem in aliis quatuor apparet. *hauſtu* etiam a manu prima in altero Menteliano. *hauſt* in ſecundo Moretano. Praeter hoc *hauſtus Ora fove* in primo Moretano a manu ſecunda. Moretanus ſecundus *Ore fave.* HEINS. *Ore fave* Francianus. *hauſtus ſp. a. ore fove.* Parrhaſ. Ed. Mediol. *auctas* Regius. non ſatis capio hunc locum, nec quî ex his verbis exire poſſit, quod interpretes reddunt, *ſpargendo aquam imitare pluviam.* & in apes ſparge ex ore tuo. nec cui rei hoc eſſet video. *Ora* (ſi ita legendum) *fove*, eſt aquam in ore verſa, & purga os tuum. ut ita mundus ab omni graviore anima & ſpiritu ſit apium curator. ut puellas docet Ovid. III. Art. *ora ſuſcepta aqua lavare. ore fovere hauſtus ſparſus*, pro *ſpargens* mihi duriſſime dictum videtur. qui legunt *hauſtu ſparſus ore fove* velim me conſtruendi rationem doceant: ſed in haurienda aqua, qua os lavamus, ſolemus ſpargi ſaepe guttis ex manu decidentibus, ſed dum lavamus os, ſpargimus faciem, etiam dum haurimus aquam. BURM.

231. FOETUS. *Foetos* primus Rottendorphius.

233. PLEIAS. Bene Mediceus *Plias.* eſt enim diſſyllabum. neque aliter Menagianus prior & Voſſianus cum Moretano primo & Gudiano. HEINS. Ibid.

63 repoſitionis R. 64 auſus R. ipſo hauſtu Voſ. Steph. 65 profer Fabr. al. 66 apium V. Voſ. in Regio erat *i* eraſum. 67 *melam* R. Voſ. V. B. latet aliquid ulceris. 68 VIII. R. Voſ. V. Pliadibus B. R. & Voſ. ſecundo loco. 69 occident B. tendere in occaſum Pleiades coeperunt Cod. Urſ. 70 *inſidiantes hi vigilant, partim requieſcunt contecti* legebat N. Heinſius.

Digitized by Google

Aut eadem ſidus fugiens ubi Piſcis aquoſi
Triſtior hibernas coelo deſcendit in undas.
Illis ira modum ſupra eſt, laeſaeque venenum
Morſibus inſpirant, & ſpicula caeca relinquunt
Adfixae venis, animaſque in volnere ponunt.

Sin

SERVII.

234. AUT EADEM SYDUS. Auſtralem Piſcem ſignificat, qui Aquarii undam ore ſuſcipit. Unde [71] & AQUOSI addidit. Tunc enim Piſcis hic oritur, quo tempore Pleiades occidunt: [72] [nam ideo ait FUGIENS.]

235. TRISTIOR. Vel propter occaſum, vel [73] propinquantem jam hyemis aſperitatem.

236. ILLIS IRA MODUM SUPRA EST. Excedunt modum: nam cum ſuo iraſcuntur interitu.

237. SPICULA CAECA. Brevia, quae poſſunt latere.

238. IN VULNERE PONUNT. Non ſuo, ſed a ſe illato: & amphibolicōs dictum eſt, ut alibi IX. 108. *Cum Turni injuria matrem Admonuit*, quam inferebat ſcilicet, non [74] [quam patiebatur. Item Saluſtius: *Injuria validiorum*. Scilicet,] quam inferebant validiores.

VARIORUM.

Ibid. REPULIT. Ovid. IV. Met. 710. imitatus hoc.

Quum ſubito juvenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abiit.

234. PISCIS AQUOSI. Omnes, quos mihi aut audiiſſe aut legiſſe contigit, per *piſcem aquoſum* intelligunt piſcem auſtralem, qui Aquarii effuſam aquam dicitur patulo ore excipere & haurire, ideoque *aquoſus* appellatur. ſane mihi haec interpretatio ingenioſa videtur, ſed parum vera: Conſule Sphaeram mundi coeleſtiumque imaginum poſitionem, videbis hunc piſcem occidente Taygete, de qua hic agit Poëta, neque oriri neque occidere, neque uſquam apparere, niſi in imo caelo. propterea abſonum eſt, & praeter rem de eo hoc loco intelligere. quadraret meo judicio, ſi Delphinem hic ſignificari diceremus, qui oritur, quo tempore Pleiades, quarum una eſt Taygete, occidere incipiunt. Non obſtat, quod *aquoſi* dixerit Poëta: Nam & piſces, ſignum coeleſte, hoc epitheto apud Ovidium X. Met. 165. decorantur, *Piſcique Aries ſuccedit aquoſo.* Neque mirum videri debet, cum aqua ſit peculiare omnium piſcium elementum. Jo. MUSONIUS. Hunc locum explicuit S. Petitus de Legibus Atticis pag. 390. per ſidus ſolem intelligens, ut apud Poëtas centies, & docuimus ad Petron. cap. LXIX. deinde Vergilias fugere ſolem, id eſt averſam viam inſiſtere ſole oriente, illas occidere & mare ſubire. vide totum locum. Barth. lib. XXXVII. Adv. 6. in Mſſ. invenit *Piſcis amoris*, cum Gloſſa, quae fabulam Veneris Typhoei metu in piſcem mutatae reſpicit. ipſe tamen retinet vulgatum. Catroeus de Pleiadibus, qui fugiunt Piſcem, quia ante ejus exortum jam occiderunt. Ego haec Aſtronomis diſcutienda relinquo, ut & an huc poſſint referri illa Ovidii II. Faſt. 457.

Jam levis obliqua ſubſedit aquarius urna,
Proximus aetherios excipe, Piſcis, equos.

BURM.

236. SUPER EST. Giphanius cum in ſcriptis fere inveniſſet *ſuper eſt*, putat legendum *ſupera eſt*. Indice Lucretiano p. 437. in *ſupera*. HEINS. Ovid. V. Faſt. 304. *Juſtum praeterit ira modum.*

238. IN VULNERE. *In vulnera* apud Nonium in *anima*, quomodo prior etiam Mentelianus cum fragmento Moreti. nec aliter Macrobius Saturnalium libro VI. cap. 6. aut Scholiaſtes Juvenalis ad Satyram quartam ℣. 91. *in volnera* Gudianus. Servius cum vulgatis facit. HEINS. *Adfixa in venis* ſecundus Mentelius a m. ſec. & pr. Moreti. & ita Pierius in ora codicis ex mſſ. *Adfixa venis* Men-

71 etiam R. V. Voſ. mox, oritur, quo tempore Pleias. Triſtior B. oritur quo tempore triſtior, vel R. Voſ. 72 deſunt R. Voſ. Steph. 73 propinquam Cod. Urſ. propinquitatem V. 74 deſunt R. Voſ. B. ſed non quam inferebant validiores, Salluſtius, *Injuria validiorum* Cod. Urſ. inferebat, ſed non quam inferebant validiores. Item Salluſtius, *Injuria validiorum*, ſcilicet quam inferebant validiores Steph. Dan. in fragm. Salluſtii ex lib. 1. pag. 412. Ed. Hack. legitur, *Injuria validior*. Gellius lib. IX. 12. prima verba hujus fragmenti citans, omiſit illud de *injuria*, & de *metu*, utroque ſenſu poni ſolito, tantum agit. ſimiliter noſter *vulnus Ulixi* dicit lib. II. Aen. 436. quod itidem Gellius adfert. BURM.

Digitized by Google

Sin duram metues hiemem, parceſque futuro,
Contuſoſque animos, & res miſerabere fractas;
At ſuffire thymo, ceraſque recidere inanis
Quis dubitet? nam ſaepe favos ignotus adedit
Stellio, & lucifugis congeſta cubilia blattis:
Inmuniſque ſedens aliena ad pabula fucus,
Aut aſper crabro inparibus ſe inmiſcuit armis;

Aut

SERVII.

239. [75] [PARCES FUTURO. Scilicet tempore.]

240. [76] [CONTUSOS ANIMOS. Confractos.] RES MISERABERE FRACTAS. Id eſt, afflictas.

241. SUFFIRE THYMO. Id eſt, fumigare: ut exinde inimica illis animalia fugiant. CERASQUE RECIDERE INANES. [77] [Dum ſine melle ſunt cerae. Et] ſane hoc dicit: ſi nihil habuerint in alvearibus, [78] vel te tollente, vel exedentibus pravis animalibus, apibus minutatim inciſam ceram miniſtra. [79] Stelliones vero, & caetera, thymi fumo ab eis repelle.

242. IGNOTUS. Ignobilis, vel ex improviſo veniens. ADEDIT. [80] Conſumpſit.

243. LUCIFUGIS BLATTIS. Per noctem vagantibus.

244. IMMUNISQUE FUCUS. A labore ſcilicet: ventri tantum indulgens.

245. IMPARIBUS ARMIS. [81] Inaequali conſilio: nam apes [82] laborant; iſte conſumit. Alibi II. Aen. 99. *Et quaerere conſcius arma.* Id eſt, conſilium.

PHILARGYRII.

239. DURAM. Id eſt, gravem. PARCES. Id eſt, parces alimento illius futuro.

244. IMMUNISQUE SEDENS. *Immunis*, [83] otioſus, piger, & qui munere non fungitur.

245. IMPARIBUS. Quia validiores ſunt, quam ſint apes.

VARIORUM.

Mentelii pr. Regius, Moreti ſec. & Leidenſ. *Affiſſae* Zulichem. *afixa venis* Leid. ſec. *affixas venis animas in* Ed. Venet. *affixae venis animas in* Ed. Mediol. *animoſque* Moreti quart. *in vulnera* praeferebat etiam Oudendorp. ad Lucan. II. 151. ſed *in vulnere*, eſt, ex vulgi opinione, dum vulnus inferunt, eo ipſo tempore, & ita maxima pars codicum. *vulnus* vero intelligi, quod inferunt, recte Servius & H. Steph. diſſert. de Criticis pag. 90. exponunt. vid. ſupr. ad ỳ. 238. Servium. BURM.

239. METUES. *Metuens* in Gudiano a manu prima, quod & Florentinam Juntarum editionem infedit: nec rejiciendum eſt. HEINS. *Metuens* Francianus, Tollianus. *metuis* ſecundus Moreti.

240. CONTUSOS. *Contunſos* Gudianus & duo Moretani. *miſerabile* Ed. Venet.

241. AUT SUFFIRE. *At* omnes fere codices. *aut ſufferre thumo* Mediceus, & Ed. Venet. *thymum* tert. Rottend. & Mentelii tert. & Parrh. *ceraſque recindere* Zulich. in Parrhaſ. eraſa erat prima ſyllaba, ſed ita ut manerent veſtigia *τοῦ in*. ut fuerit *incidere*. BURM.

243. STELLIO LUCIFUGIS. *Stellio & lucifugis* ſcripti noſtri, exceptis duobus aut tribus notae parum ſincerae, & Pieriani conſtanter. ut pes ſit creticus. quam ſcripturam Giphanius quoque Indice Lucretiano p. 459. eſt amplexus ex membranis abs ſe inſpectis. HEINS. *Stilio* Gudianus a m. pr. *ſtillio* Rottend. pr. a m. pr. *ſtilio* Mentelius pr. *ſtellio &* Francian. & Tollian. *Lucifugi c. c. blatti* Zulich. *exeſa cubilia* Pierii manus in ora codicis. *blatis* Mentel. pr. & Gudian: *plattis* pr. Moreti. *blattis* Parrhaſ. & Tollianus.

244. IMMUNISQUE. Nonius interpretatur, *ſine officio*,

75 deſunt R. B. Voſ. 76 deſunt R. B. Voſ. 77 deſunt R. B. Voſ. Steph. *inanes*, ſine melle Fabr. al. & ſane, non habet Urſ. Cod. 78 vel tollens R. 79 ſtiliones V. R. Voſ. B. 80 conſumit iidem. 81 ARMIS quia validiores ſunt, quam ſunt apes Cod. Urſ. ex Philargyrio. 82 laborantes conſumit Voſ. Steph. Dan. laborantes te conſ. R. 83 vitioſus Commel.

Aut dirum tineae genus, aut inviſa Minervae
Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.
Quo magis exhauſtae fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas,
Complebuntque foros, & floribus horrea texent.
Si vero (quoniam caſus apibus quoque noſtros
Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo,

Quod

SERVII.

246. INVISA MINERVAE. IN FORIBUS LAXOS SUSPENDIT ARANEA CASSES. [84] Araneam inviſam ideo Minervae dicit, quod ab ea in hoc animal puella Lydia commutata eſt, cum [85] Deam lanificio provocaſſet inferior. Sane Virgilius quidem confundit: tamen [86] ſciendum, majores animal ipſum maſculino genere appellaſſe, hic *araneus:* retia vero quae faciunt, foeminino genere.

252. VITA TULIT. Vitae longitudo, morborum creatrix. Sic in Bucolicis Ecl. IX. 2. *O Lycida, vivi pervenimus.*

PHILARGYRII.

246. INVISA MINERVAE. *Inviſam Minervae* ex illa fabula dixit, quia videtur Aranea, quondam virgo, Minervam lanificii ſubtilitate provocaſſe: a qua victa converſa eſt in hoc genus animalis, quod aranea texit.

250. HORREA. Spatia alveariorum.

252. VITA TULIT. Longa parentheſis uſque ad illum verſum inf. 264. *Hic jam galbaneos ſuadebo incendere odores.*

VARIORUM.

officio, ſine munere. HEINS. *Fucos* Mentelii prior, & Gudianus a m. pr.

Ibid. PABULA. *Pocula* Mediceus a manu prima.

245. SE INMISCUIT ARMIS. *Se miſcuit* Voſſianus prior, & Moreti fragmentum. HEINS. *Aſper ſcabro* duo Moretani, & Francianus. *crebro* quartus Moret. & Mentelius prior & alter Rottendorphius. *ſcabro* Mediceus a manu ſecunda. *ſe miſcuit* Francianus & Tollianus. & Ed. Mediol. *imparibuſque inmiſcuit* quart. Moreti.

246. DURUM TINEAE. *Tiniae* habet liber Colotianus: quam ego ſcripturam in aliis etiam codicibus inveni. in veteri quoque lapide apud Gentilem Delphinum vidi olim, *viniae* pro *vineae*, notatum. neque adhuc quicquam reperire potui, quod eam ſcripturam confirmet, niſi forte ruſtici ita loquebantur, qui *veam* pro *viam*, ut eſt apud Varronem lib. I. de R. R. I. dicebant. URSIN. *Dirum* Mediceus, Gudianus, alter Mentelianus, tertius Rottendorphius, Voſſianus uterque, primus & ſecundus Moretani, cum ejuſdem fragmento. & ſic vetuſtiores Pieriani. *tiniae* etiam Gudianus & uterque Mentelianus. quomodo & in Nonii Marcelli exemplaribus voce *Durum. dirum* malit Giphanius in Lucret. in *victus* HEINS. *Dirum* etiam Tollianus.

247. IN FORIBUS LAXOS. Libri omnes, excepto Moreti fragmento, *Laxos in foribus*, quomodo & Nonius Marcellus agnoſcit in *aranea*. HEINS. *Laxoſque in foribus* Zulichemius. *arachnia* Tollianus.

248. QUO MAGIS EXHAUSTAE FUERINT. *Fuerunt* Mediceus a prima manu. & *complerunt* mox idem, non *complebunt*. HEINS. *Fuerit* Venetus. *acrius omnis* multi, quod etiam ad ruinas poteſt referri. ſed quia dubium facit, an non & *generis* poſſet convenire, praefero *omnes*. BURM.

249. LAPSI SARCIRE RUINAS. *Fulcire ruinas* Moreti fragmentum, & *Incumbunt* pro *incumbent*. HEINS. *Incumbunt* Zulichemius. *ruinam* Ed. Venet. *ſartire* Leidenſ. unus.

250. FOROS. *Fores* Pierius in ora codicis ſui.

251. SI VERO. *Sin* primus Moretanus. HEINS. Et Menagianus prior, Leidenſis & Francianus.

252. LAN-

84 haec nota hoc ordine eſt in V. R. Voſ. Steph. Dan. Virgil. quidem &c. feminino genere deeſt iiſdem. Idem autem ait *Minervae* (Minervam inviſa R.) *inviſe*, quod ab ea &c. inferior. 85 Deam lanificii Cod. Urſ. 86 ſciendum eſt, quando Majores Poëtae V.

Quod jam non dubiis poteris cognoſcere ſignis;
Continuo eſt aegris alius color: horrida voltum
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & triſtia funera ducunt:
Aut illae pedibus connexae ad limina pendent,
Aut intus clauſis cunctantur in aedibus omnes,
Ignavaeque fame & contracto frigore pigrae.
Tum ſonus auditur gravior, tractimque ſuſurrant:
Frigidus ut quondam ſilvis inmurmurat auſter:
Ut mare ſollicitum ſtridit refluentibus undis;
Aeſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis.

Hic

SERVII.

254. ALIUS COLOR. Id eſt, pallidus: quia dixit ſupra 99. *Ardentis* [87] *auro, & paribus lita corpora guttis.*

256. TRISTIA FUNERA DUCUNT. Cum exſequiali ſcilicet pompa. Et *ducere*, proprie funerum eſt. Perſius II. Sat. 14. [88] *Nereo jam* [89] *tertia ducitur uxor.*

257. PEDIBUS CONNEXAE. Hinc multi apes dictas volunt, quod ſe pedibus invicem tenent: licet crebrior ſit illa opinio, [90] quod ſine pedibus primo eſſe dicuntur, ut inf. 310. *Trunca pedum primo.*

260. TRACTIM. Sine intermiſſione, jugiter.

261. FRIGIDUS UT QUONDAM SYLVIS IMMURMURAT AUSTER. Tres comparationes ſingulis impletae verſiculis de Homero tranſlatae ſunt: quas ille binis verſibus poſuit.

PHILARGYRII.

258. INTUS CLAUSIS. Ut in luctu homines ſolent.

VARIORUM.

252. LANGUEBUNT CORPORA MORBO. *Tabo* pro *morbo* alter Voſſianus. de quo ad Naſonem Metamorph. XV. ℣. 627. HEINS. Vid. ſupr. lib. III. 557. *languebant* primus Moreti. *triſtis* ſecundus.

253. QUOD. Hunc verſum Parentheſi includendum puto.

254. ALIUS. *Alia color horridus* Mediceus a m. pr.

Ibid. VOLTUM. *Multum* Zulichemius pro diverſa lectione; & ita Francianus.

255. TUM CORPORA. *Et corpora* Donat. ad Terent. Hecyr. II. IV. 27.

259. IGNAVAEQUE. Ut apud Ovid. II. Amor. XVIII. 4. *ignava* (vel *ignavae*, ut alii) *Veneris ceſſamus in umbra.*

260. TRACTIMQUE. *Tractuque* Mentelius. vid. ad Gratii Cyneg. 362. *tractim* jugiter exponit Chariſius pag. 196. Guellius confertim explicat, quem vide. *ſuſorrant* Gudianus. *ſuſurant* Francianus. & mox *inmurmorat* primus Rottendorphius. BURM.

261. SILVIS INMURMURAT. In Longobardico Pierii *ſilvas immurmurat*. ſic ſupra libro II. 451. *innatare undam*, & *fluvios innare rapaces* libro III. 142. & *inhiare poſtes* libro II. 463. atque ita Giphanius Indice Lucretiano pag. 435. in *ſubjungere*, & in *Advertere animum haec.* quem vide. HEINS. Vid. ad Ovid. VIII. Met 142.

262. STRIDET. *Stridit* pro *ſtridet* Mediceus, ut ſaepe alibi noſter, ἀρχαϊκῶς. Adeantur notae Aeneidos IV. ℣. 689. nec aliter a prima manu Gudianus. HEINS. *Aut* primus Moreti & Zulichemius. verſum hunc non habet Parrhaſ.

263. I-

87 deeſt R. B. 88 *Nero* V. *Nerio.* 89 *teſti additur* R. B. 90 qui ſine V.

Hic jam galbaneos ſuadebo incendere odores,
Mellaque arundineis inferre canalibus, ultro
Hortantem, & feſſas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunſum gallae admiſcere ſaporem,
Arentiſque roſas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel pſythia paſſos de vite racemos,
Cecropiumque thymum, & grave olentia centaurea.
Eſt etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricolae, facilis quaerentibus herba:
Namque uno ingentem tollit de ceſpite ſilvam,

Au-

SERVII.

264. HIC JAM GALBANEOS. Id eſt, [91] cum jam hic proceſſerit morbus, galbanus incendenda eſt; non, ut ſupra dixit, thymus. Mel etiam in alvearia, medicatum tamen, inferendum, non ut ſupra cerae inanes.

267. TUNSUM GALLAE SAPOREM. Multi pilas cypariſſi accipiunt.

269. [92] [DEFRUTA. Vina decocta, & defraudata proprio ſapore.

270. GRAVEOLENTIA CENTAUREA. Herbae hoc genus eſt, a Chirone Centauro repertum, a qua & curatus dicitur, cum Herculis, excepti hoſpirio, pertrectanti arma, telum excidiſſet in pedem: quare aliqui [93] *Chironium* appellant. Folia ſunt lata & oblonga, ſerrata, ambitu denſa a radice, caule circumgeniculato, trium cubitorum.]

271. EST ETIAM FLOS IN PRATIS &c. [94] Plene hanc herbam, ut etiam ſupra, arborem foelicis mali, exſequitur: nam dicit ubi creetur, qualis ſit, quid poſſit.

PHILARGYRII.

265. CANALIBUS. Varro Divinarum lib. VI. [95] *Canales eas diſpicit*. Templa feminino genere *canales* dixit.

273. DE CESPITE. Non de terra, ſed de radice.

VARIORUM.

263. IGNIS. *Ingens* Mediceus a manu prima. in Servio Dan. & aliorum ad v. Aen. 595. legitur; *Aeſtuat incluſis*. ſed in MſT. ut hic legitur. ut vero hoc loco *clauſae fornaces*, ita contra *ruptae fornaces* occurrunt lib. I. 471. ubi ignis *erumpit*, & *exundat*. & ut hic *aeſtuat*, ita *anhelat* fornacibus ignis lib. VIII. Aen. 421. BURM.

264. HIC JAM. *Hinc jam* Mediceus, Venetus, & prior Menagianus. pro *incendere* diverſa ſcriptura tertii Rottendorphiani *infundere*. HEINS. *Hinc* Parrhaſ.

266. FESSAS. Non a labore, ſed a morbo. vid. ad Ovid. II. Amor. XIII. 2.

267. TUNSUM GALLAE SAPOREM. *Tuſum* Leidenſis. in altero Voſſiano, *Tuſcum ſaporem*. ſed *tunſum* Priſcianus monet rectum eſſe lib. X. HEINS. *Tutum* Mediceus. *tonſum* Menag. pr. Zulich. Francian. fragm. Moreti, Ed. P. Dan. eadem diſcrepantia & ℣. 302. & alibi ſaepe. *inmiſcere* Francian.

269. PSYTHIA PASSOS DE VITE RACEMOS. *Pſythiae* Mediceus, Venetus, & Moreti fragmentum, cum Gudiano, & Rottendorphii tertio. quod non amplector. cum *pſythia vitis* Columellae quoque dicatur libro III. cap. 2. *Nam quae Graecae vites ſunt, ut Mareoticae, Thaſiae, Pſythiae, ſicut habent probabilem guſtum, ita minus fluunt.* apud Plinium libro XIV. cap. 9. *Pſythium paſſum.* apud Macrobium quoque libro III. Saturnalium cap. 19. *Pſythia vitis*. HEINS. *Paſſus* Mentelii prior.

91 cum hic R. Voſ. B. praeceſſerit V. R. Voſ. mox *dixit* deeſt R. Voſ. V. B. Fab. al. 92 deſunt R. V. Voſ. B. ad ℣. 271. 93 Chronium dedit Maſvicius ex Fabr. Ed. ſecutus vitia etiam operarum. ſed Chironium legendum. 94 uſque huc plene B. 95 Rutgerſ. I. Var. Lect. 2. legit, *canalis ea diſpeſcit templa*, feminino &c.

Digitized by Google

Aureus ipſe: ſed in foliis, quae plurima circum
Funduntur, violae ſublucet purpura nigrae.
Saepe Deûm nexis ornatae torquibus arae.
Aſper in ore ſapor. Tonſis in vallibus illum
Paſtores, & curva legunt prope flumina Mellae.
Hujus odorato radices incoque Baccho,
Pabulaque in foribus plenis adpone caniſtris.
Sed ſi quem proles ſubito defecerit omnis,
Nec, genus unde novae ſtirpis revocetur, habebit;

Tem-

SERVII.

274. AUREUS IPSE. Flos ſcilicet.

275. VIOLAE SUBLUCET PURPURA NIGRAE. Mire ait *ſublucet*; ut oſtendat purpurei coloris folia quodam [96] nitore eſſe perfuſa.

277. TONSIS IN VALLIBUS ILLUM. Non ſylvoſis. Unde eſt contra v. Ecl. 63. *intonſi montes.*

278. PROPE FLUMINA MELLAE. *Mella*, fluvius Galliae eſt, juxta quem herba haec plurima naſcitur. Unde & [97] *Amello* dicitur; ſicut etiam populi habitantes juxta [98] Lemannum fluvium, Alemanni dicuntur. Lucanus 1. 396. *Deſeruere* [99] *cavo tentoria fixa* [1] *Lemanno.*

281. SED SI QUEM PROLES SUBITO DEFECERIT OMNIS. Miro uſus eſt ordine: nam primo ait, quemadmodum animalia apibus inimica pellenda ſint: deinde quibus medicaminibus morbo [2] poſſint carere: nunc dicit, penitus amiſſae qua poſſint ratione reparari.

PHILARGYRII.

278. MELLAE. *Mella*, amnis in Gallia Ciſalpina, vicinus Brixiae, oritur ex monte Brenno.

283. MAGISTRI. Ariſtaeum dicit, Apollinis & Cyrenes filium, qui primus invenit, quemadmodum apes poſſint reparari.

VARIORUM.

prior. vid. lib. II. 92. *fitbia* Reg. a m. pr.

271 AMELLO. Quidam putant eſſe herbam quae *Chamemilla* appellatur. URSIN.

273. NAMQUE UNO. *Imo* Francian. & ita edidit P. Dan. Baſil. & alii, & probavit Heinſ. ad Ovid. XX. Epiſt. 21. & Catroeus.

274. AUREUS. Vid. Turneb. XXVII. 10. NANSIUS.

275. FUNDUNTUR. *Funduntur* Leidenſis. *Eduntur* Zulichemius. mox *ſublucent* quartus Moretanus. *ſuccumbit* Zulichemius. mox forte, *bine nexis.*

277. ET CURVA LEGUNT PROPE FLUMINA MELLAE. *Amellae* a manu ſecunda Mediceus, ſed perperam. Mella fluvius Brixiae vicinus etiam Catullo memoratur Carm. 62. ℣. 32. *Flavus quam molli percurrit flumine Mella.* de Brixia. Praeterea idem codex a manu prima, *incurva*, non *& curva.* quod placet. HEINS. Guellius *Melam* fluvium ex *Mella* fecit, quem compilavit Catroeus. *per flumina*, ut in Romano codice, mihi admodum placet, & melius τῷ *curva* videtur convenire: eſt vero per ripas fluvii, quam longe fluit. inf. 457. *dum te fugeret per flumina praeceps.* & mox *ſervantem ripas* &c. BURM.

281. SI QUEM. *Si quidem* uterque Mentelianus, priores Rottendorphianus Menagianusque & duo Moretani, quorum unus etiam *habebis* pro *habebit* paullo poſt. quod omnino admittendum eſt, ſi τὸ *ſiquidem* admittitur. HEINS. *Siquidem* etiam Francianus & Parrhaſ. *ſi quem* retineo. vid. ad Ecl. I. 290. BURM.

284. CAE-

96 virore R. Voſ. B. Stéph. Dan. 97 Amella R. B. Baſil. ſunt populi R. B. 98 Lemanum R. 99 cave Voſ. Lema ū: 1 Lemanno R. 2 poſſit Dan.

Digitized by Google

Tempus & Arcadii memoranda inventa magiſtri
Pandere, quoque modo caeſis jam ſaepe juvencis
Inſincerus apes tulerit cruor. Altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.
Nam qua Pellaei gens fortunata Canopi
Adcolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur ſua rura faſelis;
Quaque pharetratae vicinia Perſidis urguet,

Et

SERVII.

283. [3] [TEMPUS. Subaudi, eſt nunc.] ARCADII MAGISTRI. [4] Ariſtaeum.

284. CAESIS JUVENCIS. Verberibus occiſis. Bono autem ſermone uſus eſt: nam *caedi* interdum occidi; interdum verberari ſignificat.

285. INSYNCERUS CRUOR. Vitiatus, corruptus: nam ideo verberantur, ut ex putrefacto cruore vermes creentur, unde apes ſunt.

286. ALTIUS OMNEM EXPEDIAM, PRIMA REPETENS AB ORIGINE FAMAM. Contra in Aeneide I. 342. *Sed ſumma ſequar faſtigia rerum.* Sane ſciendum, Plinium dicere de bobus apes; de equis [5] crabrones; de mulis fucos; de aſinis [6] veſpas, [7] [ſicut in Aeneide I. 435. diximus] procreari.

287. PELLAEI CANOPI. [8] *Canopus*, civitas eſt juxta Alexandriam, quam Alexander a ſe dictam condidit, inſtar chlamydis ſuae: qui fuit de civitate Macedoniae, quae [9] Pella nominatur. *Canopus* autem dicta eſt, quaſi [10] *Canobus*, a Canobo Menelai gubernatore illic ſepulto.

289. PHASELIS. Brevibus naviculis, quibus utuntur cum ſtagnaverit Nilus.

PHILARGYRII.

285. TULERIT. Pro genuerit, ut alibi XI. Aen. 285. *Si duo praeterea tales Idaea tuliſſet Terra viros.*

287. PELLAEI. *Pellaei Canopi* ideo dixit, quoniam Macedones Alexandriam condidere. Eſt autem Macedoniae civitas Pella, patria Alexandri, a quo dicta Alexandria eſt. A qua urbe XII. millia paſſuum diſtans vicus eſt, *Canopus*, a Canopo, Menelai gubernatore ita appellatus. Longo autem epitheto *Pellaei Canopi* ſic uſus eſt, ut alibi, I. Aen. 338. *Tyrios & Agenoris urbem.* Et I. Aen. 284. *Aſſaraci domum*, Romam.

VARIORUM.

284. CAESIS JAM SAEPE JUVENCIS. *Forte juvencis* primus Moretanus. HEINS.

286. PRIMA. *Patria* Venetus.

287. NAM QUA. *Nam quae* Gudianus. *Pelei* primus Rottendorphius, Tollianus & Editio Juntina etiam Regius, ubi eraſa erat prima litera *l.* cum gloſſa, *a Peleo. Penei* Francian. BURM.

Ibid. PELLAEI. Non ab Alexandro e Pella Macedoniae oriundo, dictum putat, ſed vicinum Alexandriae a Pellaeo Alexandro conditae, Junius I. Animad. 9. vid. Vadian. ad Melam, fol. 10. NANSIUS.

288. ACCOLIT. *Adtulit* Zulichemius.

289. PICTIS. *Pactis* ſecundus Rottendorphius.

290. QUAQUE PHARETRATAE &c. Quas turbas & lites hi verſus dederint, nemini literarum ſtudioſo latere poteſt; poſt tot commentatorum diverſas opiniones, & diſſertationes etiam virorum eruditorum. Catrocus ſententiis Cerdae & Ruaei propoſitis, quondam in Gallia agitatam inter ſe & Huetium & Harduinum litem narrat. ſed prius inter Segraeum & Huetium, diverſa cenſentes, concerta-

tio-

3 deſine R. Voſ. B. 4 Ariſtaei R. Voſ. B. Steph. Dan. cetera deerant, ſunt enim Philargyrii, unde Fabr. al. perierunt; quare delevi 5 Scabrones R. Voſ. V. B. Nanſius notaverat tale quid Plinium ſcribere lib. XI. 20. ſed pervertere Servium verba. nam ille de equis veſpas atque crabrones, de aſinis Scarabaeos naſci ſcribit. 6 veſpas creari R. Voſ. B. omiſſis mediis verbis. 7 ſicut ſuperius diximus Baſil. 8 Canopus R. 9 Appella R. Voſ. Dan. Apella Steph. 10 Canopus a Canopo Voſ.

Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena,
Et diverſa ruens ſeptem diſcurrit in ora
Uſque coloratis amnis devexus ab Indis:

Omnis

SERVII.

291. NIGRA FOECUNDAT ARENA. Novum enim ſemper limum trahit, qui efficit foecunditatem. [Lucanus IV. 135. *Sic, cum tenet omnia Nilus, Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro.*] Unde & Nilus dictus eſt quaſi [12] νέαν ἰλύν, [id eſt, novum limum] trahens: nam antea Nilus Latine Melo dicebatur.

PHILARGYRII.

293. USQUE COLORATIS. Terentius Eun. III. II. 18. *Ex Aethiopia uſque haec eſt.* Salluſtius item fragm. incert. *Quem trans ſtagnum omnis uſque ad flumen.* Hic ergo, *uſque*, e loco eſt, non in loco, ut ipſe VII. Aen. 289. *Italiam longe proſpexit ab uſque Pachyno.*

VARIORUM.

tionem debuiſſet narrare, quam nobis exhibuit Tilladetus in diſſertation XI. inter illas, quas ille Pariſiis edidit Tom. II. p. 33. deinde Harduini & Huetii animoſas ſatis diſceptationes exhibuit nobis editor Bibliothecae Francicae Amſtelaed. 1732. editae Tom. XVII. p. 97. & ſeqq. quarum momenta & rationes hic recenſere notarum anguſtiae non permittunt, nec quid Cerda, Ruaeus, & alii commentatores hic moliti fuerint. Catroeus etiam novam & inauditam antea de his verſibus ſententiam profert, & ex Salluſtio in Jugurt. cap. XVII. conficere vult, olim ab Hercule quoſdam Medos, Perſas & Armenios in Hiſpaniam deductos, eosque eo mortuo in Hiſpania, tranſiiſſe in Africam, quibus ſe junxiſſe Getulos, & Numidas communi nomine dictos: eorum prolem ſe per Africam diffudiſſe, deinde occupaſſe Libyam, & interiorem totam Africam tenuiſſe. & haec omnia ex Libris Punicis Hiempſalis eſſe deſumta; & hinc verſus hos Virgilii tres diverſas regiones exprimere cenſet. verſus 287. 288. 289. inferiorem Aegyptum, Deltam. 290. & 291. ſuperiorem. 292. 293. Nili fontes, 294. collectionem ſuperiorum continere. ſed ipſe notat, Salluſtium non multum huic fabulae tribuiſſe, & libros illos Punicos, qui Hiempſalis eſſe *dicebantur*, nulla hiſtoriae certae argumenta dare credidiſſe: nam addit, *ceterum fides ejus rei penes auctores erit.* fabuloſae vero narrationi ſuperſtruere horum verſuum interpretationem quam ſit ridiculum per ſe patet. quis enim credat Herculem, quicumque ille demum fuerit, ex oriente tantum exercitum ex Medis, Perſis & Armeniis deduxiſſe in Hiſpaniam, ejuſque reliquias potuiſſe totam Africam occupare, & nullum praeter Punicos ſcriptores, hujus tam memorabilis expeditionis mentionem feciſſe? deinde etiam Perſas hos ad Cataractas ex Seneca lib IV. Nat. Quaeſt. 2. ſuperfuiſſe hoc tempore probare contendit. Quod ſi verum ſit, eoſdem illos Perſas Herculis milites fuiſſe minime eſt veroſimile, ſed a Cambyſe, ſubacta Aegypto, illic collocatos multo credibilius eſſe arbitror. Clericus etiam ſe inſignem nova & ridicula explicatione, & emendatione hujus loci voluit facere. nam in tom. II. Artis Criticae part. III. §. I. cap. 16. quum Perſidem vicinam Aegypto feciſſe Virgilium non credat, legit,

Quaque pharetratae vicina Pathyrides urget,
Et viridem Aegyptum, &c.

& hinc *Pathyrida* eſſe Thebaida, ab urbe Pathyri ex Bocharti Phalego lib. IV. cap. 27. confirmans, tradit. ſed neque Bochartus urbem agnoſcit, ſed vicum mediterraneum prope Memnonem contra Thebas, unde nomus *Phaturites*, qui *Pathros* in S. ſcriptura dicitur. unde ille colligit, ita totam Thebaida dictam, argumentis ob diverſas hujus loci lectiones admodum incertis. nam ipſe diffidiſſe videtur, quum dicat ex dictis, *videri* ſequi, Pathros eſſe ſupra Memphim, ubi Thebais. & veſtigia terrae Pathros remanere in vico Pathyro. nihil fere addit de eorum ſagittandi peritia: ſed capite praecedenti de Aethiopibus & eorum arcubus & ſagittis amplius egit, quod hic fraude ſibi ſolita Clericus accommodat Pathruſaeis. ſed piget tam abſurdas conjecturas recenſere, quibus a vico ignobili, Virgilium regionem nobiliſſimam denominare voluiſſe nemini facile perſuadebitur. ne plures adducam, mihi ſimpliciſſima videtur expoſitio eorum,

11 deſunt R. Voſſ. P. Steph. al. 12 νέαν ἰλὺν Steph. Dan. al. id eſt trahens. nam Steph. Dan. Fab. trahens, id eſt novum Limum Baſil. deſumta haec ſunt ex nota ad IX. Aen. 31.

Digitized by Google

Omnis in hac certam regio jacit arte ſalutem.
Exiguus primum, atque ipſos contractus ad uſus
Eligitur locus. Hunc anguſtique imbrice tecti,
Parietibuſque premunt artis, & quatuor addunt,

Qua-

SERVII.

294. JACIT SALUTEM. [13] [*Jacit*, pro, habet, &] ponit [14] apum reparandarum ſalutem. Cicero pro Muren. VI. *Jacta ſunt fundamenta defenſionis meae.*

295. IPSOS CONTRACTUS. Ad ſuſtinendum tantum & [15] coartandum bovis cadaver.

296. ANGUSTIQUE IMBRICE TECTI. [16] [*Imbricem* quidam volunt *tectum*, quidam canalem, qua repellitur pluvia. *Imbrex* tamen dicitur, quod imbrem arceat:] licet & *hic imbrex* lectum ſit, melius tamen ſecundum Plautum, *haec imbrex* dicimus: namque ait Mil. II. VI. 24. *Fregiſti imbrices meas, dum te* [17] *dignam ſectaris* [18] *ſimiam.*

VARIORUM.

rum, qui per Perſidem intelligunt fines, qui olim fuere Perſici regni, quod ab Indo olim ad Nilum patebat. & eodem jure hic Perſidem vocare, quo ℣. 211. dixit *Medum Hydaſpen.* vel potius more ſeculi ſui Poëtam Perſas & Medos, ut ſaepe Horatius, vocaſſe Parthos, regni olim Perſici jam dominos, qui praeter omnes *pharetrati* dici potuerunt, ab inſigni ſagittandi arte, ut ipſe mox ℣. 313. eos deſcribit, & innumeri alii. Jam vero hoc tempore vicini Romanis finibus & arcibus (ut de ipſis Indis dixit II. Georg. 172.) continuis bellis infeſtabant Romanos, ut cum Craſſo & Antonio bella oſtendunt. unde *imminentes Latio* dicit Horat. I. Od. 12. & *graves Perſas* III. Od. 5. immo etiam in Syriam transgreſſi Judaicis ſe diſſidiis immiſcuerunt, ita, ut recte poſſit dici viciniam Parthorum urſiſſe fines Aegypti, quibus imminebant. Simili modo Parthos vicinos Nabathaeis facit Seneca Herc. Oet. 160. quod recte Gronovius explicat de imperio Parthico, quo uſque patebat tempore Senecae. ſic conjungit Perſida Lydiae Senec. Hipp. 325. quae pluribus illuſtrare facile erat, ſed jam ſatis haec nota excrevit, itaque deſino. Altera pars de Nilo ab Indis oriundo, ab Huetio & aliis ſatis eſt illuſtrata, & nuper etiam a Frereto in Comment. Academiae Inſcriptionum Tom. VI. pag. 352. Per Indos enim hic Aethiopes intelligi debere jam a multis eſt animadverſum, qui ideo *colorati.* ut centies *nigri* vocantur. ita *coloratus* Memnon Claudian. I. Stili. 264. *coloratus* Mazax Nemeſ. Cyneg. 261. vide Gronov. Diatr. Stat. cap. X. nuper etiam vir eruditiſſimus in bibliotheca Germanica Tom. XLI. p. 101. oſtendit Thomae Apoſtoli, qui apud Indos dicitur Chriſti doctrinam condidiſſe, minime de Indis ad Gangem, ſed de Parthis vel Arabibus eſſe intelligendam hiſtoriam, quem videbis multa de lata Indorum appellatione agentem. tranſpoſitionem vero verſuum, ut ex Romano codice dat Pierius, & ex aliis Heinſius, uniuſcujuſque arbitrio relinquo. certe, non expungerem cum Cerda ℣. 291. BURM.

291. ET VIRIDEM. Mediceus verſum proxime ſequentem, cujus initium, *Et diverſa ruens*, huic praeponit, ut & Gudianus cum Rottendorphianis duobus & Leidenſi. HEINS. *Fecundet* Gudianus.

293. USQUE. *Ille* primus Rottendorphius pro varia lectione. *ab undis* Francianus.

Ibid. DEVEXUS. An non *devectus* olim fuerit lectum, dubito, quia in Regio erat gloſſa, *deportatus*. BURM.

294. JACIT. *Petit* Venetus. *jacet* Gudianus a manu prima. *regio certam* Francianus.

295. CONTRACTUS AD USUS. *In uſus* a manu prima Mediceus. HEINS. Ita edidit P. Daniel. & eſt in quarto Moretano. ſed haec ſollemniter variant in ſcriptis. vid. ad Ovid. III. Art. Am. 529. BURM.

297. PREMUNT ARTIS. *Premunt aras* Ed. Venet.

Ibid. QUATTUOR. Unico T ſcribimus *Quater*, quod primam ſemper corripit. Unico etiam *Quatuor*, quod eandem ſemper producit, idque ex obſervatione veterum. Videmus autem viros non indoctos in poſtremo verbo numerum mutaſſe, deceptos analogia, non obſervantes uſum. FABRIC.

298. O-

13 deſunt R. Voſ. B. Steph. Baſ. pro habet, & ponit apum Cod. Urſ. Dan. Fabr. 14 apium R. Voſ. B. 15 coarctandum R. 16 deſunt R. Voſ. B. Steph. Dan. 17 dictam R. Voſ. V. B. 18 ſimio V.

Quatuor a ventis obliqua luce feneſtras.
Tum vitulus, bima curvans jam cornua fronte,
Quaeritur: huic geminae nares, & ſpiritus oris
Multa reluctanti obſuitur, plagiſque peremto
Tunſa per integram ſolvuntur viſcera pellem.
Sic poſitum in clauſo linquunt, & ramea coſtis
Subjiciunt fragmenta, thymum, caſiaſque recentis.
Hoc geritur, zephyris primum inpellentibus undas,
Ante novis rubeant quam prata coloribus, ante

Gar-

SERVII.

298. Obliqua luce fenestras. Quia ex [19] obliquo lumen infundunt, ut in horreis [20] cernimus.

299. [21] [Bina curvans jam cornua fronte. Aetatis biennii: [22] bimus namque, biennis, trienniſque dicitur.]

301. Multa reluctanti. [23] Pro, *multum*, nomen pro adverbio.

302. [24] [Solvuntur viscera pellem. Liqueſcunt & putreſiunt.]

303. Ramea fragmenta. Fracta de ramis, id eſt, ramorum fragmina. Dicimus autem & *hic ramus*, & *hoc ramale*. Perſius I. Sat. III. [25] *Ut ramale vetus*. Casiasque recentes. Statim carptas.

304. Fragmenta. Id eſt, poſteaquam ſubjecerunt ramea fragmenta.

305. [26] [Zephyris primum impellentibus undas. Incipiente unda: vult hoc ſub occaſum hyemis fieri.]

PHILARGYRII.

298. Quattuor. *Quattuor*, eos accipiendum, quos Homerus notavit, Eurum, Zephyrum, Boream, Notum. Omnes autem venti praeter enchorios, id eſt, regionales, ſunt duodecim: Subſolanus, Eurus, Foenix, Notus, Libonotus, [27] Africus, Zephyrus, Argeſtes, Thracias, Aparctias, Boreas, Caecias.

VARIORUM.

298. Obliqua. *Adverſa* legere quosdam indicat Cerda.

299. Bima. *Bina* alter Rottendorphius & Moreti ſecundus & Venetus, Regius & duo alii. *vima* Mediceus a manu prima. *corvans* Gudianus.

301. Multa reluctanti obstruitur. Ita ſcripti omnes praeter unicum Mediceum, in quo *obſuitur*. nec aliter Gudianus a manu prima. de cujus ſcripturae elegantia jam egi animadverſionibus ad librum II. Faſtorum Naſonis ℣. 578. accedit & proxime ad eam ſcripturam Venetus, in quo *obruitur*. ſed ſaepenumero id verbum in *obruere* degeneravit. apud Iſidorum Etymolog. libro XIX. cap. 22. videtur ſcribendum, *Pannuciam dici veſtem, cum ſit diverſis pannis obſuta*. cum, *obſita* nunc legatur. ſed plura nos ad Faſtos. apud Perſium contra Sat. IV. *oſcitat heſternum diſſutis undique malis*. Plinius Panegyrico cap. LXVI. *at nunc tua dextera tuiſque promiſſis freti & innixi obſuta diutina ſervitute ora reſeramus, fraenatamque tot malis linguam reſolvimus*. ſic ſcribendum videtur. *obſepta* vulgo. Seneca Epiſt. XLVII. de ſervis: *At illi, quibus non tantum praeſentibus dominis, ſed cum ipſis erat ſermo, quorum os non conſuebatur, parati*

19 oblico R. 20 cernimur R. 21 deſunt R. Voſ. B. Steph. 22 bimus namque trimus Fabr. bimus namque trimuſque Baſ. recte. 23 deeſt R. Voſ. B. 24 deſunt R. Voſ. & putreſcunt Baſil. 25 *ac* R. mox R. jungit, ſtatim carptas, teneras. 26 deſunt R. Voſ. Baſil. incipiente unda deeſt Cod. Urſ. f. incipiente navigatione. Steph. tantum habet incipiente unda, ſequentibus omiſſis. Cl. Dorvilius, incipiente vere, unde vult &c. 27 deeſt Commel. mox *Thraſcias* legebat Dorvilius.

Digitized by Google

Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in oſſibus humor
Aeſtuat, & viſenda modis animalia miris,
Trunca pedum primo: mox & ſtridentia pennis
Miſcentur, tenuemque magis magis aëra carpunt:
Donec, ut aeſtivis effuſus nubibus imber,
Erupere; aut ut, nervo pulſante ſagittae,
Prima leves ineunt ſi quando proelia Parthi.
Quis Deus hanc, Muſae, quis nobis extudit artem?
Unde

SERVII.

308. Teneris tepefactus in ossibus humor. Utpote bimi vituli, in quo plurimum ferventis eſt ſanguinis.

309. Visenda modis animalia miris. Et quod [28] [ex cadavere naſcuntur animalia, & quod] apes ex vermibus procreantur.

310. Trunca pedum. Id eſt, ſine pedibus. Et bene addidit *primo:* nam poſtea, tam [29] pennas, quam pedes accipiunt. Pennis miscentur. Inter ſe pennarum levitate conveniunt.

315. Extudit. Studioſe repperit.

PHILARGYRII.

314. Leves ineunt. *Leves* nunc ad armaturam.

315. Extudit. Id eſt, unde ſagacitas hominum hos ingreſſus cepit.

VARIORUM.

parati erant pro domino porrigere cervicem. quae verba repetuntur a Macrobio Saturnal. I. cap. 12. HEINS. *Multa reſultantι* Menagius prior. *obruitur* Parrhaſ.

302. Tunsa. *Tonſa* & *tuſa* nonnullis. vid. ſup. ỷ. 267.

303. In clauso. *In* deeſt quarto Moretano. Columella XII. praefat. *alimenta terreſtria* &c. *atque fructus clauſo cuſtodienda ſunt*. ubi vid. Schoetgenium. BURM.

304. Virentes. *Recentes* ſcripti. perperam in editis nonnullis & quibuſdam Pierianis *virentes*. quod alterius gloſſema. conſulantur quae ad Faſtos Naſonis obſervamus libro V. ỷ. 123. HEINS. Et vid. VI. Aen. 674.

307. Suspendat. *Suſpendit* Mentelius prior, a manu prima. & primus Moreti & Nonius in *garrulae*. pro *garrula* erat in Zulich. *ſarcula*, quod neſcio quid ſit. *ſignis* Voſſian. BURM.

310. Trunca pedum. Imitatus hanc conſtructionem Silius lib. X. 311. *Ceu truncus capitis*. BURM.

311. Tenuemque magis magis aera carpunt. *Tenuemque magis ac magis*. a manu prima Mediceus. deleto tamen poſtea τὸ *ac*. in Menteliano τὸ *que* a manu ſecunda eraſum, relicto *ac*. *tenuem magis ac magis*. quomodo & priores Mentelianus ac Voſſianus, & alii quinque. in Gudiano *tenuemque magis magis aëra* ſed *hac* ſuperſcriptum τὸ *aëra*. Quid ſi ſcripſerit Maro? *mox ut ſtridentia pinnis Miſcentur, tenuem magis ac magis aëra carpunt*. *magis ac magis* etiam ſupra III. 185. & 396. habuimus. *magis magis* probat Giphanius, etſi & alterum in ſcriptis ſuis invenit, Indice Lucret. p. 460. HEINS. *Tenuem magis ac magis* Regius, Franc. & Tollian. & Parrhaſ. ita Val. Flac. I. 742. *Jam magis atque magis variis ſtupet Aea Deorum Prodigiis*. vid. II. Aen. 299. & XII. 406. *aëra rumpunt* Tollian. BURM.

312. Effusus. *Et aeſtivis effuſis* quartus Moretanus.

313. Aut ut. *Velut* in Veneto noſtro, & Moreti duobus, & tertio Rottendorphio, tum &

28 omiſit haec Maſvicii negligentia. 29 pinnas Voſſ. ut & ſeq. verſu, & ita Steph. Dan. ſed Baſil. in textu *pinnis*, in Servio, *pennarum*.

Digitized by Google

Unde nova ingreſſus hominum experientia cepit?
Paſtor Ariſtaeus fugiens Peneïa Tempe,
Amiſſis (ut fama) apibus morboque fameque,
Triſtis ad extremi ſacrum caput adſtitit amnis,
Multa querens, atque hac adfatus voce parentem:
Mater Cyrene, mater, quae gurgitis hujus
Ima tenes, quid me praeclara ſtirpe deorum,
(Si modo, quem perhibes, pater eſt Thymbraeus Apollo)
In-

SERVII.

316. [30] INGRESSUS. Exordia: [31] [nam eſt accuſativus pluralis.] NOVA EXPERIENTIA. Nullo docente, ars per uſum reperta.

317. PASTOR ARISTAEUS. *Ariſtaeus*, filius fuit Apollinis & [32] Cyrenes, filiae Penei, fluminis Theſſaliae: qui cum Eurydicen Nympham, uxorem Orphei, vitiare voluiſſet, & illa fugiens a ſerpente fuiſſet occiſa, Nympharum [33] iracundia cunctis animalibus perditis [34] [funditus, & cunctis apibus,] matris auxilium [35] invocat. [36]

319. EXTREMI AMNIS. Id eſt, ſummi, unde naſcitur. Et ſic dicimus (Terent. Adel. II. 1. 42.) *Pro ſupreme Jupiter*, [37] [id eſt, ſumme.]

321. MATER CYRENE, MATER. Invidioſum eſt, nomine [38] parentes vocare. Unde eſt paulo poſt: *Et te crudelem nomine dicit.* Sic in duodecimo in deſperatione ait ỿ. 652. [39] *Ruitque implorans nomine Turnum.* GURGITIS HUJUS. Id eſt, Penei fluminis.

PHILARGYRII.

317. PENEIA TEMPE. Quia per ea *Peneus* fluvius.

319. EXTREMI. Extremum caput ſic dixit, ut VII. 49. *Tu ſanguinis ultimus auctor*, id eſt, primus.

VARIORUM.

& in Pierianis nonnullis. Puto *vel ut* duabus vocibus. HEINS. *Vel ut* Francianus. *velut* Parrhaſ.

315. EXTUDIT. *Extulit* etiam Mentelianus prior, Regius & tertius Rottendorphius, Leidenſis & Zulichemius, duo Moretani & a manu prima Mentelius prior & primus Rottendorphius. *excudit* Tollianus & Ed. Venet. *aut Muſae* Moret. quart.

316. INGRESSUS. *Ingreſſum* alter Mentelii. *ingreſſum hominem* Ed. Venet. *coepit* Edd. Junt. Steph. P. Dan. Baſil. & al.

317. FAMA. *Fama eſt* Parrhaſ.

319. SACRUM CAPUT. *Placidum caput* in Mediceo. *ad extremum ſacri caput amnis* fragm. Moreti. HEINS. Servius, & eum ſecuti fere omnes interpretes, hic agi de fonte Penei putant, & in primo Rottend. gloſſa erat adſcripta, *unde oritur.* in Regio *extremi* explicabatur *ſummi.* ut & Servius explicat: ſed male. nam poteſt opponi imis fluvii, ut ipſe Servius ad ỿ. 333. ubi ſtans Ariſtaeus ad flumen, opponitur matri ſedenti ſub gurgite. & ita *ſummi montes* explicantur *ſupremi* inf. ỿ. 460. & *ſumma aqua* centies de ejus ſuperficie occurrit. *caput* vero fluvii dici de utroque & fonte & oſtio extra controverſiam pono, ſed hoc loco oſtium eſſe intelligendum docui jam ad Valer. Flac. V. 351. quod quum non placuerit nupero Lucani Interpreti ad lib. II. 52. ad ipſum Lucanum in notis jam paratis praelo vindicavi. praecipue eo argumento, quod hic omnia de fluvio non tenui, ut in fontibus eſſe ſolent, ſed jam aucto & vaſto narrentur. ſic *ima gurgitis* & *flumen altum* ỿ. 333. & 358. *alta jubet diſcedere late flumina: & vaſtum ſinum* 362. &c. deinde quod Tempe longius a fonte, quam ab oſtio abfuerint, unde ille *fugiens*, id eſt fu-

30 INGRESSUM exordium R. Voſ. V. B. 31 deſunt iisdem, & Steph. & Dan. 32 Cirenes R. Cyrrenis B. 33 iracundiam funditus R. 34 deſunt R. Voſ. V. B. 35 deeſt Voſ. petiit Steph. Dan. imploravit Fabr. & al. matris auxilio B. cui deeſt ultima vox. 36 TEMPE. ſunt in Theſſalia amoeniſſima loca Fabr. al. 37 deſunt R. B. Voſ. Fabr. al. 38 parentis R. V. Voſ. 39 irruitque Voſ. B. iruitque R.

Inviſum fatis genuiſti? aut quo tibi noſtri
Pulſus amor? quid me coelum ſperare jubebas?
En etiam hunc ipſum vitae mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum & pecudum cuſtodia ſollers
Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.
Quin age, & ipſa manu felicis erue ſilvas;
Fer ſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſſis:
Ure ſata, & validam in vitis molire bipennem;

Tan-

SERVII.

324. INVISUM FATIS GENUISTI. [40] Si natus ex diis inviſus eſt fatis. Sic in primo Aeneidos 251. *Nos, tua progenies, coeli quibus annuis arcem.* Item ỿ. 615. *Qui te, nate dea, per tanta pericula caſus Inſequitur?*

326. VITAE MORTALIS HONOREM. [41] [Bene *honorem* ait, [42] quia] bene arare, bene paſcere, apes etiam habere, [43] [honor erat.] Nam [44] in ingenti honore fuit ruſticitas. Alibi I. 507. *Non ullus aratro Dignus honos.*

327. CUSTODIA SOLERS. Diligens & perita induſtria.

328. TE MATRE RELINQUO. Ac ſi diceret: ſub ea perdo uſum laboris, ſub qua augere debueram.

329. FOELICES. Fertiles. FER. Infer. INTERFICE MESSES. Secundum Pythagoram, qui habere animam dicit cuncta creſcentia. Unde & alibi VII. Ecl. 57. *Aret ager vitio moriens.*

331. [45] [IN VITES. Contra vites. MOLIRE BIPENNEM. Ut eas ſuccidas.]

PHILARGYRII.

328. RELINQUO. *Relinquo*, pro amitto.

VARIORUM.

fugiturus, vel meditans fugam ob amiſſas apes, ut apparet ex ſequentibus, antequam abiret, ad Penei undam etiam ſtabat, & inde matrem precatus eſt. inf. 354. hoc vero oſtium ſacrum templo Apollinis, & Jovis, & aris plurimis, ut notum eſt. ridicule vero Catroeus hic communem ſecutus explicationem, quum vidiſſet aperte ỿ. 363. oſtium vel certe medium, & jam amplum flumen indicari, vix ſe continet, quin Virgilium ſui oblitum contraria ſcripſiſſe contendat. Cl. Weſſelingius ad Anton. Itiner. I. 81. hunc verſum de oſtio a Lambino capi ait. ſed quam recte, alio tempore dicturum ſe promittit. BURM.

320. PARENTEM. *Parentem eſt* Venetus, & alter Rottendorphii & Parrhaſ. *affatur* etiam Mentelii prior.

321. CYRENE. *Cyrine* Gudianus & alter Mentelii, & ita ſemper Gudianus. mox *ima tenens* Mentelii prior.

322. STIRPE. A *ſtirpe* Gudianus & ſec. Moreti. HEINS. Vid. ad I. Aen. 19.

323. THYMBRAEUS. *Thibreus* Leidenſ. unus.

324. AUT QUO. *An quo* Menagianus. *noſter* Mediceus a manu prima. *quis me coelum* quart. Moreti. non intelligo Gloſſatorem Regii codicis, qui verbo *ſperare* ſuperſcripſit *abſcondere*. an *adſcendere* voluit? genitis vero ex Deo coelum promittere parentes ſolitos docet ſuperba vox Lyci apud Senecam Herc. Fur. 438.

Quo patre genitus coelitum ſperat domum.

ut recte conſtituit locum Gronovius. BURM.

327. PECUDUM. *Pecorum* primus Moreti. alter Mentelii & Leidenſis. *excuderat* Venetus. *extulerat* Menagianus alter & tertius Mentelii, & duo Moretani, & Regius. ut ita ſupr. ỿ. 315.

329. IPSA. *Ipſe* Lutatius ad Stat. I. Theb. 260.

330. IN-

40 deeſt B. Baſil. 41 deſunt R. Voſ. B. 42 quia arare, animalia paſcere, apes &c. Steph. Dan. quia arare bene, animalia paſcere Fabr. al. 43 deſunt R. Voſ. 44 ingens honor fuit ruſticis Cod. Urſ. nam ingenti Baſ. fuit ruſticis V. B. 45 deſunt B. R. Voſ. Baſil.

Digitized by Google

Tanta meae ſi te ceperunt taedia laudis.
At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit. Eam circum Mileſia vellera Nymphae
Carpebant, hyali ſaturo fucata colore:
Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllidoceque,
Caeſariem effuſae nitidam per candida colla:

Ne-

SERVII.

332. TAEDIA LAUDIS. *Taedium*, eſt angor mentis & animi, non corporis [46] valetudo.

333. SONITUM THALAMO SUB FLUMINIS ALTI. Cur non etiam vocem audivit? Scilicet quia in ima fluminis parte erat, lanificiis occupata.

334. MILESIA VELLERA NYMPHAE. Pretioſa. Cicero I. Verr. 34. *Jam [47] quid a Mileſiis lanae publicae abſtulerit?*

335. HYALI SATURO FUCATA COLORE. Vitreo, viridi, Nymphis apto. SATYRO autem, largo, abundanti: aut certe Tarentino, [48] ab oppido Saturejo: juxta Tarentum enim ſunt [49] baphia, in quibus tingitur lana. . . . .

336. DRYMOQUE, XANTHOQUE. Hae ſunt, ut multi volunt, de quibus ait Juno I. Aen. 71. *Sunt mihi bis ſeptem praeſtanti corpore Nymphae.* Sed magis poetice conficta nomina accipiamus. Sane mira varietate uſus eſt: nam ne continuatio nominum poſſet creare faſtidium; in aliis habitum; in aliis commemorat virginitatem; in aliis pulchritudinem.

PHILARGYRII.

335. HYALI. *Hyali*, pro, hyalino. SATURO. Id eſt [50] vitreo colore: & *Saturo*, ebrio, ac per hoc preſſo colore, ut in conſuetudine dicimus, *meracius ſatura*, quae purius & meracius lucent. Alibi *Saturo*, Tarentino, quia ibi ager *Saturus* ſit, dicitur. Ipſe alibi II. Georg. 97. *Et Saturi petito longinqua Tarenti.* Et non placet, ut aquatiles lanificae Tarentinum purpuram carpant.

VARIORUM.

330. INTERFICE. Eadem voce uſus eſt M. Tullin in Oeconomicis, apud Nonium. *Nullo modo felicius arbitror poſſe, neque herbas areſcere, & interfici.* URSINUS. Sic dixit de arbore Valer. Flac. III. 709. *matre peremta.*

331. VALIDAM IN VITES MOLIRE BIPENNEM. *Duram bipennem* a manu prima Mediceus. HEINS. *In vitem* Zulichemius. *in vitis* Gudianus.

333. THALAMO. *Thalamos* alter Menagianus. *Thalamo ſonitum* Francianus.

334. MILESIA. *Meleſia* Gudianus. *verbera* Mediceus manu prima.

335. SATURO. *Satyro* Menagius ſecundus, alter Mentelii, tertius Rottendorphius. vid. ad lib. II. 197. *fuſcata* Zulichemius. *vitreo*, *viridi* vel *hilari* a nonnullis legi notat Cerda. quae ex interpretatione orta. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 169. & hic Guellium. BURM.

336. DRYMOQUE, XANTOQUE. *Xanthoque* Gudianus. in pleriſque veterum, excepto primo Rottendorphio. *Drimoque* Mediceus *Drumoque*. *Dremoque* Moreti fragmentum. HEINS.

Ibid. PHYLLODOCEQUE. *Phyllidoceque* Gudianus, prior Mentelianus, primus Rottendorphianus cum tertio, tres Moretani, Voſſiani duo, aliique totidem. apud Macrobium Saturnal. V. cap. 17. vulgatum exſtat. Moretanus quartus *Philledoceque*. Mediceus pro vulgata ſcriptura ſtat cum altero. Menteliano ac nonnullis aliis. utrumque probum eſt, nam *Phyllodoce* a φύλλον deducitur. *Phyllidoce* a φύλλιον. pro *Ligea* ſcripti fere omnes *Legea*, excep-

46 invalitudo Voſ. Steph. 47 *quidam Mileſiis* R. B. *nam quid* Dan. Steph. al. *abſtraxerit* R. vid. ad III. G. 306. ubi *publicae* deeſt. praepoſitio *a* in Cicerone non legitur. 48 Saturo Jani oppido Cod. Urſ. qui malebat, a Saturo Tarenti oppido. Saturno bis dedit Fabr. Sanreo Steph. al. Satureja B. 49 baſia V. pro baſia, ut in MSſ. fere ſemper ſ. pro ph. 50 vineo Commel. & al. deinde Cl. Dorvillius cenſet ejecto *Saturo* legendum *hyalino*, id eſt vitreo colore, poſtea & *non placet*, explicabat in cenſuram incurrit. ut lib. II. 142. & alibi, ubi Servius Virgilium reprehendi notat. deinde *Tarentinam* pro *Tarentinum* puto legendum, etſi pro Tarentinorum poſſet capi, ut videtur in Editione P. Danielis, ubi legitur *Tarentinum*. BURM.

Digitized by Google

Neſaee, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippeque, & flava Lycorias; altera virgo,
Altera tum primos Lucinae experta labores;
Clioque & Beroë ſoror, Oceanitides ambae,
Ambae auro, pictis incinctae pellibus ambae;
Atque Ephyre, atque Opis, & Aſia Deïopea;

Et

SERVII.

342. PICTIS INCINCTAE PELLIBUS AMBAE. Nebridas habentes. Sed hic venatricum eſt habitus, quem ideo Nymphis dat, quia multas [51] eas legimus ex venatricibus factas, ut: *Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis.* Notanda autem [52] eſt figura [53] honeſtiſſima, facta ex repetitione ſermonis, ut: OCEANITIDES AMBAE, AMBAE AURO, PICTIS INCINCTAE PELLIBUS AMBAE.

VARIORUM.

ceptis Mediceo, tribuſque Moretanis ac Gudiano. Moreti fragmentum *Ligiaque*. HEINS. *Ligeaque Philidiceque* Franc. *Legeaque Phillidoceque* Voſſ. *Phyllodoceque* Ald.

337. CAESARIEM. De muliebri coma etiam dici probat Barth. ad Claud. Epith. Honorii 99. & ad conſulatum Olybr. 85. contra ac Servius notat ad I. Aen. 590. immo & de *Barba* dixit *Caeſariem barbae* Ovid. XV. Met. 656. vide eumdem Barth. ad Statii II. Theb. 98. & VI. 55 BURM.

338. NESAEE, SPIOQUE. Vulgo *Neſeque, Spioque*. ſed aut legendum *Neſaee* ex Propertio, qui lib. II. XX. 16. canit, *Candida Neſaee, Caerula Cymothoe*. aut *Neſoque Spioque* ex Heſiodo, apud quem & Νησαίη & Νησὼ, Nympharum nomina ſunt. repetitur hic verſus lib. V. Aen 826. FABR. Verſus hic abeſt a quibusdam codicibus, cum tamen in nonnullis optimae notae exemplaribus legatur. Opinor autem verba illa Servii, quibus refert, has eſſe nymphas, de quibus dixerit Juno lib. I. Aen. 71.

Sunt mihi bis ſeptem praeſtanti corpore Nymphae, quod hic duodeviginti numerarentur, rejiciendi verſus occaſionem dediſſe Graece linguae ignaris hominibus. qui neſcirent locum Virgilii ex Homero converſum. URSINUS. Apud Macrobium Saturnal. V. cap. 17. legas *Niſeque Spioque*, non *Neſaee*. in ſcriptis *Niſaee*. niſi quod primus Rottendorphii *Niſaei* pro *Niſaeis*. *Niſaee* etiam ſcribendum in Propertio lib. II. Ecl. 26 ỳ. 16. HEINS. Hic verſus deerat Mediceo & Regio Mentel. pr. & tertio. Menag. pr. & Gudiano a m. pr. & Regio *Niſaeque* Ald. *Niſea Aepioque* Leid. *Niſaei* pr. Rottend. *Niſeeque* Parrhaſ. deinde *Talique Chimodoceque* Voſſian.

Ibid. THALIAQUE. Haec vera eſt ſcriptura, non *Theleiaque*. *Thalia* nomen Nymphae quoque apud Siculos, quae mater Palicorum fuit. Θάλεια ἐρόεσσα Heſiodo haec Nereis dicitur. fuit & idem nomen uni e Gratiis. a nonnullis codicibus aberat hic verſus (qui denuo repetitur Aeneidos quinto. ỳ. 826.) ut a Mediceo, priore Menteliano & ſex aliis. in nonnullis manu recentiori adſcriptus. HEINS.

339. CYDIPPEQUE. Mediceus, uterque Mentelianus, duo Menagiani, ac Rottendorphiani, prior Voſſianus, duo primi Moretani, Leidenſis denique, *Cydippe*. etiam Gudianus a manu prima, praeter Rottendorphianum tertium, unum Voſſianum & Moreti fragmentum. dictum initio Georgicon ỳ. 4. HEINS.

340. PRIMOS. *Primum* alter Menagii & Zulichemius.

342. PELLIBUS. *Veſtibus* alter Rottendorphius.

343. ATQUE ASIA DEIOPEIA. *Et Aſia Deiopea* Mediceus, & Mentelianus uterque, & caeteri omnes. recte. quomodo & ex ſuis Pierius. Aemulatus eſt Silius libro XIV. 514.

Fleverunt freta, fleverunt Cyclopia ſaxa,
Et Cyane, & Anapus, & Ortygie Arethuſa.

ita ex vetuſtis codicibus caſtigandum. Perperam vulgo, *Et Cyanes & Anapus & Ortygiae Arethuſa*. noſter infra hoc ipſo libro 403. ex fide membranarum veterum, *Atque Getae atque Hebrus*

&

[51] ex eis Fabr. al. latet aliquid forte laniſicas, l. ex venatricibus factas. BURM. [52] deeſt R. Voſ. [53] honeſtiſſime R.

Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Volcani, Martiſque dolos, & dulcia furta;
Aque Chao denſos divûm numerabat amores.
Carmine quo captae, dum fuſis mollia penſa
Devolvunt, iterum maternas inpulit auris
Luctus Ariſtaei, vitreiſque ſedilibus omnes
Obſtupuere: ſed ante alias Arethuſa ſorores
Proſpiciens, ſumma flavum caput extulit unda.
Et procul: O gemitu non fruſtra exterrita tanto,

Cy-

SERVII.

345. CURAM INANEM. Definitio eſt amoris.

346. VULCANI MARTISQUE DOLOS. Secundum Donatum [54] hic eſt diſtinguendum: ut [55] DOLOS ad Vulcanum: FURTA DULCIA, id eſt, adulterium, referamus ad Martem: ſcimus enim quod, Sole indice, Mars cum Venere [56] [deprehenſus eſt, &c] per artem Vulcani eſt religatus catenis.

347. AQUE CHAO. Et a Chao narrabat crebros amores deorum.

352. SUMMA [57] FLAVUM CAPUT EXTULIT UNDA. Mire per tranſitum veritatem tetigit: namque Arethuſae fons dulcia fluenta inter medios [58] ſervat fluctus.

PHILARGYRII.

344. ET TANDEM. Id eſt, tandem virginitate depoſita.

350. VITREISQUE SEDILIBUS. Ergo vellera ſimilia eſſe debent, ubi perlucidus & caeruleus eſt color.

VARIORUM.

& Actias Orithyia. ex quibus locis liquet *Aſia* conſtruendum eſſe cum *Deiopea*, ac falli Johannem Marium Matium, qui capite LXXX. Annotationum in varios auctores *Aſiam* nympham a *Deiopea* diverſam hic facit. nam Ἀσίη nympha apud Heſiodum primam ſyllabam corripit. Nomina Nympharum habes & apud Heſiodum Theogonia, apud Apollodorum & Hyginum. HEINS. *Atque Aſia & Diopea* Ald. Junt. *Deiopia* Leidenſis & alter Mentelii. *Aſia Diopeia* Catroeus. *Ephyra* Mediceus.

344. ET TANDEM POSITIS VELOX. *Velox poſitis* Scholiaſtes Statii Thebaidos primo 271. aliter ſcripti. HEINS. *At tandem* Mediceus. *tandem* Philarg. exponit de depoſita virginitate. ſed Gloſſa Regii codicis explicat *tandem* ad ultimum, ut haec ultimo loco memoretur. *ſagittis* poſitis indicat illam, quae venatrix erat, nunc armis venatoriis poſitis ad lanificium acceſſiſſe. ut recte hic Serv. & ad III. Aen. 694. Ultima memoratur, quia videtur invita etiam ad lanam veniſſe. BURM.

345. CURAM. *Curas inanis* Gudianis.

346. MARTISQUE DOLOS. Cerda capit pro quos Marti Vulcanus tetendit. ut ſupr. ℣. 238. vidimus in *vulnere* apum.

347. AQUE CHAO. Ita ſcribendum. quod in ſuis Pierius invenit, neque aliter ex noſtris Moretanus quartus, Leidenſis & Mentelianus alter a manu ſecunda. Naſo in Ibin:

Denique ab antiquo divi vetereſque novique
In noſtrum cuncti tempus adeſte Chao.

Aruſianus tamen Meſſius: *Chao pro a Chao.* Virgil. Georg. IV. *atque Chao denſos divum numerabat amores.* ſic Ecloga VI. *atque ſolo proceras erigit alnos.* non *aque ſolo.* HEINS. Vide ad Ecl. VII.

54 hinc R. hic eſt diſtinguendum, & ſic inferendum, ut Fabr. al. 55 doloſa V. adhaeſit a ex ſeq. 56 deſunt R. Voſ. B. Baſil. 57 PLACIDUM Voſ. V. B. R. 58 ſe habet R. B. Voſ. habet Steph. al.

Cyrene ſoror; ipſe tibi tua maxima cura
Triſtis Ariſtaeus Penei genitoris ad undam
Stat lacrimans, & te crudelem nomine dicit.
Huic percuſſa nova mentem formidine mater,
Duc age, duc ad nos; fas illi limina divom
Tangere, ait: ſimul alta jubet diſcedere late
Flumina, qua juvenis greſſus inferret. At illum
Curvata in montis faciem circumſtetit unda,
Adcepitque ſinu vaſto, miſitque ſub amnem.
Jamque domum mirans genetricis, & humida regna,

Spe-

SERVII.

354. CYRENE SOROR. Propter ſimilitudinem poteſtatis, ait *ſoror*: nam *Cyrene*, Theſſaliae; *Arethuſa* vero [59] de Elide. TUA MAXIMA CURA. Quem plurimum diligis.

355. PENEI GENITORIS AD UNDAM. Aut tui [60] genitoris, aut honoris eſt, ut VIII. Aen. 540. *Tibri pater*.

357. NOVA FORMIDINE MATER. Magna, ut III. Ecl. 86. *Pollio & ipſe facit nova carmina*.

358. FAS ILLI LIMINA DIVUM TANGERE. Utroque enim deo parente [61] naſcebatur: [62] [ideo *fas tangere* ait.]

363. SPELUNCISQUE LACUS CLAUSOS. *Mirans*, per omnia [63] ſubaudimus. *Lacus* autem dicit fontium & fluviorum receptacula. Haec autem non ſunt per poëticam licentiam dicta, ſed ex Aegyptiis tracta ſunt ſacris: [64] [nam certis diebus in ſacris] Nili, pueri, de ſacris parentibus nati, a ſacerdotibus Nymphis dabantur: qui cum adolevisſent, redditi narrabant lucos eſſe ſub terris, & immenſam aquam omnia continentem, ex qua cuncta procreantur. Unde eſt illud ſecundum Thaleta inf. 382. *Oceanumque, patrem rerum*.

PHILARGYRII.

367. DIVERSA LOCIS. Pro, diverſis locis. PHASIMQUE. *Phaſis*, amnis in Colchide. LYCUMQUE. *Lycus*, in Syria.

368. ENIPEUS. *Enipeus* in Theſſalia.

VARIORUM.

VII. 13. ubi *eque*, & *enumerabat* editiones plurimae.

348. DUM FUSIS MOLLIA PENSA. *Fuſis dum* Gudianus ex noſtris & tertius Rottendorphius. HEINS.

350. SEDILIBUS. *In ſedibus* alter Rottendorphius. *obſtipuere* etiam nonnulli ex melioribus. *omnes* Mediceus.

352. PLACIDUM. *Flavum* omnes fere ſcripti. *Placidum* repetitum ex I. Aen. 127. *Summaque ſuum caput* Leid.

353. ET PROCUL. *Atque procul gemitu* Zulich. *Et procul, at gemitu* Leidenſis.

354. CYRENE. *Cyrine* Gudianus.

355. PENEI. Vid. ad Lucan. III. 191. Oudendorpii notas.

357. PERCULSA. *Percuſſa* non *perculſa* ſcripti. dictum Aeneidos I. ỷ. 513. deinde *Hic* in priore Rottendorphiano. In Veneto *Hinc*. HEINS.

358. DUC, AGE, DUC. Vide ad Ovid. IV. Faſt. 527. *lumina* in Servii codice Heinſiano.

359. DISCEDERE. *Diſcernere* alter Menagii. deinde Heinſius in ora codicis adſcripſerat, *qua juveni*. in Gudian. a m. pr. *quia*; & *ad illum* idem.

361. CURVATA IN MONTIS FACIEM. *In montis ſpeciem* Mediceus. *in faciem montis* fragmentum Moreti. codex ſcriptus Macrobii Bibliothecae

Thun-

59 dea eſt Elidis Fabr. al. 60 deeſt R. B. Voſ. Fabr. al. 61 natus erat Fabr. al. 62 deſunt R. B. Voſ. Steph. al. 63 ſubaudiamus Fabr. al. 64 deſunt R. Voſ. B. Steph. ſed diſtinguit poſt *ſacris*: & tunc *Nili pueri*. certis diebus Nilidae pueri Fabr. al.

Digitized by Google

Speluncíſque lacus clauſos, lucoſque ſonantis,
Ibat, & ingenti motu ſtupefactus aquarum,
Omnia ſub magna labentia flumina terra
Spectabat diverſa locis, Phaſimque, Lycumque,
Et caput, unde altus primum ſe erumpit Enipeus,
Unde pater Tiberinus, & unde Aniena fluenta,
Saxoſumque ſonans Hypanis, Myſuſque Caïcus,
Et gemina auratus taurino cornua voltu
Eridanus: quo non alius per pinguia culta

In

SERVII.

367. PHASIMQUE. Fluvius Colchidis. LYCUMQUE. Fluvius Aſiae.

368. [65] ENIPEUS. Theſſaliae fluvius. PATER TYBERINUS. Tyberis & Anio Italiae ſunt fluvii.

370. SAXOSUMQUE SONANS HYPANIS. Ponti fluvius. Et *ſaxoſum* legendum eſt, non [66] *ſaxoſus*, ne ſint duo epitheta: quod apud Latinos vitioſum eſt. MYSUSQUE CAICUS. Qui per Myſiam labitur.

372. ERIDANUS. Fluvius Italiae, qui & Padus vocatur.

PHILARGYRII.

370. SAXOSUMQUE SONANS. Alias: *Saxoſuſque ſonans*, non ut duo intelligendum, *ſaxoſus* & *ſonans*, ſed ob ſaxa ſonans: [67] [id eſt, aſperum & vehementem ſonum edens.] HYPANIS. *Hypanus* Scythiae amnis. CAICUS. *Caïcus* Myſiae.

372. ERIDANUS. *Eridanus* Galliae Ciſalpinae, qui & Padus dicitur.

VARIORUM.

Thuanae Saturnal. v. cap. 3. *in molis ſpeciem.* ſed male. *monti* recte unda comparatur, qua de re nos nonnihil ad Naſonem. Met. XI. ỳ. 538. HEINS. *In faciem montis* Parrhaſ. alii *ſpeciem* ſollemni permutatione. *circumſtitit* Venetus.

364. CLAUSOS. Ut piſcinas. Senec. Ep. XC. *vivaria piſcium clauſa.* Sil. XV. 179. *ſecurae gurgite clauſo Stant puppes.* vide ad Rutilii Iter I. 247. BURM.

367. SPECTABAT. *Spectabant* Menagii prior.

368. PRIMUM SE ERUMPIT. *Primum erumpit* hiante verſu primus Rottendorphii, primus & ſecundus Moretani, priorque Voſſianus, idque Giphanio ad Lucretium non improbatur. at in Gudiano *primum ſe rumpit*, quod & Pierius in longe veterrimo Vaticano invenerat. de quo loquendi modo jam dictum libro primo ỳ. 446. Aruſianus tamen Meſſius ſtat pro recepta lectione. *Erumpit ſe inde* Virg. Georg. IV. *unde altus primum ſe erupit Enipeus.* in eo tamen a vulgatis diſcrepat libris, quod in iis *erumpit. ſe erupit* etiam prior Mentelianus a manu prima. prior Voſſianus *primum erupit.* tertius Rottendorphii *primum ſe rupit.* etiam non male. HEINS. *Se primum erumpit* Zulichem. *ſe rumpit* Francian. & Toll. *primus* Medic. vid. Brouk. ad Tibul. IV. 1. 86. & quae diximus ad Gratii Cyneg. 432. *Enipeus* an *Enipheus* ſcribendum, vid. ad Ovid. I. Met. 579. & VI. 116. BURM.

369. TYBERINUS. Latina vocali ſcribo *Tiberinus.* nam Tybrim ἀπὸ τῆς ὕβρεως, aut a Tybri Syracuſanorum foſſa nomen traxiſſe, ſi quis neget, Annalibus Siculorum non probaverit Servius. de hoc fluvio ſatis diximus in Roma noſtra cap. XVI. FABRIC.

Ibid. ANIENA. *Armena* Francianus.

370. SAXOSUMQUE. *Saxoſuſque* Mediceus, Gudianus, & alii non pauci. etiam prior Mentelianus a manu prima. ſed perperam. vide annotata Aeneidos tertio ỳ. 70. Giphanio tamen approbatum Indice Lucretiano in *Epitheta geminata.* HEINS. *Hypanus* Menagianus prior, & primus Rottendorphius.

[65] ENIPHEUS R. Voſ. ENIFEUS V. [66] ſaxoſos R. [67] deſunt Commel. & Dan.

In mare purpureum violentior effluit amnis.
Poſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta
Perventum, & gnati fletus cognovit inanes
Cyrene; manibus liquidos dant ordine fontis
Germanae, tonſiſque ferunt mantelia villis.
Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt
Pocula. Panchaeis adoleſcunt ignibus arae.
Et mater, Cape Maeonii carcheſia Bacchi:

Occa-

SERVII.

373. PURPUREUM. Altum, nigrum ex altitudine accipimus. Nam Padus non in Rubrum mare, ſed juxta Ravennam in Adriaticum cadit. Et *purpureum* Graecum eſt epitheton: [68] [mare rubrum etiam dixit] Homerus: εἰς ἅλα πορφυρέοντα. Unde apparet [69] Victorinum hoc loco erraſſe, qui *purpureum mare*, Rubrum eſſe dixit, quod eſt juxta Indiam.

375. FLETUS INANES. His enim [70] movebatur rebus, quarum erat facilis reparatio; [71] [ideo *inanes* dixit.]

376. DANT ORDINE FONTES. Rite, ſecundum [72] morem epularum. MANTILIA. Quibus manus terguntur. [73] [Varro appellat *mantelia*, quaſi *manutenias*. Caeterum Plautus hujus ſingulare *mantellum* poſuit in Captivis III. III. 6. *Nec hi ſycophantiis, nec fucis ullum mantellum objiciam.* Lucilius autem *mantella* dicit: *Mappas, mantella, merumque:* quae Graeci μάνδυα vocant.] PLENA REPONUNT POCULA. Iterant, ſaepe offerunt.

379. PANCHAEIS ADOLESCUNT IGNIBUS ARAE. Id eſt, ture, Arabicis odoribus. *Adoleſcunt* autem pro incenduntur, κατ' εὐφημισμὸν ponitur. [74]

380. MAEONII BACCHI. Lydii vini. CARCHESIA autem poculorum ſunt [75] genera.

PHILARGYRII.

373. PURPUREUM. Altum, & per hoc nigrum tropice: legitur & *influit*.

375. INANES. *Inanes* pro levibus, & quibus ſuccurri poſſet.

377. MANTILIA VILLIS. Hujus ſingulare, *Mantelum*. Plautus in Captivis: *Nec hi Sycophantes, nec fucis ullum mantelum obviam eſt.* Lucilius autem *mantela* dicit mappas: *Mantela, merumque.*

379. ADOLESCUNT. Hic vim habet frequentationis: & *Panchaeis adoleſcunt*, id eſt, Panchaicis odoribus incenduntur arae.

380. BACCHI. Quae Baccho, id eſt, vino, impleri ſolent: ceterum Nymphis libari vino Pontifices negant: & ſane mox interdictum evidenter apparuit, cum ait: *Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam.* MAEONII. Quae nunc Lydia, olim *Maeonia* vocabatur. In hac regione mons eſt Tmolus, ferax boni vini.

VARIORUM.

phius. *Meſoſque* Gudianus a manu prima.

371. VOLTU. *Volto* Gudianus. *corpore vultu* Mediceus.

373. INFLUIT. Rectius in Mediceo *effluit*, quod vetuſtiores Pierii confirmant, & Gudianus ex noſtris. HEINS. *Influat* Leidenſis a manu prima. *violentius* Tollianus. *influit* ſervavit Catrocus, & ita Regius. & Edd. primae.

374. EST IN THALAMI. *Inter thalami* Zulichemius. *ſplendentia* legit Valeſius in Valeſianis. ſed refutavit egregie Brouckh. ad Propert. III. II. 28. *pomice* quart. Moreti. BURM.

375. INA-

68 deſunt Cod. Urſ. R. V. B. Homerus vero dixit ἅλα πορφυρέην Iliad. π. 391. 69 Victorinum V. 70 movebantur Mſſ. Steph. Dan. Fabr. al. 71 deſunt R. Voſ. B. Steph. ſed in Fabr. & al. legitur in initio; bene *inanes fletus:* his enim &c. 72 ordinem Steph. Dan. Fabr. al. in B. reliqua deerant ad *Plena.* tergunt, R. Voſ. B. 73 deſunt R. Voſ. Steph. Dan. ſed in Baſil. deficiebat, uſque ad *caeterum.* 74 addunt hic Fabr. al. quae in Philargyrio leguntur Hic vim &c. 75 poſt genera, ex Philargyrio deſcripta ſequebantur, quae delevi.

Oceano libemus, ait. Simul ipſa precatur
Oceanumque patrem rerum, Nymphaſque ſorores,
Centum quae ſilvas, centum quae flumina ſervant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam:
Ter flamma ad ſummum tecti ſubjecta reluxit.
Omine quo firmans animum, ſic incipit ipſa:
Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates

Cae-

SERVII.

381. OCEANO LIBEMUS, AIT. Quaſi Nympha Oceano ſacrificet.

382. OCEANUMQUE PATREM. [76] [Quod ex eo omnia gignantur, & originem ducant] ſecundum Thaleta, ut diximus ſupra.

383. CENTUM QUAE SYLVAS, CENTUM QUAE FLUMINA SERVANT. Aut ducentas eſſe dicit: aut finitus eſt [77] numerus pro infinito.

384. PERFUDIT NECTARE VESTAM. Id eſt, in ignem vinum puriſſimum fudit: poſt quod, quia magis flamma [78] convaluit, bonum omen oſtendit.

387. EST IN CARPATHIO NEPTUNI GURGITE VATES. *Carpathos*, inſula eſt [79] contra Aegyptum, a qua vicinum pelagus *Carpathium* appellatum eſt. Hic aliquando regnavit Proteus, relicta [80] Pallene civitate Theſſaliae; ad quam tamen reverſus eſt poſtea: quod oſtendit hoc loco, dicens: *Patriamque reviſit Pallenen.* [81] [Hoc ideo dicit: quia Proteus, antequam in Aegyptum commigraret, Thraciae fuit incola, ubi habuit uxorem, ex qua filios Telegonum & Polygonum, qui, cum advenas ſecum luctari adigerent, & excruciarent, ad poſtremum ab Hercule victi & interempti, patris animum perculerunt: quapropter taedio praeſentium rerum ſolum vertere coactus, Aegyptum petiit.]

PHILARGYRII.

381. LIBEMUS. Sacrificemus.

382. OCEANUMQUE. Secundum Phyſicos dixit, qui ajunt omnium rerum elementum aquam eſſe: in quibus Thales primus. SORORES. *Sorores*, aut inter ſe, aut ſuas.

383. SERVANT. Pro, incolunt, & obtinent, ut ipſe alibi inf. 459. *Servantem ripas alta non vidit in herba.*

384. VESTAM. Pro igni, & videtur ſuperius de aqua ſenſiſſe, non de vino.

387. CARPATHIO. Aegyptio. *Carpathos* enim inſula eſt Aegypti: vel ut Pompejus dicit, inſula Rhodiorum. Alii ſic: *Carpathium* mare inter Rhodum & Alexandriam, quod abeſſe dicitur a Carpatho inſula, ut Lucilius: *Carpathium mare transvectus, coenabis Rhodi.*

VARIORUM.

375. INANIS. *Inanes* praetuli, ne ad *gnati* referri poſſet. Codices utrumque exhibent. BURM.

377. MANTILIA VILLIS. *Mantelia* vetuſtiores libri recte. dictum alibi. vide notata Aeneidos I. 702. HEINS.

378. PARS. *Parce* quartus Moretanus. *pars oneras epulis menſas* Parrhaſ.

379. PANCHAEIS ADOLESCUNT IGNIBUS ARAE. *Panchaeis adoleſcunt pinguibus* Mediceus a ſecunda manu. ut *Panchaea pinguia* dicantur thura vel quaevis unguenta. ſic *pingue* libro III. ſubſtantive ponitur ℣. 124. *denſo diſtendere pingui.* ſed vulgatam non muto. HEINS. *Alae* unus Menagii. *Sabaeis* Leidenſ. *adoleſcent* Serv. ad II. Georg. 139.

380. MAEONII BACCHI. Οἴνῳ κατακεκαυμενίτῃ intelligit Caelius Rhod. lib. VII. 14. vid. & Lexicon Vitruvianum in *Catacecaumene.* BURM.

384. PER-

76 prioribus omiſſis tantum habent, *omnem* ſecundum Th. R. hoc eſt ſec. Thal. Voſſ. Dan. ſecundum Th. B. Steph. 77 deeſt R. Voſ. V. B. 78 deeſt R. male. vid. ad Petron. cap. 136. 79 juxta Cod. Urſ. 80 Palle V. vid. Schol. Statii ad I. Achil. 136. 81 deſunt R. Voſ. B. Steph. Dan.

Digitized by Google

Caeruleus Proteus, magnum qui piſcibus aequor
Et juncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiae portus patriamque reviſit
Pallenen. Hunc & Nymphae veneramur, & ipſe
Grandaevus Nereus. Novit namque omnia vates,
Quae ſint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno viſum eſt: inmania cujus

Ar-

SERVII.

388. Magnum qui piscibus aequor. Equi enim marini prima parte equi ſunt, poſtrema reſolvuntur in piſces.

393. Quae sint, quae fuerint. Ut Homerus Iliad. A. 70. *Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.*

394. Ita Neptuno. Ubi deeſt ratio, ſic loquitur. Nam [82] ita & in tertio ỷ. 2. dixit: *Sic viſum ſuperis.* Quum praemiſiſſet [83] *immeritam.*

PHILARGYRII.

388. Piscibus. Eoſdem & piſces & equos dicit.

390. Emathiae. *Emathiae*, id eſt, Macedoniae, propterea meminit hoc loco, quia contermina eſt Thraciae. Alii ſic: Pallene inſula ſecundum Thermodontem, dicta a Pallene, Sithonis filia, quae Cherſoneſus vocatur. [84] Hanc Proteus quondam, propter Buſiridis crudelitatem relicta Aegypto, petiit.

391. Pallenen. Hoc ideo dixit, quia Proteus antequam in Aegyptum commigraret, Thraciae fuit incola, ubi habuit uxorem [85] Coronem: filios Telegonum, & Polygonum, qui cum advenas luctari ſecum adigerent, & excruciarent; ad poſtremum victi & interempti ab Hercule animum patris perculerunt. Quapropter, cum taedio praeſentium rerum vellet ſolum vertere, Neptunus illic ſuper mare ſpecum fecit, per quam in Aegyptum commeaſſe dicitur. *Pallene* autem eſt Cherſoneſus in Thracia, cujus in faucibus Corone eſt oppidum, ab uxore Protei cognominatum.

392. Grandaevus Nereus. Nereus Ponti & Terrae filius, deus Maris. Hujus & Doridos filiae Nereides.

VARIORUM.

384. Perfudit nectare vestam. *Perfundit* Mediceus & Menagianus prior cum altero Moretano. HEINS.

385. Subjecta reluxit. *Sublata* a manu prima Mediceus & Gudianus. *ſubvecta* Moretanus quartus, cum ejuſdem fragmento. ſed perperam. Auctor Epicedii in Druſum de rogali flamma ỷ. 250. *Aethera ſubjectis lambit & aſtra comis.* Adeantur annotata Georg. III. 241. HEINS. *Subvecta* Zulichem.

386. Omine quo firmans animum. *Firma animum* Mediceus. Forte pro *Firmata.* in Gudiano *formans*, a manu prima. HEINS. *Animum* Ariſtaei capiunt. ſed ego de ipſius Cyrenes animo intelligo, quae hoc omine firmata, nunc conſilium dat Ariſtaeo. nam *gemitu exterrita* erat ſup. ỷ. 353. BURM.

Ibid. Sic incipit ipsa. Perperam editiones obnitentibus ſcriptis, *ſic incipit ipſe.* HEINS.

388. Piscibus. *Paſſibus* Zulich.

389. Et juncto. *Evincto* Parrhaſ. *Ejuncto* Zulich.

390. Hic. *Hinc* alter Mentelius. *remiſit* Menagianus prior & Leidenſis. *Pallenem* Zulich.

391. Ipse. *Ipſi* Mediceus.

393. Quae mox ventura trahantur. *Sequentur* apud Macrobium libro primo Saturnal. cap. 20. *ſequantur* pro diverſa lectione in Gudiano. HEINS. *Trahuntur* Francianus. & Gudianus

a ma-

82 ita in tertio: *ſic* Voſ. 83 deeſt R. Voſ. B. abſorptum a ſequenti *Armta.* ut eſt in quibuſdam. 84 hac &c. relicta Aegyptum Commel. Dan. 85 Toronen, & mox Torone eſt oppidum, legebat Cl. Dorvillius. vide Apollod. Biblioth. lib. II. p. 113. Lycophr. Alexand. 116.

Armenta, & turpis paſcit ſub gurgite phocas.
Hic tibi, nate, prius vinclis capiundus, ut omnem
Expediat morbi cauſſam, eventuſque ſecundet.
Nam ſine vi non ulla dabit praecepta; neque illum
Orando flectes: vim duram & vincula capto
Tende. Doli circum haec demum frangentur inanes.
Ipſa ego te, medios quum ſol adcenderit aeſtus,
Quum ſitiunt herbae, & pecori jam gratior umbra eſt,
In ſecreta ſenis ducam, quo feſſus ab undis
Se recipit; facile ut ſomno adgrediare jacentem.

Ve-

SERVII.

395. Turpes phocas. Magnas, ut III. Georg. 52. *Cui turpe caput*. Phocae autem ſunt boves marini.

397. Expediat morbi causam, eventusque secundet. Duo enim iſta requiruntur in oraculis, cauſa mali, & remedium.

398. Sine vi non ulla dabit pracepta. Ne eum [86] ſperare poſſet precibus flecti.

400. Doli circum haec demum. Circa vincula noviſſime ejus deſinent doli, id eſt, formarum [87] varietates: cujus figmenti phyſicam volunt eſſe rationem: [88] quia habet homo in ſe libidinem, ſtultitiam, ferocitatem, dolum: [89] quae dum in eo vigent, [90] pars illa, quae vicina eſt divinitati, id eſt, prudentia, non apparet: quae tunc poteſt ſuas vires [91] tenere, cum fuerint illa religata; id eſt, cum quis caruerit omnibus vitiis. Unde [92] ſacerdotem hunc dicit tunc poſſe vaticinari, & ſuſcipere [93] divinitatem; cum religata in eo fuerint [94] ignea cupiditas, ſilveſtris aſperitas, lapſuſque animi, aquarum mobilitati ſimilis.

401. Medios cum Sol accenderit aestus. Fere enim numina tunc videntur. Lucanus III. 423. *Medio cum Phoebus in* [95] *axe eſt, Aut coelum nox atra tenet: tunc* [96] *ipſe ſacerdos Acceſſum dominumque timet deprendere luci.*

403. In secreta s. d. Fere omnes dii marini ſenes ſunt. Albent enim eorum capita ſpumis aquarum.

PHILARGYRII.

395. Turpes. Hic truces, ut: *Cui turpe caput:* vel potius enormes.

398. Praecepta. Reſponſa.

400. Frangentur inanes. *Circum haec*, ſecundum haec, id eſt, cum quis caruerit omnibus vitiis: & *inanes doli*, non quia inanes ſunt, ſed inanes eos facies, ſi adhibueris vim.

404. Se recipit. Proteum dicit.

VARIORUM.

a manu prima. *trahentur* Mediceus a pr. manu. *quae ſunt* Zulich. *quae fuerant* Leidenſis & primus Moreti.

396. Hic tibi, gnate, prius vinclis capiendus. *Nate & capiundus* eleganter apud Nonium. *nate* etiam in omnibus ſcriptis. HEINS. *Et omnem* tertius Mentelianus, & Gudianus a manu ſecunda. *undis capiendus* Leidenſis. *carpendus* Tollianus. mox *ſecondet* Zulichem.

398. Non ulla dabit praecepta, neque illum Orando flectes. Pro *praecepta* Probus artis Grammaticae libro primo *reſponſa* agnoſcit. *neque ipſum* pro diverſa lectione Gudianus,

non

86 ſperaret poſſe V. Steph. Fabr. al. poſſit B. 87 varietas R. Voſ. V. B. 88 quam V. 89 quae dum invicem vigent Coj. Vel. q. d. invicem in uno vigent Fabr. al. quae d. in uno V. B. R. 90 pars illa, qua vicinus Voſ. & ita fuit in R. a pr. m. ſed mutatum in *quae*. 91 retinere Voſ. 92 ſacerdotem dicit hunc poſſe R. Voſ. B. Steph. 93 Dei vicinitatem Voſ. ſuſcipere vicinitatem R. B. 94 deeſt R. Voſ. B & Steph. qui ſilveſtris Cupiditas, aſperitas &c. 95 axem R. 96 ipſa V. mox *dominumque timet* Voſ. R. & V. deeſt B. *τὸ timet*.

Verum ubi correptum manibus vincliſque tenebis;
Tum variae eludent ſpecies atque ora ferarum.
Fiet enim ſubito ſus horridus, atraque tigris,
Squamoſuſque draco, & fulva cervice leaena:
Aut acrem flammae ſonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapſus abibit.
Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omnis,
Tanto, gnate, magis contende tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret quum lumina ſomno.
Haec ait, & liquidum ambroſiae diffundit odorem:

Quo

SERVII.

407. ATRA TIGRIS. Id eſt, ſaeva.

412. TANTO, NATE, MAGIS. Alii legunt: *Tantum, nate, magis.*

415. LIQUIDUM AMBROSIAE DIFFUDIT ODOREM. Unxit eum, quo poſſet eſſe videndi numinis capax.

PHILARGYRII.

406. SPECIES. Id eſt, facies.

VARIORUM.

non *illum. flectes* Gudianus, duo Rottendorphiani cum Mediceo, unoque aut duobus aliis, caeteri omnes *vinces*. HEINS. *Non ſine vi non nulla* Zulichemius. *non ſine* etiam alter Rottendorphius. *orando vinces* Regius, Francian. & Ed Venet. quae dubito an non vera manus ſit Maronis, & *flectes* ex interpretatione. nam eleganter *vincere* aliquem dicimur, quum perſuademus, exoramus, vide Graev. ad Cicer. III. Verr. 16. & ad Paradox. IV. Comm. ad Lucret. II. 247. & Giſan. Ind. & huic loco aptius, quia quaſi ad pugnam cum Proteo mittebatur Ariſtaeus. unde mox *victus* 443. dicitur. *reſponſa* itidem ex interpretatione. nam in Regio codice ſuperſcriptum erat. BURM.

402. PECORI JAM GRATIOR UMBRA EST. Omittit verbum ſubſtantivum quartus Moretanus. etiam Gudianus a manu prima. vide notas Ecloga VIII. ỳ. 15. HEINS. *Unda* idem Gudianus. quod & defendi poſſet. vid. ad Ecl. III. 20. ſed nil mutandum.

403. AB UNDIS. *In undis* Venetus.

404. ADGREDIARE. *Adgrediere* Mentelii prior.

405. VERUM UBI CORREPTUM MANIBUS. *Manicis* in primo Moretano, ſed aliter Nonius Marcellus in *tenere*. HEINS. Sed *correptum manicis* durius videtur dictum. *conſtrictum* dicendum foret. *manu corripere* in alia re lib. I. Aen. 187. vide Miſcel. Obſervat. vol. I. pag. 3. & 286. & ibi adnotata. BURM.

406. ILLUDENT. *Eludent* ſcripti. uno alteroque recentioris notae exceptis. niſi quod Leidenſis & Rottendorphianus ſecundus tertiuſque *eludunt*. HEINS. *Eludent* etiam Francianus & Tollianus. Parrhaſ. & Regius.

410. IN AQUAS. *In aqua tenuis* Leidenſis. *tenuis* multi.

411. FORMAS SE VERTET IN OMNES. *Vertit* uterque Mentelianus, primus & quartus Moretani, uterque Rottendorphianus & alter Menagianus. HEINS. Et Leidenſis & Tollianus.

412. TANTO, GNATE, MAGIS. Fragmentum Moreti *ſed quo nate magis*. HEINS. Vid. Donat. ad Terent. Hecyr. III. IV. 3.

414. TEGERET. Catul. LI.

Nec ſomnus tegeret quiete ocellos.

415. HAEC AIT. *Hoc* ſecundus. *hic* quartus Moreti.

Ibid. DEFUNDIT. Mediceus, Gudianus, & Menagianus uterque *diffundit*. Mentelianus & Rottendorphianus vetuſtior *defendit*. Vaticanus Pierii *depromit*. *defundit* primus Moretanus & Rottendorphianus prior a ſecunda manu, uti & alter Mentelianus.

Quo totum nati corpus perduxit. At illi
Dulcis conpoſitis ſpiravit crinibus aura,
Atque habilis membris venit vigor. Eſt ſpecus ingens
Exeſi latere in montis, quo plurima vento
Cogitur, inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos;

De-

SERVII.

418. HABILIS. Vegetabilis. SPECUS INGENS. In ſingulari numero *hoc ſpecus*, in plurali *hi ſpecus* dicimus.

PHILARGYRII.

416. PERDUXIT. Prius unxit.

VARIORUM.

nus. *defudit* Leidenſis, quomodo Lambinus caſtigabat ad Horatium. approbante in Adverſariis Turnebo libro I. cap. I. qui videndus. HEINS. Duo haec verba *diffundit* & mox *perduxit* variantur in codicibus. primo loco ex Vaticano *depromit*, altero *perfudit* Pierius profert: cui uni codici tantum tribuit Catroeus, ut in Criticos, & Latinitatis elegantioris ſtudioſos, invehatur, qui delicias ſibi faciunt, ſi inſolitos loquendi modos reperire poſſunt; & *perducere* corpus ambroſia, vel alia re, nuſquam occurrere audaciter adfirmat. ſed an non regerere licebit, plebejos & vernaculos illos interpretes ita vulgari ſermoni adſuetos eſſe, ut ſi quid occurrat, quod domeſticis & hodiernis locutionibus non reſpondeat, aut lexica non ſuppeditent, gloſſas & interpetationes infelicis aevi pro Virgilianis nobis elegantiis obtrudant. certe hic prius Cyrene odorem ambroſiae debuit ex vaſculo aliquo *diffundere*, & deinde manu *perducere* totum ejus corpus, quod intelligentes alii librarii per *inunxit*, ut Regii Gloſſa, alii per *permuſit*, ut in Ed. Venet. pro *permulſit* legitur, reddiderunt. *producit* Francian.. *perfudit* Vratiſlav. ſed ſi Lexicon modo Fabri, & antiquos Medicos conſuluiſſet Catroeus, potuiſſet ibi exempla idonea reperire, & nos ad Sereni Sam. cap. V. ubi ille,

Tangere corpus
Aut lacrimis hederae, aut ſuco perducere cedri

dixit, oſtendimus Latiniſſime dici, *corpus perducere* oleo, unguento &c. ubi etiam gloſſatores *perfundere* ſuppoſuerunt, & ubi *tangere* firmat hic lectionem, *quo tactum* ab Heinſio prolatam. Quia vero nec Cerda, nec Ruaeus, qui fere duces Catroeo fuere, ulla exempla producunt hujus phraſeos, ideo tam temerarie pronuntiat, nuſquam alibi occurrere. Ruaeus tamen recte interpretatur, *diffudit* per ſparſit, *perduxit*, per perunxit totum corpus. in Menagiano altero erat *quod totum*. male. In verbis Servii doctus Britannus in Miſcell. Obſerv. vol. I. p. 4. & vol. IV. pag. 197. pro *unxit eum, quo poſſit eſſe videndi numinis capax*, corrigit, *vincendi* vel *vinciendi*. recte, ut puto. videndi enim jus jam filio eſſe antea Cyrene dixerat ŷ. 357. & modo praecedenti *qualem videris* firmat. de quo agitur Ecl. VI. 24. Sed ut poſſet reluctantem Proteum vincire vel vincere, viribus, plus quam humanis, opus erat. & ut in palaeſtra & aliis certaminibus ungui ſolebant, ita hic Cyrene filium praemunit coeleſti unguento. unde *habilis vigor* membris *venit*, ut par & ſuperior eſſet Proteo. in Philargyrii verbis malim pro *prius unxit*, *penitus unxit*, id eſt totum corpus. BURM.

416. QUO TOTUM NATI CORPUS PERDUXIT. *Quo tactum* fragmentum Moreti. concinne omnino. ſic *tangere oleo*, *unguento*, *ſulphure*, & ſimilia, de quibus ad Naſonem Faſtis lib. IV. ŷ. 740. HEINS.

417. CRINIBUS. *Naribus* tertius Rottendorphius pro varia lectione. male: crines proprie *compoſiti* dicuntur. vid. ad Ovid. III. Faſt. 16. & ſaepe alibi. v. Non. in *componere* & *aura*. BURM.

418. EST SPECUS. *Et* Francianus. *latere montis* omiſſo *in* Tollianus. & a m. pr. Mediceus. *lateri* Rottendorph.

419. QUO PLURIMA VENTO. Gudianus *plurima*, hoc eſt *plurima*, ut *optuma*, *maxuma*, ſimiliaque in veterrimis membranis apud noſtrum hunc paſſim. HEINS.

420. INQUE SINUS SCINDIT SESE UNDA REDUCTOS. Nec haec Virgilii verba, nec Cerdae, aut Ruaei explicationes, obſcuras ſatis, fateor, Catroeus cepit. ſenſus eſt, mare adluere ſpecum in latere exeſi montis, & aquam non ut in ſolidum litus, aut in montem aequali fronte ferri, ſed per ſinus illos (id eſt cavitates montis) reductos, id eſt intro recedentes, dividi. partem enim repelli ab

ex-

Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis.
Intus ſe vaſti Proteus tegit objice ſaxi.
Hic juvenem in latebris averſum a lumine Nympha
Conlocat: ipſa procul nebulis obſcura reſiſtit.
Jam rapidus torrens ſitientis Sirius Indos,

Ar-

SERVII.

421. DEPRENSIS NAUTIS. Periclitantibus. [97] [Verbum nauticum eſt, cum tempeſtate occupantur. Sic alibi v. Aen. 52. *Argolicove mari deprenſus.*]

422. TEGIT. Tegere conſuevit: nam tunc illic non erat. OBICE. Objectione. Et melius *hic obex*, quam *haec obex*, dicimus.

423. [98] AVERSUM A LUMINE. Paululum obliquum a lumine. Et ſciendum, Proteum temporalem ſuſcipere divinitatem; alioquin potuit etiam Ariſtaeum [99] cognoſcere latitantem.

425. JAM RAPIDUS. Hic diſtinguendum, propter duo epitheta. [1] SIRIUS autem, ſtella eſt in ore Canis, per quam nimios aeſtus accipimus. SITIENTES INDOS. Populos ſubſolanos.

PHILARGYRII.

421. DEPRENSIS OLIM. *Olim* pro aliquando: & *deprehenſis*, verbum proprie nauticum, cum tempeſtate occupantur; ſic alibi v. Aen. 52. *Argolicove mari deprenſus.*

425. SIRIUS. Stella in ore Canis. Hac oriente maximi calores, & ex his graves morbi: ideoque Romae omnibus annis ſacrum Canarium fit per publicos ſacerdotes.

VARIORUM.

exſtante monte, partem intrare ſinus illos, & excavatos ſpecus; qui faciunt ſpeciem ſinus. & ita omnes ſinus maris *reducti* dicuntur, ut in terra valles *reductae*. ſi contuliſſet hunc locum cum altero ex lib. I. Aen. 159. aliter ſenſiſſet.

Inſula portum
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos:
Hinc atque hinc vaſtae rupes.

Catroeus, *ſinus* de ipſis undis capit, quas ſimiles veſtibus ſinus & plicas facere dixit, & vertit *les flots, qui viennent s'y briſer, ſe diviſent & ſe replient ſur eux-mêmes.* deceptus a Servio & aliis, qui & hic & I. Aen. 161. *replicabiles* vertunt, quales undas ego non intelligo. nec undae *replicabiles*, ſed ſinus a Servio dicuntur. undis enim in ſinus illos intrantibus ibi tranquillitas, & apta Proteo & ejus pecori quies erat, quia reducti erant ſinus, id eſt interiores terrae, & lateribus montis quaſi muniti, & clauſi, ut ſupr. 363. *clauſos lacus* dixit. ita ut ſtatio etiam tuta eſſet nautis. BURM.

421. DEPRENSIS. *Depreſſis* Venetus. *gratiſſima nautis* Tollianus.

423. NYMPHA. *Nymphe* ſecundus Moretanus. editiones nonnullae *Nymphae*. deinde *Hinc conlocat*, non *Hic* Gudianus a manu prima. praeterea *a limine* pro *lumine* diverſa ſcriptura Gudiani codicis. HEINS. *a* omittit Francianus, Leidenſis & Zulichemius. *adverſus* Vratiſl. *avorſum* Tollianus.

424. RECESSIT. Magis placet *reſiſtit*. ut Terent. Andr. II. II. *Dave, ades, reſiſte.* Reſiſtit, inquam, ſui conſilii eventum exſpectatura. nam ſi abiiſſet longius, quid ad fallendum laedendumve, Proteo dormiente, nebula opus erat? Statim autem poſt ſermonem vatis, filium ſuum praeſens conſolatur. FABRIC. *Reſiſtit* ſcripti noſtri conſtanter, non *receſſit*. dictum Aeneid. XI. 710. HEINS. *Reſiſtit* etiam Francianus & Tollianus. male ſecutus vitioſam lectionem Vondelius vertit *verdween*. de verbo *reſiſtere* vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 116. ita & *reſtitit* infr. ỷ. 490. ſed lib. IV. Aen. 76. itidem permutata haec verba, & pro *media in voce reſiſtit* Menagianus habebat *recedit*. *Recedit* hic librarius ſuppoſuit, credens *procul* ſemper longius, remotius a loco ſignificare, ſed & prope, aut non longe, notare docuit Servius ad Eclog. VI. 15. & II. Aen. 42. & ſaepe alibi. BURM.

425. JAM

97 deſunt R. B. Voſ. Steph. 98 AVERSUM LUMINE R. Voſ. Baſil. 99 Ireſcare R. B. cum traeſcare Cyrene deprehendit ſcire Latinitatem Voſ. cum iraſcare timere deprehendit ſcire Latinitatem V. haec corrupta ſunt. 1 de Sirio vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 306.

Digitized by Google

Ardebat; coelo & medium ſol igneus orbem
Hauſerat. Arebant herbae, & cava flumina ſiccis
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant:
Quum Proteus conſueta petens e fluctibus antra
Ibat. Eum vaſti circum gens humida ponti
Exſultans rorem late diſperſit amarum.
Sternunt ſe ſomno diverſae in litore phocae.
Ipſe, velut ſtabuli cuſtos in montibus olim,
Veſper ubi e paſtu vitulos ad tecta reducit,
Auditiſque lupos acuunt balatibus agni,
Conſidit ſcopulo medius, numerumque recenſet:

Cu-

SERVII.

427. CAVA FLUMINA. Alta. Lucanus I. 396. *Deſeruere cavo tentoria fixa Lemanno.*

PHILARGYRII.

426. ARDEBAT. Id eſt, ſiccabat. ORBEM. *Medium orbem* ideo dixit, quoniam in medio mundo terra eſt, & in hac omnis aqua, quam ſidera in alimentum trahunt, maxime meridiano tempore, quo ardentiſſimus Sol eſt.

427. HAUSERAT. Hic pro, tenuerat, ut ibi: *Simul hauſit dextera.* Alii ſic, ordo: Torrens Syrius Indos ardebat. *Syrius* enim a poëtis pro Sole ponitur: ab aliquo eorum, Canicula intelligitur. HAUSERAT. Id eſt, invaſerat.

434. VESPER. Non *Veſper*, ſed paſtores tempore ejus admoniti.

VARIORUM.

425. JAM RAPIDUS TORRENS. *Rapido caelo* malim, ſi per libros veteres liceat. *ſitientis* eſt apud Priſcianum libro VIII. confirmant Mediceus, Gudianus, & alii nonnulli codices. HEINS. *Medius ſol* Zulichemius.

426. ARDEBAT; COELO. Poſt *τὸ ardebat* diſtinguitur in fragmento Moreti. etiam in altero Menteliano a manu prima, idque rectius, ut *medium orbem* cum *coelo conſtruamus*. HEINS. *Ardebat coelo: &* Parrhaſ. & ita edidit Carrocus. *hauſerat* Philargyrius tenuerat, invaſerat explicat. eo ſenſu Apulejus lib. XI. Metam. in fine *hauſi portum celerrime*, id eſt tenui, occupavi. vid. & Non. in *haurire*. *auxerat* fragm. Moreti. BURM.

427. AREBANT. *Ardebant* ſecundus Rottendorphius.

428. FAUCIBUS. *Fontibus* Zulichem. pro varia lectione.

429. E FLUCTIBUS. Heinſ. ad Ovid. XI. Met. 259. citat *e rupibus*. ſed Mſſ. nihil variant.

430. CIRCUM. *Circa* alter Moreti.

431. DISPERGIT. *Diſperſit*, non *diſpergit* ſcripti, Menagiano uno & Moretanis duobus exceptis. HEINS. *Deſperſit* primus Rottendorphius.

432. DIVERSO. Alii *diverſae*. FABRIC. *Diverſae in litore phocae* primus Moretanus ejuſdemque fragmentum cum Mediceo, Gudiano, Leidenſi, & tribus aliis. caeteri *diverſo*. HEINS. *Diverſae* Tollian. & Nonius in *ſternere*. *diverſae litore* Edit. Venet. vid. ad Ovid. XII. Ep. 145. BURM.

433. OLIM. *Altis* Vratiſlav.

434. AD TECTA. *In tecta* Venetus & Parrhaſ. qui etiam *auditique*.

435. AUDITIQUE. Pro *auditiſque* in noſtris, ſi fragmentum Moreti excipis, & optimum codicem Mediceum. *vitulas* pro *vitulos* in eodem Moreti fragmento habes praecedenti proximo verſu. HEINS.

436. CONSEDIT. *Conſidit* Mediceus a manu ſecunda. quomodo & Vaticanus optimus Pierii. ſic Ecloga V. 3. in optimis membranis. *Hic corylis mixtas inter conſidimus ulmos.* & Ecloga VII. 1. codex veterrimus, *Forte ſub arguta conſiderat ilice*

Da-

Cujus Ariſtaeo quoniam eſt oblata facultas,
Vix defeſſa ſenem paſſus conponere membra,
Cum clamore ruit magno, maniciſque jacentem
Occupat. Ille ſuae contra non inmemor artis,
Omnia transformat ſeſe in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquentem.
Verum, ubi nulla fugam reperit pellacia, victus
In ſeſe redit, atque hominis tandem ore locutus:
Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras
Juſſit adire domus? quidve hinc petis? inquit. At ille:
Scis,

SERVII.

438. VIX DEFESSA SENEM PASSUS COMPONERE MEMBRA. Aviditatem exprimit tenere cupientis. Unde eum contra matris praeceptum, cito in Proteum impetum feciſſe dicit; per quod incontinentes hominum animos docet poëta.

444. HOMINIS ORE. Humana ſcilicet voce.

445. NAM QUIS TE JUVENUM CONFIDENTISSIME NOSTRAS. Id eſt, quiſnam. Hodie enim *nam* particula poſtponitur, antea praeponebatur. Terentius in Phormione V. I. 5. *Nam quae eſt haec anus, a fratre egreſſa meo?*

PHILARGYRII.

437. QUONIAM. *Quoniam*, pro poſtquam: Pacuvius: *Quoniam ille interit, imperium Caleſo transmiſſum eſt.*

443. FALLACIA. Legitur & *Pellacia*, id eſt, fraus, ut: *pellacis Ulyxi.* Lucretius II. 559. *Subdola cum ridet penitus pellacia ponti.*

445. JUVENEM. Ariſtaeum. NOSTRAS. Ordo: Quis nam confidentiſſime, pro audaciſſime: *confidentiam* enim veteres pro impudenti audacia dicebant, ut Terentius And. V. III. 5. *O ingentem confidentiam!*

VARIORUM.

Daphnis. Ennius apud A. Gellium lib. IV. cap. 7. *Qui propter Hannibalis copias conſiderant.* ſic *cineres patriae inſidiſſe ſupremos* libro X. 59. ex optimis membranis libro II. ỳ. 440. *obſidere fores*, in optimo codice. Adeantur annotata Aeneidos primo ỳ. 719. HEINS. De τῷ *medius* vid. ad Ovid. XIII. Metam. 780.

Ibid. NUMERUMQUE RECENSET. *Recenſuit* ex veteri codice Giphanius Indice Lucret. p. 458. HEINS. *Recenſit* Gudianus a manu prima.

438. SENEM. *Senem eſt* Venetus.

439. MANICISQUE JACENTEM. *Vincliſque* Voſſianus prior, tertius Rottendorphii & alter Menagii, etiam Gudianus a manu prima. HEINS. Ita & Zulichemius. *manibuſque* Francianus. vid. ſup. 405.

441. OMNIA TRANSFORMAT. *Commutat* apud Nonium in *mira*. HEINS. *In ſpectacula* Venetus, eadem varietas ſupra hoc libro ỳ. 3.

442. LIQUENTEM. *Liquantem* primus Rottendorphius a manu ſecunda. *loquentem* quartus Moreti.

443. VERUM, UBI NULLA FUGAM REPERIT FALLACIA. *Pellacia* uterque Mentelianus cum Moreti fragmento, & tertio Rottendorphiano, qui *fallaciam* & *calliditatem* interpretantur. bene. & ſic ex ſcriptis Giphanius Indice Lucret. in *pellacia.* in Mediceo mendoſa ſcriptura, ſed non longe abludens, *phallacia. pellax Ulixes* Aeneidos ſecundo ỳ. 90. ubi ſimilis diverſitas in membranis. quod aemulatus Auſonius Epitaphio Proteſilai. *Audaci ingreſſus Sigeïa littora ſaltu, Captus pellacis Laertiadae inſidiis.* hinc *blandus precum Ulyſſes* Statio Achilleidos II. dictus. Servius interpretatur *pellacem, qui per blanditias decipit.* Feſtus *Pellexit, in fraudem induxit. Pellax Geta* Auſonio in Technopaegnio, *Barbarus eſt Lydus, pellax Geta, foemineus Phryx.* ita pervetuſti duo codices, in vulgatis *ſervus Geta.* videtur Auſonius Propertianum IV. V. 44. illud reſpexiſſe, *Dum ferit aſtutos comica* mo-

Scis, Proteu, ſcis ipſe: neque eſt te fallere cuiquam.
Sed tu deſine velle. Deûm praecepta ſecuti
Venimus hinc lapſis quaeſitum oracula rebus.
Tantum effatus. Ad haec vates vi denique multa
Ardentis oculos intorſit lumine glauco,
Et graviter frendens, ſic fatis ora reſolvit:

Non

SERVII.

447. PROTEU. Vocativus Graecus eſt, ut, Orpheu FALLERE CUIQUAM. Alii *quicquam* legunt. Hoc autem dicit: Cum omnia noveris, deſine adventus mei cauſſam velle cognoſcere.

448. DEUM PRAECEPTA. Propter matrem hoc [2] poſuit nomen.

452. GRAVITER FRENDENS. Cum ingenti tumultu.

PHILARGYRII.

450. VI DENIQUE. Hoc loco ſuſcipit numen.

452. GRAVITER FRENDENS. Grandem ſonitum dentibus reddens, & aliter: hoc eſt, [3] ad fata proferenda.

VARIORUM.

moecha Getas. pellaciae voce etiam Lucretius eſt uſus libro IV 559. *ſubdola cum ridet placidi pellacia ponti*. Idem Lucretius lib. V. 1002. *Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis*. Sidonius Narbone de Sinone, *Nec perjuria proſequar Sinonis, Arx quo Palladio dicata ſigno Pellaci reſerata proditore*. Arnobius adverſus gentes libro IV. p. 147. *per omnes libidinum formas incaſtarum cupidinum circumegiſſe pellaciam*. quam vocem & Propertio reddendam eſſe exiſtimo libro I. Eleg. I. *At vos deductae quibus eſt pellacia Lunae*. non *fallacia*. ſic *circulatricem pellaciſſimam* de maga dixit Marcianus Capella libro IV. Prudentius Hamartigenia, *Sentio quam contra moveat pellacia litem, Quo dente obnitens ſpinoſa calumnia pugnet*. Paulinus libro II. de vita B. Martini, *Sed fidens domino Sanctus pellacia ridet Agmina*, de Daemonibus. *fallacia* perperam ediderunt, cum in vetuſto legeretur codice *palacia*. Theodulphus in Carmine ad Aigulfum, *dolus & pellacia fallax*. Idem in paraeneſi, *Nec meditata prius te horum pellacia vincat*. Apud Propertium L. IV. Eleg. I. ℣. 135. etiam videtur ſcribendum, *At tu finge Elegos, pellax opus*. aptum ad puellas exorandas. vulgo *fallax opus*. Catullus ad Alfenum Carm. XXX. *Nec facta impia pellacum hominum coelicolis placent*. ſic vetus codex Italus, cujus excerpta penes me exſtant, ab Antonio Petreio collatus. vulgo & illic *fallacum*. Priſcianus libro IV. *fallo fallis fallax, pellico pellicis pellax*, ubi agit de vocibus in *ax* deſinentibus. Ne quid diſſimulem tamen, Donatus in Adelphos Terentii hoc Maronis loco vulgatum *fallacia* agnoſcit Act. V. Sc. III. 8. HEINS. *Tenuit fallacia* quartus Moretanus. Commel. in Philargyrio, in loco Lucretii edidit *Pallacia*.

444. IN SESE REDIT. Donat. ad Terent. Andr. III. V. 15. *victus redit ad ſe*. ſed ad Adelph. V. III. 8. *in ſeſe redit*. *rediit* Parrhaſ.

446. DOMOS. *Domus* Mediceus, primus Moretanus & Mentelii prior. *juſſus* alter Rottendorphius. *hic petis* Menagii prior.

447. PROTEU. *Proteus* Attice in Mſſ. Pierii. ſed inprobatur a Voſſio operis Grammatici de Analogia lib. II. cap. 7. pag. 693. HEINS. *Proteus* etiam extat apud Rufinianum de Schematis Lexeos pag. 31.

Ibid. NEQUE EST TE FALLERE CUIQUAM. *Quicquam* in Mediceo, duobus Rottendorphiis, aliiſque nonnullis. opinor *quiquam*. ſic Ecloga IV. Quinctilianus monet ſcripſiſſe Virgilium. *qui non riſere parentes*, pro *cui* vel *quoi*. fragment. Moreti *quemquam*. HEINS.

448. DESINE VELLE. Non recte haec capiunt interpretes: eſt enim ellipſis, *deſine velle me fallere*, quod plene extulit Ovidius II. Faſt. 262. *Nec aude Fatidicum verbis fallere velle Deum*. Cicer. VIII. ad Fam 16. *quorum fortunas non debes velle con-*

tur-

[2] deeſt B. Voſ. V. B. in Fabl. deerat, poſuit nomen. [3] affata Commel.

Non te nullius exercent numinis irae.
Magna luis commiſſa: tibi has miſerabilis Orpheus
Haud quaquam ob meritum poenas, ni fata reſiſtant,
Suſcitat; & rapta graviter pro conjuge ſaevit.
Illa quidem, dum te fugeret per flumina praeceps,
Inmanem ante pedes hydrum moritura puella
Servantem ripas alta non vidit in herba.

At

SERVII.

453. NON TE NULLIUS. Id eſt, non humilis, [4] ſed magni.

454. MAGNA LUES COMMISSA TIBI. [5] Id eſt, magnorum ſcelerum eſt iſta perſolutio. Et alii ita diſtinguunt, ut ſit, *a te commiſſa*. Alii TIBI HAS MISERABILIS ORPHEUS. Non humile autem numen dicit Tiſiphonem, id eſt, mortis ultricem: nam ideo [6] Tiſiphone dicta eſt, quaſi cui cura eſt [7] *τίσις φόνου*, id eſt, mortis ultio.

455. [8] HAUDQUAQUAM OB MERITUM. Id eſt, non tales quales mereris: nam ejus [9] uxori cauſa mortis fuiſti. Inferret autem digna ſupplicia, niſi fata prohiberent: quibus faventibus ira numinum minora infert, licet majora non poſſit.

458. MORITURA PUELLA. Merito non vidit: quippe moritura.

459. SERVANTEM RIPAS. Tenentem, ut VII. Aen. 52. *Tantas ſervabat filia ſedes.*

PHILARGYRII.

453. NON TE NULLIUS. Bene dixit, *non te nullius*. Haec enim numinis non humilis ſunt, ſed magni: & ſignificat Tiſiphonem: id eſt, mortis ultricem: nam ideo Tiſiphone dicta eſt, quaſi ulturae mortis ultio, quae dicitur Graece [10] *Τισιφόνη*. Et aliter. Aſper, *non nullius*, inquit, id eſt, non levis numinis: ſignificat autem Nympharum, non, ut quidam volunt, Orphei manium.

455. MAGNA LUES. Id eſt, magnum ſcelus.

459. SERVANTEM. *Servantem*, hic, obtinentem.

VARIORUM.

turbare. non diſſimiliter Silius XI. 186. *haec ut velle queat*. & lib. II. 253. *pandere portas poſſe volunt*. & XI. 350. *parce, oro, & deſine velle*. ſenſus ergo eſt, animum, voluntatem fallendi omitte; nec *velle* hic ſuperfluum eſt, ut ſaepe alibi de hoc verbo adnotatum eſt a viris doctis. BURM.

449. HUC LAPSIS. *Hinc laſſis* Mediceus, & caeteri noſtri. niſi quod in Moreti fragmento, in Leidenſi, & altero Menagiano *hinc lapſis*. in Veneto *huc lapſis*. *huc laſſis* Moreti ſecundus, *hinc feſſis* diverſa ſcriptura Gudianus. *hinc* etiam in pleriſque Pierianis. tertius tamen Rottendorphianus τὸ *lapſis* margini adſcriptum habebat pro diverſa lectione. HEINS. *Hinc* Francianus. *huic* Tollianus.

Ibid. QUAESITUM. Vide ad Ovid. X. Metam. 564.

450. TANTUM. *Tandem* Venetus. *at haec* alter Rottendorphius. *at fatus*, *& haec* Mediceus.

453. NON TE. *Multae* tertius Mentelii a manu prima. & correctum *mute*. in Regio etiam fuerat *multae*. ſed litera *l* eraſa.

454. MAGNA LUES COMMISSA. *Luis* noſtri omnes, exceptis primo Rottendorphiano, Moretanis duobus, Veneto & Menagiano altero. HEINS. Et Regius *lues* habebat & Edd. priores.

455. HAUD QUAQUAM. *Quamquam* Francianus & Gudianus a manu pr. *quodque* Zulichemius.

Ibid. RESISTANT. *Reſiſtunt* quidam. *niſi* alter Rottendorph. *reſultant* quartus Moretanus.

457. FLUMINA. *Funera* tertius Rottendorphius. *per flumina* eſt per ripas. vid. ſup. ad ℣. 277. infr. 527. *toto referebant flumine ripae.*

458. HYDRUM. *Hydram* ſecundus Moreti & quartus Moreti a manu prima.

459. HER-

[4] deeſt R. Voſ. V. [5] id eſt, magnum ſcelus Cod. Urſ. qui reliqua Servii non eſſe putat. ut nec in Porphyrio. [6] Tiſiſon R. B. Tiſiphon Voſ. [7] τισία R. Voſ. V. B. τίσια φόνου R. [8] HAUDQUANQUAM V. R. [9] uxoris R. [10] Τισιφόνη Commel.

At chorus aequalis Dryadum clamore ſupremos
Inplerunt montis. Flerunt Rhodopeiae arces,
Altaque Pangaea, & Rheſi Mavortia tellus,
Atque Getae, atque Hebrus, & Actias Orithyia.
Ipſe cava ſolans aegrum teſtudine amorem,
Te, dulcis conjux, te ſolo in litore ſecum,
Te veniente die, te decedente canebat.
Taenarias etiam fauces, alta oſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus, Maniſque adiit, Regemque tremendum,

470 Ne-

SERVII.

460. AT CHORUS AEQUALIS DRYADUM. Ergo & Eurydice Dryas: & bono compendio ejus praetermiſit interitum. SUPREMOS MONTES. Summos, ut Terent. Adel. II. I. 42. *Pro ſupreme Juppiter.*

461. RHODOPEIAE ARCES, ALTAQUE PANGAEA.. *Rhodope*, mons [11] eſt Thraciae, ſicut [12] Pangaea.

462. RHESI MAVORTIA TELLUS. Quam poſtea Rheſus tenuit: & eſt [13] Prolepſis ex perſona poëtae. Quo enim tempore Orpheus fuit, Rheſus necdum regnabat in Thracia.

463. HEBRUS. Fluvius Thraciae gelidiſſimus. ACTIAS ORITHYIA. Athenienſis Nympha, quam [14] Boreas in ſuum matrimonium rapuit.

464. [15] [IPSE. Orpheus.] CAVA TESTUDINE. Periphraſis citharae, cujus uſus repertus eſt hoc modo: Cum regrediens Nilus in ſuos meatus, varia in terris reliquiſſet animalia, relicta etiam teſtudo eſt: quae cum putrefacta eſſet, & nervi ejus remanſiſſent extenti intra corium, percuſſa a Mercurio ſonitum dedit: ex cujus imitatione cithara eſt compoſita. AEGRUM AMOREM. Moeſtum, deceptum.

465. SOLO IN LITTORE. Deſerto, in quo ſine uxore morabatur.

467. TAENARIAS ETIAM FAUCES. Taenarus Laconicae [16] promontorium eſt, circa finem [17] Maleae; ubi inferorum dicitur eſſe [18] deſcenſus.

469. MANESQUE ADIIT REGEMQUE TREMENDUM. Haec omnia ad laudem pertinent citharae, qua fretus iſta ſuperavit.

PHILARGYRII.

462. PANGAEA. *Pangaea* Thraciae montes. RHESI. *Rheſus* dux Thracum: & eſt prolepſis: quia Rheſo Orpheus antiquior eſt. Idcirco autem Thracia *Mavortia* tellus dicitur: quia in diviſione terrae Marti ceſſit.

463. ACTIAS. *Actias* ideo dicta, quod Athenienſis fuit. Quidam volunt *Atticen* primo vocitatam Actiacen, quia ſit litoralis. ORITHYA. *Orithyia*, Erechthei & [19] Praxitheae filia, ab Aquilone in Thraciam rapta, Zethum & Calain filios edidit.

467. TAENARIAS. In Taenaro enim, promontorio Laconiae, demonſtratur alta quaedam vorago, per quam emerſiſſe Hercules ab inferis dicitur, cum duceret Cerberum.

VARIORUM.

459. HERBA. *Umbra* Zulichemius a manu pr.

460. SUPREMOS. *Supremo*, quia quaſi in funere edebatur. Ovid. III. Triſt. III. 43. & Albinov. ad Liviam 219. *ſupremos* Nonius in *ſupremus*.

461. INPLERUNT MONTIS. FLERUNT RHO-

DO-

11 deeſt R. Voſ. B. 12 Panchea R. Voſ. B. 13 prolemſis R. Voſ. prolenſſis V. prolempſis B. 14 Boreus B. deinde, ſumpſit, vel rapuit Voſſ. 15 deſunt R. Voſ B. Steph. 16 promuntorium R. Voſ. & ita fere ſemper. 17 Maclii Voſ. Maleum R. Meleae V. Malicii B. 18 deſcenſum V. diſcenſus B. 19 Praxiotelis Commel.

Neſciaque humanis precibus manſueſcere corda.
At cantu conmotae Erebi de ſedibus imis
Umbrae ibant tenues, ſimulacraque luce carentum:
Quam multa in foliis avium ſe millia condunt,
Veſper ubi, aut hibernus agit de montibus imber:
Matres, atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimûm heroum, pueri, innuptaeque puellae,
Impoſitique rogis juvenes ante ora parentum,
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaque palus inamabilis unda
Adligat, & novies Styx interfuſa coërcet.

Quin

SERVII.

470. Nesciaque humanis. Ad exitum futurae rei reſpexit, non ad principium: nam primo meruit Eurydicen.

471. Erebi de sedibus imis. De interioribus tenebris inferorum.

PHILARGYRII.

479. Cocyti. *Cocytus*, fluvius inferorum: & aliter: *Cocytus*, amnis apud inferos, ex Styge profluens, ἀπὸ τοῦ κωκύειν, quod eſt gemere & flere.

480. Styx. Palus apud inferos.

VARIORUM.

dopeiae arces. *Implerunt colles* in Veneto. deinde *Rhodopaeae* in priore Rottendorphiano, ut ſit verſus Spondaicus. HEINS. *Colles* Parrhaſ.

462. Altaque. *Antraque Pangaea* Zulichemius. *Altaque Pancheia* Francianus. *Panchaea* Mediceus. *Pangaeae* Mentelii prior.

463. Atque Actias. *Et Actias Orithyia* ex ſcriptis legendum jam vidit Pierius. vidit & Giphanius ad Lucret. p. 467. noſtri codices adſentiuntur, ſi fragmentum Moreti excipitur. apud Probum in Grammatica perperam, ut vulgati apud Maronem codices, etiam apud Macrobium Saturnal. v. cap. 17. ſed Iſaaci Pontani ultima editio ex veterrimis membranis caſtigata probe, *& Actias Orithyia*. mendoſe apud eundem, *altaque Panchaea*. HEINS. *Et Ethias Orithia* Francianus. *&* etiam Tollianus.

Ibid. Getae. *Haete* Parrhaſ.

466. Te discedente. *Decedente* Mentel. & plures alii. vid. ad Ecl. ii. 67. & alibi.

467. Taenarias. *Trinacrias* Vratiſlav. *avia oſtia* Mediceus manu prima. vulgata eſt apud Scholiaſt. Statii i. Theb. 96. & Commentatorem Horatii i. Od. 34.

468. Formidine. *Teſtudine* Vratiſlav. ita *arva nigro vaſta metu* Val. Flac. iii. 404. ubi vide, & ad Petron. cap. lxxxix. BURM.

469. Manesque. *Manes adiit* Venetus, Tollianus & Parrhaſ.

473. In silvis. *In foliis* alter Mentelianus, uterque Menagianus, prior Rottendorphius, uterque Voſſianus cum Leidenſi & Moretanis duobus. quomodo Pieriani omnes. quod Aruſianus quoque Meſſius agnoſcit. ſed ex noſtris Mediceus, prior Mentelianus, Moretanus primus ex optimis, aliique nonnulli noſtrorum pro recepta ſtant ſcriptura. HEINS.

474. Aut hibernus. *Jam hibernus* quartus Moreti a manu pr. & Rottend. primus.

476. Innuptaeque. *Nuptaeque* Vratiſl.

479. Palus inamabilis unda. Haec antiqua & germana lectio, ſi quid Gellio ii. 6. & Macrobio vi. 7. credimus. FABRIC. Solus ex noſtris Venetus, *innabilis*, & pro diverſa lectione Moretanus ſecundus. HEINS. *Innabilis* Parrhaſ. & Taubm. in editione Fabricii Baſil. 1613. ediderunt in notis, *Triſtique palus inamabilis unda*. vid. ad lib. vi. Aen. 438. BURM.

481. Quin

Quin ipſae ſtupuere domus, atque intima Lethi
Tartara, caeruleoſque inplexae crinibus anguis
Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora,
Atque Ixionii vento rota conſtitit orbis.
Jamque pedem referens caſus evaſerat omnis,
Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras,
Pone ſequens; namque hanc dederat Proſerpina legem:
Quum ſubita incautum dementia cepit amantem,

Igno-

SERVII.

482. IMPLEXAE. [20] Involutae, implicitae, ἐμπεπλεγμέναι.

484. IXIONEI VENTO ROTA CONSTITIT. Deeſt *cum:* & hoc dicit: cum vento ſuo rota conſtitit: id eſt, cum cauſa volubilitatis quievit.

488. INCAUTUM AMANTEM. Epitheton amantis eſt.

PHILARGYRII.

483. TENUITQUE. Id eſt, tacuit.

484. VENTO. *Vento* pro adventu ſignificat, ut ſit ſeptimus caſus: aut *vento* verbum gerundi eſt: nam intelligi debet adventu: ſit enim gerundi ſic: *ventum, ventu*. Ipſe alibi XI. 230. *Et pacem Romano ab rege petendum.* Quidam ſic: *vento*, audiendum, conſiſtentem, ut eſt illud II. Ecl. 26. *Cum placidum ventis ſtaret mare.*

VARIORUM.

481. QUIN IPSAE STUPUERE DOMUS. *Atqui ipſae* Scholiaſtes Horatii Crucquianus libro II. Ode XIII. HEINS. *Domos* a manu prima Rottendorphii primus. *ſtipuere* Mentelii prior.

482. IMPLEXAE. Alii *innexae*, quod alterius explicatio eſt. FABRIC. *Caeruleiſque* Mediceus a vetuſtiore manu. utrumque probum eſt, ſed apud Aruſianum Meſſium *caeruleoſque implexae. caeruleos implexae* fragmentum Moreti. praeterea *amplexae* in utroque Menteliano, primo Moretano, Rottendorphiano priore. quod & Pierianos nonnullos codices inſedit. Voſſianus prior & tres alii ex noſtris *impexae*, quod & Gudianum a manu prima inſedit. ſed *implexae* verum eſt, etiam Aruſiano auctore, ut jam vidimus. HEINS. *Caeruleos implexae* Francianus. *impexae* Parrhaſ.

483. TENUITQUE INHIANS. *Tenuit inhians* ex ſcriptis Giſanius ad Lucret. pag. 468. HEINS. Et ita Ald. & Junt. ſed aliter Commentator Horatii III. Od. II.

484. IXIONII VENTO ROTA CONSTITIT. Fortaſſe legendum eſt *velox rota*. FABER. Explicant *cum vento*, id eſt, & ventus & rota conſtiterunt. vid. Serv. ad I. Georg. 218. & alibi, qui, quoties ellipſim eſſe τοῦ *cum* notat, fere hoc exemplo utitur. alii aliter. ſed de vento in agitatione hujus rotae, quo volvebatur, nihil legi, & duram hanc ellipſim praepoſitionis eſſe puto. Philargyrii expoſitio, *vento* capientis, pro adventu Orphei, ſine ulla auctoritate eſt, nec credo archaiſmos tales in deliciis fuiſſe Maroni. ſcio illud Plautinum Ciſtel. I. I. 16. *ventum gaudeo Ecaſtor ad te.* quod pro adventu capiunt. ſed, ego pro *ventum eſſe ad te* puto melius exponi. ut ipſe Cicero pro Quinct. cap. I. dixit, *ad me ventum eſt*. & ita Maro ſaepe. ut I. Georg. 98. IV. Aen. 151. & alibi. & ita rectius exponeretur vento Orpheo, id eſt quum adveniſſet. ſed & hoc caſu uſurpatum a quoquam eſſe neſcio. altera ellipſis, *vento*, ſcilicet, deficiente, rota conſtitit, aeque mihi dura videtur. & illud ex Ecl. II. 26. *Quum placidum ventis ſtaret mare*, eſt placidum a ventis, id eſt poſt ventos, jam quieſcentes. Ruaeus explicat vento contrario flante. ſed haec omnia, mihi dura & inaudita, deberent firmari aliquo loco, qui ventum illum apud inferos docerent ſpiraſſe. quare ſi *cantu* firmaretur codicibus, libens reciperem. ut Orpheo cantu Cerberum leniviſſe ſibila dicit Lucan. IX. 643. ſed *vento*

[20] involutatae, implicitatae V.

Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere Manes.
Reſtitit, Eurydicenque ſuam jam luce ſub ipſa
Inmemor, heu, victuſque animi reſpexit. Ibi omnis
Effuſus labor, atque inmitis rupta tyranni
Foedera, terque fragor ſtagnis auditus Avernis.
Illa, Quis & me, inquit, miſeram, & te perdidit, Orpheu?
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
Fata vocant, conditque natantia lumina ſomnus.

Jam.

SERVII.

489. IGNOSCENDA QUIDEM, SCIRENT SI IGNOSCERE MANES. Participium ſine verbi origine: non enim facit *ignoſcor*, ſicut nec *triumphor*, *regnor*.

490. EURIDICENQUE SUAM JAM. Alii legunt: *Jam luce ſub ipſa.*

491. VICTUSQUE ANIMI. [21] Sic hoc loco dixit, ut XII. 19. O *praeſtans animi juvenis*. RESPEXIT. Id eſt, commiſit in legem [22] [ſibi datam.]

492. IBI OMNIS EFFUSUS. Id eſt, functus & fruſtratus. TYRANNI. Id eſt, Plutonis.]

493. TERQUE FRAGOR STAGNIS AUDITUS AVERNIS. Quaſi exultarent umbrae [23] redditam Eurydicen. Lucanus in Orpheo, dicit ſtrepitum [24] factum redeunte Eurydice, ob hoc, quia *Gaudent* [25] *a luce relictam Eurydicen, iterum ſperantes Orphea manes.*

495. ITERUM CRUDELIA RETRO FATA VOCANT. [26] Ovidius: *Bis rapitur, vixitque ſemel.*

496. NATANTIA LUMINA. In mortem reducta, [27] invalida.

VARIORUM.

to firmat etiam Servius ad lib. I. Aen. 190. & VI. 616. ita citans. & Commentator vetus Horatii ad III. Od. XI. 21. Cogitabam aliquando *lente conſtitit*, vel *campo*, in illo campo, quo volvebatur. ſed ſine Mſſ. nihil audeo, & relinquo felicioribus ingeniis locum parum intellectum. ceterum *Ixionei* Regius, Franc. & plures, ut & editiones veteres. & ita Servius ad I. Aeneid. ſed ad VI. 616. & I. Georg. 218. *Ixionii*, ut hic Mediceus, Leidenſis Voſſianus, & quidam alii. BURM.

486. AURAS. *Oras* Vratiſl.

488. SUBITA. *Subito* Mentelianus, & Gudianus a m. pr. in Regio *ſubita* fuiſſe videtur, ſed correctrice manu *ſubito* factum. *cepit amorem* Moreti quart. BURM.

489. QUIDEM. *Tamen* Zulichemius. ſed agnoſcunt *quidem* Nonius in *ignoſcere*, Schol. Horat. II. Od. 3. ad Stat. VIII. 60. Lutatius.

490. EURYDICENQUE. *Euridicemque* Francianus. & ita infra ſemper. vid. Ovid. XI. 66. qui hunc locum reſpexit.

491. VICTUSQUE ANIMI. Graeciſmum hunc illuſtrat H. Steph. in diſſert. de Criticis pag. 211. & genitivum hunc ſumtum, quia verbis ἡσσᾶσθαι vel ἡττᾶσθαι jungere ſoleant Graeci hunc caſum, ut ὀργῆς ἡττᾶσθαι. ita hic, quum non poſſet cupiditati videndae uxoris moderari. imitatur Claudianus I. in Eutrop. 171. *Ergo animi victus*, ubi vide Heinſium. *ibique omnis* ſecund. Moreti. BURM.

493. AVERNIS. Probe Mediceus cum Veneto & priore Rottendorphiano. quod & editiones nonnullas occupavit. Adeantur, quae notamus ad Claudianum Raptu Proſerpinae libro II. 290 HEINS. In ora Pierius notavit ex Romano, *ſtagnis auditus avernis*. ſine τῷ *eſt*. *ſtagnis averni* Regius & multi alii, cum editionibus etiam aliquot.

494. Mi-

[21] hoc dixit tuto *praeſtans* R. dixit *o. pr.* Steph. in hoc dixit, *o.* V. *juvenis* deeſt hic. [22] deſunt R. ad ℣. 493. R. Voſ. B, deerat Steph. tantum *ſibi datam*. in Baſil. deerat etiam ſequens nota ad ℣. 492. [23] redditum Eurydices R. Voſ. Steph. Dan. reditu Eurydices Fabr. al. reditum Eurydice B. [24] fractum R. trepidum f. V. [25] forte, *a luce reductam*. mox *permanentes* V. [26] neſcio an apud Ovidium exſtet. Heinſius credebat ex eodem Poemate, quod Lucano adſcribitur, deſumptum, & volebat pro Ovidius, unde idem. *Quod.* [27] deeſt B. R. Voſ. Steph. al. ſine dubio ex ſeq. nota repetitum.

Digitized by Google

Jamque vale. Feror ingenti circumdata nocte,
Invalidaſque tibi tendens, heu non tua, palmas!
Dixit. Et ex oculis ſubito, ceu fumus in auras
Commixtus tenuis, fugit diverſa: neque illum,
Prenſantem nequicquam umbras, & multa volentem
Dicere, praeterea vidit: nec portitor Orci
Amplius objectam paſſus tranſire paludem.
Quid faceret? quo ſe rapta bis conjuge ferret?
Quo fletu Manis, qua Numina voce moveret?
Illa quidem Stygia nabat jam frigida cumba.
Septem illum totos perhibent ex ordine menſis
Rupe ſub aëria deſerti ad Strymonis undam

Fle-

SERVII.

498. INVALIDAS PALMAS. In umbrae tenuitatem redactas. HEU NON TUA. Quia ſupra dixit, *Eurydicenque ſuam jam.*

500. FUGIT DIVERSA. Id eſt, per diverſa.

502. PRAETEREA. Poſtea, ut I. Aen. 408. *Et quiſquam numen Junonis* [28] *adoret Praeterea?*

503. AMPLIUS OBJECTAM PASSUS TRANSIRE PALUDEM. Myſticum eſt: dicitur enim bis eandem umbram evocari non licere.

507. EX ORDINE. Sine intermiſſione.

508. DESERTI. Aſperi, inculti. STRYMON autem fluvius eſt Thraciae, circa quem ad extinguendum amoris morabatur calorem. HAEC. Id eſt, talia, qualia ipſe commemorat.

PHILARGYRII.

502. PRAETEREA. Praeterea, ultra.

508. AERIA. Quae ſit vicina aſtris. *Strymon* autem amnis eſt finiens Thraciam; ſed hic pro Hebro poſitus.

VARIORUM.

494. MISERAM. Deeſt Veneto.

499. ET EX OCULIS. Dorvilius Urſinum fugiſſe locum Homeri Il. Ψ. 100. notavit.

500. FUGIT. *Fugit in diverſa* Mediceus.

501. PRENSANTEM. *Preſſantem* Leidenſ. *Praenſantem* Mentelli pr.

503. OBJECTAM. *Objectam eſt* Menagianus prior. & Parrhaſ.

504. QUO SE RAPTA. *Quo ſe erepta* Mediceus a ſecunda manu. deinde *quae numina voce moneret*. ſed repoſitum *moveret*. Donatus utroque loco vulgatum agnoſcit in Adelphos Terentii Act. V. Sc. III. 4. ad illum locum, *Hei mihi quid faciam? quid agam? quid clamem? aut querar? o caelum! o terra! o maria Neptuni!* ubi addit: *Mira αὔξησις, & quam Virgilius imitatur in Orpheo poſt amiſſam rurſus Eurydicen. Quid faceret? inquit, omnia enim conſumſerat primus dolor. quo ſe rapta bis conjuge ferret? nam quid inter omnes terras atque inferos loci remanebat? quo fletu manes? per quem fletum manes, quaſi omnes primis luctibus imploraverat lacrimis. qua numina voce moveret? cui ne ira quidem inexperta remanſerat? & vide hic gradus doloris in tantum, ut jam creſcere non poſſint.* HEINS.

505. QUO FLETU. *Quod fletu manes, quae nomina* Gudianus a manu prima. *quae numina* Rottendorphius primus a manu prima. *qua flumina* Vratiſl. *maneret* Francianus.

507. SE-

[28] *adorat* V. Voſ.

Fleviſſe, & gelidis haec evolviſſe ſub antris,
Mulcentem tigris, & agentem carmine quercus.
Qualis populea moerens philomela ſub umbra
Amiſſos queritur foetus; quos durus arator
Obſervans nido inplumis detraxit: at illa
Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen
Integrat, & moeſtis late loca queſtibus inplet.
Nulla Venus, non ulli animum flexere hymenaei.
Solus Hyperboreas glacies, Tanaïmque nivalem,
Arvaque Rhipaeis numquam viduata pruinis
Luſtrabat, raptam Eurydicen, atque irrita Ditis

Do-

SERVII.

510. [29] [AGENTEM CARMINE QUERCUS. Id eſt, moventem.]

513. PHILOMELA. Pro quavis ave: nam ſpecies eſt pro genere.

514. FLET NOCTEM. Jugi nocte, [30] continuo fletu.

517. TANAIMQUE NIVALEM. Fluvium Scythiae. NUNQUAM VIDUATA PRUINIS. Semper [31] nivibus plena.

518. QUO MUNERE MATRES. Nuptiali ſcilicet.

PHILARGYRII.

511. PHILOMELA. Luſcinia.

515. INTEGRAT. Renovat.

517. TANAIMQUE. *Tanais* fluvius, qui dividit Aſiam ab Europa: eſt autem Scythiae.

VARIORUM.

508. SEPTEM ILLUM TOTOS PERHIBENT. *Perhibent totos* vetuſtus codex Thuanae Bibliothecae Macrobianus Saturnal. IV. cap. 3. HEINS.

509. SUB ANTRIS. Alter Menagianus ex noſtris, & Voſſianus alter, *aſtris*. HEINS. *Fleſſe ſibi & gel.* Ed. Venet.

511. POPULEA UMBRA. Huetius in Huetianis §. XL. hic Virgilium, ſui oblitum, non convenientia dare notat. ſi enim populea ſub umbra cantat Philomela, quomodo noctem, quum nulla umbra eſt, flere poteſt? Caſtelvetro in operibus criticis nuper a Cl. Muratorio editis p. 134. agens de Petrarchae loco, ubi ille etiam Philomelam nocte ſub umbra flentem fecerat, reſponderi poſſe ait, vel intelligi umbram, quam Luna facit, vel Luciferi lumen; vel umbram poni in genere de frondibus arborum, quae per diem facere ſolent umbram. ſed & reſponderi poteſt, Philomelam, ex eo tempore, quo arator detraxit pullos, die ſcilicet, flere in arbore & umbra populea, uſque in noctem, & continuare fletum. nam Virgilius non negat per diem canere in arbore, ſed nocte etiam, aliter atque aliae aves, & quidem vehementius, quia addit *integrare* tunc carmen ſedentem in ramo, ubi jam ante noctem conſederat. & ita *umbram* hic ſumi pro ramo arboris natura ſua umbroſae, ut lib. I. 191. etiam umbram pro arbore, vel frondibus arboreis poſuit, & ſaepe alibi. deinde Caſtelvetro refutat Servium, qui Philomelam hic de quavis ave capit, ſpecie poſita pro genere, quum aliae aves nocte ſileant, ſed ſola Luſcinia canat. praeterea cauſſam cantus nocturni Luſciniae non eſſe raptos pullos, quum ex natura ſua, etſi non rapti ſint pulli, cantet nocte. potuiſſet addere etiam Luſciniam deſinere cantum excluſis pullis, etſi

[29] deſunt R. Voſ. B. Baſ. [30] continua flere diupete R. B. continua flet odii Voſ. petendii V. continua, etiam Cod. Urb. haec corrupta ſunt. [31] nubibus Voſ.

Dona, querens. Spretae Ciconum quo munere matres,
Inter ſacra Deûm, nocturnique orgia Bacchi,
Diſcerptum latos juvenem ſparſere per agros.
Tum quoque marmorea caput a cervice revolſum,
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus
Volveret, Eurydicen vox ipſa & frigida lingua,
Ah miſeram Eurydicen! anima fugiente vocabat:

Eu-

SERVII.

520. CICONUM. *Cicones* Thraces [32] mulieres ſunt, quae, ab Orpheo ſpretae, [33] diſcerpſere eum per Liberi ſacra ſimulata.

523. MARMOREA CAPUT A CERVICE REVULSUM. Id eſt, pulchra. [34] [Conſtat enim caput Orphei in Hebrum projectum, & id fluctus in Lesbum inſulam detuliſſe. Hebrus autem fluvius in Thracia eſt, qui ex fontibus Rhodopae montis prolabitur: dictus ab Hebro, Boreae fratre, quem Oeagrium ab Oeagro patre dicunt.] Sane alludit ad id, quod dicit Ovidius XI. Met. 56. quia cum caput ejus ad ripam delatum [35] ſerpens mordere voluiſſet, eſt converſus in lapidem.

524. OEAGRIUS HEBRUS. [36] *Oeagrius*, fluvius eſt, pater Orphei, de quo Hebrus naſcitur, unde eum [37] appellavit *Oeagrium*.

PHILARGYRII.

520. CICONUM. *Cicones*, gens Thraciae, a Cicone, Apollinis filio, dicta. Orpheus autem, quoniam poſt obitum Eurydices omnes feminas faſtidit, tranſlato in pueros amore, diſcerptus eſt. Aſper, *quo munere*, ob quam rem, vult accipi: poteſt &, *ſpretae quo munere*, id eſt, matrimonii.

521. NOCTURNAQUE ORGIA. Quia ſacra ejus nocte celebrantur: ex quo *Nyctelius* eſt cognominatus.

523. CAPUT A CERVICE REVULSUM. Conſtat caput Orphei in Hebrum projectum, & fluctus in Lesbum inſulam detuliſſe. Hebrus autem fluvius in Thracia eſt, qui ex fontibus Rhodopes manans perlabitur, dictus ab Hebro, Boreae fratre, quem nunc *Oeagrium* dicit, ab Oeagro, rege Thraciae, Orphei patre.

VARIORUM.

etſi non rapiantur, ideoque hunc raptum minime eſſe fletus cauſſam: ſed in Poëtis non omnia ad vivum reſecari debent, qui non ex Philoſophorum & naturae ſcrutatorum ſententiis; ſed ſaepe ex fabulis & vulgi opinione loqui ſolent. jam vero alii Poëtae, ut multis probat Cerda, lugubrem hunc cantum propter pullos raptos celebrarunt, quia fingitur Ityn ſemper plorare. Plinius & alii per XV. tantum dies vernos canere Luſciniam tradunt, nimirum continuo cantu, deinde longe diverſum edere, nec etiam continuum, ita ut vix eamdem avem credas: hic vero agi de cantu verno, quo nondum pulli excluſi ſunt, manifeſtum eſt. ſed haec Poëtis condonanda. BURM.

512. DURUS. *Dirus* Francianus.

514. MISERABILE. *Lacrimabile* Venetus. *flet.* v. Arnſ. Meſſ. in *Flet.*

515. ET MOESTIS LATE LOCA QUESTIBUS IMPLET.. *Loca proxima queſtibus implet* fragmentum Moreti. HEINS. *Loca tunc cum* Zulichem. *loca late* Parrhaſ.

516. NULLI ANIMUM. Hiatus iſte in certis tantum vocalibus, *i* literam ſequentibus, admittitur. ut poſt alterum *i.* ut I. Georg. 281.

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam. ut *a*
Arcebis gravido pecori, armentaque parces. ut *e*
Tunc pingues agni, & tunc molliſſima vina.

FABRIC. *Non ulli animum* Pieriani plerique. quod cur rejiciamus, nihil cauſſae eſt. praeſertim cum & Mediceus ex noſtris, & Gudianus & prior Mentelianus, tum Menagianus uterque, & tertius Rottendorphius, & tres quatuorve alii eandem lectionem prae ſe ferant cum Moreti fragmento. In Veneto & Voſſiano ſecundo *nulli animum* hiatu relicto. HEINS.

32 matris R. matres al. 33 carpſere per R. Voſſ. B. 34 deſunt R. Voſ. B. Steph. Dan. 35 deeſt R. Voſ. B. Steph. Dan. eſt converſum Fab. & al. quaſi caput Orphei intelligeretur. 36 Oeagrus V. R. Voſ. quod rectum eſſe vidimus ad Valer. Flac. IV. 348. 37 appellant Voſ.

Eurydicen toto referebant flumine ripae.
Haec Proteus: & ſe jactu dedit aequor in altum.
Quaque dedit, ſpumantem undam ſub vertice torſit.
At non Cyrene: namque ultro adfata timentem:
Nate, licet triſtis animo deponere curas.
Haec omnis morbi cauſſa: hinc miſerabile Nymphae,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,

Exi-

SERVII.

528. [38] [Haec Proteus. Subaudi: dixit.]

530. At non Cyrene. Deeſt territa eſt: quod ex ſequentibus datur intelligi.

VARIORUM.

HEINS. *Nulli animum* Parrhaſ. & Leidenſ. *non nulli* Francian. vir doctus in Miſcel. Obſerv. Vol. I. p. 5. quaſi nemo de hiatu antea ſomniaſſet, conjicit legendum, *nulli animum*. ſed amicus ejus Lincolnienſis pag. 81. legit, *nulli illi animum*, quam duram & minime ſonoram verborum conſtructionem recte rejicit prior. BURM.

517. Tanaimque nivalem. *Tanainque* prior Mentelianus, duo Rottendorphiani, aliique nonnulli. Gudianus etiam & alter Mentelianus a ſecunda manu. ſed nil muto. HEINS.

520. Spretae Ciconum quo munere. *Quo numine* ſecundus Moreti, Rottendorphii ſecundus & tertius cum Veneto noſtro. HEINS. Markland. ad Stat. III. Silv. III. 87. videns nihil eſſe, quo referri illud, *quo munere*, poſſit, & Aſprum explicare, *quo munere*, *ob quam rem*, legit *quo nomine*, quia ſaepius *hoc nomine* pro ideo, ob eam rem poni conſuevit. ſed & hoc, licet ſpeciem aliquam habeat, durius videtur, quia nihil praeceſſit, niſi illum queſtum fuiſſe Eurydicen ſuam, nec propter hoc eum Thraciae occiderunt, ſed quia ſpernebat omnes mulieres: quare ego locum hunc eſſe vitioſum exiſtimo. & vix ſanabilem, ſine codice meliore. quia vero *ſpreto* quidam codices & editi habent, cogitabam, an non apertior ſententia exiret, ſi legeretur, *Spreto Ciconum quem foedere matres* &c. ut *foedus* pro nuptiis ponatur, ut centies apud veteres, licet ſaepe addant, *conjugiale*, *ſociale*, *Veneris*, *lecti* foedus & ſimilia. ſed & ſimpliciter apud Ovid. III. Art. 179. pro concubitu: *veniunt ad foedus amantes*. & Ep. IV. 147. *properataque foedera junge*. jam vero *foedus* & *munus* commutata a librariis videbis apud Ovid. II. Faſt. 159. III. 573. Claudian. III. Rapt. 305. recte ergo potuerunt Grammatici explicare, *foedere*, nuptiali ſcilicet. *munus* autem dici pro nuptiis nondum vidi. *numine* erat in Parrhaſ. BURM.

521. Nocturni. Urſin. in notis ad Servium ex Codice ſuo *nocturnaque* profert. *nocturnique* omnes fere ſcripti. ut indicetur *nyctelius* Bacchus.

Ibid. Orgia. *Organa* Zulichem.

522. Latos. *Juvenem latos* Parrhaſ.

523. Revolsum. *Repulſum* Menagianus prior. *reciſum* Vratiſl. Vondel. *marmoreum* legiſſe videtur.

526. Ah miseram. *Amiſſam* ſecundus Menagii. & Parrhaſ. *ha* multi.

528. Jactu. *Jacto* Gudianus a manu prima. mox, *quoque dedit* quartus Moreti.

529. Vertice. *Vortice* Guell. & quidam alii: fruſtra contra ſcriptos. dictum alibi ſaepe.

530. Ultro. *Ultro eſt adf.* Parrhaſ. ſed erat adſcriptum verbum ſubſtantivum alia manu.

531. Animo deponere curas. *Componere* Mediceus a manu prima. ut libro Aeneidos IV. 340. *Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis, & ſponte mea componere curas.* HEINS. Saepe haec duo verba confudiſſe librarios videbis in notis ad Ovid. II. Art. Am. 463. paullum alio ſenſu dixit idem IV. Triſt. VII. 20.

Mutatum curam depoſuiſſe mei.

propius accedit Remed. 253.

Nulla recantatas deponent pectora curas.

ubi ſi cum uno Heinſii codice legas, *deponet pectore curas* (ubi vitio operarum *deponet* excidit in notis editis) huic loco ſimilis erit, & *animo* idem quod *pectore* valebit. BURM.

533. Lu-

[38] deſunt R. Voſ. B.

Exitium miſere apibus. Tu munera ſupplex
Tende petens pacem, & faciles venerare Napaeas.
Namque dabunt veniam votis, iraſque remittent.
Sed, modus orandi qui ſit, prius ordine dicam.
Quatuor eximios praeſtanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depaſcunt ſumma Lycei,
Delige, & intacta totidem cervice juvencas.
Quatuor his aras alta ad delubra dearum
Conſtitue, & ſacrum jugulis demitte cruorem:
Corporaque ipſa boum frondoſo deſere luco.
Poſt, ubi nona ſuos Aurora oſtenderit ortus,
Inferias Orphei Lethaea papavera mittes,

Pla-

SERVII.

535. PETENS PACEM. Beneficium, benevolentiam. FACILES NAPAEAS. Exorabiles nymphas, [39] & ad ignoſcendum paratas. Sane ſciendum, eaſdem eſſe *Napaeas*, quae & *Dryades* ſunt: nam ſupra 460. ait: *At chorus aequalis Dryadum.*

540. INTACTA CERVICE. [40] Indomita. Et dicit [41] ita animalium ſacrificium eſſe faciendum, ut non tantum occidantur [42] hoſtiae, [43] [ſed caedantur.]

545. ORPHEI. Dativus Graecus eſt. LETHAEA PAPAVERA. Agreſtia.

PHILARGYRII.

535. NAPAEAS. *Napaeas*, nemorum Nymphas: νάπας enim Graeci dicunt nemora: & *faciles* hic pro placabiles.

541. DELUBRA. Ad templa.

542. DEMITTE CRUOREM. Id eſt, ſacrifica modo.

545. INFERIAS ORPHEI. Ut irarum obliviſcatur.

VARIORUM.

533. LUCIS. *Silvis* fragm. Moret. *diſcebat in altis* Voſſ. certe pro *ducebat*.

534. TU MUNERA SUPPLEX. *Tum* Mediceus. pro *Tende* Rottendorphianus primus, *Pende*. HEINS. Certe *tendere munera* inſolitum. cogitabam *munere ſupplex tende*, abl ad Napaeas ſupplex cum munere. in Zulichem. erat *Nate petens*. quod poſſet recipi, ſi legeretur,

Tu munere ſupplex,
Nate, petens pacem, faciles venerare Napaeas.

ſed praeceſſerat jam *nate*. *tendere* vero pro ire etiam eſt apud Claudian. Epithal. Honor. 179. ſi vulgata lectio ſervanda, *Attritis quum tenderet ultor Achivis*. BURM.

536. IRASQUE. *Iramque* Francianus.

537. QUI SIT. *Quis ſit* quartus Moreti & fragmentum ejuſdem. vid. ad IV. Aen. 294.

540. DELIGE. *Dilige & intacta* Ed. Mediol. *delige & intactas* Ed. Venet. *intactas* Gudianus a manu prima. vulgata firmatur imitatione Aviani fab. XXXVI. uti recte notavit Kannegieterus. BURM.

542. DEMITTE CRUOREM. *Dimitte* in ſcriptis noſtris, excepto altero Menagiano, & Moreti fragmento. HEINS. *Emitte* ſecundus Moreti. *dimitte* Francianus & Tollianus. & Parrhaſ. *conſtrue* etiam fragm. Moreti.

544. SUOS.

39 deeſt R. Voſ. B. 40 indomitas R. B. 41 deeſt R. Voſ. B. Steph. Dan. 42 aroſchiaſ R. oroſtiae Voſ. boſthiae B. 43 deſunt R. Voſ. V. Steph. Dan.

Placatam Eurydicen vitula venerabere caeſa,
Et nigram mactabis ovem, lucumque reviſes.
Haud mora: continuo matris praecepta faceſſit:
Ad delubra venit; monſtratas excitat aras;
Quatuor eximios praeſtanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem cervice juvencas.
Poſt, ubi nona ſuos Aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumque reviſit.
Hîc vero ſubitum ac dictu mirabile monſtrum
Adſpiciunt, liquefacta boum per viſcera toto
Stridere apes utero, & ruptis effervere coſtis;

In-

SERVII.

546. PLACATAM EURYDICEN VITULA VENERABERE CAESA. Hypallage, pro veneratam [44] placabis.

548. PRAECEPTA FACESSIT. Facit: frequentativum eſt pro principali: aut certe ideo FACESSIT, quia plures hoſtias immolavit.

554. SUBITUM AC DICTU MIRABILE MONSTRUM. Res enim haec [45] ex improviſo venit, ut apes ex [46] bobus erumperent: [47] quia praecepta Cyrenes, tantum ad [48] placandum numina pertinebant. Notandum ſane quia ex hoc eventu illa ars inventa eſt, quam ſupra memoravit: & melior facta per induſtriam.

556. STRIDERE APES UTERO, ET RUPTIS EFFERVERE COSTIS. Haec verba [49] & ſecundae ſunt conjugationis & tertiae: nunc [50] tantum tertiae.

VARIORUM.

544. SUOS. *Dies* alter Menagii. *reduxerit ortus* Parrhaſ. *oſtenderat* fragm. Moreti.

545. ORPHEI. Cod. Roman. Pierii *Orpheo*. ſed Ecl. IV. 57. *Orphei Calliopea*. HEINS. *Mittis* Mentelii pr. eadem varietas mox ỳ. 553.

546. PLACATAM EURYDICEN. Hunc verſum poſthabent proxime ſubſequenti (cujus initium, *Et nigram mactabis ovem*) vetuſta exemplaria ad unum omnia ex noſtris, ſi Mediceum excipis. ſed aliter ex ſuo Longobardico Pierius. HEINS. Poſtponitur & in Regio & Edd. Junt. & R. Steph.

547. REVISES. *Reviſens* Zulichemius. *locumque* Gudian.

548. PRAECEPTA FACESSIT. *Capeſſit* Mediceus, Gudianus quoque, ſed a manu prima. ut libro Aeneidos primo ỳ. 77. *mihi juſſa capeſcere fas eſt. faceſſere*, eſt ſtudioſe facere, v. Voſſ. de Analog. III. 44. HEINS. *Faciſſit* Vratiſl. eadem varietas IV. Aen. 295.

549. MONSTRATAS. *Monſtrataſque* Venetus. & Parrhaſ.

550. EXIMIOS PRAESTANTI CORPORE. *Eximio praeſtanti corpore* Gudianus. HEINS.

552. INDUXERAT. *Adduxerat* Venetus. *intexerat* primus Rottendorphius a manu prima. *inducerет* Leid. *induxerit* ſecundus. & Moreti quartus & Francianus. *reduxerit* Vratiſl. *reduxerat* Parrhaſ. Ed. Venet. mox *miſit* Francianus.

554. AC DICTU MIRABILE MONSTRUM. *Auditu* Moreti fragmentum. HEINS. Ita & Menagianus alter. *ac viſum mirabile* Zulich.

557. IN-

44 placabilis R. Voſ. 45 & improviſo V. 46 bubus R. Voſ. V. B. 47 nam praec. Dan. al. quum praecepta B. Cyrenia Fabr. Cyreniae Baſ. 48 placanda Fabr. al. 49 deeſt V. 50 tamen R. Voſ. B. quod praeferendum.

Inmenſaſque trahi nubes: jamque arbore ſumma
Confluere, & lentis uvam demittere ramis.
Haec ſuper arvorum cultu pecorumque canebam,
Et ſuper arboribus: Caeſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello, victorque volentis
Per populos dat jura, viamque affectat Olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis oti:

Car-

SERVII.

558. UVAM DEMITTERE RAMIS. In morem uvae, id eſt, botryonis, defluere: quod Graeci *βοτρυδὸν* dicunt.

559. HAEC SUPER ARVORUM CULTU. [51] Per *arvorum cultum* primum librum ſignificat: *per pecora* autem, tertium & quartum: quia & apes pecora ſunt. *Per* [52] *arbores*, ſecundum. Et hoc dicit: *Haec ego*, id eſt, Georgica ſcripſi, dum Caeſar in Oriente pugnaret.

561. EUPHRATEN. Orientis fluvium. FULMINAT. Fortiter facit. VICTORQUE VOLENTES PER POPULOS. Unum virtutis eſt, [53] alterum juſtitiae: nam vincere virtutis eſt: [54] [non invitis vero, ſed] volentibus imperare, juſtitiae.

562. VIAMQUE AFFECTAT OLYMPO. Praeparat ſibi divinos honores. PARTHENOPE. Id eſt, Neapolis, quae [55] primo ex corpore unius [56] Syrenis illic ſepultae Parthenope eſt appellata.

564. STUDIIS FLORENTEM IGNOBILIS OCI. Id eſt, artis poëticae, quam ocium ignobile appellavit, ne quid de ſe videretur arrogans dicere.

PHILARGYRII.

561. EUPHRATEN. *Euphrates*, flumen, quod dividit Meſopotamiam a Syria & Cappadocia.

562. AFFECTAT. *Affectat* pro intendit, ut apud Plautum Aul. III. VI. 39. *Ut me deponas vino, eam affectas viam.* Et apud Terentium Heaut. II. III. 59. *Nam diſciplina eſt eiſdem, munerarier ancillas, qui ad dominas affectant viam.*

564. PARTHENOPE. Lutatius lib. IV. dicit, Cumanos incolas, a parentibus digreſſos, Parthenopen urbem condidiſſe, dictam a Parthenope Sirena, cujus corpus etiam, poſtquam ob locorum ubertatem, amoenitatemque magis coeptum ſit frequentari, veritos ne Cymaeam defererent, iniſſe conſilium Parthenopen diruendi: poſt etiam peſtilentia affectos, ex reſponſo oraculi urbem reſtituiſſe, ſacraque Parthenopes cum magna religione ſuſcepiſſe; nomen autem Neapoli ob recentem reſtitutionem impoſuiſſe.

VARIORUM.

557. INMENSAS. *Inmenſamque tr. nubem* tertius Mentelii. *immiſſaſque* Zulichem. *jam arbore* quartus Moreti.

558. UVAM. *Viſam* Venetus. *dimittere* Mediceus, primus Rottendorphius & Zulichemius, quartus Moreti & Tollianus.

559. CULTU. *Cultum* ſecundus Moreti. *culto* Gudianus a manu pr.

Ibid. PECORUMQUE CANEBAM. *Pecoriſque* apud Diomedem libro primo. HEINS.

561. FULMINAT EUPHRATEM. *Euphraten* Mediceus & Gudianus, & Mentelianus uterque, cum tribus Rottendorphianis, & primo ac ſecundo Moretanis. HEINS. *Volantes* Leidenſis & Zulichemius.

562. DAT JURA. *Dat juſſa* Zulichem.

Ibid. OLYMPO. Pro Olympi. ut *via coelo.* v. Broeck. ad Prop. II. I. 20.

563. VIRGILIUM. Recte Politianus lib. IV. Ep. 2. non dignam ſatis putat cauſſam, quae tantas turbas cieret ſive a *verendo*, ſive a *virendo* derivetur.

51 primum librum, per hoc ſignificat B. R. Voſ. Steph. Dan. 52 arborem V. 53 aliud R. Voſ. Steph. Dan. 54 deſunt R. Voſ. B. Steph. volentibus, id eſt non invitis Baſil. 55 ex uno Voſ. a primo ex corpore B. 56 *Sirenes illi Parthenope* R. *ſineres illi* P. Voſ. B. *ſineres* V.

Carmina qui luſi paſtorum, audaxque juventa,
Tityre, te patulae cecini ſub tegmine fagi.

P. Virgilii Maronis Georgicon Liber IV. explicitus.

SERVII.

565. Carmina qui lusi pastorum. Qui etiam Bucolica ſcripſi. Audaxque juventa. Aetate [57] juvenili: nam, ut diximus ſupra, viginti octo [58] annorum [59] [Bucolica ſcripſit.] Et bene breviter a ſe [60] ſcriptarum rerum exſecutus eſt titulum.

PHILARGYRII.

565. Audaxque. Quidam *audax* propterea dictum volunt, quod in duabus Eclogis, quae ſunt in Bucolicis, occulte invectus ſit in Auguſtum propter agros. Et, *carmina luſi*, figurate.

VARIORUM.

tur. vid. & eumdem Miſcel. cap. LXXVII. & omnes fere, qui Orthographica tractarunt. ut Manutium, Dauſquejum & alios. BURM.

Ibid. Alebat. *Agebat* Rottend. tert.

564. Oti. *Horti* ſecundus Moreti. *ocii* Mentel. pr. Menag. ſec. & Rottend. tert. *otii* Reg. & tert. Ment. & alii. vid. de hac urbe & Virgilii loco Camil. Pereg. Campan. Felic. Diſſ. II. §. 21. BURM.

565. Carmina. In duo genera hic Eclogas ſuas dividere Maronem, in eas, quae cantus & certamina paſtorum, intra quae debuiſſet ſe continere, & in eas, quae majorem materiam continent, quam quae paſtoribus convenit, ut in Ecl. I. IV. & VI. ideoque haec audaciae juvenili adſcribere, notat Caſtelvetrius Oper. Critic. pag. 154. quae ingenioſa eſt obſervatio. & ita *ludere* convenit aetati juvenili, *canere* provectiori. vid. ad Ecl. I. 10. Serv. BURM.

Ibid. Qui. *Quo* Venetus & Parrhaſ. *quae* Commentator Crucquianus ad Horat. I. Od. 32. ſed ad IV. 8. *qui* habet.

566. Te patulae. *Tu patulae* Francianus & Menagianus. *cecinit* Mediceus. *cecini patulae ſub.* Parrhaſ. & Venet.

57 Juvenali R. Voſ. V. B. 58 annorum erat quum B. ſcripſit Fabr. al. 59 deſunt R. Voſ. B. Steph. Bucolica Cod. Urſin. 60 ſcripturum R.

A11464916

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google